



~~Handwritten scribble~~

Universidad	
Madrid	
Sección	B
Clase	G
Número	2

P. a. 25-5.



7000

~~23-35~~

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sección	B
Estantería	6
Número	2

7000  
 4000  
 3000  


---

 14000  
 16000  


---

 30000

140008  
 150008  


---

 29000



1871

2. 3. 4.

1000  
1000  
1000

1000  
1000  
1000



R-20.410  
Biblioteca de la Librería del Colegio Real de  
Sta Cruz de la ser. Universidad de Granada



R. P. FRANCISCI  
AMICI  
CURSUS  
THEOLOGICVS  
SCHOLASTICVS  
ET MORALIS.

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. C. N.



*Faint handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.*

R. B. FRANKLIN

A. M. I. S.

C. V. S. V.

T. H. O. L. C. O. L. L. E. G. E.

S. C. H. O. L. A. S. T. I. C. W.

E. T. M. O. R. A. S.



ANTVERPIÆ, APVD GVILIELMVM LESTEENIVM, VIA VULGO HOECHSTRAET DICTA, SVB PELLICANO AVREO, M DC L

i 16906603

FRANCIS AMICI

FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI



FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI  
FRANCIS AMICI

R. P. FRANCISCI

**A M I C I** (1)

CONSENTINI E SOCIETATE IESV

S. THEOL. DOCTORIS AC PROFESSORIS

IN COLLEGIIS, AQVILANO,

NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNENSI,

NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARII

**CVRSVS THEOLOGICVS**

iuxta methodum, quâ in scholis Societatis IESV vbique prælegitur annis  
quaternis, S. THOMÆ ordini respondentem, in octo tomos  
partitus; adduntur primùm tractatus

**DE IVBILEO, SACRAMENTO ORDINIS,**

& Tomus Nonus

**DE MATRIMONIO,**

*ceteri ab Auctore accuratè recogniti, multùm aucti, ac meliori modo digesti, in omnibus summè  
elaboratum, ne antiquorum aut recentiorum doctrina*

**SIVE SCHOLASTICA, SIVE MORALIS**

desideretur ab vtriusque vel Professoribus vel Auditoribus, sed vt omnium commodo tota  
breuiter, clarè, subtiliter, solide pertractetur.

**TOMVS PRIMVS**

**DE DEO VNO ET TRINO,**

EDITIO TERTIA AVCTIOR.



ANTVERPIÆ,  
Apud **GVILIELMVM LESTEENIVM**, via vulgo Hoochstraet dicta,  
sub Pellicano aureo, **M. DC. L.**

*Cum Privilegio Casareo & Regio.*



R. P. F. R. A. C. I. S. C. I.

A. M. C.

CONSENTINI E SOCIETATE IESU

S. THEOL. DOCTORIS AC PROFESSORIS

IN COLLEGIIS AGVIANIS

IN VITIS AGVIANIS

IN VITIS AGVIANIS

IN VITIS AGVIANIS

IN VITIS AGVIANIS

IN VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS

DE VITIS AGVIANIS



E X C E L L E N T I S S I M O

AC ILLVSTRISSIMO COMITI, AC DOMINO

D. IOANNI WEICKHARDO

Comiti ab Aursperg, Libero Baroni in Schön: & Seifenperg,  
supremo Hæreditario Marechalco & Camerario, in  
Carniolia & Marca Sclauonica, Sacræ Cæsareæ  
Maiestatis Consiliario intimo, nec non

S E R E N I S S I M I

FERDINANDI FRANCISCI

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ, ET HVNGARIÆ

AC BOHEMIÆ REGIS SVPREMO AVLÆ PRÆFECTO;



OMNIS hoc de DEO Vno, & Trino opus, iam bis antea in  
lucem sparsum, tertio, vt vides, prælo, Excell. me Comes, vt  
cui perfectissimus DEVS materia est, aliquid esset perfe-  
ctius trinum, quamuis in toto meo molimine aliud non re-  
pererim, quam ternum illud & lingue Ieremiæ A. Nec mi-  
rum: Sol enim diuinæ Maiestatis omnem creati Intellectus  
aciem retundit, nec quicquam sufficit de Imenso scribenti;  
vbi plurima cogitatione assecuti fuerimus, omnia cogitanda  
restant de Innumero; quidquid de Ineffabili dicemus, hoc  
ipso minus est quod dici potuerit. Initio carent & fine attri-

*Ieremiæ 17*

buta DEI, non nisi ab eo definiuntur, qui initium est & finis vniuersorum, & quia sim-  
plicissima est natura illius, vno dumtaxat Verbo enarrari potest; omnis reliqua Elo-  
quentia inexhausto diuinitatis mari tanquam mutus piscis inerrat. Vtgerur tamen nes-  
cio quâ insitâ vi ad contemplan- dum Authorem suum creata mens, siue quia prototy-  
pon respicere debet, si vera imago est, siue ne iniqua generis sui æstimatrix sit, si aliud  
æstimet, quàm à quo satiari potest. Fecêre ista, quod operi huic, vt consonantius esset,  
magna prius magnorum Cæsarum nomina præfecerim: secundum quos, cur tibi ter-  
tiam hanc elucubrationem potissimum inscribam, facit inter reliqua munus tuum, quod  
apud omnes magnam tibi tæxis gratiarum telam FERDINANDVM Archiducem, Cæsa-  
rum primogenitum, orbis ingentem spem, in vestigijs Augustissimorum Aui & Paren-  
tis PRO DEO ET POPULO, præclare dum adolescit, omnibus pretiosum & salutarem  
exhibes. Hinc in poliendo & locupletando hoc opere idem fecisse videbor, quod Tu in  
sapienter instituendo Principe Tuo. Debeatur etiam ex Danielis oraculo Antiquus  
dierum vetustissimæ tuæ prosapiæ: vt potè ad Iulij vsque Cæsaris tempora se extenden-  
ti; id namque ex peruetusta arce Auropono accurati conijciunt Chronographi. Hoc  
certum, Auerspergensem Sanguinem, per sexdecim Auos numquam interrupta à sex-

*Chronica  
Carinthia-  
ca,  
Ex serie Ge-  
nealogia Do-  
minorum Ab  
Aursperg,*

EPISTOLA

centis annis genealogia, raro nobilitatis exemplo, singulari tua prerogativa, in Te descendisse, in cuius rei testimonium accepimus, literis cuiusdam Patriarchæ Aquileien-  
 ab anno Domini 1005. Averspergeros Dominos nominari, peculiari virtutis vestræ  
 commendatione: ne scilicet defuit vetusto stemmati radix, qua nixum bene à fumosis ma-  
 iorum imaginibus illustratur, & sat gnara est laudis fama legere præ vetustate corruptas  
 literas, quas virtus antiquis Ceris inseruit. Sic postquam de dierum antiquitate ipse et-  
 iam DEVS gloriatur, abesse debent emasculæ illæ, nescio cuius, Lyci voces: qui genus  
 iactat suum, aliena laudat. Quamquam DEVS annosam stirpem, genus & Auos vnâ  
 sui ipsius Antiquitate consecraret, DEI que Filius à sola Patris nobilitate illustris: sed mi-  
 rum non est solos illos sine Patre & Auo vetustos esse posse: qui aut ne Patrem habeant  
 sine Principio Principium sunt, aut ne Auo quicquam debeant, vnâ habent eandem-  
 que cum Patre naturam. Ineffabilis est hæc generatio: quia & antiquissima & in vno Pa-  
 tre ac Filio sistens ira per totam æternitatem in generando occupatis, vt & Pater alibi se  
 agnoscere non possit, quàm in Filio, tanquam genuina sua imagine, & Filius, totum Pa-  
 trem exhauriendo nulli Fratri locum relinquat. Qui verò sine Auis vetusti esse non pos-  
 sunt, eò propius ad diuinam hanc accedunt Antiquitatem, quò plures per Auos vnus  
 pensant Patris perfectionem. Horum in numero Tui tibi generis vetustas locum posuit  
 sublimem ad eò & excellentem, vt plures à aliquos post Te videas longo Sanguine nobi-  
 les: & me ancipitem esse non sinas, cuius potissimum antiquitati deferam has meas  
 dissertationes, de antiquo dierum. Sed ne alicui incredibilia videantur ea, quibus ge-  
 neris Tui senium testaris, in perenni id ære inscriptum geris, sat fidele vehiculum an-  
 noso stemmati suppeditat Mars: "nec vnquam in hostili iugulo ita atteritur victor cha-  
 lybs, vt impressam Domini virtutem non retineat cum nomine. Qui in armis probat  
 robur suum, maximè contra ignauiam posterorum obliuionem pugnat. habet, quâ plu-  
 rimorum immaturum interitum redimat, nominis immortalitatem, clypeus. Hanc à  
 mille septingentis propè annis, id est, à primis Romani Imperij sub Caio Iulio, & Octa-  
 uiano Augusto incunabulis, quo tempore iam inter Illyricos populos Averspergi no-  
 minis fortitudo percrebuit, incorruptam ad nos peruenire potuisse (inter tantas mor-  
 talis æui angustias) penè in prodigijs locum posueris. <sup>a</sup> Pugnavit nimirum fortiter pro  
 gloria antiquissimus Gentilitiorum Tuorum Leo, Ruber hostili sanguine, Senio Candi-  
 dus: vt Austriacam benevolentiam efficacius traheret in Tuum, ipsius nimirum conco-  
 lor Austriacis. Hinc ei supremi Camerarij & Marischalli munus iure hæreditario per  
 Carniolam & Schauiz Marchiam bene adhæsit: <sup>c</sup> nec non præter alia propensum animi  
 indicia Maximilianus Secundus Imperator Augustus literis ad Christophorum Sacræ  
 Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Episcopum Brixientem datis, Dominum (sic enim  
 Cæsar) Herwardum ab Aursperg, perspicuè & exquisitè à rebus pro Christiano nomi-  
 ne præclare contra Turcam ad confinia gestis commendat, vt Cæsareæ voluntati tum se  
 Cardinalis optimè respondisse sciat, vbi summo loco habuerit hanc Virtutem bellicam.  
 Sed efficacissimum, <sup>d</sup> quod me glorioso Tuo nomini præfigere facit DEVM EXERCITIVM, est Andreæ ab Aursperg Gubernatoris Carolo-stadiensis diuinum facinus, col-  
 laudatum à summis Pontificibus & Cæsaribus: qui dum parvâ suorum manu (supra  
 quadringentos non habuit) viginti duo Turcarum milia Anno 1593. ad Sisseggum feli-  
 citer fudit ac prostravit, pugnandi ritum tenuit solemnem, non nisi Exercituum DEO  
 formidabili semper viso hostibus suis, quòd in paucis vincat. <sup>e</sup> Miratur Sanè id Clemens  
 Octavus Pont. Max. literis eodem anno 10. Iulij ad eundem Finium Croatiae & Maris  
 Adriatici Generalem (quemadmodum eum indigitat Pontifex) vbi & victoriæ huius  
 primas, summasque ei tribuit, & ex vna hac Fortitudine inuictum Germanici pectoris  
 robur, tanquam efficacissimo conijcit & censet ab exemplo. Est sanè cur de glorioso  
 hoc Heroè præsertim gloriatur Illustrissima Tua prosapia; siquidem illa felicissima, tot  
 Cæsarum, Regum Reginarumque Mater ac Aua MARIA ANNA Serenissimi Archi-  
 ducis CAROLI lectissima coniux (quemadmodum ex Epistolio propriâ manu exarato  
 discimus) <sup>f</sup> in inuictissimi Ducis Andreæ ab Aursperg Fortitudine & Fidelitate post  
 DEVM Optim. Max. sanmam suam proliumque suarum, in quibus maxima postmo-  
 dum Austriacæ Maiestatis seges effloruit, salutem collocavit. Tamen ingentia hæc exi-  
 gua fuissent Maiori Tibi, & quamuis domestica admodum, aliena censuisses, nisi pro-  
 prio impendio soletter augures acceptam à maioribus Virtutis hæreditatem. Minor  
 Excellentie Tuæ ætas inter mansuetas Musas adoleuit, non in vna Academia, vt plu-  
 res haberent, quod suspicerent, & laudarent; post præclare decursum Aristotelicum  
 stadium, quia Reip. natus es, Ingolstadtium & Salisburgum ad iura Te contulisti, in-  
 certum, an maiores honores à Iustiniano acciperes, quàm ei impenderes: Senit illico  
 pro-

Litera vetu-  
 stissima etis-  
 simum extan-  
 ter.

<sup>a</sup> Chronica  
 Carinthia.  
<sup>b</sup> Antiquissima  
 Insignia Do-  
 minorum ab  
 Aversperg  
 literis Pa-  
 triarcha su-  
 pra.  
<sup>c</sup> Litera ma-  
 nu propria  
 scripta Imp.  
 Vienna 24.  
 Ianuar.  
 Danic  
 huc fu-  
 wach bou  
 iluc foug  
 daunassen  
 an dan  
 1713  
 etiam/ das  
 susisus bil-  
 lich hofus  
 der/  
 & infra.  
 Est persona  
 bene merita,  
 in quantum  
 ipsum sem-  
 per agnoui.  
 Huius Dñi  
 Herwardi ab  
 Aversperg  
 vna singu-  
 lari libello  
 profectus  
 est D. Geor-  
 gius Khisl.  
 & impressit  
 eum Labaci  
 Anno Domi-  
 ni. 1575.  
<sup>d</sup> Victoria om-  
 nium lingu-  
 & literis  
 decantata.  
<sup>e</sup> Litera Data  
 Roma 10.  
 Iulij anno  
 Dñi 1593.  
<sup>f</sup> Litera sub  
 manu pro-  
 pria 7. Sept.  
 an. Dñi 1593.  
 Verba  
 formalia sūt  
 • an nasbote  
 sab insall in-  
 rin hofuung  
 zu rath.  
 Qua sequi-  
 tur habentur  
 ex literis P.  
 Thoma Ducl-  
 ler 17. Febr.  
 1646. ad R.  
 P. Bernar-  
 dum Geyr.

## DEDICATORIA.

profectum Tuum Græcense Regimen : vbi inter consultos & maturos Viros tenerioræ ætatem, ad grauiorum annorum similitudinem euexisti, eâ prudentiâ & Consilio, quo habitantem in Consilio Sapienciam, id est, **DEVM VNVM & TRINVM** à me deposcis: Hinc etiam ad Consilium Imperiale Viennam euocatus, cum inter Illustres habere consultissimus, maximarum diribitor factus es causarum : futurus deinceps non domesticæ solùm inter priuatos Pacis author, sed publicæ etiam inter Coronas & Respub. assertor. Cum Sapienciam & experientiam comites haberes, vnus optimus visus es Ratisbonæ, qui pacificus à Cæsare caduceator in Danos primùm & Hollandos, postea ad Hanseatum difficillima Pacis (vt vocant) præliminaria mittereris. Quæ & felicissimè confecisti, & ipsis adeò Tractatibus initium dedisti operosum: sed mirificè approbante eo, cuius Sententiam probant omnes, Cæsare Sapiencissimo. Cuius rarum pulcherrimumque hoc epiphonema de Te: Auerspergerus certè rem ibi nostram mirificè sustentat. Tam absoluto encomione ipsa quidem Suada aliquid addat. Addidit tamen **FERDINANDVS III.** singularem hanc Virtuti & existimationi Tuæ coronidem: quando inter Senatores eos Te accensuit, cum quibus secretiora sua Consilia & sensa communicat. Verùm summa hæc, via fuerunt ad eam, quâ nunc fulget Authoritatem Excellentia Tua: inter binos & decem genere, vsu, Sapienciâ, & indole perspicuos Magnates, omnium propè calculo & voto quæsitus es vnus, in cuius manum Cæsareus Sanguis crederetur: & repertus voce **DEI**, quia omnium. Facile erat disparibus ingenijs in te vnum conuenire, quando quod per plures dispersum erat, reperiatur collectum in vno; cum omnium confessione **DEVS** & natura id in Te repofuerit, quod in illo desideraret Cæsar, quam Primogenito suo vellet supremum Præfectum. Cuius quidem cum anno superiore Bohemicam, hoc verò Hungaricam Coronam dignissimo vertici, ad exitium rei Christianæ commodum, communis horum regnorum consensus imposuerit; præclara Tua decora ampliore quoque luce cumulauit: in quo vniuersus Orbis cognosceret, eum à Te Principem educatum esse, cui non ætas, sed Austriacæ virtutis auitus splendor, arduum ad Coronas iter aperuerit: Secutus igitur Cæsareum suffragium, hunc meum de **DEO VNO & TRINO** partum Cæsaribus quondam deuotum, alteri consecrare non volui, quàm cui Sanguinem, genusque suum ipsi adeò concedunt Cæsares.

*Excellentia Tue*

*seruus addictissimus*

**FRANCISCVS AMICVS.**



**IN**

# INDEX

## DISPUTATIONVM ET SECTIONVM HVIVS TOMI PRIMI.

DISPUT. PR. De Theologia eiusque obiecto.

- SECTIO I. **A**N Theologia nostra sit vera, & propria scientia?
- II. Quis habitus sit Theologia nostra?
- III. An ad assensum Theologicum concurrant principia reuelata cognita fide humana, an diuina, an cognitione naturali?
- IV. An habitus Theologicus supernaturalis quoad substantiam?
- V. An Theologia sit una scientia?
- VI. An Theologia sit practica, an speculatiua, an utraque simul?
- VII. An Theologia nostra subalternetur Theologia Dei, & beatorum?
- VIII. An Theologia nostra perseueret in beatis?
- IX. Quodnam sit subiectum nostra Theologia?

DISPUTATIO. 2. De existentia Dei. An Deum esse sit demonstrabile?

DISPUT. 3. De essentia Dei eiusque attributis.

- SECTIO I. Quid Deus sit?
- II. An natura diuina a parte rei formaliter includat omnes perfectiones attributales?
- III. An attributa constituent essentiam Dei?
- IV. Quodnam sit formale constitutum Deitatis?
- V. An attributa ratione inter se, & ab essentia distinguantur?
- VI. An distingui possint attributa in Deo sine respectu ad creaturas?
- VII. An attributa diuina, ut à nobis concepta, essentiam, & seipsa mutuo includant?
- VIII. An attributa diuina secundum rationes explicitas, quas prae se important, sint inaequalia inter se?
- IX. Quot, quae, & quo ordine sint Deo attributa, concedenda?

DISPUT. 4. De unitate Dei. An euidens sit Deum esse vnum?

DISPUT. 5. De simplicitate Dei.

- SECTIO I. An in Deo sit, vel esse possit aliqua compositio?
- II. An Deum venire possit in compositionem cum creatura?

DISPUT. 6. De immutabilitate Dei. An Deus sit immutabilis?

DISPUT. 7. De aeternitate Dei.

- SECTIO I. Quid sit aeternitas?
- II. Per quid formaliter constituatur aeternitas?
- III. An aeternitas sit propria Dei?
- IV. An, & quo pacto aeternitas differat ab aeuo?
- V. An praeter aeuum & tempus continuum concedenda sint alia durationes create?

DISPUT. 8. De Immensitate Dei.

- SECTIO I. An Deus sit immensus?
- II. An praesentia Dei in rebus euidenter colligatur ex operatione ipsius in res omnes?
- III. An Deus existat non tantum in hoc mundo, sed etiam extra illum in infinito spatio imaginario?
- IV. Quot, & quibus modis Deus existat in rebus?

DISPUT. 9. De veritate seu cognoscibilitate Dei.

- SECTIO I. An aliquis intellectus creatus Deum in seipso videre possit?
- II. An possibilitas visionis beata ratione naturali demonstrari possit?
- III. An Deus cognoscibilis sit à Beatis per speciem expressam clare ipsum representantem sicuti est?

IV. An sit possibilis species impressa diuina essentia?

- V. An Deus sit cognoscibilis potentia aliqua corporea?
- VI. An possibilis sit creatura, cui connaturalis sit visio intuitiua Dei, aut quaeuis alia forma supernaturalis?
- VII. An possibilis sit substantia, cui saltem ut instrumento naturali debita sit visio Dei, aut quaeuis alia forma supernaturalis?
- VIII. An necessarium sit aliquod lumen, ut intellectus creatus Deum videre possit?
- IX. Ad quid lumen gloria deseruiat Beatis?
- X. Quo pacto intellectus Beati ad visionem Dei concurrat?
- XI. An lumen gloria sit causa principalis visionis beatae?
- XII. An de potentia absoluta possit intellectus creatus videre Deum sine lumine inherente?
- XIII. An lumen gloria in ratione doni accidentalis sit omnium maximum?
- XIV. An Beati inaequaliter videant Deum?
- XV. An haec gloria diuersitas in Beatis sit tantum individualis, an etiam specifica?
- XVI. An ex perfectiore intellectu oriatur perfectior visio Dei?
- XVII. An Beati videant omnia quae formaliter sunt in Deo?
- XVIII. An de potentia absoluta videri possit essentia diuina sine attributis, vel una persona sine alijs?
- XIX. An, & quo pacto Beati videant libera constituta & decreta in Deo?
- XX. An Beati ex vi visionis Dei videant aliquas creaturas in Verbo?
- XXI. Quo pacto creatura videantur in Verbo?
- XXII. An omnes creaturae in Deo videri possint?
- XXIII. Quas creaturas ex vi visionis Dei de facto videant Beati in Verbo?
- XXIV. Unde ariatur, ut haec potius creatura, quam alia in Deo videantur?
- XXV. An quolibet lumen gloria inclinet intellectum Beati ad quascunque creaturas in Deo cognoscendas?
- XXVI. An Deus ab homine in hac vita videri possit sicuti est?

DISPUT. 10. De incomprehensibilitate Dei.

- SECTIO I. In quo sita sit formalis ratio comprehensionis?
- II. An possit Deus comprehendi ab intellectu creato?
- DISPUT. 11. An Deus sit nominabilis nomine significante ipsum sicuti est?

DISPUT. 12. De scientia Dei.

- SECTIO I. An, & quomodo Deus seipsum cognoscat?
- II. Quo pacto Deus cognoscat creaturas possibiles?
- III. An Deus praenoscat futura contingentia?
- IV. An Deus futura contingentia praenoscat ex reali eorum praesentia in aeternitate?
- V. An Deus futura certo cognoscat in eorum futuritione?
- VI. An Deus futura libera certo cognoscat in suis causis proximis?
- VII. An Deus futura contingentia certo cognoscat in sua essentia, vel ideis?
- VIII. An Deus futura libera praenoscat in decreto sua voluntatis?
- IX. An Deus futura libera cognoscat in seipsis?
- X. An cum infallibili scientia futurorum stet creati arbitrij libertas?
- XI. An Deus certo cognoscat futura conditionata libera?
- XI. An futura conditionata Deus cognoscat ante vllum decretum sua voluntatis?

XIII. An

INDEX DISPUTATIONVM ET SECTIONVM.

- XIII. An Deus ante suum decretum certo cognoscat futura conditionalia disparata?
- XIV. An Deus scientia conditionalia cognoscat sua decreta conditionalia?
- XV. An Deus sua decreta absoluta prius ratione cognoscat ut ponenda, quam ut actu posita?
- XVI. An, & quomodo Deus cognoscat negationes & priuationes?
- XVII. An, quomodo, & qua scientia Dei sit causa reru?
- XVIII. An scientia Dei sit variabilis.
- XIX. An scientia diuina representet infinita categorematicè?
- DISPUT. 13. An, & quid sint ideae in mente diuina?
- DISPUT. 14. De voluntate Dei.
- SECTIO I. An, & qualis in Deo voluntas?
- II. An Deus necessarid diligat creaturas possibiles, dilectione simplicis coplacentia?
- III. Quid sit libera volitio in Deo, & quid superaddat actu necessario?
- IV. Quotuplex sit voluntas Dei, & an omnis voluntas Dei adimpleatur?
- V. An Deus antecedenter ad nostram libertatem, praedefinire possit nostros actus in indiuiduo, absque latione nostra libertatis?
- VI. An in Deo sit amor specialis erga seipsum.
- DISPUT. 15. De diuina praedestinatione.
- SECTIO I. Quid sit praedestinatio?
- II. An aeterna praedestinationis aliqua causa praecesserit ex parte praedestinatorum?
- III. An Christi merita sint causa nostra praedestinationis?
- IV. An electio ad gloriam decreta dependenter ab operibus gratia in genere causa meritoria?
- V. Quinam sint effectus diuina praedestinationis?
- DISPUT. 16. De diuina reprobatione.
- SECTIO I. An in Deo sit voluntas saluandi omnes?
- II. Quid sit reprobatio, & an detur causa ex parte reprobati?
- III. Quinam sint effectus reprobationis?
- DISPUT. 17. De potentia Dei.
- SECTIO I. An in Deo sit potentia distincta ab essentia, & reliquis attributis?
- II. An, & qua ratione potentia Dei sit infinita?

ERRATA TOMI I.

Disp.	num.	verbu.	lege
I.	24.	8.	nam vt sit
	75.	3.	ineuidens
	97.	8.	specula, di regulatur
3.	51.	6.	esto, distinguantur inter se
	137.	8.	non tamen
6.	14.	6.	subdistinguo
	113.	4.	virtute cognosci
	128.	penult.	repugnat cognosci omnia, & non cognosci adaequatè Deum, vt causatiuum eorum.
14.	150.	13.	non potest in causa proxima
15.	123.	penult.	feceruntur à non praedestinati.
	168.	3.	Quod non sit donum
	170.	4.	peccatum, non esset amplius ie potestate creaturae vitare peccatum
19.	161.	1.	Concedo, absolutum non esse de essentia relatiui creati, nego, non esse de essentia relatiui increati
23.	74.	11.	magis illuminata
	86.	antepenult.	Si non est realis influxus
25.	32.	17.	imperfecta & finita

DE DEO VT TRINO.

- DISPUT. 18. De diuinis processioibus.
- SECTIO I. An sit aliqua realis processio in diuinis?
- II. An duplex sit tantum processio passiva in diuinis?
- III. An praeter processiones passivas ponenda sint actiua, tum à passiuis, tum inter se distincta?
- IV. An processiones diuinae sint operationes intellectus & voluntatis?
- V. Quales sint operationes intellectus & voluntatis, quibus diuina persona producantur?
- VI. Sub qua ratione actus intelligendi & volendi requirantur ad processiones diuinas?

- VII. An sola processio Verbi in Diuinis sit generatio?
- DISPUT. 19. De relationibus Diuinis.
- SECTIO I. An, & quot sint relationes reales in Deo?
- II. An spiratio actiua distinguatur à paternitate & filiatione?
- III. Quòdnam sit munus spirationis actiua?
- VI. An relationes diuinae distinguantur ex natura rei ab essentia?
- V. An relationes sint de essentia Deitatis.
- VI. An relationes includant essentialiter naturam Diuinam?
- VII. An relationes Diuinae existant existentia relatiua, ratione distincta ab existentia absoluta natura?
- VIII. An relationes diuinae superaddant essentia perfectionem ratione diuersam?
- IX. An relationes Diuinae differant specie, aut numero inter se?
- DISPUT. 20. De formali constitutio Diuinarum personarum.
- SECTIO I. An concedenda sint in Deo proprietates personales quibus persona constituentur & distinguantur?
- II. An proprietates personas constituentes sint relatiuae?
- III. Sub qua ratione diuinae relationes constituent personas?
- DISPUT. 21. An personae Diuinae praeter proprias substantias relatiuas, habeant aliam subsistentiam absolutam communem naturae propriae?
- DISPUT. 22. De prioritare & posterioritate Diuinarum personarum, reliquorumque Diuinarum attributorum.
- SECTIO I. An, & qua prioritas & posterioritas admittenda sit in Diuinis personis, diuinisque attributis?
- II. An ea, quae in Diuinis sunt priora in vno genere, possint esse posteriora in alio?
- III. Quo pacto ordinanda sint signa prioritatis, & posterioritatis in actibus intellectus, & voluntatis diuinae?
- DISPUT. 23. De potentia productiua Diuinarum personarum.
- SECTIO I. An in Diuinis personis sit potentia productiua notionalis realis?
- II. An potentia productiua notionalis formaliter importet essentiam, an relationem, an vtramque simul?
- DISPUT. 24. De Diuinis Notionibus.
- SECTIO I. An admittenda sint aliqua notiones in personis Diuinis?
- II. Quot notiones admittenda sint in Diuinis personis?
- DISPUT. 25. De persona Patris.
- SECTIO I. An Pater sit principium totius Deitatis, & Author, vel causa Filij & Spiritus Sancti?
- II. An ingenitum tribui possit Patri, sitque ipsius tantum proprium?
- III. Quid ingenitum prout est proprium Patris de formali importet?
- DISPUT. 26. De persona Filij.
- SECTIO I. An Filius sit proprie Verbum, eique tantum proprium?
- II. An Verbum diuinum importet respectum ad creaturas ratione proprietatis personalis, an ratione notitiae absoluta, quam essentialiter includit?
- III. An Verbum procedat ex notitia omnium, quae formaliter sunt in Deo?
- IV. An Verbum per se procedat ex cognitione creaturarum possibilium?
- V. An Verbum per se procedat ex cognitione futurorum?
- VI. An in Deo sit vera & propria imago, eaque solius Filij propria?
- VII. An imago conueniat Filio ratione proprietatis personalis, an ratione essentia communis?
- VIII. An Verbum sit imago solius Patris?
- DISPUT. 27. De persona Spiritus Sancti.
- SECTIO I. An Spiritus S. sit nome propriu tertiae personae
- II. An

INDEX DISPUTATIONVM ET SECTIONVM.

- II. *An Spiritus S. à Patre Filioque procedat?*  
 III. *An Spiritus S. distingueretur à Filio si ab illo non procederet?*  
 IV. *An Spiritus S. equaliter procedat à Patre & Filio?*  
 V. *An Pater & Filius sint unum principium spiratum?*  
 VI. *An Spiritus Sanctus vi sua personalis proprietatis per se, & intrinsecè petat procedere ex duobus distinctis suppositis?*  
 VII. *An Spiritus S. sit formaliter donum, eique soli pro-*

- prium?*  
 DISPUT. 28. De Missione Diuinarum personarum.  
 Sectio I. *An diuinis personis competat vera & propria missio?*  
 II. *Quid sit missio persona diuina?*  
 III. *Quotuplex sit missio, & an in qualibet missione semper mittatur aliqua persona diuina?*  
 DISPUT. 29. Quæ regulæ seruandæ sint in modo loquendi in mysterio Trinitatis.

A P P R O B A T I O.

**T**heologicus Cursus R. P. FRANCISCI AMICI, è Societate IESV, ab Auctore ipso recognitus, multumque auctus, ac imprimis tractatu de Iubileo, de Ordinibus sacris, de Sacramento Matrimonij, & alijs Moralibus materijs, Doctorum testimonio meritò commendatur; à felicitate, quâ studet antiquiorem Scholasticorum doctrinam restituere, ita vt recentiore non negligat, & illam firmioribus Philosophiæ principijs fulcire, pari iudicio per rationes, & iuris vtriusque placita sanctiora intelligentiam Lectoris acuens, ad soluendos certius vtriusque fori morales casus: commendatur, inquam, à methodo rara, quâ sententias antiquorum dilucidè explanat, & perpendit fideliter; à breuitate, quâ materias omnes enodat; ab eruditione, quâ sacras litteras veritati concordans exponit; à subtilitate, non quâ communem Sapientum sensum impugnet, sed quâ veritatem propugnat; à claritate, quâ magnas passim explicat difficultates, recens exortis lucem afferendo opportunam: Itaque cum Ecclesiam Dei & Scholas ædificet solidiore, ac faciliore, de diuinis maximè mysterijs doctrinâ, in ea adstruenda firmandaque constans, in alienis verò destruendis modestus ac parcus, commendationem pariter meam à quopiam desiderari non sum passus, nec pro typis suffragium. Antuerpiæ 28. Iulij 1649.

THEODORVS VOOCHTS. *T. L. Cano. Vanit. Librorum Censor Antuerpiensis.*

COPIA PRIVILEGII CÆSAREI:

**E**X gratiâ Priuilegij à Sacrà Cæsareâ Maiestate Societate IESV concessi, ne quis libros à quoquam ex eadem Societate editos vel edendos, intra Romani Imperij, aut regnorum & dominiorum Sacræ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, siue in totum, siue ex parte, excudere, vel recudere, vel alibi excusos inuichere, aut distrahere clam vel palam, citra eiusdem Societatis consensum audeat vel præsumat, Ego infrascriptus Societatis IESV per Flandrobegicam prouinciam Præpositus Prouincialis, facultatem concedo GVILIELMO LESTEENIO Typographo Antuerpiensi, excudendi Cursum Theologicum P. FRANCISCI AMICI Societatis nostræ Doctoris Theologi, & nunc Academiæ Græcensis Concellarij, ac singulas eiusdem Cursus partes, legitimè approbatas. In cuius rei fidem has litteras meâ manu subscripsi & signaui. Bruxellæ 12. Martij 1647.

IOANNES BAPTISTA ENGELGRAVE.

COMMVNICATIO PRIVILEGII REGII.

**Q**vandoquidem à sua Catholicâ Maiestate in Concilio suo Bruxellæ 4. Iulij Anni 1645, concessum in gratiam mei priuilegium sit, & notatum à Secretario LE COMTE, vt possim mandare prælo Cursum Theologicum meum, licebit D. GVILIELMO LESTEENIO Typographo Antuerpiensi ipsum recudere integrum, Datum Græci 2. Ianuarij 1647.

FRANCISCVS AMICVS.

# R. P. FRANC. AMICI

E S O C I E T A T E I E S V

C V R S V S T H E O L O G I C I :

T O M V S P R I M V S

D E D E O V N O ,

E T T R I N O ,

P R O O E M I V M .



**H**ÆC est totius Theologiæ difficillima pars, non modò propter innumeras reconditasque, quas in se continet, difficultates, verùm etiam propter subiecti, de quo agit, sublimitatem. Agit enim de Deo, cuius natura eò Simonodi Philosopho, *apud Ciceronem 1. de Natura Deor.* in dies videbatur obscurior, quò frequentius consideratio ipsius animo eius obuersabatur, quippe cuius esse omnem humanum fugit obtutum: sunt enim, vt Scriptura testatur, *tenebræ latibulum eius.* Quapropter formidandum est, ne, vt *August. lib. de Morib. Eccles. cap. 7.* cum ad diuina peruentum fuerit, maiorem inde anima concipiat imbecillitatem, vbi auidè quietem fessa conquirebat. Quare optimum erit in hâc re *Platonis* consilium, ne solem in propriâ spherâ micantem intueamur, sed in aquâ, vt in speculo suos radios temperantem, contemplemur. Ne igitur nimiam diuinitatis luce præstrikti hallucinemur, naturam diuinam, non in propriâ spherâ collucentem, sed in creaturis, vt in aquâ suos radios temperantem, contemplantur. Vt si non ipsum in ipso, caligine mortalitatis circumsepti, attingere valeamus, saltem ipsum ex his, quæ ipsum adumbrant, cum magno Theologo *Nazian. Orat. 36.* obscurâ & imbecilli specie vestigantes, colligamus. Quoniam verò omnis scientia incipit à sui notitiâ, & nostra Theologia sit scientia, à sui notitiâ incipiat oportet.

## DISPUTATIO I.

De Theologia, eiusque obiecto.

### SECTIO PRIMA.

An Theologia nostra sit vera, & propria scientia?

**D**VPLEX est Theologia; viatoris, & comprehensoris: hæc est, quam beati habent de Deo rebusque diuinis medio lumine gloriæ, clarè illis ostendente diuinam essentiam, res creatas, cum eadem essentia vt effectus cum causa necessariò connexos; illa est, quam proprio studio in hac vita Doctores acquirunt, supposito habitu & principijs Fidei. De Theologia comprehensoris *infra*: nunc de Theologia viatoris, quæ est propria nostra, & distinguitur à fide; quòd hæc

Tomus 1. De Deo.

est simplex adhæsiò ad obiectum ex testimonio Diuino mediâ illustratione supernaturali applicato; illa est habitus discursiuus ex principijs reuelatis ad conclusiones medio discursu naturali inferendas, cuius fructu, vtilitate & necessitate supposita, primum quærimus, an sit vera & propria scientia? dubitandi ratio est; vt *Arist. definit 1. Poster. 2. Scientia est quæ ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus causis, conclusionis demonstratiue procedit; tunc enim arbitramur aliquid simpliciter scire, cum causam cognoscimus propter quam res est, & quod illius causa est;* at nostra Theologia non procedit demonstratiue ex notitia principiorum ad conclusiones inferendas, cum principia, quæ sunt articuli Fidei, ex quibus ad conclusiones inferendas procedit, non nisi obscuro testimonio Dei credat.

PRIMA sentent. affirmans, *Francisci de Marchia apud Gregor. quest. 1. Prologi, Henrici in summ. art. 6. quest. 1. & art. 13. quest. 6. & 7. & quodlib. 12. q. 2. Alensis 1. p. quest. 1. art. 1. ad 3. Argent. quest. 1. Prologi art. 1. §. his præmissis, Cani de locis Theolog. cap. 2. Bannez in 1. p. quest. 1.*

A

quest. 1.

1. Compre-  
hensoris.

viatoris  
Theologia.

Scientiam  
hanc

2.  
Veram esse.



Disp. I. De Theologia eiusque obiecto. Sect. I.

2. *Quest. 1. art. 2. Zumel qu. 2. concl. 3. Granadi D. 6. Fasoli dubit. 14.* qui tamen ex diuersis procedunt fundamentis: primi duo putantes cum Aristot. de essentia scientiæ, esse principijs notis demonstratiuè procedere ad conclusiones ignotas, conantur probare euidentiã principiorum nostræ Fidei; & quidem de *Marchia* ex lumine naturali hoc modo: Postquam principia ipsa reuelata ex testimonio Diuino sunt credita, & assensu Fidei acceptata, statim naturali lumine cognoscuntur solã terminorum penetratione: ex quorum euidente notitiã poterit Theologus ad conclusiones demonstratiuè procedere: quia nullus tenetur indubitãter credere, quod sibi euidenter notum non est; nullus enim tenetur firmiùs adherere conclusioni, quàm principijs, propter quæ conclusioni adhereret, cum totus assensus in conclusionem sit propter assensum in principia: at nullum principium, quod non est per se notum, potest esse infallibilis ratio assentiendi conclusioni, cum nequeat intellectus assentiri principio, quod sibi non constat. Cum natura intellectus sit assentiri ex euidentiã rei cognitiã.

Probat  
Francis. de  
Marchia.

Fundum.  
ipsius:

3.  
Henricus.

Ipsium probat *Henricus* ex lumine supernaturali; Deus paratus est lumine supernatur. illustrare intellectum viatoris exercentis se in studio Theologiæ circa principia Fidei, non minùs quàm paratus est lumine naturali illustrare intellectum eiusdem circa principia naturalia; quiuis ergo Theologus studio Theologiæ acquirere sibi poterit habitum scientificum circa principia Fidei. Vnde triplex distinguit lumen supernatur. obscurum Fidei, clarum patriæ, & euidentis viæ: primum comparat nocti; 2. meridiei; 3. auroræ, eo quòd aliquid habent de luce & tenebris, stareque potest cum lumine obscuro Fidei, cum quo tamen stare nequit lumen clarum patriæ, Confirmat 1. ex illo *Isaia 7. Si non credideritis, non intelligetis*; ergo ex Fide nascitur intelligentia. 2. Ex *Aug. contra Epist. Fund. c. 14. Ego, inquit, Catholicam Fidem profiteor, & per illam me ad certam scientiam perueniturum præsumo*: Et paulò post: *Non iam hominibus, sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram firmante, at que illuminante.* 3. Non minùs efficax est lumen supernaturale ad euidentiã principiorum supern. quàm lumen naturale ad euidentiã principiorum naturalium progignendam; at hoc efficax est ad progignendam euidentiã principiorum naturalium; ergo & illud ad euidentiã principiorum supernaturalium.

August.

4.  
Argentini.  
Can.  
Zumel.  
Fasol.

Cæteri verò aut de essentia scientiæ putant non esse euidentiã, sed solam certitudinem, vt *Argentinas, Canas, Zumel, Fasolus*; aut sufficere, si euidentiã habeat in alio intellectu, cui ipsa subalternetur, tanquam scientia inferior superiori: sicut perspectiua est vera & propria scientia per subalternationem ad Geometriam, cuius tantum est habere euidentiã principiorum, quibus innitur perspectiua ad suas conclusiones probandas. Esto igitur Theologia nostra non habeat euidentiã suam principiorum in intellectu viatoris, quia tamen illam supponit in intellectu comprehensoris, cui subalternatur, erit vera & propria scientia.

5.  
Apud Aureolum.

Alij apud *Aureolum quest. 1. Prologi art. 3.* ad scientiam satis esse putant euidentiã solius consequentiæ, quam habet Theologia nostra, supposito vno principio reuelato, & altero naturali, ex quibus per euidentem consequentiã infert conclusionem necessariã hoc modo: In Diuinis est generans & genitum: sed inter generans & genitum est realis distinctio: ergo inter Patrem Diuinum generantem, & Filium Diuinum genitum est realis distinctio. Vbi consequentiã est euidentis, licet con-

sequens sit obscurum, propter alteram præmissam de Fide. Probat. exemplo Mathematicæ, quæ est necessaria & propriissima scientia, & tamen contenta est sola euidentiã consequentiæ: siquidem principia punctorum, linearum, & superficialium, in quibus tota hæc scientia fundatur, dubia sunt in Philosophia, eaque à multis negantur.

SECUNDA sent. negans, communior est eamque expresse docent *Scotus in 3. dist. 24. & in Prologo qu. 3. laterali, Richard. q. 2. Aureol. supra citat. Ockam. q. 3. Mayron. q. 14. Rubio q. 8. §. hoc præmissio. Gabriel q. 2. Capreol. quest. 1. concl. 3. Herna. qu. 1. Prologi §. Tertius modus: & Quodlibeto 11. quest. 18. Maior. quest. 4. Durand. qu. 1. Marsil. qu. 2. art. 3. propos. 2. Greg. supra cit. Palatinus qu. 2. præcursor. Caiet. in 1. p. q. 1. art. 2. Molina ibid. Vasquez d. 4. c. 6.*

6.  
Cõmuniùs  
negatur.

Nota 1. præfens controuersia non est de Theologiã, quæ ex principijs procedit ad conclusiones tantum probabiles; vt cum ex vno principio reuelato, & altero probabili, infertur cõclusio opinabilis hoc modo: Christus quoad humanitatem fuit genitus: sed genitus distinctam fundat relationem ad generantem: ergo Christus quoad humanitatem distinctam habet relationem geniti ad genitricem: sed de eã dumtaxat Theologia disputamus, quæ per euidentem consequentiã necessariã infert cõclusiones, cuiusmodi est, quæ ex vno principio reuelato & altero naturali, aut ex duobus reuelatis per euidentem consequentiã infert conclusionem necessariã, vt Christus est homo: homo constat intellectu & voluntate: ergo Christus constat intellectu & voluntate. Omnis homo est redemptus: Ioannes est homo: ergo Ioannes est redemptus.

7.  
Status que-  
stionis dupl.

Nota 2. de Theologia hoc modo sumpta duplex esse potest controuersia; altera, an illa per euidentem notitiã suorum principiorum procedat ad euidentem notitiã conclusionum? altera, an posito, quòd illa tantum procedat ex creditis, appellanda sit vera propria scientia? Prior est grauior, & de re; Posterior facilior, & tantum de nomine, vt rectè notauit *Valent. in 1. p. q. 1. punct. 3.* vtraque decidenda.

8.

DICO 1. Theologia nostra non procedit ad conclusiones probandas per euidentem notitiã naturalem suorum principiorum. Conclusio est adeò certa, vt iure oppositam sent. erroris insinulauerit *Vasquez*, certè temeritatis notam non effugiet, cum sit contra omnes Scholast. & Patres. Probant aliqui; Fides eatenus necessaria est, quatenus principia nobis obscura credenda sunt: si illa fuerint euidenti notitiã clara, non erit amplius necessaria; quia stare nequit cum notitiã clarã obiecti. Verum, de facto habemus naturalem notitiã euidentem de Deo, de quo tamen Fidem habemus. Possiet igitur fidelis habere euidentem notitiã de articulis Fidei, & de illis Fidem retinere. Nec talis fides frustratoria esset: quia possiet illis assentiri non propter euidentiã naturalem ipsorum principiorum, sed propter testimonium obscurum Dei.

9.

Probant.

Ratio non  
urgat.

Ratio igitur est: articuli Fidei sunt impropor-  
tionati lumini naturali: ergo quantumcumque in-  
tellectus humanus conetur illos penetrare, non  
poterit eorum naturam comprehendere. Antecedens  
constat: plerique sunt de rebus supra natu-  
ram. Consequentiã probatur, quod est supra natu-  
ram, non habet intellectus humanus medium ad  
illud euidenter cognoscendum. Nam vel hoc esset  
propria species; vel effectus aliquis, vel causa, vel  
ipsa terminorum connexio: nullum autem ex his  
esse potest. Ergo. Non propria species: cum enim  
propria species obiecti supernaturalis sit superna-  
turalis, non poterit esse cõprincipium cogni-  
tionis

10.  
Articuli  
fidei sunt de  
rebus supra  
naturam  
vel lumina  
naturalia.

tionis naturalis. Adde quod species propria mysterij Trinitatis gigneret visionem intuitiuam Dei, qualem habent Beati. Non effectus aliquis; quia hic nullus est in natura, qui euidenter ostendat mysteria supernaturalia Fidei. Non causa: quia vel nullam habent, vel non nisi extraordinariam potentiam Dei, quæ in ordine ad effectus supra naturam distincte, & in particulari cognosci nequit. Non ipsa terminorum connexio: Nam hæc potius in plerisque Fidei mysterijs videtur pugnare cum ratione naturali: vt quod Deus sit vnus in essentia, Trinus in Personis; quod Verbum sine vlla sui mutatione factum sit caro: Adde quod si mysteria Fidei essent euidenter cognoscibilia ob solam terminorum connexionem, illa cognoscerentur etiam ab infidelibus.

11. *Obijcies 1.* Naturali lumine est euidens, Deum non posse mentiri: igitur naturali lumine est euidens, verum esse, quod Deus reuelauit: ergo naturali lumine potest cognosci vt verum, quod Deus reuelauit. Resp. Nego vltimam consequentiam: Nam licet euidens sit, quidquid Deus reuelauit, esse verum: non est tamen mihi euidens hoc, vel illud in particulari esse à Deo reuelatum, sed solâ Fide creditum: quia igitur illa Maior, quod Deus reuelat est verum, non applicatur mihi nisi per Minorem; hoc Deus reuelauit, & ista non nisi per testimonium obscurum Ecclesiæ; non poterit consequens, quod ex talibus præmissis concluditur, esse mihi euidens; cum semper conclusio sequatur debiliorem præmissam.

12. *Obijcies 2.* Euidens est, omnes obiectiones contra mysteria Fidei esse solubiles: at non potest id esse euidens, nisi mysteria ipsa Fidei sint mihi euidentia; quia non potest vnum contradictorium esse euidens, nisi alterum etiam sit euidens: alioqui si possem dubitare de vno, possem de altero. Nam hoc ipso, quod vnum non esset euidenter verum, dubitare possem, an oppositum esset falsum, & consequenter non esset mihi amplius euidens, quod contradictorium illius, quod teneo vt verum, sit falsum; ergo non erit euidens, quod obiectiones contra mysteria Fidei, quæ teneo vt vera, sint falsæ, nisi euidens sit, ipsa mysteria Fidei esse vera. Maior probatur: quâ ratione euidens est omne reuelatum à Deo esse verum; eadem quoque euidens erit, omnes obiectiones contra mysteria à Deo reuelata falsas esse atque solubiles. Resp. negando maiorem: Nam solùm mihi est certum, obiectiones contra mysteria Fidei esse falsas atque solubiles, eadem certitudine, quâ mihi certa sunt mysteria ipsa: eodem enim testimonio obscuro, sed certo Fidei teneo, mysteria Fidei esse vera, atque eorum contradictoria esse falsa. Nam qui reuelat vnum esse verum, implicite quoque reuelat contradictorium esse falsum. Ad probationem Maioris, concedo assumpt. sed nego, esse euidens, quod hæc mysteria sint de facto à Deo reuelata. Vnde sicut tantùm est euidens in vniuersali, quod quidquid à Deo reuelatur, est verum; non tamen, quod hoc vel illud in particulari sit à Deo reuelatum: ita euidens quoque est in vniuersali, quod quidquid obijcitur contra id, quod à Deo reuelatur, sit falsum atque solubile: non tamen, quod quidquid obijcitur contra id quod de facto reuelatum est, falsum sit atque solubile, sed tantùm certum. Poterit tamen Theologus omnes obiectiones contra mysteria Fidei ex creditis soluere, quoniam vt illas soluat, non est necesse, vt euidenter cognoscat falsitatem illarum; sed satis est, si mysterium ipsum non appareat falsum, & nulla obiectio euidenter intellectum cõuincat con-

Tomus I. De Deo.

tra veritatem ipsam mysterij: quod, vt Caiet. adnotauit 1. part. quæst. 1. art. 8. est tantùm scire negatiuè, non positiuè, hoc est, ex naturâ mysterij euidenter cogniti.

Ad Fundam. *Francis. de Marchia* nego maior. et enim homo non solùm tenetur indubitanter assentiri, quod sibi euidenter notum est, sed etiam quod sibi euidenter credibile est, auctoritate aliqua infallibili proponentis. Vnde non minùs tenetur homo indubitanter assentiri iuxta regulas prudentiæ huic propositioni: *Roma est*, etiam si nunquam Romam viderit, propter infallibilem auctoritatem eorû, qui illam testantur; quàm huic: *Triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis*: ergo à fortiori vnusquisque tenebitur indubitanter assentiri mysterijs Fidei propter euidentiam credibilitatis, quâ tot signis & argumentis constat, illa esse à Deo reuelata, non minùs quàm constet, *Romam esse*. Ad probationem maioris nego. minor: ad probationem nego, naturam intellectus esse tantùm assentiri ex euidentia obiecti cogniti; sed etiam ex euidentia rei creditibilis auctoritate infallibili proponentis.

DICO 2. Theologia nostra non procedit ex principijs ad conclusiones per euidentem notitiam supernaturalem principiorum. Fundamentum: fictitia est ista supernaturalis euidentia. Nam vel causaretur à lumine supernaturali Fidei; vel immediatè à Deo: non à lumine supernaturali Fidei: quia, cum hoc sit essentialiter obscurum, nequit causare notitiam euidenter claram. Non immediatè à Deo: quia vel causaretur ab illo vt à causa generali, vel vt à causa speciali: non vt à causa generali, vt indicat *Henricus*; quia per hanc non concurrat Deus, nisi ad exigentiam causæ 2. quæ cum sit lumen obscurum Fidei, non postulat, nisi concursum proportionatum ad assensum obscurum Fidei. Non vt à causa speciali: quia per hanc non concurrat, nisi ad supplendum aliquem defectum in causis, 2. at nullus supplendus est defectus in intellectu humano ad discursum Theologicum formandum, cum per habitum supernaturalem Fidei, & lumen rationis naturale sit sufficienter instructus ad quemcumque discursum Theologicum formandum. Confirmatur, si quid esset supplendum, esset supernaturalis euidentia principiorum: at hæc nec de facto suppletur, nec est vlla ratio, cur debeat suppleri. Primum constat: præter *Henricum* enim omnes hanc negant: non negassent autem, si illis de facto communicata fuisset talis euidentia. Vnusquisque enim illam in seipso expertus fuisset. Secundum ostendo: hæc euidentia ad nihil deseruit, & ex alia parte repugnat viatoris statui, in quo per *speculum & in enigmate* 1. Cor. 13. ad Deum ambulamus. Quod autè debeat Theologus de rebus Fidei rationem reddere, eamque contra impugnatores defendere, sufficit, si ostendat, eas non repugnare, & probabilibus rationibus suadere; & argumenta in oppositum probabiliter soluere, vt de facto faciunt *Patres & Schol.* nullus enim profitetur, se demonstratiuè procedere in rebus Fidei.

DICES. Diuerso lumine *Patres*, atque *Scholastici* de rebus Fidei tractant; ista diuersitas alia esse non potest, quàm penes lumen supern. euidens, quod de rebus Fidei habuerunt *Patres*, & obscurum quod habuerunt *Scholastici*: ergo præter lumen obscurum, datur lumē euidens de rebus Fidei. Resp. Me in vniuersum non negasse, præter lumen obscurum, dari etiam lumen clarum de rebus Fidei, sed illud tantùm negasse, datum fuisse *Scholasticis* ad saluandam in eis veram rationem Theologicæ scientiæ contra *Henricum*. Vnde saltem *Prophetis*, & *Apostolis*, quibus

Reuelationem in particulari sola fides attingit.

Qui reuelat unum esse verum reuelat contradictoriū esse falsum.

13. Ad arg. n. 23. Allatum.

14. Supernaturalis euidentia principiorum fictitia.

15. Inutilis, repugnans viatoris statui.

16.

Licet dicit Prophetis, Apost.

quibus facta est immediata reuelatio, concedendum est hoc lumen clarum de mysterijs Fidei, de quibus ipsi habuerunt euidenciam in attestante, quæ stare potest cum ineuidenciâ obiecti, atque ad eum cum essentiali ratione Fidei. An autem talis euidencia sufficiat ad propriam rationem scientiæ, *max.* Cæterum Patres non differunt à Scholasticis in versandis rebus Fidei, quoad claritatem, & obscuritatem principiorum: utriusque enim procedunt per obscuram notitiam principiorum; sed quoad modum probandi & confirmandi principia ipsa. Patres enim regulariter ad ea probanda procedunt per regulas Fidei, quæ sunt *Traditio Apostolica, Auctoritas Ecclesiæ, & Scriptura sacra*: raro adhibent rationes e re ipsa petitas: Scholastici contra principaliter per rationes, ex ipsa rei naturâ naturali discursu erutas. Quo fit, ut illi dicantur in rebus Fidei procedere vi luminis superioris atque certioris; tum quia procedunt per media certiora & infallibilia; Tum quia illis speciali auxilio intra eundem ordinem luminis obscuri Fidei assistit Spiritus sanctus, ne errent in veritatibus, quæ implicitè continentur in principijs reuelatis, eruendis, ut clarè colligitur ex *cit. August. contra epist. Fundam.*

17. *Ad arg. n. 3.* AD Fundam. *Henrici* concedo, Deum paratum esse Theologi mentem, exercētis se in studio Theologiæ, illustrare suo lumine, non quidem speciali, sed generali quod exigitur tum à lumine obscuro Fidei, tum à lumine naturalis discursus. Ad 1. & 2. Confit. disting. duplex intelligentia, euidens vna, ineuidens altera, qualis per naturalem discursum de rebus Fidei comparari potest: quæ tamen distinguitur à Fide, quia hæc ad credendum non nititur rationis discursu. Quando igitur scripturæ & PP. ex Fide inferunt intelligentiam, intelliguntur de ineuidente & obscura, quæ ex creditis comparatur vi naturalis discursus: ad quam tamen necessaria est Fides, quia nisi reuelata mysteria credantur ut vera, intellectus non posset applicare se ad ea explicanda. Ad 3. nego maior. lumen enim Fidei ad obiectum tendit per testimonium extrinsecum, quod de se nunquam aptum est parere obiecti euidenciam: lumen verò naturale ad obiectum tendit per medium intrinsecum, quod de se aptum est, obiecti euidenciam parere. An Theologia appellanda sit vera & propria scientia, esto non procedat per euidenciam notitiam principiorum?

18. *Controversia de nomine.* DICO 5. non est vera & propria scientia, atque ad eum non nisi largè appellanda. Fundam. quod caret prædicato essentiali alicuius rei, non participat veram & propriam naturam talis rei: at euidencia est prædicatum essentialia scientiæ: non enim est prædicatum accidentale in scientia; & inter essentialia & accidentalia non datur medium. Accidentale verò consequitur ad essentialia: at nullum essentialia supponitur in scientia ante euidenciam: quia si quid supponeretur, esset certitudo; at hæc non supponitur, sed consequitur euidenciam; id eum actus est certus, quia euidens: Non igitur certitudo, sed euidencia est primum constitutum scientiæ. Quia primum constitutum rei est, quod 1. rem distinguit ab omni alio: atqui euidencia, non certitudo, scientiam distinguit 1. ab omni alio actu, qui scientia non est: igitur. Confirm. assensus, ex testimonio Dei clarè cognito, essentialiter differt ab assensu, ex eodem testimonio obscurè credito, non alio ex capite, nisi quia vnus est euidens, alter ineuidens, cum in cæteris conueniant: ergo euidencia est prædicatum essentialia in actu scientifico; ergo actus qui ea caret, caret essentiali prædicato scientiæ; atque ad eum non participat integram naturam scientiæ, & consequenter non meretur nomen veræ & propriæ

scientiæ. Prob. 2. si Theologia esset vera & propria scientia, vel esset quia integra essentia scientiæ saluatur in sola certitudine actus sine euidencia; vel in continuatione cum euidencia alterius scientiæ, cui ipsa subalternatur: vel in euidencia consequentiariū. Non in sola certitudine actus: tum ob rationem assignatam, quia certitudo consequitur euidenciam in actu scientifico. Tum quia magis essentialis est actui ea perfectio, quæ potentiam perficit secundum naturalem exigentiam talis potentiæ: atqui naturalis exigentia potentiæ intellectiue, est suum assensum præbere ex proprio, & non ex alieno testimonio, cum natura ipsius sit, rem in se ipsa intueri; vnde nunquam quiescit, donec illam in se ipsa videat & intuetur. Tum quia pari ratione assensus ipse Fidei in principia reuelata dici posset verè & propriè intellectus, prout intellectus appellat assensum principiorum, & distinguitur contra scientiam, quæ est assensus conclusionum per principia. Prob. sequel. si certitudo & non euidencia ipsa esset tota essentia actus scientifici; certitudo & non euidencia esset tota essentia actus intellectus: quia intellectus & scientia ineuidenciâ & certitudine non differunt, sed in modo tantum assentiendi per discursum, & simplicem adhæSIONem; ergo si in vno ratio scientiæ saluatur per solam certitudinem conclusionis; in alio ratio intellectus saluabitur per solam certitudinem principiorum.

22. Explicatur: ita se habet scientia respectu conclusionis, sicut intellectus respectu principiorum: ergo si saluatur ratio scientiæ per solam certitudinem absque euidencia conclusionis, saluabitur ratio intellectus per solam certitudinem absque euidenciâ principiorum: atque ad eum assensus Fidei in articulos reuelatos erit verè & propriè intellectus; & ipse habitus Fidei infusus, qui est principium talis assensus, erit verè & propriè habitus intellectus, quod nemo hactenus dixit.

23. Nec saluari potest in continuatione cum euidencia alterius scientiæ; quia si scientia subalternata non habet euidenciam in se, non poterit illam accipere per continuationem ad subalternantem existentem in alio subiecto, uti existit Theologia Beatorum, cui subalternari dicitur Theologia nostra. Nam, cum hæc sit extrinseca tantum coniunctio, non poterit Theologiæ nostræ dare intrinsecam euidenciam, quæ, ut probam, necessaria est ad veram & propriam scientiam. Nec est eadem ratio de perspectiua: Nam hæc, quando est in distincto subiecto, nititur euidencia sensus, ad quam suas conclusiones resoluit.

24. Nec saluari tandem potest in euidencia consequentiariarum: quia nostra Theologia non tam attendit ad bonitatem consequentiæ, quod est proprium Logici; quam ad veritatem consequentis, quod est proprium Theologiæ. Igitur si non habet euidenciam consequentis, etsi habeat euidenciam consequentiæ, non erit vera & propria scientia Theologica, ut non sit vera scientia Theologica, debet habere euidenciam, quam postulat scientia ipsa Theologica: sicut non est vera scientia Metaphysica, quæ non habet euidenciam, quam postulat scientia ipsa Metaphysica. Antecedens probat: Theologia præcipue attendit ad veritatem articulorum, & eorum quæ in articulis virtute continentur: ergo non tam attendit ad bonitatem consequentiæ, quam ad veritatem consequentis, quod vi consequentiæ deducitur ex articulis Fidei: ut in hoc syllogismo: *Christus est homo: omnis homo constat intellectu & voluntate; ergo Christus constat intellectu & voluntate*: quod Theologus attendit, est veritas consequentis, quod

21. Prob. 2. concl. resuscitando reliquas sent.

Intellectum perficit secundum naturam exigentiam.

23. Non sufficit in subalternante existente in alio subiecto.

24. Nec in consequentiâ logicâ.

Euidencia constituit scientiam propriè.

quod implicite & virtute continetur in maiore reuelata. Nec est eadem ratio de Mathematica, quæ non attendit nisi ad veritates, quæ consequuntur ex tali, vel tali principio posito, siue illud possibile sit, siue non. Finis enim ipsius tantum est, scire connexionem prædicati cum subiecto. Vnde licet interdum Theologia viatoris vtatur hoc modo argum. id solum facit ad melius indagandam veritatem propositionis absolutæ: vt *disp. 27. sect. 3.*

25.  
S. Thomas.  
patrocina-  
tur.

Neque hæc sentent. destituta est patrocinio S. Doct. vt aduersarij contendunt: Nam in 3. *distinct.* 33. *quæst. 1. art. 2. quæst. 4.* docet, scientiam, quæ non potest suas conclusiones reducere ad principia naturaliter cognita, non esse eiusdem speciei cum alijs scientijs; nec dici *vniuocè* scientiam: quia nimirum (addo ego) caret essentiali prædicato scientiæ, quæ est euidencia principiorum. Et de veritate *quæst. 14. art. 9. quacumque*, inquit, *sciuntur propriè accepta scientia, cognoscuntur per resolutionem in prima principia, quæ per se præsto sunt intellectui.* Sunt autem per se præsto intellectui, vt ibidem declarat, ea quæ sunt nota intellectui, non propter testimonium alienum, sed proprium ipsiusmet intellectus. Nec refert quod *1. p. quæst. 1. art. 2.* absolutè dicat, Theologiam esse scientiam; quoniam vt *Caietanus* interpretatur, intelligitur de Theologia secundum se, non de nostrâ, quæ est imperfectè scientia.

26.

Quæri autem vlteriùs potest, an saltem notitia illa, quam de rebus Fidei habuerunt Prophetæ, & Apostoli per euidenciam motiui formalis, & ipsius attestacionis Diuinæ, fuerit vera & propria scientia. Affirmant *Scorus in 3. distinct. 24. §. sed si loquamur, & Mayron. quæst. 14. Prologi.* Fundam. talis notitia erat euidens; procedebat enim ex duabus præmissis euidencibus, vna erat: quod quidquid à Deo reuelatur, est verum: altera, quod hoc sit à Deo reuelatum. His enim duabus præmissis euidencibus positis, cogebatur intellectus Prophetæ assentiri obiecto reuelato.

27.  
Euidencia  
attestacionis  
non est  
satisfact.

Mihi verò cum alijs est negandum. Ratio: ad scientiam propriè dictam requiritur euidencia rei: Nec sufficit euidencia extrinsecæ attestacionis: ad huc enim eâ positâ, intellectus dicitur assentiri per extrinsecum, & non per proprium testimonium, quod in ipsa rei euidencia consistit: quâ euidencia caruerunt Prophetæ, solumque habuerunt euidenciam extrinsecæ attestacionis Diuinæ, quæ quia nec falli, nec fallere potest, cogebatur eorum intellectus ad assensum præbendum. Quia tamen assensus ille non eliciebatur ex intrinsecâ euidencia obiecti, sed ex extrinsecâ euidencia attestacionis Diuinæ, non poterat dici propriè scientia, licet potiori ratione, quàm Theologia nostra, quæ non solum caret euidencia rei, sed etiam attestacionis.

28.

DICO 4. Etsi Theologia nostra non sit vera & propria scientia, dici tamen potest aliquo modo scientia; tum propter summam certitudinem suorum principiorum; tum propter modum procedendi scientificum, ex principijs summa certitudine conclusiones inferendo: non tamen *vniuocè* scientia cum reliquis, quia caret potissimo prædicato scientiæ, quæ est euidencia obiecti: Non tamen est æquiuocè tantum scientia, cum non conueniat in solo nomine cum reliquis scientijs; sed dici potest analogicè scientia; tum analogia proportionis, propter intrinsecam conuenientiam in certitudine, & modo procedendi; tum attributionis, propter habitudinem, quam dicit ad perfectam scientiam Beatorum. Conclusio constat, tum ex modo loquendi Scripturæ & Patrum, qui eam appellare solent scientiam: tum ex scholasticis ipsis; qui quam-

Theologia  
analogicè  
scientia.

Tomus I. De Deo.

uis eam negent esse perfectam scientiam, imperfectam tamen non negant. Cæterum ratio illa, quæ aliqui vtuntur, idè Theologiam nostram non esse scientiam, quia est de rebus indiuiduis, cum hæc ex *Aristot. 6. Ethic. 3.* sit de rebus vniuersalibus, non vrget: nam quando indiuidua sunt immutabilia, siue per se, vt Deus, siue vt substantiæ Diuinæ, quo pacto illa sunt obiectum Theologiæ, poterit de illis esse scientia.

## SECTIO II.

Quis habitus sit Theologia nostra?

Ratio dubitandi sequitur ex dictis; cum enim Theologia defectu euidenciam non sit scientia, non videtur quænam alia virtus intellectualis esse possit ex reliquis, quas enumerat *Aristot. 6. Ethic.* Non est *Intellectus* aut *Sapientia*: vtraque enim requirit euidenciam obiecti; ille primorum principiorum circa quæ versatur; hæc primarum altissimarumque causarum, de quibus disputat. Non *Ars*, aut *Prudentia*: Nam illa in factione, hæc in actione versatur. Præter hos autem nullum alium agnoscit intellectualem habitum *Aristot. Fidem enim & opinionem*, cum formidinem includant, à virtutibus intellectualibus excludit.

29.

PRIMA Sententia affirmat, Theologiam esse habitum declaratiuum, & defensiuum veritatum reuelatarum, non adhæsiuum, aut inclinatum in veritates reuelatas, aut in nouas ex reuelatis deductas: *Aureoli quæst. 1. Prologi artic. 3. & in 1. distinct. 48. artic. 3.* Etenim tria sunt, quæ intellectum impediunt, ne assensum facile præbeat in obiectum, quod alioqui certissimè credit: obscuritas terminorum; rationes in oppositum inclinantes; & vbi nullæ apparent probabiles rationes, exempla, quæ intellectum manuducant ad assentiendum. Ille igitur habitus, qui terminos explanat; rationes in oppositum soluit; & exempla, rationesque manuducantes adducit, est tantum declaratiuus, & non adhæsiuus. Talis est habitus Theologicus, qui non inclinatur intellectum per assensum ad obiecta reuelata, aut in veritates in illis implicite contentas, ad quas tantum inclinatur Fides; sed declarat tantum, & defendit illas contra impugnantes. Ergo. Confirmat: si habitus Theologicus esset adhæsiuus, aut esset adhæsiuus in conclusiones probabiliter, aut euidenter deductas ex principijs reuelatis: potest enim conclusio deduci ex principio reuelato; vno modo probabiliter; si ex vna propositione reuelatâ, & altera probabili deducatur opinabilis: *Christus est homo: homo constat intellectu & voluntate distincta: ergo Christus constat intellectu, & voluntate distincta:* euidenter; si ex vna reuelata, & altera naturali euidente deducatur conclusio certa: *Christus est Filius Dei: Filius distinguitur à Patre: ergo Christus distinguitur à Patre.* At ille neutro modo est adhæsiuus: conclusioni enim euidenter deducte ex præmissa reuelata intellectus adhæret assensu Fidei: quo quippe assensu assentimur principijs reuelatis, assentimur ijs, quæ implicite continentur in reuelatis. Vnde qui tales conclusiones negat, est hæreticus. Conclusioni verò probabiliter deductæ adhæremus assensu opinatiuo & formidoloso: Absurdum autem est, ponere habitum Theol. opinatiuum & formidolosum: ergo.

30.  
1. Sentent.

Fundam.

31.  
Confirm.

Alio modo.

SECUNDA sent. docet, Theol. esse ipsum habitum Fidei infusæ, quatenus extenditur ad conclusiones ex reuelatis deductas. Quæ extensio non addit nouam qualitatem, ab habitu Fidei distinctam; sed eundem tantum extendit ad nouam veritatem expli-

32.  
2. Sentent.

citè credendam: sicuti habitus scientiæ acquisitus circa unam conclusionem extenditur circa aliam sub eodem motiuo formali. *Est Syluestri in Constat. qu. 1. art. 10. & 11.* Fundam. obiectum Fidei & Theologiæ est idem: sed habitus unitatem sumunt ab obiectis: sub eodem enim testimonio Dei tendit Fides in obiecta immediatè reuelata, & habitus Theol. in conclusiones ex reuelatis euidenter deductas: cum non minus sit hæreticus, qui negat conclusiones ex reuelatis euidenter deductas, quàm qui negat obiecta ipsa immediatè reuelata.

Fundam.  
Syluest.

33.  
3. Sentent.

Fundam.

TERTIA sent. asserit, Theologiam esse habitum Fidei acquisitæ: *Scoti in 3. dist. 35. q. vn. Ockam q. 3. Prologi litera o, Maioris q. 4. §. 40. patet, Gabriel. q. 7. litera c. Vasq. 1. dist. 5. c. 3.* Fundam. siue dicamus, principia Theologiæ esse veritates reuelatas humanâ fide creditas, siue diuinâ Fide cognitatas, semper habitus Theologicus deductiuus nouarum veritatum ex principijs reuelatis pertinebit ad Fidem non infusam; quia hæc non inclinatur nisi ad veritates immediatè reuelatas ex solo testimonio Dei; ergo ad acquisitam. Assumpt. prob. cum sit habitus certus, & ineuidens, non videtur ad quem alium pertinere possit, quàm ad fidem acquisitam.

DICO I. Theologia non est habitus tantum declaratiuus, & defensiuus articuloꝝ Fidei: *Est omnium contra Aureol.* Fundam. est etiam deductiuus conclusionum ex articulis reuelatis, vt *S. Thom. 1. p. qu. 1. art. 8. & nos infra.* Confirm. si Theologia esset habitus tantum declaratiuus, & defensiuus articuloꝝ, 1. non excederet naturam opinionis, quod non admittit *Aureolus*; habitus enim specificatiuem sumit ab obiecto formali, quod in speculatiuis est medium, quo ostenditur conclusio: Vnde eadem conclusio per diuersa media pertinere potest ad diuersas scientias. Media autem, quibus Theologus declarat veritates reuelatas, non sunt nisi exempla, similitudines, & rationes probabiles, vt *Aureolus* testatur: at hæc non gignunt nisi solam probabilitatem: quia nequeunt maiorem certitudinem gignere, quàm habeant in se. Ergo opinio enim specificatur à medio, quo ostenditur, & declaratur conclusio. Nec satisfacit *Aureolus*, negando talem habitum esse opinionem, eò quòd non inclinatur ad assentiendum, sed tantum ad declarandum, explicandumque obiectum ipsum reuelatum: quia nequit mentalis declaratio fieri, nisi per mentales assensus, quibus intellectus iudicat, hæc exempla & rationes conducere ad explicandam veritatem reuelatam, hæc aut illa media esse apta ad ostendendum, quòd Dei reuelatio de tali obiecto sit facta. 2. sæpe Theologus ad defendendos articulos Fidei contra infideles utitur ministerio aliarum scientiarum; aut Logicæ, si vitium sit in formâ; aut Metaphysicæ, si oppugnantem redigat ad impossibile: ergo si Theologia est habitus tantum defensiuus articuloꝝ, non erit propriè Theologia, sed alia scientia, ea nimirum, cuius Ministerio Theologus utitur ad articulum oppugnatum defendendum. Ad fundam. *Aureoli* neg. minor, eiusque prob. Similiter ad Confir. falsum quippe est, eodem assensu nos assentiri principijs, & conclusionibus ex principijs deductis, vt *infra*.

34.  
Est habitus  
deductiuus.

35.  
Non declaratiuus  
tantum.

Nec defensiuus  
tantum.

36.  
Ad fundam.  
Aureoli.

37.

DICO 2. Theologia non est habitus Fidei infusæ, quatenus extenditur ad nouas conclusiones ex reuelatis deductas. *Est omnium cont. Syluestri.* Probant aliqui ex eo, quòd habitus principiorum est diuersus ab habitu conclusionum: at Fides infusa versatur circa principia; versatur enim circa articulos, qui sunt principia Theologiæ; Theologia verò circa conclusiones deductas ex articulis: igitur non poterit esse idem habitus Theologiæ & Fidei. Maior est com-

munis, *S. Thom. in 3. dist. 23. q. 1. art. 4. q. 3. ad 3. Principia speculatiua cognoscuntur per alium habitum naturalem; quàm conclusiones, scilicet per intellectum; conclusiones vero per scientiam.* Quos habitus *Arist.* vt essentialiter diuersos enumerat *6. Eth.* Verum vt acutè *Scot. in 3. dist. 35. q. vn.* in habitu naturali principiorum & conclusionum motiuum assentiendi, quod est motiuum specificandi habitus scientificos, est diuersum: est enim ipsa connexio terminorū, quæ alia est in principijs, alia in conclusionibus: At in habitu principiorum Fidei, & conclusionum, motiuum formale assentiendi non videtur esse diuersum; cum sit eadem auctoritas Diuina mediatè, vel immediatè applicata. Non igitur valet argumentum ex distinctione habitus principiorum, & conclusionum naturalium, ad distinctionem habitus principiorum, & conclusionum Fidei, nisi in materiâ propriâ ostendatur, motiuum formale assentiendi principijs reuelatis esse diuersum à motiuo formali assentiendi conclusionibus ex illis deductis.

Hoc sic probatur: illud est motiuum formale assentiendi, quo intellectus adæquatè mouetur ad assensum præbendum: at motiuum, quo intellectus adæquatè mouetur ad assensum præbendum principijs reuelatis, est sola auctoritas Dei reuelantis: motiuum verò, quo adæquatè mouetur ad assensum præbendum conclusionibus ex reuelatis deductis, non est sola auctoritas reuelantis, sed naturalis etiam conexio earum cum principijs reuelatis. Ex eo enim quòd cum homine Christo, principio reuelato, naturalem connexionem habet risibilitas intellectus assentitur, Christum esse risibilem. At hæc diuersa est à solâ auctoritate Dei reuelantis: ergo & assensus, qui talibus motiuis innituntur, diuersi erunt: atque adeò habitus, qui ad huiusmodi assensus inclinât, erunt quoque diuersi: cum habitus distinguantur penes actus, & obiecta, ad quæ tendunt.

Ad Fundamentum *Syluestri* nego, idem esse obiectum formale Fidei infusæ, & habitus Theologici; illius enim est solùm testimonium Dei; huius verò, vt modificatum naturali connexionem conclusionis deductæ cum principio reuelato. Nec est eadem ratio de habitu naturali, extendente se ad nouam conclusionem sub eodem motiuo formali adæquato. Ad probationem maioris, idèd, qui negat conclusionem euidenter deductam ex principio reuelato, haberi vt hæreticum, quia non censetur negare illam secundum naturalem connexionem, quæ habet cum principio reuelato, sed principium reuelatum, ex quo illa per euidentem consequentiam deducitur.

Nota conclusionem ex principio reuelato deductam considerari dupliciter, vno modo, vt deductam formaliter, hoc est, vt naturalem connexionem habentem cum principio reuelato: ita vt deductio, seu naturalis conexio cum principio ingrediatur formale motiuum assentiendi. Alio modo materialiter; ita vt deductio, seu naturalis conexio cum principio, non ingrediatur formale motiuum assentiendi, sed habeat se tantum, vt conditio explicans, talem conclusionem fuisse implicite in principio reuelatam: adeò vt tota ratio assentiendi sit testimonium Diuinum, quod explicitè cadit supra principium expressè reuelatum, & implicite supra conclusionem, in principio reuelato virtualiter contentam. Primo modo est obiectum Theologiæ, quia nititur immediatè & proximè connexioni naturali; 2. modo Fidei, quæ immediatè tendit ad conclusionem ex solo testimonio Diuino, habente se deductionem, vt præuia tantum conditione explicante, talem conclusionem esse cum principio impli-

38.  
Theol. non  
est habitus  
fidei infusa.

39.  
Ad fundam.  
Syluestri.

40.  
Conclusio  
deducta  
formaliter.

Est obiectum  
Theol.

implicitè reuelatam. Quod sub alijs terminis dici solet conclusio vt *deducta*, & vt *explicata*. Et quidè vt *deducta*, est obiectum Theologiæ, vt *explicata* verò Fidei: quia vt sic deductio non est ratio assentiendi, sed pura conditio explicans, talem conclusionem virtute contineri in principio reuelato.

41. Quà explicatione posita, intellectus non ex naturali connexionem, sed ex solo testimonio Dei mouetur ad assentiendum conclusioni: quod est illi assentiri vt deductæ materialiter, non vt deductæ formaliter. Vnde qui illam negaret, vt deductam materialiter, esset hæreticus: qui verò illam negaret, vt deductam formaliter, non esset, sed præsumeretur hæreticus: eo quòd non præsumeretur negare euidenter deductionem, sed principium reuelatum, ex quo illa euidenter deducitur. Hinc collige, quo pacto idem habitus Fidei de nouo se extendat ad conclusionem, ad quam antea non se extendebat: quia nimirum antea non erat talis conclusio per Ecclesiæ declarationem sufficienter proposita; quæ Ecclesiæ declaratio, vt suppono ex *materia de Fide*, est necessaria conditio, sine qua obiectum Fidei non censetur sufficienter propositum, vt credatur saltem ab omnibus.

Qui deductam materialiter negat, est hæreticus.

42. DICO 3. Theologia non est habitus Fidei acquisitæ: *Rubid. qu. 7. Prologi c. 2. Argens. qu. 1. ar. 1. §. his præmissis. Molina 1. p. qu. 1. art. 2. disput. 2. Fundamentum: Fides siue humana, siue diuina, immediate nititur solâ auctoritate dicentis: per hoc enim distinguitur fides à quocunque alio habitu, siue scientifico, siue opinatiuo. At habitus Theol. non nititur immediate solâ auctoritate dicentis, sed etiam naturali discursu, & euidenti connexionem conclusionis cum principio reuelato, vt probatum est: igitur non est idem cum fide acquisita. Quæ ratio æquè probat, siue principia reuelata concurrant ad assensum Theologicum, vt credita fide diuinâ, siue humanâ, contra *Vasquez* putantem, habitum Theologicum solùm distingui à Fide acquisita, quando articuli reuelati concurrunt ad assensum Theol. vt crediti *Fide infusa*, non *humanâ*: nam vtrouis modo concurrant, semper motiuum formale assensus Theol. erit diuersum à motiuo formali assensus articuloꝝ: nam horum motiuum est solâ auctoritas; vel diuina, si concurrant crediti *Fide diuinâ*, vel humana, si concurrant crediti *Fide humanâ*: illius verò est euidens connexio conclusionis cum principio credito.*

43. Est habitus medius.

Inser fidem & scientiã.

43. DICO 4. Theologia est habitus medius inter fidem & scientiam. Est omnium, qui nobiscum sentiunt, Theologiam nec esse veram scientiam, defectu euidentiæ: nec propriè fidem vel acquisitam, vel infusam; eò quòd non nitatur solâ auctoritate dicentis, sed naturali etiam discursu, & euidenti connexionem proprietatis cum principio credito; de Fide participat ineuidentiã, & certitudinem consequentis; de scientiã euidentiã consequentiã, & modum deducendi conclusiones per discursum; vnde quâ pollet euidentiã, & modo deducendi suas conclusiones per naturalem discursum, distinguitur à Fide, & conuenit cum scientiã; quâ caret euidentiã consequentis, & pollet certitudine maiore, quam habere posset per quameunque naturalem euidentiã, differt à scientiã, & conuenit cum Fide infusâ. Conuenit etiam cum sapientiã, quatenus tractat de rebus altissimis, & per causas primas & dignissimas.

44. Hinc patet ad Fundamentum tertie sententiæ, & ad rationem dubitandi *initio* positam: nam licet Theologia nullus sit habitus ex ijs, quos *Aristoteles* enumerat, cum illum non cognouerit, quip-

pe cum supponat principia reuelata, quæ ipse nõ cognouit, est tamen habitus intellectualis alterius rationis. vt *suprà*.

SECTIO III.

An ad assensum Theologicum concurrant principia reuelata cognita fide humanâ, an diuinâ, an cognitione naturali?

45. CVM assensus Theologicus sit in conclusiones deductas ex principijs reuelatis, acceptatis vt veris: cognosci autem, & acceptari possunt, vt vera, aut fide humana per miracula & signa excludentia omnem dubietatem; aut Diuinâ, per solum testimonium Dei; aut cognitione naturali euidente, vt cognoscitur, Deum esse, qui tamen est articulus reuelatus; controuersia est, quâ notitiã debeant esse cognita principia reuelata, vt concurrere possint ad assensum Theologicum.

PRIMA sententia, sufficere, vt ea sint cognita cognitione dumtaxat naturali; assensus enim Theologicus procederet ex principijs reuelatis, etiamsi ex ijs lumine tantum naturæ notis: quia vna notitia non impedit aliam. Confirmatur, sæpe Theologia ex vno principio reuelato, & altero euidenter noto procedit ad conclusionem Theologicam: ergo non repugnat assensui Theologico procedere ex principijs reuelatis, euidente notitiã cognitis.

SECUNDA sententia affirmat, principia reuelata ad assensum Theologicum concurrere, vt credita tantum fide humanâ per signa, & auctoritatem excludentem omnem dubietatem: *Maioris quæst. 4. Prologi §. 2. patet, Vasquez 1. part. disputat. 3. numer. 23. Probat Maur: potest in hæretico, in quo nulla est Fides infusa, esse assensus Theologicus, qui enim negat vnum articulum, non necessariò negat reliquos: at vno negato destruitur Fides infusa, ex materia de Fide: igitur hæreticus negans vnum articulum habet assensum Theologicum circa conclusiones deductas ex reliquis articulis humanâ fide creditis, non nixum principijs diuinâ fide creditis.*

TERTIA sententia docet, vt principia reuelata concurrere possint ad assensum Theologicum, necessariò debere esse credita Fide diuinâ: *Molina 1. part. quæst. 1. articul. 2. disputat. 6. sine, Valent. quæst. 1. puncto 5. Fasoli dubit. 7. Gilly lib. 1. tract. 2. capit. 7. &c. Fundamentum: assensus Theologicus est in essentiã supernaturalis; vt supponitur: non potest talis esse, nisi principium reuelatum influat in assensum Theologicum, vt creditum Fide diuinâ; quia principium non influat in assensum conclusionis, nisi medio assensu sui: vnus autem assensus, vt alium supernaturalem in essentiã gignat, requirit vt ipse quoque sit in essentiã supernaturalis. 2. Theologia excedit quoad certitudinem omnes scientias naturales: non excederet, si ipsius assensus causaretur à principio reuelato credito tantum fide humanâ, imò esset illis quoad certitudinem inferior: quia nequit assensus esse certior principio, propter quod elicitur: ergo non excederet certitudinem fidei humanæ.*

DICO 1. Veritas reuelata cognita notitiã euidente naturali non potest esse principium Theologici discursus. Fundamentum: Hic discursus est essentialiter ineuidens; ergo non potest gigni ex principio euidenter noto; quia ex principio euidenter noto per euidenter consequentiã deducitur

45.

46. Potest esse Sentent. 1. Fundam.

47. 2. Sentent. Ab exemplo.

48. 3. Sentent.

Fundam. Molina.

Aliorum. Axioma.

49. Contra 1. Sentent.

ducitur conclusio euidens. Antecedens probatur, Theologia nostra per hoc tantum differt à Theologia Beatorum, & ab omni aliâ scientiâ naturali, quòd sit ineuidens & obscura; fundatur enim in solis principijs diuinâ Fide reuelatis.

50. *Resp. ad pri-  
ma.* Ad Fundamentum oppositæ: non sufficit ad discursum Theologicum procedere ex principijs reuelatis, nisi etiam procedat ex ijs cognitis proportionatâ cognitione assensui Theologico, qualis non est notitia naturalis euidens. Ad Confirm. distinguo consequens: non repugnat assensui Theologico procedere ex alterutro tantum principio euidenter noto, concedo; ex utroque, nego. quando enim vnum saltem principium est obscurum, conclusio, quæ semper sequitur debiliorem partem, erit ineuidens & obscura: quando vtrumque est euidenter notum, conclusio per syllogisticam formam deducta, non potest non esse euidens.

51. *Ratio obsci-  
minis.* DICES. Ergo Propheta ex ijs, quæ esse euidenter cognoscit in attestante, non poterit Theologicum discursum formare; quia deberet procedere ex utroque principio sibi euidenter noto, hoc pacto: quidquid Deus reuelat, est verum: hoc Deum reuelasse, mihi est euidens: (cognoscit enim hoc euidenter Propheta in attestante) ergo hoc est verum. Respond. Nego sequelam, etenim licet Prophetæ sit euidens reuelatio, non est tamen euidens obiectum reuelatum; quia licet cognoscat, hanc reuelationem esse à Deo, non tamen cognoscit obiectum in se, quod cum euidentiâ attestationis adhuc manet illi obscurum, & ineuidens. Et ratione huius intrinsecæ ineuidentiæ & obscuritatis, tenentis se ex parte obiecti (nam euidentiâ attestationis est extrinseca obiecto) poterit Propheta Theologicum discursum formare: qui ad scientiam non pertinet. Oritur duplex quæstio; vna, an assensus genitus ex principio reuelato, credit tantum fide humanâ, sit eiusdem rationis, & speciei cum assensu genito ex principio, credito Fide Diuinâ? altera, an, posito quòd sit alterius rationis & speciei, pertineat ad habitum Theologiæ? nemo enim dubitat posse, & de facto sæpè Theologum ex principio reuelato, credito tantum fide humanâ, suas conclusiones deducere, cum hoc sit in liberâ potestate ipsius.

52. *Pro alterius  
contron. so-  
lutione no-  
ta.* DICO 2. Assensus elicitus ex principio reuelato, credito tantum fide humanâ, est diuersæ speciei ab assensu, elicito ex principio, credito Fide Diuinâ: pertinet tamen ad habitum Theologicum, vt minus perfectus ad perfectum. Prior pars, quæ est contra Vasquez putantem eiusdem rationis esse assensum Theologicum in hæretico & Catholico, probatur: diuersum specie motiuum diuersam causat in assensu specificationem: at principium reuelatum, humanâ fide creditum est diuersum specie motiuum à principio Diuinâ Fide cognito: quia principium non est motiuum assensus, nisi vt cognitum, vt sic enim mouet intellectum ad assensum, illumque specificat: fides autem humana & diuina differunt specie: ergo & principia humana, atque diuina, fide cognita.

53. *54.  
Obijcies  
Fundam.  
Vasquez.* DICES; vt supra, proximum motiuum assensus Theologici non est auctoritas humana, aut diuina, sed naturalis connexio proprietatis cum suo principio, quæ semper est eadem siue principium reuelatum sit cognitum fide diuinâ, siue humanâ. Respond. Concedo de motiuo proximo & inadæquato; nego de remoto, & adæquato, à quo Theologicus assensus specificatur. Li-

cet igitur proximum motiuum, quo mouetur intellectus ad assensum Theologicum, sit naturalis connexio conclusionis cum principio, remotum tamen est ipsa veracitas dicentis, quæ modificata naturali discursu est adæquatum motiuum assentiendi; ita vt ad assensum influat etiam auctoritas dicentis, vt modificata per naturalem connexionem. Quod inde patet: quia, si sola connexio conclusionis cum principio esset adæquatum motiuum assensus Theologici, non esset certior assensus elicitus ex principio credito fide diuinâ, atque humanâ. Nam in utroque est eadem connexio proprietatis cum principio: igitur, si in vno est maior certitudo, quàm in alio, hæc aliunde esse non potest, quàm ex principio credito certiori assensu, à quo vim habet communicandi maiorem certitudinem in assensum Theologicum, quàm habeat principium cognitum tantum fide humanâ.

55. *Posterior  
Pars prob.* Quòd talis assensus elicitus ex principio credito fide humanâ, excludente omnem moralem dubietatem, pertineat ad Theologiam, sic probatur: Theologia non solum procedit ad suas conclusiones probandas ex immediato, sed etiam ex mediato testimonio Diuino, quatenus illud per humanam auctoritatem proponitur credendum: Vnde procedit ex auctoritate Patrum, Scholasticorum, ex communi sensu Ecclesiæ, ex signis & miraculis, in attestationem diuinæ reuelationis, patris; quæ omnia non excedunt fidem humanam: cum tamen hæc à Theologis locentur inter locos & sedes Theologicas, ex quibus eruuntur argumenta ad veritates Theologicas confirmandas. Cum enim proprium sit Theologiæ, vt S. Doctor 1. part. quæst. 1. art. 8. ad 2. argumentari ex auctoritate, vtpote in Diuinâ reuelatione fundatâ, vitur his omnibus auctoritatibus, vt proprijs medijs ad suas veritates comprobandas.

56. *Varij certitudinis gra-  
dus:* Inter huiusmodi auctoritates primum gradum certitudinis obtinet diuina immediatè applicata per reuelationem Dei; quæ diuiditur in scriptam, traditam, & animatam, quæ residet in Vicario Christi: cuius oppositum, si cum pertinaciâ asseratur, hæresim gignit: quæ est primus gradus erroris contra Fidem. Secundum gradum obtinet totius Ecclesiæ Consensus: tertium communis Patrum auctoritas: Quartum conspiratio omnium Doctorum: vnde sicut in his datur maior & minor certitudo, omnes tamen reductiuè pertinent ad Fidem: ita & inter assensus ipsos Theologicos datur vnus certior altero; omnes tamen pertinent ad Theologiam; cuius est per huiusmodi auctoritates suas veritates confirmare. Cæterum his omnibus auctoritatibus vitur Theologus, quatenus aliquo modo fundantur in diuinâ: Nam eatenus nititur auctoritate Patrum, Ecclesiæ, & Doctorum, quatenus eas censet fundari in auctoritate Dei reuelantis: quia tamè hoc non est certum, propterea assensus fundatus in his auctoritatibus non est ita certus, sicut qui fundatur in auctoritate Dei immediatè applicata per euidentem deductionem.

57. *Resp.* DICES, ergo eodem modo ad Theologiam spectabit assensus Theol. opinatiuus, & formidolosus. Resp. Non ita propriè, cum dubietatem non excludat: quare ille tantum, & omnis assensus ad Theologiam spectabit, qui moralem gignit certitudinem; nam hæc ad minimum ad Theol. assensum necessaria est.

58. *Ad Fund.  
Sentent. 2.* Patet ad Fundamentum secundæ, quod procedit tantum de habitu Theologico acquisito ex assensibus

Tertia.

fenfibus fidei humanæ, qui manet in hæretico etiam quoad exercitium. Fundamenta tertiæ procedunt de habitu acquisito ex assensibus fidei diuinæ; de quo tanquam de præcipuo ac potissimo habitu verificatur, quod in certitudine excedat omnes scientias naturales.

59. Coroll.

Deducitur primò Theologiam non esse vnum speciem habitum, sed plures; omnes tamen attributionem dicere ad reuelationem diuinam, quam omnes finaliter intendunt magis aut minus proximè, prout ad illam accedunt per maiorem, vel minorem certitudinem auctoritatis proponentis.

60.

Secundò, Ex assensibus Theologicis non solum augeri habitum Theologicum, sed fidem ipsam; vel acquisitam, si assensus principiorum procedat ex fide acquisita; vel infusam, si procedat ex fide infusa: cum hoc tamen discrimine, quòd acquisita augetur ex assensibus fidei humanæ physicè; infusa verò ex assensibus fidei diuinæ meritorie: eo quòd habitus infusus, cum sint ad instar potentiarum, quæ supponi debent ad actus, nequeunt per actus physicè intendi. Secus de habitibus acquisitis, qui, cum supponant potentiam, cuius actibus generantur, possunt intendi per eosd.

61. Ratiq.

An autem debeat esse meritorius actus fidei diuinæ, vt habitum moraliter intendat? Affirmat Scotus in tertia distinct. 23. §. de primo. Mihi probabilius oppositum; quod docet Iacobus Granadus in 1. part. tractat. primo distinct. 4. quia sicut hic habitus manere potest cum peccato, ita & in statu peccati augeri: & sicut non facit hominem sanctum; ita nec eius augmentum magis sanctum. Vnde Caiet. part. 2. quæstion. 62. artic. 4. docet, hunc habitum infundi posse sine gratiâ; vt cum quis ad baptismum accedit dispositus per solum actum fidei, qui sufficit ad sacramentum, non autem ad effectum sacramenti, baptizatus simul cum caractere recipit habitum fidei sine gratiâ. Iuxta hanc sententiam intelligitur auctoritas Augustini 14. de Trinit. capit. 1. vbi nostram Theologiam ait esse scientiam, quâ fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur: quia per actus huius scientiæ fides si non est, infunditur; si est, augetur, nutritur, &c.

## SECTIO IV.

An habitus Theologicus sit supernaturalis quoad substantiam.

61. Probant 1.

PRIMA sententia negat; Vasquez 1. part. distinct. 4. numer. 23. Granad. tractat. 1. distinct. 5. &c. primò, quia assensus Theologicus non innititur immediatè testimonio Dei, sed medio discursu naturali; ergo nequit esse in substantiâ supernaturalis: assensus enim specificatur à suo motiuo proximo: quod hic est discursus, seu connexio naturalis proprietatis cum principio. Secundò, sæpè discursus Theologicus procedit ex vnâ præmissâ naturali; ergo nequit tunc quoad entitatem, & certitudinem esse supernaturalis: ed quòd conclusio semper sequitur debiliorem partem: cum enim ars syllogistica debeat in conclusione connectere duas extremitates, ex vi coniunctionis earum cum medio in præmissis, non poterit eas firmitus conclusione connectere, quam fuerint cum medio in præmissis coniunctæ. Igitur quantum firmitatis & certitudinis illis deest cum medio in præmissis, tantumdem illis deesse oportebit in conclusione. Vnde si cum medio altera extremitas coniungi-

2. Ex axioma dialoc. cuius Ratio explicatur.

tur euidenter, contingenter, aut probabiliter, coniunctio earum in conclusione erit ineuidens, contingens & probabilis, vt inductione constat. Igitur, si in Theologico discursu altera præmissâ erit naturalis, cum eâ vna extremitas connectetur certitudine tantum naturali; atque adeo non poterit in conclusione cum alterâ extremitate maiori certitudine arctiorique firmitate connecti.

63. Tertiò.

Tertiò. Habitus Theologicus non est per se infusus; alias enim non posset acquiri per actus; nam habitus per se infusi habent rationem potentiz, quæ cum supponatur ad actus, nequit per eos produci: Præterea, si habitus Theologicus esset per se infusus, suâ naturâ peteret infundicū reliquis habitibus supernaturalibus, qui simul omnes infunduntur cum gratiâ. Vnde sequeretur omnes fideles absque studio Theologiæ esse Theologos, per habitum Theologicum infusum, contra experientiam, & Augustini 14. de Trinit. capit. 1. dicentem: *Hac scientia non pollere fideles plurimos, quamuis ipsa fide polleant plurimum.* Consequentia probatur, nullus datur habitus supernaturalis, qui non sit per se infusus; ergo si Theologicus non est per se infusus, non erit supernaturalis.

64. Quartò.

Quartò. Idem habitus Theologicus esse potest in hæretico æquè, ac in Catholico; at in hæretico non est supernaturalis: quia in hæretico nullum est principium, aut motiuum supernaturale, quod gignere possit assensum Theologicum supernaturalem, cum tæreat fide infusâ, & motiuo supernaturali auctoritatis diuinæ, quâ duci nequit hæreticus in reliquis articulis credendis vel vno tantum negato, vt numer. 47. Quintò, nequit assignari causa supernat. efficiens discursum Theol. supernaturalem.

Quintò.

SECUNDA sententia affirmat: *Heruæi quodlibet 5. quæst. 19.* vbi docet hanc ab omnibus teneri, *Cani libr. 12. de locis Theologicis capit. 3. conclusio- ne 2. Zumel 1. part. quæstion. 1. artic. 8. quæst. 4. notabili 2. Molina artic. 1. disputat. 1. & 2. Falsoli dubit. 13. Gillij libr. 1. tractat. 4. capit. 12. Hurtadi de anima disputat. 16. sect. 8. S. Thom. 1. part. quæst. 1. artic. 1. & 5.* Vbi docet Theologiam disterre à reliquis scientijs naturalibus, quia nititur lumine superiore: Quod etiam affirmat Caiet. artic. 1. sine & artic. 3. §. sed contra. Nec potest intelligi de lumine fidei prærequisito ad assensum Theologicum: Caietan. enim expresse distinguit lumen supernaturale fidei, & Theologicum per rationes intrinsecas: & alioqui S. Thom. non distinxisset Theologiam à reliquis scientijs per rationem intrinsecam, sed tantum per extrinsecam, nempe per lumen fidei ad Theol. discursum prærequisitum.

65.

S. Thoma procul dubio sentent.

Nota, nos hic non loqui de habitu Theologico inclinante intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis tantum fide humanâ; hic enim est in entitate & certitudine naturalis, quia nullum habet principium supernaturale, à quo gigni possit supernaturalis: sed controuersia est de habitu, inclinante intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide diuina. De quo habitu Theologico

66. Pro explic. huius sent.

Dicendum est, illum esse quoad substantiam supernaturalem: Prob. 1. assensus Theologicus est certior quolibet scientifico naturali; ex S. Thom. 1. part. quæst. 1. artic. 5. & ceteris Theologis: hanc certitudinem non potest aliunde habere, quam ex principio aliquo supernaturali: cum oporteat om-

67. Prob. 1. à posteriori.

neum



nem perfectionem, quæ reperitur in effectu, proficisci à causa; nequit autem effectus recipere à principio supernaturali perfectionem ullam supernaturalem realem, quin simul cum eâ recipiat entitatem supernaturalem; cum perfectio sic ipsa entitas realis, quæ non est naturalis, si perfectio supernaturalis est, patet; ergo si assensus Theologicus recipit certitudinem supernaturalem, excedentem certitudinem scientiarum naturalium, oportet, ut cum eâ simul recipiat entitatem supernaturalem.

68.  
Prob. 2.  
à priori.

Secundò, Quotiescunque ad assensum concurrunt motiua aliquod supernaturale, ille est quoad essentiam supernaturalis: assensus enim specificatur à motiuo: at qui ad assensum Theologicum concurrunt motiua supernaturale: adæquatum enim motiuum illius non est sola dispositio terminorum, seu naturalis connexio vnius extremitatis cum medio, sed etiam supernaturalis connexio alterius extremitatis cum eodem medio: scilicet assentior, ergo *Christus est risibilis*, non solum, quia risibilitas, quæ est alterum conclusionis extremum, naturaliter connectitur cum homine, qui est medium, cum quo extrema connectuntur in præmissis; sed etiam quia Christus, quod est alterum extremum conclusionis, fide diuinâ connectitur cum homine in præmissis. Concurrente autem partiali motiuo supernaturali, totus assensus fit supernaturalis; sicut concurrente partiali causa supernaturali totus effectus est superna, ut constat de lumine gloriæ, & intellectu creato partialiter concurrentibus ad visionem beatam.

69.  
Ratio.

Ratio, quando duæ causæ ambæ in effectum concurrunt, semper superior, utpotè fortior, assimilatur sibi effectum, saltem quoad aliquid. Confirmatur, supernaturalitati Theologici assensus non obstat naturalis discursus, quo utimur ad conclusiones ex reuelatis deducendas: quia hic non impedit supernaturalitatem multorum actuum, quos per scientiam infusam eliciebat Christus, nec coniunctio alterius motiui naturalis impedit, quia ad dandam speciem actui supernaturalem, sufficit alterutrum tantum motiuum supernat.

70.  
Coroll.

Ex his deducitur, assensum Theologicum, qui mediâ consequentiâ naturali, etiam infertur ex vnâ præmissa supernaturali, & alterâ naturali, esse in essentiâ supernaturalem: quia ad vtrumque concurrunt aliquod motiuum supernatur. nempe altera saltem præmissa supernat.

71.  
Ad 1. primam.

Ad 1. oppositæ nego, consequentiam: ad probationem: nego, assensum specificari tantum à motiuo proximo, sed ab adæquato; quod casu nostro est connexio etiam supernaturalis cum medio diuinâ fide creditò.

72.  
Ad axioma dialect.

Ad 2. Nego consequentiam, ad probationem. Respondeo 1. Dialecticum illud axioma intelligi negatiuè, non positiuè, ut videlicet nunquam conclusio sequatur gradum certitudinis præmissæ fortioris; non autem ut debeat necessariò sequi gradum præmissæ debilioris: sed sequi potest certitudinem mediam inter vtrumque: sicut cum effectus procedit ex duplici causa partiali, non procedit cum specificâ perfectione causæ perfectioris, neque imperfectioris, sed cum mediâ imitante perfectionem vtriusque, ut patet de mulo procedente ex equâ & asino, qui procedit mediâ quâdam specie imitante naturam vtriusque causæ.

73.  
Resp. 2.  
melius.

2. Concesso absolutè axiomate, nego, præmissam naturalem, quando coniungitur cum supernaturali ad illam explicandam, habere tantum

certitudinem naturalem; aio eleuari ex coniunctione cum præmissa supernaturali ad participandum gradum certitudinis supernaturalis: quia dum præmissa naturalis explicat supernaturalem reuelatam, simul explicat se ipsam implicite & virtute contineri in supernaturali reuelata, atque aded participare certitudinem reuelationis supernaturalis, non quidem formalis & expressæ, sed virtualis & implicitæ: & consequenter conclusio deducta ex vnâ præmissa supernaturali, & alterâ naturali, etiam si sequatur partem debiliorem, erit certior quàm conclusio naturalis: quia non nititur certitudine præmissæ vt naturalis, sed vt participantis certitudinem præmissæ supernaturalis per coniunctionem ad illam: Vt patet in syllogismo: *Christus est homo: homo est risibilis: ergo Christus est risibilis*. Minor naturalis dum explicat maiorem reuelatam, & creditam fide diuinâ, simul explicat, se ipsam virtute contineri in maiore reuelata. Quia cum propositione reuelata censetur reuelari ea omnia, quæ cum ea sunt naturaliter connexa: atque aded ex tali explicatione & coniunctione redundat in minorem naturalem gradum certitudinis reuelationis implicitæ & virtualis, qui gradus certitudinis communicatur etiam conclusioni.

DICES, præmissa naturalis cognita per discursum, vt contenta in præmissa reuelata, creditur fide diuinâ; ergo vt sic non differt à præmissa reuelata. Respond. Creditur fide diuinâ virtuali, & implicitâ, concedo; formali & explicitâ, nego. Duplitem enim potest talis præmissa credi ex testimonio diuino, vno modo explicitè & formaliter, si nimirum discursus naturalis solum se habeat vt conditio, quâ positâ intellectus solo testimonio diuino feratur ad eam credendam; alio modo, implicitè & virtualiter, si videlicet eodem discursu explicetur, illam contineri in præmissa reuelata, & simul eodem testimonio diuino implicitè & virtualiter credatur ea esse in præmissa supernaturali reuelata: qui est quidam certitudinis gradus inferior fide diuinâ formali & expressâ, superior scientiâ naturali.

Hinc patet, cur quoad reliquas proprietates inevidentiæ, contingentis & probabilitatis, conclusio necessariò sequatur euidens, contingens, & probabilis: quia nimirum inevidentia est pars debilior, & præmissa euidens nequit vllum gradum euidentiæ communicare præmissæ inevidenti, & creditæ fide diuina; quia hæc excludit à suo motiuo formali omnem rationem naturalem. Perfectio verò probabilis seu contingens non reuelatur implicite & virtualiter in propositione reuelata: cum tales perfectiones adesse, & abesse possint integrâ manente naturâ propositionis reuelatæ; sicut intelliguntur implicite reuelatæ eæ perfectiones, quæ naturaliter integrant naturam propositionis reuelatæ; atque aded propositiones probabiles coniunctæ cum propositione reuelatâ nullum participant ex tali coniunctione gradum certitudinis, sed manent in suâ pura probabilitate, quam suâ naturâ habent, & consequenter conclusio, quæ iuxta artem syllog. sequi debet partem debiliorem, semper erit probabilis & contigens.

Ad tertium supernaturalitati habitus obesse nõ debet, quod acquiratur ex nostris actibus; quia quando actus sunt supernaturales, vt assensus Theologici, ex motiuo & certitudine supernat. non possunt nisi supernaturalem habitum gignere. Ad consequentiæ probationem nego antecedens: nam

74.  
Dices.

Resp.

75.  
Inevidentia est pars debilior absolute.

76.  
Ad 3.

SECTIO V.

An Theologia sit una scientia.

*Habitus supernaturales aliqui acquisiti:* nam ex mea sententia duplex datur genus habituum supernaturalium; alterum infusorum, acquiritorum alterum: illi præcedunt actus, & ad instar potentia dant posse simpliciter; unde à proprijs actibus augeri non possunt: isti subsequuntur actus, & ad instar habituum naturalium necessario supponunt infusos, tanquam potentias, solumque conferunt in operando facilitatem, à suisque actibus intenduntur. Fundamentum; habitus acquisiti sunt ipsa species actuum in potentia relicta, quæ magis, ac magis perfecta ac radicata per exercitium plurium ac plurium actuum, potentiam faciunt ad consimiles actus circa idem obiectum eliciendos. Sed actus supernaturales non relinquunt nisi species supernaturales, cum species sit virtualis imago & representatio obiecti: ergo præter habitus infusos dantes simpliciter posse, concedendi sunt acquisiti ex actibus supernaturalibus frequentatis, præbentes tantum facilitatem circa idem obiectum: ut fuse 8. *comodo disputat.* 1.

77. Ad 4. neg. maiorem, si loquamur de habitu Theologico inclinante intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide Diuinâ; quia cum in hæretico non sit habitus fidei infusa, non potest ad conclusiones procedere ex principijs reuelatis, creditis fide Diuinâ, quæ necessario prærequiritur ad perfectum assensum Theologicum.

78. Concedo maiorem, si loquamur de habitu Theologico inclinante ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis creditis tantum fide humana. Verum hic habitus non est in substantiâ supernaturalis, cum nullum habeat principium super-naturale.

79. Ad 5. aliqui causam efficientem supernaturalem assensus Theologici, assignant ipsos assensus supernaturales fidei in principia reuelata, qui simul cum intellectu effectiue influunt in assensum conclusionis. Sed contra; cum assensus sit actus vitalis, non videtur habere vim actiue influendi in alium actum vitalem, ut inductione constat de actibus vitalibus: Solum enim principia reuelata ad assensum conclusionis Theologicæ concurrunt obiectiue, sicut omnes præmissæ ad assensum conclusionis. Quare dico causam efficientem supernaturalem assensus Theologici, esse habitum fidei infusæ, quæ non solum se extendit ad actum fidei formalis & explicitæ, sed etiam ad actum fidei virtualis & implicitæ: qualis est assensus Theol. in conclusionem; implicite contentam in præmissis reuelatis.

*Habitus fidei efficit assensum Theolog.*

80. Deducitur; certior est conclusio Theologica deducta ex vtrâque de fide, quam ex vnâ de fide, & alterâ naturali. Fundamentum: quantum conclusio est propinquior principio, ex quo deducitur, tantò est certior; quia tantò magis participat certitudinem principij, propter quam asseritur. Sed conclusio deducta ex vtrâque præmissâ de fide est propinquior principijs reuelatis, ex quibus deducitur, quam deducta ex vnâ tantum de fide: quia hæc continetur in alterâ de fide, mediâ præmissâ naturali; deducta verò ex vtrâque de fide continetur nullâ mediâ præmissâ naturali, sed tantum medio discursu naturali; ergo est propinquior principijs, atque adeò certior.

PRIMA Sententia negat; Goffredi apud Aureol. *quest. 2. Prologi articul. 3.* quia illa scientia non est vna, quæ non habet obiectum formale vnum, quod dat vnitatem scientiæ: Theologia non habet obiectum formale vnum; primo, quia obiectum Theologiæ est partim practicum, partim speculatiuum: at hæc duo nequeunt in vnum obiectum formale simul conuenire, cum sint rationes primo diuersæ, diuidentes habitum in duas species primo diuersas: ut constat de Ethica & Metaphysica, quæ sunt duæ scientiæ specie diuersæ, quia illius obiectum est ens operabile; huius verò speculabile. Secundo Theologia æquè primo agit de Deo & creaturis; nullus autem conceptus communis est Deo & creaturis, ergo.

81. 1. Sentent. Fundam.

Secunda docet, Theologiam, quæ conclusiones infert ex vtroque principio reuelato, esse vnam specie scientiam: quæ verò conclusiones infert ex vno principio reuelato, & altero naturalis lumine noto; esse specie diuersam, eamque in tot specie habitus multiplicari, quot sunt principia naturalia specie diuersa, quæ ad conclusiones Theologicas concurrunt: ita *Molin. p. 1. quest. 1. articul. 3. disputat. 3. sine. Granad. 1. p. tract. 1. disputat. 8.* quia prioris obiectum formale semper est idem, ipsa videlicet auctoritas Diuina applicata per discursum, ut *infra*: posterioris verò semper est diuersum à priori, & interdum varium, iuxta varietatem principiorum, quæ cum reuelato principio ad conclusiones concurrunt: scilicet obiectum formale Theologiæ sunt principia ex quibus Theologicæ conclusiones inferuntur: at hæc sunt diuersa in vtroque assensu, quando enim vtrumque principium est reuelatum, adæquata ratio assentiendi conclusioni est sola auctoritas, euidenti discursu applicata: quando verò cum principio reuelato coniungitur aliud principium naturale, adæquata ratio assentiendi non est sola auctoritas reuelantis, naturali discursu applicata, sed etiam aliud principium lumine naturalis notum. Nam hoc simul cum reuelato integrat adæquatum motiui assentiendi: quod variatur iuxta varietatem principiorum naturalium.

82. 2. Sentent.

Discriminis ratio.

Confirmatur, certior est conclusio deducta ex vtroque principio reuelato, quam ex vno reuelato & altero naturali: ergo vna specie differt ab aliâ: quia sicut ex maiore certitudine conclusionis Theologicæ supra quamcunque naturalem, colligimus specificam diuersitatem inter eas: ita ex maiore certitudine conclusionis Theologicæ deductæ ex vtroque principio reuelato, & ex altero naturali, colligere debemus specificam diuersitatem inter illas.

83.

TERTIA affirmat; Theologiam esse vnam scientiam: Est *omnium Theologorum, in Prologo sententiarum & cum S. Thom. 1. part. question. 1. artic. 3.* Variant in assignandâ radice huius specificæ vnitatis: omnes tamen conuenire debent, eam sumendam esse ex vnitatem obiecti formalis; ut enim constat ex *Philosophiâ*, radix omnis specificationis, atque adeò vnitatis potentiarum, actuum, & habituum desumenda est ex obiecto formali, quia autem habitus Theol. generatur ex actibus, & actus non generant nisi habitum sibi similem: si proba-

84. Theologia est vna scientia.

si probauero omnes assensus Theologicos niti eadem ratione formali, efficaciter probauero, eodem motiuo formali niti habitum Theol. cum idem sit motiuum formale habitus & actus: Hoc sic probo:

84.  
Ratio mouens est vna specie.

Vnititas obiecti formalis assensus desumitur ex vnititate rationis, qua potentia mouetur ad assensum efficiendum: quia quod mouet potentiam ad actum, concurret vt causa proxima ad illum, & illi speciem vnitatemque tribuit (omnis quippe causa proxima, vt inductione constat, speciem tribuit effectui, quem producit.) At ratio proxima, qua intellectus mouetur ad assensum Theologicum est vna specie; scilicet reuelatio Dei virtualis, qua eadem est in omni assensu Theologico, seu quia conclusio implicite & virtualiter continetur in principio reuelato, illi assentimur, omnis enim assensus Theologicus supponit aliquod principium reuelatum, ex quo per naturalem discursum deducit nouam veritatem: ergo ad omnem cum concurret virtualis reuelatio, vt ratio proxima assentiendi, seu ipsa virtualis contentia conclusionis in principio reuelato: ergo cum hoc motiuum formale sit vnum, assensus Theologicus est vnus specie. Confirm. omnes assensus fidei sunt eiusdem rationis, eo quod omnes nitantur eodem motiuo reuelationis formalis: ita omnes assensus Theologici erunt eiusdem rationis, eo quod omnes nitantur eodem motiuo reuelationis virtualis. Neque principium naturale coniunctum cum supernaturali reuelato variat hanc virtuale reuelationem, quia non concurret precise vt naturale, sed vt participans virtuale reuelationem: quia concurret vt virtualiter contentum in principio reuelato.

86.  
Diuina: humana variat speciem.

Deducitur 1. Assensum Theol. qui nititur principio reuelato credito fide humana esse diuersum specie a Theologico, qui nititur principio reuelato credito Fide Diuina: & consequenter habitus vtriusque esse etiam specie diuersos: siquidem motiuum vnus est testimonium humanum; motiuum alterius est testimonium Diuinum virtuale: quæ duo motiua specie differunt inter se. Omnes tamen assensus Theologici ex principijs reuelatis creditis fide humana sunt eiusdem speciei, quia omnes nituntur eodem motiuo proximo fidei humanae.

87.  
Plures numero habitus.

2. Theologiam non esse vnam simplicem qualitatem, sed plures habitus distinctos numero, quorum vnusquisque inclinatur ad distinctam numero conclusionem, sub eadem tamen ratione formali, sub qua omnes conueniunt. Est Aureoli *quæst. 2. Prologi articul. 4. ad prima Molina, Granadi citat.* Fundamentum: in mea sententia, ad quam teste Capreolo *quæst. 3. Prologi articul. 1. post primam conclusionem S. Thom. magis inclinatur, & docet Scotus in Prologo quæst. 2. Laterali §. de secundo.* habitus acquisitus consistit in speciebus relictis ex præteritis actibus in potentia. At species vnus assensus numero differunt a speciebus alterius assensus. Ergo. Confirmatur: non statim acquisito habitu ad vnam conclusionem, acquiritur habitus circa reliquas: ergo habitus inclinans ad vnam est numero distinctus ab habitu inclinante ad alias.

Obiicies 1. Reuelatio virtualis in Theologia se habet, vt abstractio in scientijs: sed abstractio in scientijs non habet rationem motiui, sed puræ conditionis: ergo & reuelatio in Theologia. Confirmat. ratio motiua debet esse intrinseca obiecto formali: sed reuelatio non est intrinseca obiecto formali Theologiae, cum sit extrinseca denomina-

tio ab actu Dei reuelantis. Respond. nego maiorem: abstractio enim in scientijs non est motiuum assensus scientifici, sicut virtualis reuelatio est motiuum Theologici assensus. Ad Confirm. nego maiorem vt patet in obiecto fidei, cuius ratio formalis est auctoritas dicentis, quæ non est intrinseca obiecto credendo. Vt enim ratio formalis possit mouere intellectum ad assensum, sufficit, vt cum illo apprehendi possit per modum vnus.

Obiicies 2. Assensus scientifici specificantur a conclusionibus: ergo etiam Theologici. Confirm. Theologus diuersos format conceptus de Deo Trino & Vno, ac de Sacramentorum institutione. Respond. negando antecedens: assensus enim scientifici specificantur a medijs, quæ sunt principia assensuum, non a conclusionibus. Vnde quando diuersæ conclusiones diuersis cognoscuntur medijs, diuersos pariunt assensus, non propter diuersitatem conclusionum, sed mediorum, quibus illæ cognoscuntur: eodem enim medio plures possunt conclusiones diuersæ cognosci, & probari. Cum igitur conclusiones Theologicae nitantur vnico medio reuelationis virtualis, non specificabunt diuersos assensus.

Ad Confirmationem concedo de conceptibus apprehensiuus, qui præcedunt assensum illatiuum, vt conditiones prærequisitæ: scilicet ipsos esse diuersæ rationis: Nego de assensu illatiuo. Explico; vt intellectus possit clicere hunc assensum: *Christus est visibilis; Pater distinguitur a Filio:* prius formare debet simplices conceptus terminorum, nempe de Christo visibili, & de Patris a Filio distinctione: qui quoniam sunt de terminis diuersis, ipsæ etiam erunt specie diuersi: verum non in ijs consistit formalis assensus Theologicus, quem tales conceptus apprehensiuus solum præcedunt vt conditiones prærequisitæ, sine quibus assensus ipse eliciri non posset; sed in actu illatiuo, quo conclusio inferitur ex principio reuelato, vt in eo virtualiter contenta. Quia ex *S. Thom. part. 2. quæst. 8. articul. 3. Scot. in Prologo quæst. 2. Laterali §. de secundo,* necesse est, vt eodem actu simul cognoscatur principium, & inferatur conclusio: id tamen, a quo actus specificatur, est motiuum formale.

Obiicies 3. Sæpè Theologia ad suas conclusiones tuendas vtitur principijs pure naturalibus; ergo non potest esse vna. Respond. nego, non quæ Theologia est, vti illis; sed quæ coniunctas habet in eodem subiecto alias scientias: quarum ministerio vtitur ad suas conclusiones tuendas. Sicut interdum vna virtus vtitur ministerio alterius ad se ipsam tuendam; veluti castitas ad se ipsam contra corruptorem tuendam vtitur ministerio fortitudinis.

Obiicies 4. Deus in reuelanda Theologia se habet vt præceptor: sed possunt ab eodem præceptore plures scientiæ addisci; ergo potest homo plures habitus Theologicos distinctos habere. Respond. distinguendo maiorem: habet se Deus in reuelanda Theologia, vt præceptor proponens reuelata, solâ proponentis auctoritate credenda, concedo: & tunc nego, ab eodem præceptore plures addisci posse scientias: quia tunc omnia creduntur sub eodem motiuo formali auctoritatis præceptoris proponentis. Habet se Deus in ea, vt præceptor proponens reuelata, cognoscenda sub proprio motiuo, & ratione formali intrinseca rerum, nego: In quo tantum casu multiplicarentur scientiæ ad multiplicationem rerum, quæ proponuntur cognoscendæ.

Ad 1. neg. minor. Ad 1. prob. nego practicum & specula-

Speculatiuum non posse sub vna ratione formali conuenire, vt patet de Fide, quæ sub vno motiuo formali Diuinæ reuelationis tendit ad vtrumque obiectum practicum & speculatiuum; eadem credit, Deum esse Trinum & Vnum, & simul summè diligendum, quod est practicum obiectum. Neque Ethica & Metaphysica ex eo tantum specie differunt, quòd vnius obiectum sit practicum, alterius verò speculatiuum, sed quia non habent vnã rationem formalem communem, ex *Philosophia*. Ad 2. nego maior. Nam de Deo agit Theologia primariò, de creaturis secundariò, & in ordine ad Deum.

94.  
Ad ratio-  
nem Molinæ,  
Grana-  
di.

Ad 2. Patet falsum esse, principium naturale specificè variare ad æquatum motiuum assensus Theogici; quippe quod ad assensum non concurrat, nisi vt virtualiter reuelatum, & implicite contentum in ipsa propositione expressè reuelata, sub qua ratione omnia principia naturalia conueniunt. Ad Confirm. neg. conseq. Nam maior illa certitudo, quæ vna conclusio Theologica differt ab aliã, non est diuersæ speciei, cum vtraque pendeat ab eadem reuelatione virtuali; sed maioris duntaxat intentionis intra eundem gradum certitudinis Theologicæ.

## SECTIO VI.

*An Theologia sit practica, an speculatiua, an vtraque simul?*

95.  
Finis in-  
trinsecus  
scientiæ; ve-  
ritas; opus  
practica.

**D**efiniendum, prius est, quid practicum, quid speculatiuum sit. Est autem speculatiuæ scientiæ, teste *Philos. 2. Metaph. cap. 1.* intrinsecus finis veritas; practicæ verò opus. Opus igitur quod & *neg. 1.* Græcè dicitur, obiectum est practicæ scientiæ: sicut & veritas, ipsa videlicet rei notitia, obiectum est speculatricis scientiæ: Vnde hæc gratia sui esse dicitur, quia suæ solius contemplationis causâ est; illa verò gratiâ alterius, quia non sistit in sola veritate sui obiecti cognoscendâ, sed ulterius tendit ad actum, seu opus à se distinctum dirigendum regulandumve: Vnde quidquid est intellectuâli notitiâ regulabile, siue dirigibile, obiectum est practicæ scientiæ. Quare falso *Scotus qu. 4. Prologi §. dico igitur*, ab obiecto practicæ scientiæ excludit actum intellectus; definiens praxim, ad quam cognitio practica se extendit, esse actum alterius potentie, quam intellectus, naturaliter posteriorem intellectu, natum elici conformiter rationi relecta, ad hoc vt sit relectus: etenim non solum operationes externæ, internæque appetitus, sed etiam intellectus sunt regulabiles, & dirigibiles per notitiã practica priorem; vt omnes speculatiuæ scientiæ practice diriguntur per Logicam, cuius est omnes scientias regulare, & per certas regulas syllogisticæ formæ dirigere. Item omnes actus scientiarum sunt moraliter regulabiles à virtute studiositatis; cuius est certum modum in studendo præscribere iuxta regulas prudentiæ.

96.  
Rectitudo  
actus, mo-  
ralis, arti-  
ficialis.  
Coroll. 4.

Colligitur 1. In actibus duplicem reperiri posse rectitudinem, alteram moralem in ordine ad mores; alteram artificialem in ordine ad artem. Potest enim interdum opus rectum esse secundum mores, si recto fine & intentione fiat, obliquum verò secundum artem, si regulas artis non attingat, & vice versa. 2. Non solum actiones, & factiones, quæ sunt circa externa opera, sed ipsas etiam speculationes esse obiecta scientiæ practicæ, ac proinde praxes; sub diuerso tamen respectu: dicitur

*De Deo, Tam. 1.*

speculatio, quæ contemplatio veritatis; praxis quæ ipsa veritatis contemplatio à scientiâ practica secundum circumstantias loci, temporis, & modi speculandi. 3. Non fat esse, vt scientia sit practica, vt versetur circa obiectum suâ naturâ operabile, quamuis hoc necessariò requiratur; sed necessarium præterea est, vt versetur modo practico: nam dupliciter versari potest notitia circa obiectum operabile, vno modo cognoscendo tantum naturam ipsius; alio modo dictando de modo, quo tale opus est factibile. Prior est cognitio speculatiua, posterior practica. 4. Notitiã practica supponere in ipso sciente liberam facultatem exercendi opus, cuius notitia ipsa est directiua. Defectu huius facultatis non est in Angelis practica scientia de castitate, eo quòd nulla in ijs sit facultas eliciendi castitatis actus. Defectu liberæ facultatis nequit de nutritione & augmentatione esse scientia practica in homine, quia tales actus non sunt in liberâ potestate hominis, nec ab ipso practice dirigibiles.

Suppono etiam ex communi sententia *Scholast. contra Agid. quæst. ult. Prologi & Argent. q. 4. art. 2.* scientiam ad æquatè diuidi in speculatiuam & practica, nec dari tertium genus scientiæ, quæ sit tantum affectiua, qualem *cit. Authores* contendunt esse nostram Theologiam: eo quòd illa pro obiecto respiciat affectionem seu dilectionem Dei, quæ sit nobilior speculatione; & eius obiectum non sit operabile à nobis. Etenim falsum est Theologiæ nostræ obiectum esse dilectionem Dei, & esto sit, aut versabitur circa illam contemplando naturam ipsius, & sic erit speculatiua: aut dirigendo media ad ipsam consequendam, & sic erit practica: scientia enim practica, non requirit vt immediatè possit operari circa finem, sed fat ei est si operari possit circa media, quibus finem consequimur; alioqui nulla virtus, quæ circa Deum versatur, posset esse practica: eo quòd nulla virtus immediatè operari possit circa Deum. Hoc autem supposito,

100.  
Scientia af-  
fectiua tan-  
tum nulla.

PRIMA sententia docet, Theologiam nostram esse tantum practica: *Scoti quæst. 4. Prologi, §. ad quam igitur, Aureoli quæst. 3. art. 1. &c.* quia omnis Theologica notitia ordinatur ad consecutionem vltimi finis: ergo omnis Theologica notitia est practica; non enim gratia sui, sed directiua alterius actus operationisve: ergo & habitus eâ genitus: quia habitus gignitur ex actibus. Anteced. prob. omnis Theologica notitia est de obiecto homini à Deo reuelato: principia enim Theologiæ sunt veritates reuelatæ: at omne id obiectum vltimatè dirigitur ad consecutionem vltimi finis: nam obiectum homini à Deo reuelatum est sacra scriptura, quæ tota dirigitur ad consecutionem vltimi finis per obseruantiam præceptorum, iuxta illud: *In his duobus mandatis vniuersa lex pender, & Propheta.* Confirm. Theologia est quædam scientia directiua omnium virtutum; dirigit enim hominem per consentanea media ad suum finem consequendum; & media hæc sunt virtutes tum morales, tum infusæ.

101.  
1. Sentent.

Matth. 22.

SECUNDA affirmat, Theologiam nostram esse tantum speculatiuam: *Henrici in sum. art. 8. quæst. 3. Marsily q. 3. Prologi art. 5.* licet enim multa de virtutibus practice disputet, quia tamen hæc ipsa ordinantur ad speculationem (dirigit enim animum ad virtutes, vt illis acquisitis, liberius possit veram Theologiam speculatiua) simpliciter dicenda est speculatiua. Confirm. sicut è contrario, scientia moralis est practica, etiamsi multa de virtutibus speculatiue disputet; eo quòd hæc ipsa speculatio dirigitur ad praxim: ita Theologia dici debet speculatiua;

102.  
2. Sentent.  
Fundam.

latiua, esto multa de virtutibus practicè tradat; eò quòd hæc ipsa ordinantur ad speculationem.

103. TERTIA docet, Theologiam nostram partim esse speculatiuam, partim practicam: *S. Thom. 1. p. quest. 1. art. 4. & ferè omnium Scholast. in Prologo sentent.* Dissensio est, quo modo id simul sit: Aliqui putant hoc conuenire Theologiæ ratione diuersorum habituum partialium, quibus constat: alij ratione vnus eiusdemque indiuisibilis habitus; & hoc vel eminenter, vt *Caiet. 1. p. quest. 1. artic. 4. Medina p. 2. quest. 3. art. 5. & c.* Vel formaliter, vt reliqui.

104. DICO 1. Theologia nostra non est tantum practica, nec tantum speculatiua: nec enim solum agit de rebus operabilibus, nec de speculabilibus solum; sed de vtrisque simul, idque per se: ergo est partim practica, partim speculatiua: quia scientia dicitur practica, vel speculatiua ex obiecto, & modo, quo de illo tractat; ergo si per se de obiecto tractat modo practico, & speculatiuo simul, non erit tantum practica, nec tantum speculatiua. Anteced. prob. Theologia per se disputat de vltimo fine, de actibus humanis, de virtutibus, de legibus, de Sacramentis, quatenus hæc omnia hominem dirigunt, & conducunt ad vltimum finem: per se etiam disputat de Deo, vt in se ipso est vnus in essentia, Trinus in personis, & principium omnium operum ad extrà. At priora sunt operabilia, posteriora speculabilia; ergo per se disputat de vtrisque.

105. DICO 2. non repugnat, quin vnus & idem habitus sit formaliter practicus, & formaliter speculatiuus; vt nec notitia practica & speculatiua simul, ex qua gignitur habitus: imò de facto in Theologia nostra datur aliquis habitus, qui simul sit formaliter practicus & speculatiuus. De notitia ostendo 1. in cognitione quam Deus habet de creaturis, quæ quæ eas exprimit secundum proprias notas & naturas, est speculatiua: quæ verò ostendit modum eas fabricandi, directiuaque est praxeos, est practica: 2. In visione, quam Beati habent de Deo, quæ quæ pura contemplatio est Diuinæ essentia, est speculatiua; quæ verò simul est practicum iudicium de increata bonitate Dei summe diligibili, est practica; sic enim est directiua voluntatis ad amorem erga Deum. 3. Practicum subordinatur speculatiuo: practicum enim est, quod est directiuum praxis: sed hoc non repugnat cum speculatiuo, sed supponit illud, & vltèrius addit extensionem ad praxim. Quapropter *Aristot.* dixit intellectum extensione fieri practicum: scilicet cognitio speculatiua rei, si vltèrius extendatur ad modum conficiendi rem ipsam in ordine ad existentiam, fit practica. Igitur non repugnat, quin eadem notitia sit speculatiua, & practica simul.

106. DICES cognitio speculatiua includit negationem cognitionis practica: nam sistit in solâ contemplatione veritatis; ergo excludit cognitionem practicam. Confirm. si notitia practica supponeret speculatiuam, nunquam practica cognitio esse posset sine speculatiua: cuius tamen oppositum experimur in opificibus, qui habent notitiam practicam de opere faciendo, absque speculatiua de natura eiusdem. Resp. dist. anteced. includit permissiuè; concedo: includit impossibilitè; nego: sicut materia permissiuè includit negationem formæ ignis, quia potest esse sine illâ; non impossibilitè, quia non repugnat esse cum illâ. Ad prob. dist. anteced. sistit in solâ contemplatione veritatis, quæ speculatiua est; concedo: quæ etiam practica esse potest: nego. Ad Confirm. nego sequel. Non enim dicimus, notitiam practicam ne-

cessariò supponere speculatiuam, sed non repugnare cum illâ. nam notitia speculatiua est cognitio de essentiâ, & proprietatibus rei, quæ non necessariò supponitur ad practicam, quæ tantum dicitur de modo operandi: non tamen repugnat esse cum illâ. Prob. de facto dari talem habitum: de facto datur aliqua cognitio, quæ exprimit naturam rei, & simul dirigit ad praxim; qualis est notitia bonitatis increata, nec non virtutis, quæ simul explicat naturam obiecti, & dirigit ad amorem erga illud. Quòd autem talis habitus sit formaliter, & non eminenter speculatiuus & practicus, prob. ei formaliter conuenit ratio speculatiui & practici: quia formaliter est notitia veritatis, & simul directio praxis; ergo.

DICO 3. Theologia nostra constat ex multis habitibus speculatiuis, & ex multis practicis; atque adèò totaliter sumpta nec simpliciter speculatiua, nec simpliciter practica; sed partim speculatiua, partim practica dici debet: partialiter verò accepta, vel pro habitu tantum speculatiuo, vel pro habitu tantum practico, dici potest, & debet speculatiua, vel practica. Primum à priori sic probò: Obiectum Theologiæ, est Deus tum secundum se, tum vt finis à nobis consequibilis: sed consideratus secundum se necessariò parit habitum speculatiuum; quia vt sic consideratur tantum ratione veritatis à nobis cognoscibilis: consideratus verò vt finis, medijs nostris actibus consequibilis, necessariò parit habitum practicum; aut qui simul sit speculatiuus circa naturam & essentiam tam finis, quàm mediorum; aut qui tantum sit practicus directiuus tantum mediorum ad finem. Nam, vt sic, consideratur vt terminus consequibilis per nostras operationes, & consequenter nostræ operationes habent se vt praxes dirigibiles per habitum Theologicum: ergo Theologia nostra totaliter sumpta habet aliquos habitus purè speculatiuos, aliquos purè practicos, vel simul speculatiuos & practicos, à quibus denominari potest, & debet partim speculatiua, partim practica. An debeat appellari magis speculatiua, an magis practica? *S. Thom. & Thomista* in 1. partem inclinant; alij in 2. ego in neutram: sed censeo illam æquè speculatiuam, ac practicam appellandam esse: quia non minùs considerat Deum, vt finem consequibilem per humanos actus, quàm secundum se, & vt principium est creaturarum: ergo non minùs considerat illum, vt est obiectum virtutis practicè consequibile, quàm vt est obiectum virtutis speculatiuè cognoscibile.

Ad fundamentum primæ nego antecedens: sola enim cognitio Dei vt vltimi finis pro se ordinatur ad consequentem illius. Ad prob. disting. minor. omne obiectum à Deo homini reuelatum, vltimatè dirigitur ad consequentem vltimi finis, ex extrinseca dumtaxat intentione reuelantis; non ex intrinseca natura, & conditione obiecti, quod tantum spectandum est in ratione practici & speculatiui in scientijs: alioqui ex solâ intentione scientis omnis scientia, quantumuis speculatiua, fieri posset practica per extrinsecam dumtaxat ordinationem ad praxim. Eodem modo ad prob. minor. concedo, obiectum homini à Deo reuelatum, esse Scripturam; Nego autem quidquid in eâ continetur per se, & ex intrinseca naturâ obiecti, sed solum ex extrinseca intentione reuelantis ordinari ad consequentem vltimi finis. Ad Confirm. neg. maior. si intelligatur de tota Theologia; quia hæc non tantum est directiua virtutum; sed etiam speculatiua Dei.

Ad fun-

107.

Exprimen-  
naturam  
rei ac diri-  
gens ad  
praxim.

108.

Constata  
varijs ha-  
bitibus.

109.

Quid de  
nomine!

110.

Intentio  
scientiæ ut  
denominat  
praxim.

III.

Ad fundam. secundæ, neg. minor, de ordinatione per se, & intrinseca ipsi obiecto: alioqui Ethica, quam multi Prisci addiscebant, ut liberius opera naturæ contemplarentur, fuisset in ijs habitus speculatiuus, quia ex intentione ipsorum ordinabatur ad speculationem. Ad Confirm. Nego Ethicam ex eo tantum dici simpliciter practicam, quia ea, quæ speculatiuè in ipsa tractantur ad praxim diriguntur, extrinseca dicitur intentione scientis, sed quia id postulat natura & conditio ipsius obiecti. Cum enim obiectum scientiæ moralis sit virtus: virtus autem magis postulet, ut subiectum perficiat per suum esse reale, quam per suum esse intentionale, cognitio ipsius suâ naturâ ordinatur ad praxim, & ad ipsum reale exercitium virtutis.

Sed conditio obiecti.

SECTIO VII.

An Theologia nostra subalternetur Theologie Dei, & beatorum?

112. Affirmant. Fundam.

**P**RIMA sententia affirmat: *Capreoli quest. 1. Prologi conclus. 2. Caiet. 1. p. quest. 1. art. 2. S. quoad secundum. Nazarij controu. 2.* quia Theologia habet quidquid requiritur ad essentialem rationem subalternationis respectu scientiæ Dei & beatorum: scilicet subalternata sua principia accipit à subalternante scientiâ Dei & Beatorum, ut per continuationem cum illâ sortiatur rationem scientiæ; ex *S. Thom. 1. p. quest. 1. art. 2.* procedit enim ex articulis Fidei, ut ex principijs creditis, & acceptis ex scientiâ Dei, & Beatorum, in quâ tantum sunt euidentis. Confirm. exemplo *S. Doct.* sicut Medicus subalternatur Physico, cuius auctoritate credit, esse quatuor elementa: ita viator fidelis subalternatur Deo, cuius auctoritate credit ea, quæ per suos nuncios reuelat.

Confirm.

113. Negat probabilius.

**S**ECUNDA negat: *Scoti in Prologo, q. 5. Later. Aureoli. quest. 1. art. 3. & reliquorum Scholast.* quæ communior & amplectenda. Fundam. ad perfectam subalternationem non sat est, ut scientia subalternata accipiat principia à subalternante; sed præterea requiritur, ut obiectum subalternatæ addat aliquam differentiam accidentalem supra obiectum scientiæ subalternantis, quæ sit principium aliquarum conclusionum pertinentium ad solam scientiam subalternatæ; velut obiectum perspectiuæ, quæ subordinatur Geometriæ, supra lineam, quæ est obiectum Geometriæ, superaddit visualitatem, quæ in perspectiuâ est principium multarum conclusionum, quæ spectant ad solam perspectiuam. Hanc conditionem non addit Theologia nostra supra Theologiam Dei & Beatorum: ergo non est illi subalternata. Maior est omnium *Philos. ex Arist. 1. Poster. 10.* quia ubi definit subalternans, ibi incipit subalternata ad novas conclusiones ulterius demonstrandas. Minor prob. obiectum Theologiæ nostræ & Beatorum est idem, nempe Deitas sub ratione Deitatis: nec vlla est conclusio in Theologia nostra, quæ non sit nota in scientia Beatorum. Nec satisfaciunt aduersarij, dicentes, obiectum Theologiæ nostræ distinguui ab obiecto Beatorum per reuelationem obscuram, & claram, siue per lumen obscurum fidei, & clarum gloriæ: quia lumen obscurum siue reuelatio non est ratio aliqua, tenens se ex parte obiecti materialis, quæ sit principium alicuius conclusionis in Theologia nostra, cuius principium non sit obiectum in Theologia Beatorum: cum nulla conclusio sit in Theologia nostra, quæ non cognoscatur à Beatis vi scientiæ Beata.

Hoc ex omnium sent.

Scoti ratio.

114.

Ad fundam. 1. neg. anteced ad prob. neg. Maior, ad auctoritatem *S. Thom.* dicendum, nunquam illum expressè docuisse, Theologiam nostram subalternari Theol. Dei, & Beatorum, sed habere se ad instar scientiæ subalternatæ: quod notauit *Bannez in 1. p. q. 1. art. 2. ad 3.* Vnde *cit. 1. p.* solum dicit Theologiam nostram procedere *ex principijs notis lumine superioris scientiæ. scilicet Dei & Beatorum:* sicut Perspectiuâ procedit ex principijs notis lumine superioris scientiæ, nempe Geometriæ. Cum enim hæc sit vna ex conditionibus, ad subalternationem requisita, meritò in hæc *S. Thom.* Theologiam nostram respectu Theologiæ Dei & Beatorum cõparat perspectiuæ respectu Geometriæ. Ceterum, quia non participat reliquas conditiones essentielles, non est perfectè subalternata. Ad Confirm. Medicina subalternatur Physicæ per additionem nouæ rationis sanabilitatis, tenentis se ex parte obiecti ut principij multarum conclusionum, quæ ad solam spectant medicinam: non ita Theologia nostra Theologiæ Dei & Beatorum. *S. Thom.* autem vsus est exemplo, solum ad ostendendam primam conditionem subalternationis.

115. Ad fund. 1. S. Thom.

Non est paritas.

Deducitur 1. Theologiam nulli scientiæ naturali subalternari: nam etsi interdum vtatur aliquo principio naturali ad suas conclusiones probandas, eo tamen non vtitur, ut naturale est formaliter, quo pacto est principium scientiæ naturalis, sed ut virtualiter reuelatum in principio supernat. reuelato: quo pacto transitur ad rationem formalem obiecti Theologici: Tum quia non vtitur illo, ut in eo se principaliter fundet; sed tamquam instrumento ad suas conclusiones melius explicandas.

116. Theologia nulli subalternatur.

Petes, an saltem scientiæ naturales subalternentur Theologiæ? Resp. negatiuè, loquendo de propria subalternatione: quia cum Theologia nitatur ineuentiâ suorum principiorum; reliquæ scientiæ naturales euentiâ principiorum, non possunt scientiæ naturales sua principia accipere à Theologia, quæ procedit ex principijs obscuris, solo testimonio Dei virtuali creditis. De impropria verò subalternatione non est negandum: siquidè Theologia reliquas scientias naturales regulat quoad veritatem suorum principiorum: cum sit certior quâuis scientiâ naturali propter principia reuelata certiora.

117. Nec ipsi vlla scientia.

Nisi improprie.

Deducitur 2. neque Theologiam nostram subalternari habitibus infusis; nam vel hi sunt habitus morales existentes in voluntate: at nullus habitus intellectualis, qualis est Theologicus, subalternari potest habitui morali existenti in voluntate: Tum quia subalternatio dicit subiectionem, quam non habet habitus intellectualis ad habitum morale, sed potius contrâ: tum quia principia vniuers sunt diuersa à principijs alterius, & consequenter non potest vnus habitus uti principijs alterius: vel sunt intellectuales, ut est habitus fidei: & neque huic propriè subalternatur Theologia, sed tantum improprie: sicut dicitur habitus scientiæ subalternari habitui principiorum. Nam ita se habet Theologia ad habitum fidei, sicut habitus scientificus ad habitum principiorum: sicut enim habitus principiorum immediatè tendit ad cognoscenda principia, quæ deinde cognita, sunt medium cognoscendi conclusiones: ita habitus fidei immediatè tendit ad credendos articulos reuelatos, qui deinde crediti sunt medium, siue principium cognoscendi conclusiones Theologicas.

181.

Vi habitum Fidei Theologia.

## SECTIO VIII.

## An Theologia nostra perseueret in Beatis.

119.  
Negant.

Fundam.

1. Cor. 13.

120.  
Affirmant.121.  
Nota.122.  
Fides non  
remanet:Ergo nec  
habitus  
etc.123.  
Manent  
conclusio-  
nes, seu spe-  
cies:

**P**RIMA sententia negat: *Hernai quest. 6. Prologi ad primam q. Capreoli quest. 1. art. 2. ad 4. Gabrielis in 3. dist. 31. art. 3. dubit. 3. Medina p. 2. q. 67. art. 2. Molina 1. p. quest. 1. art. 2. disp. 3. fine, Valent. quest. 1. punct. 3. §. 5. habitus, Zumel quest. 1. conclus. 2. Fasoli dubit. 8. Granadi disp. 4. Gillij lib. 1. tract. 2. cap. 8. Fundam. Theologia est habitus essentialiter obscurus; ergo non manet in Beatis: alioqui in illis maneret etiam fides, contra Theologos. Anteced. prob. Theologia gignitur ex actibus Theologicis essentialiter obscuris, cum nitantur testimonio Dei virtuali. Confirm. talis habitus esset in Beatis otiosus cum non posset inclinare, nisi ad assensus obscuros, similes ijs, quibus est genitus; & in Beatis nequeat esse assensus Theologicus obscurus. Prob. 2. ex illo: 1. *Sine Prophetia euacuabuntur: sine scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Ergo Theologia, quæ obscuræ, & imperfectæ Deum cognoscit, accedente clara visione Dei, cessabit.*

**S**ECUNDA affirmat: *Caiet. 1. p. qu. 1. art. 2. §. quoad secundum. Bannez dub. 3. Henriquez lib. ult. de fine hominis c. 1. ex S. Thom. 1. p. quest. 89. art. 5. & p. 2. q. 67. art. 2. in quibus docet, in animâ separata manere omnes scientias acquisitas. Nec rectè Medina id explicat de scientijs dumtaxat naturalibus eidentibus, quæ non pugnant cum clarâ visione Patriæ: Nam S. Thom. intelligit etiam de Theologia, vt patet ex argum. Sed contra, vbi ad id probandum vitur auctoritate S. Hieronymi. Epist. 103. ad Paulin. quem ad studium sacræ scripturæ hortatur, *Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo: at studium sacræ scripturæ est Theologia; ergo. Notandum, posse in nobis manere habitum Theologiæ in aliâ vitâ, formaliter in ratione habitus, hoc est, in ratione principij comproducentis similes actus, à quibus fuit genitus; vel materialiter, solum in ratione scientiæ, seu conclusionum scitarum.**

**D**ICO 1. Theologia non remanet in Patria, in ratione habitus formaliter. Fundam. habitus Theologiæ pendet essentialiter in assensu Theologico producendo ab habitu fidei: at hæc non remanet in Patria, ex communi sententia. Maior prob. Theologia est habitus deductiuus conclusionum ex assensu principiorum. solâ fidei creditorum: ergo nequit eas deducere sine assensu fidei. Confirm. habitus fidei habet se ad habitum Theol. subministrando principia cõclusionum, sicut habitus principiorum ad habitum conclusionum, quarum supeditat principia, vt constat; sed nequit habitus conclusionum producere suum actum sine habitu principiorum; quia principia enim non sunt ratio assentiendi conclusioni, nisi vt cognita; & cognoscuntur per habitum principiorum: Ergo nequit habitus Theolog. suum actum producere sine habitu Fidei.

**D**ICO 2. Theologia materialiter, & quoad conclusiones ipsas ex principijs fidei deductas manet in patria. Fundam. in Patria manent species conclusionum Theologicarum: ergo manet Theologia quoad conclusiones deductas. Cum in meâ sententiâ habitus acquisitus cõsistat in speciebus, magis ac magis ordinatis, & perfectis. Anteced. osten-

do. 1. Beatus recordatur tales conclusiones, id non posset, nisi earum species haberet: quia recordatio fit mediâ specie rei, cuius recordamur. 2. Tales species non habent contrarium; ergo non est à quo corrumpantur: cum enim nequeant corrumpi ex corruptione subiecti, quia subiectantur in intellectu, qui suâ naturâ est incorruptibilis; si corrumpentur, à contrario deberent corrumpi. Nec dici potest, illas corrumpi corruptis phantasmatis, à quibus pendebat: quia licet ab ijs pendeant in fieri, cum eruuntur ab intellectu agente medio concursu phantasmatum, non tamen pendent in facto esse. Atque hoc ad minimum probat *cit. Hieronymus, Paulinum adhortans ad studium Theologiæ, cuius scientia nobiscum perseuerat in cælo. Leg. S. Thom. cit.*

Deducitur 1. in animabus purgantibus perseuerare Theologiam etiam in ratione habitus formaliter; sicut in illis perseuerat habitus fidei; & sæpè eliciunt actus Theologicos, sicut & fidei. 2. In damnatis non solum perseuerare habitum Theologiæ materialiter, quoad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide infusa, sed etiam formaliter, quoad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide acquisitâ; sicut in ijs manet fides acquisita eorundem principiorum, quorum habuerunt fidem infusam in viâ, iuxta illud *Iacobi 2. Demones credunt, nempe fide humanâ, & contremiscunt.* Vnde possunt elicere nouos assensus Theologicos ex principijs reuelatis, creditis tantum fide humanâ: quæ tamen non manet in Beatis, in quibus clara visio Dei excludit vtramque fidem infusam, & acquisitam. Neque est absurdum manere in damnatis aliquem habitum supernaturalem, qualis est Theologicus: cum in ijs maneat sacramentalis character, supernaturalis in essentiâ.

Ad fundament. 1. dist. consequ. non manet in beatis formaliter in ratione habitus, & comprincipij, inclinantis ad consimiles actus; concedo; non manet materialiter, in ratione scientiæ & conclusionis deductæ; nego. Nec est eadem ratio de habitu fidei infusæ, quia cum hæc se habeat per modum potentiæ inclinantis tantum ad reuelata credenda, non habet aliud munus, quam intellectum iuuare ad obiecta reuelata credenda: quo sine in patria cessante, cessat & ipse habitus ad talem finem essentialiter ordinatus. At verò habitus Theologicus non solum inclinatur ad conclusiones Theologicas deducendas, sed præterea continet ipsas ex principijs reuelatis deductas: continet enim species intelligibiles conclusionum Theologicarum, quæ sunt virtuales representationes earum. Vnde potest beatus eas intuendo, saltem abstractiuè, cognoscere conclusiones deductas, quarum ipsæ species sunt representationes. Ad Confirmationem, neg. assumpt. quia licet habitus Theologicus in Patria non deseruiat ad consimiles actus eliciendos: deseruit tamen ad exprimendas obiectiuè intellectui conclusiones Theologicas iam deductas; atque ad eò non erit in ijs otiosus. Locum *Pauli* explicat *S. Thomas cit. de actu, non de habitu Theologico, qui in Patria non erit obscurus, & per conuersionem ad phantasmata, sed clarus & euidens, & sine vllâ conuersione ad phantasmata: nam & actus, quo Beatus cognoscit conclusiones Theologicas, ex principijs reuelatis deductas, est euidens; quia licet cognoscat illas abstractiuè, euidenter tamen cognoscit eas in speciebus representationibus.*

124.  
Habitus est  
in purgan-  
tibus,  
125.  
In damna-  
tis.126.  
Ad prima.Species in-  
telligibiles  
in Beatis,

127.

Non sunt  
otiosa.

128.

Alia ratio habitus Fidei

DICES: ergo pari modo deberet in Beatis remanere habitus fidei, quia in illo euidenter cognosceret omnia obiecta reuelata. Resp. nego sequelam. Beatus non eget habitu fidei, ut eo mediante cognoscat obiecta reuelata; siquidem illa euidenter cognoscit in Verbo: solum posset in eo remanere, ut eo mediante cognosceret obiecta, quæ de facto in viâ credit: sicut remanet habitus Theol. ut eo mediante cognoscat conclusiones, quas de facto ipse in viâ ex reuelatis deduxit. Verum ad hunc effectum non potest deseruire habitus fidei; quia cum sit ad instar potentia indifferentis ad hæc, vel illa obiecta, non potest hæc potius, quæ actu credit, quam quæ poterat credere, intellectui exprimere. Habitus verò Theologicus cum consistat in speciebus acquisitis ex præteritis actibus, solum potest exprimere ea, quæ actu cognita fuere, & ex reuelatis Theologicè deducta.

SECTIO IX.

Quodnam sit subiectum Theologia.

129. Obiectum quid?

Subiectum quid?

Tres huius conditiones.

Notat Durand. q. 5. Prologi num. 6. & c. discrimen inter subiectum, & obiectum scientia: obiectum est id, quod principaliter terminat actum scientia; scilicet conclusio in scientia demonstrata, quæ est propositio complexa, continens subiectum & passionem. Subiectum verò est illud, de quo demonstrantur passionem scientia: quod ordinariè est terminus incomplexus, cuius cognitio principaliter in scientia intenditur: Quod tres habere debet conditiones, 1. ut virtute contineat omnes veritates in scientia demonstrabiles; 2. quæ sequitur ex prima, ut de eo possint reliqua denominatiue prædicari; 3. ut si quid aliud in tali scientia tractatur, tractetur per attributionem ad ipsum. Et si alij subiectum cum obiecto scientia confundant, ego distinxerim cum grauionibus Theologis.

130. 1. Sentent.

PRIMA sententia Magistri in 1. dist. 1. initio, docentis subiectum Theologiae esse tum signa, tum res: per signa cum August. intelligit, non solum voces, sed etiam res ad alias res significandas impositas; velut Sacramenta, quæ sunt res impositæ ad significandas alias res, nempe gratiam, characterem, &c. Probat ex August. lib. 1. de doct. Christiana c. 2. ubi docet, omnem doctrinam aut rerum esse, aut signorum. 2. ratione: quidquid in Theologia tractatur, aut sunt res, aut signa: ergo hoc est obiectum adæquatum ipsius.

131. 2. Sentent.

Esse actum meritorium;

SECUNDA Durandi q. 5. Prologi, ubi præmissâ distinctione Theologiae in habitum creditium, declaratum seu definitum, & deductiuum, primo & tertio pro subiecto assignat actum meritorium; secundo Deum, sub ratione respectiua Saluatoris. Primum probat, illud est subiectum in aliqua doctrinâ: quod in ea primò & principaliter consideratur, & ad quod attributionem dicunt reliqua, quæ in ea traduntur: talis est actus meritorius in Theologia primo ac tertio modo accepta: omnia enim quæ vel in scriptura credenda proponuntur, vel ex articulis deducta traduntur, attributionem dicunt ad opus meritorium; præcepta, exempla, monita, præmia, pœnæ, cognitio ipsa Dei proponitur propter actum meritorium: ipsum credere est meritorium, Ioan. 20. Hæc scripta sunt ut credentes vitam habeatis, & regula operis meritorij: quæ deducuntur potius diriguntur ad inflammandum affectum, cum modicum habeant de notitia.

132. Esse Deum,

SECUNDVM ostendit: Illud est subiectum in scientia Deo. Tom. 1.

tiâ, quod est subiectum in conclusione principaliter illatâ & scitâ: sed Deus est subiectum in tali conclusione Theolog. ut est declaratiua & defensiva articulorum Fidei: nam ex ijs, quæ Fides tradit, ea tantum principaliter declarat & defendit Theologia, quæ specialem habent difficultatem, & principia sunt reliquorum: scilicet quæ de Deo vel secundum se, vel ut Incarnato Fides docet: reliqua sunt conclusiones potius ex his deductæ. Quod consideret Deum sub ratione Saluatoris probant: sub eâ ratione aliquid est subiectum in aliqua scientia, sub qua in eâ principaliter consideratur, & secundum quam virtute continet reliqua omnia: talis est Deus sub ratione Saluatoris respectu Theologiae secundo modo acceptæ: quia nunquam fuit Fides, quæ saltem implicite non fuerit de saluatore: & in ratione hac virtute continentur Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, aduentus in futurum iudicium. Huc reducitur opinio Hugonis de S. Victore, assignantis subiectum Theologiae opera reformationis, seu Incarnationis lib. 1. de Sacramentis cap. 2. & 3. opinio Cassiodori cit. a Scoto in Prologo q. 1. Laterali, asserentis subiectum Theologiae esse Christum ut caput, cum suis membris.

133. Sub ratione respectiua Saluatoris.

134.

TERTIA affirmat, subiectum Theologiae esse Deum sub ratione absolutâ Deitatis. S. Thom. 1. p. q. 1. art. 7. & reliquorum Scholast. in Prologo, interpretum S. Thom. loco cit. Nota, subiectum scientia primarium est, cuius cognitio principaliter in scientia intenditur, & ad quod reliqua in ea scientia considerata attributionem dicunt: secundarium est, cuius cognitio non attenditur per se, sed propter cognitionem primarij, ad quod plenius cognoscendum illud in scientia consideratur. 2. subiectum attributioni coincidit cum primario; subiectum communitatis, siue prædicationis, quod & adæquatum dicitur, complectitur sub vnâ ratione communi omnia, quæ in tali scientia tractantur, siue sint subiecta primaria, siue secundaria. 3. subiectum materiale, est commune pluribus scientijs, & habitibus: formale est proprium vnus, cuius tantum est specificare, & vnitatem dare habitibus: specificatio enim & vnitatem non desumitur ab ijs, quæ sunt communia pluribus, sed quæ propria vnus cuiusque. Rursus ratio formalis Quæ, est quæ in scientia primario terminat actum scientificum; & alia omnia terminat per ordinem ad illam: ratio formalis Quâ, seu propter quam, est, propter quam intellectus mouetur ad assensum præbendum. Illa dicitur ratio formalis terminatiua, seu subiectiua; hæc ratio formalis motiua. Prior etiam formalis respectu obiectorum secundariorum, materialis verò respectu rationis formalis motiua: Posterior cum non ordinetur ad aliam priorem, est tantum formalis, à quâ scientia desumit vltimam suam specificationem & vnitatem: & in scientijs naturalibus sunt media, seu principia, quibus intellectus mouetur ad assentiendum conclusionibus.

135. 3. Sentent.

Nota subiecti diuisionem.

Subdiuisiones.

136.

DICO 1. Subiectum adæquatum Theologiae commune communitate prædicationis, est ens diuinum cognoscibile per reuelationem virtualem: quod S. Thom. quest. vn. Prologi art. 4. appellauit ens diuinum cognoscibile per inspirationem. Fundam. adæquatum subiectum scientia est illud, quod omnia, quæ in scientia tractantur, exprimit sub ea ratione, sub qua à tali scientia tractantur; ut ex nomine patet; alioqui non esset adæquatum; tale est subiectum assignatum: nam quidquid in Theologia tractatur, aut Deus est, aut attributionem dicit ad DEVM: ergo rectè exprimi potest per ens Diuinum, quod tanquam analogum primario stat pro

Ens diuinum.



pro Deo principali analogato, secundariò pro creaturis, vt extrinsecè participantibus rationem Diuini. Sicut sanum rectè dicitur subiectum adæquatum Medicinæ, quia adæquate amplectitur quidquid in medicina tractatur, & sub eâ ratione sub qua tractatur, quæ est sanitas, primariò competens animali, quod est primarium subiectum medicinæ; secundariò reliquis attributionem dicentibus ad sanitatem, quæ intrinsecè est in animali. Debet præterea subiectum adæquatum scientiæ exprimere vltimam rationem formalem motiuam, à quâ proximè specificatur scientia: hæc exprimitur per verba. *Vt cognoscibile per reuelationem virtuales.* Nam per reuelationem differt subiectum Theologiæ nostræ à Theologia naturali, & supernaturali Beatorum: quia prior per euidentiã naturalem abstractiuam; posterior per euidentiã supernaturalem intuitiuam: Per *virtuales* differt à subiecto formali Fidei, quod est reuelatio formalis, & immediata.

137.  
Vi cognoscibile per reuelationem.

Virtuales.

138.

DICES. Ens Diuinum hoc sensu explicatum æquè latè patet atque ens: nam omne ens aut Deus est, aut creatura: non ergo aptè assignatur subiectum Theologiæ, quod debet esse aliquod magis limitatum. Resp. per rationem Diuini limitatur in ratione formali subiectiuâ, secundum quam de creaturis in Theologia disputatur: per reuelationem verò virtuales limitatur in ratione formali motiuâ, secundum quam hæc omnia cadere possunt in considerationem Theologiæ.

139.  
Primum  
Deus,

DICO 2. primarium subiectum Theologiæ est Deus, sub ratione Deitatis; secundarium verò sunt creaturæ, quatenus attributionem aliquam dicunt ad Deum. Prima pars constat: nam illud est primarium subiectum in scientiâ, cuius notitia in eâ primariò intenditur, & in ordine ad quod reliqua tractantur; vt constat ex conditione subiecti primarij: Talis est Deus in Theologia; nomen enim Theologiæ scientiam, siue sermonem de Deo importat: & præstantissima scientia, qualis est Theologia, esse debet de præstantissimo subiecto, qualis est Deus.

140.  
Sub ratione  
Deitatis:

SECUNDA prob. sub ratione Deitatis est subiectum Theologiæ Beatorum: at hoc nõ differt à subiecto Theologiæ nostræ in ratione formali subiectiuâ, sed tantum motiuâ: nam quod nos credimus de Deo, ipsi vident iuxta illud 1. Cor. 13. *Nunc in enigmate, tunc facie ad faciem.* 2. Cùm Theologia nostra sit etiam speculatiua, & in quâuis speculatiua scientiâ eius subiecti notitia maximè spectetur, quod in eâ est præcipuum; & Deus sit præcipuum subiectum Theologiæ; sequitur, quod ipsius notitia, sub ratione Deitatis maximè in Theologia spectetur: scilicet eam notitiam speculatiuam de suo subiecto maximè intendit, quæ est ipsius naturæ declaratiua: atqui hæc est notitia Dei sub ratione Deitatis; nam hæc tantum explicat, quantum nobis viatoribus explicari potest, naturam & essentiam Dei: cùm reliquæ rationes in Deo consideratæ, vel non explicent adæquate naturam Dei, vel sint illi extrinsecæ, & contingentes.

141.  
Secundarium  
creaturæ.

TERTIA pars prob. Theologia disputat etiam de creaturis, de actibus humanis, de gratia, de virtutibus, de Sacramentis &c. per ordinem ad Deum. Attributionis ratio: creaturæ varias nobis à posteriori de Deo perfectiones exprimunt; vt creatio Omnipotentiam; iustificatio bonitatem; Incarnatio munificentiam, & liberalitatem; punitio peccatorum iustitiam; retributio bonorum fidelitatem, & misericordiam. Cùm enim in quâuis scientiâ maximè attendatur perfecta notitia subiecti primarij, quæ haberi non potest, nisi cognitis ipsius

uarijs effectibus, idè de his agit Theologia ad plenius & perfectius cognoscendum Deum subiectum primarium.

DICO 3. Ratio formalis motiuâ, sub quâ de his omnibus agit Theologia, est diuina reuelatio per discursum applicata. Fundam. Theologia nostra essentialiter discriminatur à Theologia naturali viatorum; non per rationem terminatiuam *Quæ*; hæc enim ut patet, est eadem in vtrâque scientiâ, nempe Deitas sub ratione Deitatis: ergo per rationem formalem motiuam *Quâ*, quæ in Theologia naturali est medium illustratum lumine naturali; in Theologia supernaturali est medium illustratum lumine supernaturali. Nota, rationem formalem motiuam assentiendi esse principia ipsa, vt cognita, quia nequit aliquid esse intellectui ratio assentiendi, nisi vt cognitum: ergo ex variatione luminis, quo principia cognoscuntur, variatur ratio formalis motiuâ assentiendi. Quia igitur lumen naturale & supernaturale differunt inter se; eadem principia cognita lumine naturali & supernaturali constituunt diuersas rationes formales assentiendi: cùm igitur sæpe principia remota, quibus Theologia nostra, ac naturalis vtitur, sint eadem; vt in ratione principij proximi discriminentur, debent diuerso lumine ac notitiâ intellectui applicari: applicantur autem vni per lumen & notitiam naturalem euidentem, alteri per lumen & notitiam supernaturalem ineuidentem Fidei. Ergo ratio motiuâ, propter quam Theologia nostra assentitur conclusionibus Theologicis, est reuelatio per discursum applicata.

DICES. Lumen & cognitio se tenent ex parte potentia; ergo non possunt esse ratio motiuâ, quæ se tenet ex parte obiecti. Resp. lumen vnum tenet se ex parte potentia, quo fit potens ad obiectum percipiendum; aliud tenet se ex parte obiecti, quo illustratum fortius, aut minus fortiter mouet intellectum ad assensum præbendum: conclusio est de posteriore. Nec refert, quod tale lumen respectu primæ cognitionis se teneat ex parte potentia, quæ obiectum cognoscit; quia sufficit, vt se teneat ex parte obiecti, respectu alterius cognitionis, respectu cuius prior cognitio se habet vt principium; quia respectu alterius cognitionis prior cognitio præsupponitur, vt principium mouens, & determinans intellectum ad assensum conclusionis. Nec obstat quod cognitio, quæ cognoscuntur principia, sit tantum conditio assentiendi conclusioni; quia sub diuersa illâ cognitione diuersa respondet ratio formalis motiuâ in principijs: scilicet assensui supernaturali Fidei respondet supernaturalis reuelatio in obiecto, sub quâ obiectum terminat talem assensum: assensui naturali scientiæ respondet ratio aliqua naturalis, sub quâ obiectum terminat talem assensum: ac proinde principia, diuerso lumine ac notitiâ cognita, diuersas constituunt rationes formales assentiendi.

Deducitur 1. non quæuis principia esse apta ad inferendas conclusiones Theologicas, sed quæ tantum supponuntur reuelata, & credita Fide diuinâ: hæc enim sola supponuntur illustrata lumine superiori: ex quâ parte Theologia nostra habet limitatius obiectum, quàm Theol. naturalis, cuius principia sunt omnia, quæ naturali lumine cognita, apta sunt inferre aliquam cognitionem de Deo. Quare nec de omnibus rebus creatis disputat nostra, sed de his tantum, quæ vel ex reuelatis deduci possunt, vel quæ reuelatæ possunt esse principia aliarum veritatum, nec de Deo, nisi reuelato lumine cognito.

Deduci-

142.  
Diuina reuelatio formaliter mouet.

143.  
Per discursum applicata.

144.  
Lumine ex parte obiecti.

Non sic potentia.

145.

146. Deducitur 2. Deitatem esse rationem formalem respectu creaturarum, de quibus tractatur in Theologia, seu rationem propter quam de creaturis disputatur; esse verò rationem materialem respectu reuelationis virtualis: quia reuelatio virtualis est ratio assentiendi omnibus, quæ in Theologia tractantur, & in quam vltimò resoluitur omnis discursus Theologicus: Vnde ex hac, & non ex illa, Theologia sumit suam vnitatem, & specificationem. Deducitur 3. Finitatem sub quâ Deitas terminat assensum Theologiæ nostræ, aut Beatorum, non esse rationem formalem, aut terminatiuam, aut motiuam, sed puram conditionem ex parte actus, illam essentialiter exigentis. Primum patet; quia nulla ratio contradictoriè apposita obiecto potest esse terminatiua, aut motiua potentia, vel habitus circa tale obiectum: sed finitas est ratio contradictoriè opposita Deitati, quæ est obiectum Theologiæ; ergo non potest esse ratio terminatiua, aut motiua habitus Theologici. Maior ostendit ratio motiua & terminatiua subiecti scientifici debent expressè, & per se, vt tales rationes sunt, mouere, & terminare actum scientificum; cum sint rationes in scientiâ primariò intentæ, & propter quas cætera in scientiâ considerantur. At nequit habitus siue potentia mediante habitu expressè, & per se moueri, & terminari ad rationem contradictoriè oppositam subiecto, cuius est habitus. Secundum prob. cum implicet, actum creatum infinito modo versari circa Deum, finitas erit conditio essentialiter requisita ex parte actus, tendentis ad obiectum, non ex parte obiecti terminantis actum.

147. Finitudo non est ratio formalis, sed conditio ex parte actus.

148. DICES. Implicat esse aliquid in actu, quod non respondeat etiam ex parte obiecti, cum tota essentia actus sit ad exprimendum obiectum: nequit igitur finitas esse conditio ex parte actus Theologici, & non obiecti. Resp. ratio in actu, vna ex parte actus, quæ est expressio, & imago obiecti; altera ex parte actus, quæ est accidens & forma subiecti. Prior semper respondet illi ex parte obiecti: quia imago tota est ad exprimendum obiectum: posterior respondet ex parte subiecti, vt actus beatificus, quæ tenet se ex parte obiecti illud exprimendo, participat aliquam rationem actus puri; quæ tenet se ex parte potentia immersæ potentialitati, est inhærens & potentiale. Pari modo finitas est conditio tenens se ex parte subiecti finito modo tendentis ad obiectum.

149. Resp. ad August., Ad 2. Ad 1. primæ sententiæ Resp. Eo loco Augustinum non exactè assignare subiectum Theologiæ, sed potius illa partitione rerum, & signorum comprehendere voluisse subiectum cuiuscunque scientiæ, & doctrinæ, vt ipse testatur: nam sicut dicta partitione rerum, & signorum omnia comprehendit; ita nullius scientiæ subiectum excludit, cuiuscunque enim scientiæ subiectum, aut sunt signa aut res, aut vtraque simul. Ad 2. Concedo, quidquid in Theologia tractatur aut esse res aut signa: nego tamen, subiectum adæquatam ipsius esse res & signa: id enim debet exprimere primariam rationem, propter quam ea in scientia tractantur; quia debet distinguere vnam scientiam ab aliâ per hanc rationem.

150. Ad Durandi arg. Non actus meritorius.

Ad 2. sententiam Durandi nego, aut actum meritorium, aut Deum sub ratione Saluatoris esse primarium subiectum fidei, aut Theologiæ; ad argum. pro 1. parte neg. minor, tum quia vel Theologia consideratur, vt est speculatiua scientia, & sic primarium eius subiectum est Deus sub ratio-

ne Deitatis; nam hæc cognitio ab ipsa, vt speculatiua est, potissimè intenditur: vel vt practica est; & sic primarium eius subiectum non est actus meritorius, sed Deus, vt assequibilis à nobis actu meritorio: Theologia enim non sistit in consideratione actus meritorij, sed vltimò tendit in notitiam practicam finis, vt assequibilis actu meritorio. Vnde omnia Durandi commenta solum probant, Theologiam tendere ad actum meritorium, vt ad medium, quo proximè finem assequimur, non vt ad finem vltimum, ad quem tendit, & ordinatur practica Theologia; hic enim est Deus, vt est vltima fœlicitas, & Beatitudo nostra. Ratio in agibilibus finis est principium omnium practicarum conclusionum: nam ex eo mouetur intellectus ad concludenda omnia media, quæ ad finem conducunt: ergo in scientia practica magis attenditur consideratio finis, quàm mediorum: igitur Theologia, quia practica scientia est, magis attendit considerationem Dei, qui est finis quàm actus meritorij, qui est medium: hoc probat Ioan. à Durando, cit. vita enim quæ nobis promittitur, vt finis nostræ fidei, est beatitudo æterna, quæ consistit in Deo, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. Reliqua, quæ à Durando afferuntur, solum probant Theologiam, vt practica scientia est, ordinari quidem ad opus meritorium, non tamen vltimatè, & principaliter. Ad argum. 2. partis, quo probat Deum sub ratione Saluatoris esse subiectum Theologiæ, vt est declaratiua, & defensiuæ articularum, neg. minor: ratio enim Saluatoris, & reliquæ in eâ contentæ vltimatè considerantur à Theologo in ordine ad Deum, vel vt practicè consequibilem, vel vt speculatiuè cognoscibilem. Ex eo, quòd Fides de Saluatore fuit omni tempore ad salutem necessaria, rectè colligitur solum, quòd sit præcipuum medium ad consequendum finem.

A priori.

151. Nec Deus sub ratione Saluatoris.

## DISPUTATIO II.

### De Existentia Dei.

CVM probatum sit subiectum primarium Theologiæ esse Deum; ipsius naturam & attributa, Fidei lumine explicemus. Dei natura considerari potest, 1. secundum se, in ordine ad intrinsecas perfectiones, quibus constituitur: 2. in ordine ad creaturas, ad quas triplicè respectum, dicit, vt principium, vt Finis, vt Reparator; ita considerat Angelicus Deus in sua summâ, quam in tres diuidit partes; in 1. disputat de Deo in ordine ad se, & vt principium creaturarum; in 2. vt Fine earund. in 3. vt Reparatore naturæ lapsæ. Quoniam verò consideratio Dei in ordine ad creaturas supponit considerationem Dei in ordine ad se, prius de illâ hoc Tomo; tum de reliquis in sequentibus. Ac primò stabilienda est Dei existentia, vt fundamentum & basis cæterorum: quæ etsi iuxta scientiæ leges supponenda potius esset, quàm probanda, (scientia enim non debet probare suum subiectum, sed supponere) quia tamen non desunt athei, qui illam negent, Theologici muneris est, adhibitis naturæ principijs, hanc veritatem demonstrare.

Partitio Summa S. Thom.

## An Deum esse sit demonstrabile?

1. **R**atio dubit. 1. ea tantum, ex *Philos. 1. Post. 3.* sunt demonstrabilia, quæ non sunt per se nota; seu quæ habent medium notius, quàm sint ipsa; cum demonstratio tendat ad ignotum, per notius. At Deum esse est per se notum: illud enim est per se notum ex *S. Thom. 1. p. qu. 2. art. 1.* cuius prædicatum est de ratione subiecti: esse verò est de ratione Dei, cum nequeat concipi Deus, nisi ut actu existens. 2. Deus nullam habet causam sui esse; ergo nequit de Deo demonstrari esse: nam ex *Aristot. 1. Post. 2.* Demonstratio procedere debet ex prioribus causisque conclusionis. 3. Deum esse, est articulus Fidei; ergo nequit demonstrari, cum nequeat Fides, & scientia esse de eodem obiecto. 4. Ea, quæ sunt demonstrabilia, negari non possunt: at Deum esse, multi negarunt.
2. **DICO** 1. Deum esse, est demonstrabile per effectus à posteriori: ita *S. Thom. 1. p. quæst. 2. art. 2. & 1. cont. Gent. c. 12. interpretes, & Scholastici omnes in 1. dist. 2. & 3.* Contra Aliacens. *quæst. 3. art. 2.* opinantem, Deum non posse ratione naturali euidenti, sed tantum probabiliter ostendi; eodem inclinant *Maiores in 1. dist. 2. quæst. 1. concl. 1. & Gabriel. quæst. 10. art. 3. dub. 1.* Nostra assertio est Pauli: *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas.* Ut autem ostendat vim demonstrationis, subdit; *ita ut sint inexcusabiles.* Concordant Patres, passim docentes, notitiam creatoris esse naturaliter insitam unicuique mortalium. Vnde merito oppositam sententiam *S. Thom. 1. cont. Gent.* appellat errorem; *Molina 1. p. quæst. 2. art. 2.* in Fide minimè tutam; *Valentia quæst. 2. punct. 2.* erroneam, vel apertam hæresin; *Suar. lib. 1. de essentiâ Dei cap. 1.* temerariam & errori proximam. Plures afferunt rationes, quæ Dei existentiam demonstrant: duæ sufficiant omnium potissimæ; vna desumitur ex subordinatione causarum ad vnam primam efficientem; altera ex subordinatione earundem ad vnam supremam intellectualem gubernantem. Vtrâque vsus est *Aristot. Priore 7. & 8. Physic. 12. Metaphys. 1. 29. Posteriore 12. Metaphys. cap. ult.*
3. **PRIMAM** sic ordior. Vnumquodque indiuiduum, exempli gr. naturæ humanæ, producit ab alio; & hoc ab alio: at in hoc progressu producti & producentis necessariò deueniendum est ad vnum primum efficiens, quod improductum omnia producat, quem Deum omnes nominamus. ergo demonstrabile est, Deum esse. Maior est euidens experientia, & ratio: idè quodlibet non produceretur ab alio, quia idem produci posset à se ipso, vel à suo producto: aut quia daretur aliquod indiuiduum humanum à nullo productum, quod reliqua indiuidua produceret. Implicat primum: quia si posset idem produci à se ipso, vel à suo producto, idem esset; quia ut posset producere, deberet necessariò præsupponi existens (quod enim non est, vim producendi habere non potest) & simul non esset, quia ut posset primò produci, deberet supponi non esse; nihil enim potest primò produci, quod iam supponitur esse, cum prima productio tendat ad dandum primum esse. Explicatur: ut res producat, præsupponi debet naturam ante productionem; ut eadem producat, subsequi debet naturam eandem productionem; ergo idem esset prius, & posterius naturam respectu eiusdem actionis & esse, secundum quod & præsupponeretur vt causa, & non præsupponeretur vt effectus.
4. **Vnusquisq;** homo producit ab alio.
5. **Non à seipso,** nec à suo producto.

Implicat secundum, quia cum esse improductum sit maxima perfectio entis, quæ illud necessariò euehit in altiore ordinem, quàm sit quæcumque natura producibilis, implicat esse indiuiduum humanum, & simul esse improductum: nam quæ improductum excederet perfectionem naturæ humanæ: quæ humanum, eam non excederet: ergo simul esset, & non esset indiuiduum humanum. Igitur si necessariò deueniendum est ad vnum principium improductum, à quo tota species humana sit producta, de necessitate illud erit diuersæ altiorisque naturæ, quàm sit species humana, aut quæuis alia natura producibilis. Idem argum. est de quâlibet serie indiuiduorum aut specierum.

**Demonstro** Minorem: sumatur tota series causarum, quarum quælibet inferior pedit à superiore; vel tota hæc series pendet ab vna suprema causa improducta, sic habetur primum efficiens improductum: vel non pendet; tunc tota series causarum producentium & productarum, à se esse non potest, nisi ratione alicuius supremæ causæ, à qua ita reliquæ sint, vt ipsa à nulla alia sit: Neque tota ab alio esse potest, ita vt singulæ & omnes ita ab alio sint, vt in totâ serie nulla sit à se; alioqui omnes & singulæ causæ essent ens potentiale: quod implicat, vt se ipsum reducat à statu potenciali ad statum entis actualis; cum ens potentiale sit negatio entis actualis cum solâ non repugnantia ad illud; & nihil quod actu non est, vim habeat producendi ens in actu. Quare necessariò concedendum erit ens essentialiter existens, quod ita sit in actu essendi, vt nunquam potuerit esse in statu potenciali.

Hac luce mens atheorum perstricta, ad tenebras infiniti recurrit; & dicunt, totam quidem seriem causarum ab alio esse, quia tamen in infinito non datur primum: neque in totâ serie infinitâ causarum assignari posse primam, à qua cæperit actio. Sed contra; esto in infinitâ serie causarum, non datur prima, adhuc vis demonstrationis vrget: quia vel tota series infinitarum causarum collectiue sumpta est ab alio; sic tota est potentialis; & impossibile fuit, vt se ipsam reduceret ad statum entis actualis; vel est à se; & hoc conuenire non potest toti collectioni ratione singularum, cum singulæ causæ sint ab alio; neque ratione totius collectionis vt sic; cum tota collectio non dicat, nisi aggregationem singularum: vnde si singulæ sunt ab alio, tota collectio erit ab alio. Nec recurri potest ad naturam infiniti, in quo non licet argumentari à distributiuo ad collectiuum; eo quod aliquid conuenit collectiuo, quia caret termino, quod non conuenit distributiuo, quod terminum habet: nam hoc verum tantum est de his prædicatis, quæ consequuntur infinitum vt infinitum; non autem de his, quæ consequuntur essentialiam ipsam rerum infinitarum: quia, sicut hæc non mutatur per rationem infiniti, rebus ipsis accidentaliter aduenientis; ita nec eius intrinseca prædicata: sed esse à se, vel ab alio sunt rationes essentialiter conuenientes rebus ipsis: ergo illæ non mutantur per rationem infiniti, accidentaliter illis aduenientis. Igitur si implicat, vt finitam, ita infinitam seriem causarum esse ab alio, nullâ assignatâ primâ, à quâ tota infinitas originem ducat. Vnde licet infinitæ seriei causarum repugnet habere primam causam intra eandem seriem, non tamen repugnat, vt tota series pendeat ab aliâ causâ, quæ sit extra totam seriem producetium & productarum, & sit prima tantum extrinsecè, non habens post se secundam determinatè succedentem: sicut post punctum terminatum lineæ

Nec ab hmine improducto.

6. In progressu producti &amp; producentis deuenitur ad improductum.

7. Infinitum aylum tebricosum atheorum.

8.

Prædicata essentialia non mutantur per rationem infiniti.

lineæ non sequitur secundum punctum determinatè. Hæc non assero, vt approbem doctrinam de infinito, quod puto implicare contradictionem.

9.  
Ordo vni-  
uersi demō-  
strat Deum.

SECUNDA ratio, quæ demonstrat Deum esse, est hic pulcherrimus rerum ordo, vniuersi dispositio; constans ac nunquam interrupta rerum, temporumque vicissitudo: ratio familiaris Patribus, & antiquis Philosophis. Cicero 2. de Diuinit. *Esse, præstantem aliquam, æternamque naturam, & eam suscipiendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cælestium cogit fateri, eaque ante omnes vsus est Sapiens Sapient. 13. A magnitudine speciei, & creatura cognoscibiliter poterit Creator horum videri: & sic potest formari: Vniuersum hoc tam mira rerum varietate compactum, tam mirabili ordine dispositum, tantâ legum constantiâ fancitum, tantâ sublunarium cum cælestibus orbibus cohærentiâ, & consensione firmatum, impossibile est, vt non regatur ab aliquo supremo Numine, intellectu & voluntate prædito, quod Deum appellamus: tantus enim ac tam constans rerum ordo non potuit esse casu, cum ea, quæ fortuito accidunt, constantia esse non possint, nec habeant causam perpetuè conseruantem, ac dirigentem; neque potest à se ipso regi; quia tam concinnus ordo rerum nequit esse effectus, nisi agentis per intellectum, cuius solius est ordinatè agere ac disponere, vt vnumquodque per consentanea media ad suum finem tendat. Concedèdus igitur æternus Rector, ac supremus Gubernator, qui singula ad peculiare suos fines dirigat, & impellat: & hic non potest esse nisi vnus, vt ex perpetua rerum consensione, & ordine imperturbabili constat. cum autem non possit à se ipso vel ab alio superiore produci, alioqui non vnum, sed plura essent Numina, necessariò erit improductum, & à se, atque ad eò æternum. Quam veritatem vice, ac voce totius naturæ expressit *Arist. 12. Metaph. sine: Non est bonum pluralitas Principatum: vnus ergo Princeps.**

10.  
A priori  
nulla de-  
monstr.

DICO 2. Deum esse non potest à priori, & per causam demonstrari. Est communior Fundam. esse est prima perfectio, quæ nostro modo concipiendi conuenit Deo: ergo non potest per aliam perfectionem à priori demonstrari, nec per causam virtuale conclusionis. Anteced. prob. prima perfectio, quæ competit Deo, est ipsum esse necessarium & à se; atque ad eò actuale; per hoc enim primò distinguitur ab entepotentiali & est quasi radix omnium perfectionum, quæ competunt Deo: ex hac enim habet, vt sit illimitatus, actus purus, infinitus in omni genere perfectionis excludentis imperfectionem. Confirm. esse actuale Dei est æquè notum, ac quælibet alia perfectio ipsius; ergo non potest à priori demonstrari: quod enim demonstratur non debet esse æquè notum, ac medium ipsum, per quod demonstratur: scilicet nulla perfectio est notior, quàm esse actuale Dei. Anteced. prob. quælibet perfectio diuina, vt diuina explicitè importat esse necessarium & à se; hoc enim formaliter importat esse Diuinum: at nulla perfectio Dei assumi potest vt medium ad inferendam aliam perfectionem nisi vt Diuina; quia vt abstrahens ab esse Diuino, non est apta inferre perfectiones proprias Dei; qualis est existentia actualis & necessaria.

11.  
Ad primam  
rationem  
dubit.

Ad 1. rationem dubitandi dist. maior, ex *Arist. 1. Post. c. 2.* concedo, quæ sunt notiora & naturâ, & quoad nos, non esse demonstrabilia: nego, quæ sunt notiora naturâ, ignotiora quoad nos, non esse de-

monstrabilia: tale est, Deum esse: nam consideratum secundum se, est per se notum: consideratum verò quoad nos, est ignotum, ac proinde demonstrabile per aliquid notius, vt sunt effectus ipsi creati, necessariam connexionem habentes cum existentia Dei.

Scholastici tamen cum *Arist.* propositionem notâ quoad se, siuè per se appellant quæ apta nata est cognosci immediatè ex terminis, absque adminiculo extrinseci medij, qualis est, inquit *S. Thom. 1. p. q. 2. art. 1. omnis propositio, cuius prædicatum clauditur in ratione subiecti, vt homo est animal*, quia vt illam intellectus cognoscat, non eget extrinsecò medio, sed penetratis terminis, statim illam cognoscit. Propositionem notam quoad nos *Arist.* vocat illam, quæ est propinquior sensui. Sequitur posse propositionem esse notam per se, non tamen quoad nos; quia potest ex se esse apta, vt cognoscatur ex terminis, & esse ignota nobis; quamdiu enim termini exactè non penetrantur, non potest cognosci connectio prædicati cum subiecto, seu propositio: vt est hæc: *Deus existit*; cuius prædicatum est de ratione subiecti, quia existentia est de quidditate Dei: nos tamen pro hac mortali vitâ non valemus eius terminos penetrare, nisi analogo & communi conceptu, quo concepta Deitas non habet immediatam connexionem cum suâ ipsius existentia: vnde remanet nobis ex penetratione terminorum ignota; & demonstrabilis à Posteriori per effectus creatos, habentes necessariam connexionem cum existentia necessariâ Dei. *Dixi in hac vitâ*; quia in aliâ sicut Beati proprio conceptu cognoscunt Deum; ita est illis talis propositio ex terminis nota; nec repugnat, vt eadem propositio respectu diuersorum intellectuum sit nota, & ignota; demonstrabilis, & indemonstrabilis. Ratio 2. dub. solùm procedit de demonstratione per causam, & à priori; quæ in Deum non cadit; non procedit de demonstratione per effectus, & à posteriori, quam tantùm Deo concedimus. Ad 3. nego conseq. eiusque prob. nam licet scientia & Fides actualis de eodem obiecto naturaliter esse non possit: scientia tamen & Fides habitualis de eodem obiecto simul esse possunt. Ad 4. concedo, quòd quæ sunt demonstrabilia, negari non possunt ab eo, qui vim demonstrationis percipit; secus ab eo, qui vim demonstrationis non attendit, aut non percipit; nequit enim intellectus conuinci, nisi vi demonstrationis cognitæ. Concedo, & multos Deum negasse, sed qui ad vim demonstrationis attendere noluerunt, vt *Sapient. 13. Neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex.*

Hic disputari solet, an dari possit inuincibilis ignorantia de Deo, saltem ad tempus, & in paucis rudibus. Affirmant *Medina p. 2. quest. 89. art. 6. Molina 1. p. quest. 2. art. 1. Zumel. quest. vn. concl. 3. & alij*: nec negat *Granadus in 1. p. tract. 1. de existentia Dei disp. 1. sect. vlt. sine*, vbi concedit cum *Victoria*, posse aliquem in siluis enutritum, qui nihil de Deo vquam audiuit, laborare ad tempus inuincibili ignorantia Dei. Quæ sententia cum prædicta limitatione, in paucis, & ad tempus, probabilis est; absolute tamen & vniuersaliter est falsa. Prior pars prob. vt ignorantia Dei sit inuincibilis, duo requirit, vnum, vt aliqua saltem cogitatio de Dei existentia animum pulset; alterum, vt talis cogitatio proponatur cum debito comparandi perfectiorem cognitionem de Deo; quia inuincibilis dicitur, vt ex nomine constat, quæ vinci non potest ab eo, qui tali ignorantia laborat; nequit autem capere oppositum actum scientiæ vinci, cuius aliqua non subit cogita-

12.

Propositio  
nota per se.

Ignora quo-  
ad nos.

13.  
Ad secun-  
dam ratio-  
dubis.

14.  
Ad 3.

15.  
Ad 4.

16.

17.  
Inuincibilis  
ignorantia  
de Deo in  
paucis ad  
tempus.

cogitatio eum debito habendi talem scientiam. At fieri potest, ut in rudi homine vel nulla de Dei existentia cogitatio animum pulset, vel si pulset, non cum debito comparandi perfectiorem: quia talis cogitatio supponit aliquam notitiam creaturarum cum dependentia ab una prima causa, & cum obligatione illam inuestigandi; quæ cogitatio non statim occurrere solet homini, tunc primum rationis usum exercenti, sine vlla parentum disciplinâ, & maiorum traditione; multò minùs homini rudi & hebeti. Quamvis hæc probabilis sit, probabilius tamen defendi potest opposita, ut neque in paucis, neque ad tempus perfecta ratione utentibus dabilis sit inuincibilis ignorantia de Deo, ut *fusè 3. tom. & mox.* Posterior pars constat ex communi consensu Patrum: qui propterea dicunt, notitiâ de Deo esse omnibus naturaliter insitam; ex Paulo *cit. ad Rom. 1.* à quo absolutè & simpliciter dicuntur *inexcusabiles*, qui Creatoris sui notitiâ carent, cum eam facile possint ex creaturis comparare. Fundam. notitia de Deo saltem confusa & imperfecta, est aded facilis & obuia cuilibet, ut vix possit quis ad longum tempus excusari: *Cæli enim ipsi enarrant gloriam Dei.* Vnde Tullius 2. de naturâ Deor. *Quid tam apertum, inquit, esse potest, tamque perspicuum, cum cælum suspicimus, cælestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod Numen præstantissima mentis, quo hæc regantur?* Cuius argumentum est; nulla est natio tam barbara, quæ aliquam notitiâ Dei, cultu aliquo non profiteatur, etiamsi erret in notitiâ veri Dei. Hoc ipsum confirmat supernaturalis prouidentia Dei, quæ non sinit longo tempore homines ignorantia sui Conditoris laborare, sed eos subinde instruit, vel per externam disciplinam Maiorum, vel per internas illustrationes, cum sit simpliciter necessaria notitia vltimi Finis, sine quo nequit creatura rationalis de se perfectè disponere.

## DISPUTATIO III.

## De Essentia Dei eiusque attributis.

## SECTIO PRIMA.

## Quid Deus sit?

1.  
Deus defini nequit.

**A**RDVA res quæritur, ipsi soli nota, cuius explicatio quæritur, Est enim Deus, teste Scriptura, *immensa lux*, ad quam nemini patet accessus, nisi per ipsius lucis aliquam reuerberationem. Vnde monet *August. lib. de morib. Eccles. 7.* ut Diuina contemplaturi ad opacitatem auctoritatis, ymbra creaturarum, librorumque voces, veluti ad signa temperatiora veritatis confugiamus; ne, si Diuina in se contemplari velimus, nimia luce veritatis præstricti, ad tenebrarum familiaritatem cum fatigatione conuertamur. Ergo Fidei reuelato lumine, & innatâ ratiocinatione intellectus tantæ rei explicationem aggrediamur. Auctore *August. lib. de cognitione vera vita c. 7. S. Thom. 1. p. q. 3. art. 5. & 1. cont. gent. c. 25. & q. 7. de potent. art. 3.* perfecta definitione Deum comprehendere est impossibile. Nam quæ definiuntur, certis perfectionum cancellis concluduntur, ultra quas res ipsæ definitæ non protenduntur. Deus autem, cum in suo esse nullo concludatur perfectionis termino, definiari haud quaquam potest, aliquâ tamen

descriptione potest. via indagandi naturam Dei, vna à posteriori per effectus; altera à priori per rationem à posteriori prius demonstratam.

DICO 1. A posteriori & per effectus euidenter concluditur natura Diuina infinite perfecta, & totius potentialitatis expers: ita *S. Thom. 1. p. q. 4. art. 2. Scot. in 1. dist. 2. q. 2. g. Ostensio, Durand. dist. 4. 3. quest. 2. Hernes quest. 1. Capreoli quest. 1. art. 1. concl. 4. Risch. art. 1. quest. 2. Argent. art. 3. Arimin. quest. 3. art. 2. & 3. ad 3. & aliorum contra Rubionem quest. 1. art. 2. Prob. 1. Arist. 8. Phys. c. ult. & 12. Metaphys. tract. 4. 1.* infinitatem primi motoris probat ex perpetuo motu cælorum: & 12. *Metaph. tract. 5. 1.* affirmat, intellectum Dei esse ipsam substantiam Dei: ergo agnoscit illum, ut actum purum & immunem ab omni potentialitate. Prior pars prob. 1. ex effectibus possibilibus perfectioribus in infinitum, hoc pacto: Omnis perfectio, quæ est in effectu, necesse est, ut præexistat in causa, aut formaliter, si est vniuoca; aut eminenter, si est æquiuoca. causa enim principalis, ut Deus, nequit perfectionem effectus continere modo imperfectiori: At producibiles sunt effectus perfectiores in infinitum: ergo necesse est, ut infinita perfectio præexistat in primâ causâ; nam bene arguitur ex infinitate syncateg. effectuum infinitas categorematica causæ; quia cum virtus causæ sit tota simul actu, non poterit esse infinita syncateg. de cuius ratione est, ut partim sit actu, partim potètia: aut igitur talis virtus erit actu finita, aut infinita: finita esse nequit, alioqui assignari posset terminus, quo perfectiorem producere non posset, contra suppositum: ergo necessariò erit infinita. nimirum in effectibus possibilibus nullus assignari potest, quo producto perfectior produci non posset: ergo nullus est terminus assignabilis in effectibus perfectioribus producendis. Prob. 2. Ex cognitione, quâ Deus necessariò cognoscit infinitos effectus perfectiores & perfectiores, quos posset ipse producere, hoc modo. Omne agens intellectuale agit cognoscendo effectus, quos ipsum liberè producit cum nihil possit esse volitum, quin præcognitum: Sed Deus potest liberè producere effectus syncategorematicè infinitos: ergo cognoscit illos; non successiuè, nam mutaretur Deus: ergo simul: nequit autem cognoscere illos cognitione finita; quia, ut infra, nequeunt expressè & distinctè cognosci infiniti effectus, nisi cognitione infinita: cum enim cognitio substituatur loco obiecti, quod in ipsa actu cognoscitur, tantam perfectionem debet continere in esse intentionali, quantam continet obiectum in esse reali: at infiniti effectus perfectiores continent infinitam perfectionem in esse reali: ergo & eorum distincta atque expressa cognitio, qualis est Diuina, continebit infinitam perfectionem in esse intentionali atque expressiuo. subsumo: cognitio infinita supponit potentiam ac proinde essentiam infinitam; cognitio enim potentia, & essentia, mutuo sibi proportionantur: quia cum cognitio sit actus potentia; potentia proprietates essentia; non potest cognitio esse infinita, potentia & essentia finita: alioqui actus excederet potentiam, & essentiam cuius est actus, quod implicat: igitur ex cognitione omnium producibilium arguitur infinitudo Diuina essentia.

Posterior pars conclus. prob. Actio creatiua de necessitate arguit actum purum in creante: sed Deus exercet actionem creatiuam erga plurimos effectus creatos: producit & conseruat animas racionales, & materiam primam, quæ cum sit independentens à subiecto sustentationis, non est educio; est igitur creatio, cum non sit assignabile medium;

2.  
Infinite perfectus concluditur.

3.

Ex effectibus perfectioribus in infinitum:

4.  
Ex cognitione perfectiorum in infinitum.

5.  
Actus purus, & substantia intellectio.

18.  
Nulla absolutè & vniuersaliter.

Ex creatio-  
no argu-  
tur.

dium; vt nec inter dependens à subiecto, & inde-  
pendens à subiecto. Maior. prob. nequit agens ha-  
bere actionem transeuntem perfectiorem imma-  
nente: 1. quia per immanentem perficit seipsum,  
per transeuntem aliud à seipso: & nequit agens  
perficere aliud à se ipso perfectius quàm seipsum;  
se ipsum enim perficit primario; aliud à se ipso,  
secundario: 2. quia omnis perfectio, quæ est in effe-  
ctu, necessario præsupponi debet in causa; ergo,  
cùm actio immanens sit proxima causa transeun-  
tis, nequit vlla perfectio, aut independentia esse in  
actione transeunte, quæ non præsupponatur in  
immanente tanquam in proxima causa. Atqui ha-  
beret Deus actionem transeuntem perfectiorem  
immanente si immanens non esset identificata cum  
propria substantiâ ipsius, quod est esse actum pu-  
rum, ideoque potentialitatis expertem: Nam crea-  
tio est actio independens à subiecto inhætionis; quia  
cùm fiat ex nihilo, nullum prærequirit subiectum,  
cui inhæreat; sed solum terminum, cum quo reali-  
ter identificetur. Si autem Deus non haberet actio-  
nem immanentem identificatam cum propria sub-  
stantiâ, haberet illam dependentem à subiecto inhæ-  
tionis; ac proinde imperfectiorem transeunte:  
necessario enim esset accidentalis, atque adedò de-  
pendens à substantiâ Dei, vt à subiecto inhætionis;  
non enim posset terminari ad substantiam in-  
tra Deum, distinctam à naturâ Dei; cùm termi-  
nus talis actionis deberet esse aut species expres-  
sa, quâ Deus cognosceret se ipsum, & creaturas; aut  
amor, quo se ipsum & creaturas diligeret; & nulla  
natura intellectualis intelligere, aut diligere possit  
per substantiam se distinctam, sed vel per suam  
substantiam, vel per qualitatem accidentalem. Quo-  
circa substantia, diuina quæ non admittit actio-  
nes immanentes distinctas, non habet potentiam  
passiuam, quæ primario est ad actiones proprias  
immanentes, & multò certius eam non habet ad  
actionem ab extrinseco agente recipendam: cùm  
euidens sit, nullam perfectionem Deum recipere  
posse à creaturis. Porrò substantia, quæ nullam  
habet admixtam potentiam passiuam, est purus  
actus.

6.

Virtus al-  
tioris ordi-  
nis non sus-  
ficii:

*Obiicies* 1. possunt effectus infiniti inferioris or-  
dinis produci à virtute finita ordinis altioris: ergo  
ex effectibus infinitis producibilibus non conclu-  
ditur virtus infinita, sed solum altioris ordinis. Resp.  
*neg. anteced.* quando effectus producibiles infiniti  
continentur in causâ secundum eandem rationem  
formalem, cuiusmodi sunt substantiæ intellectu-  
ales perfectiores in infinitum. Etenim perfectio  
vitæ intellectualis formaliter continetur in Deo,  
atque adedò ex substantiis ijs perfectioribus in in-  
finitum, rectè concluditur infinita perfectio vitæ in-  
telligentis in Deo. Ratio: quando perfectio effe-  
ctus continetur formaliter in causa, non potest in-  
finita perfectio communicabilis effectui, contine-  
ri in causa secundum virtutem finitam: tunc enim  
productio effectus fit per communicationem gra-  
dum perfectionalium eiusdem rationis: ac pro-  
inde, si tales gradus communicabiles sunt infiniti,  
præsupponi debent etiam infiniti in causa secun-  
dum eandem rationem formalem; cùm nequeant  
præsupponi in aliquâ virtute finita eminentiore: vt  
si infiniti gradus lucis producibiles essent à luce,  
necessario in luce supponerentur infiniti gradus  
virtutis.

7.

*Obiicies* 2. Potest Beatus cognitione finitâ ex-  
pressè & distinctè cognoscere Deum infinitum: ergo  
posset Deus cognitione finitâ distinctè cogno-  
scere effectus producibiles infinitos. Resp. neg. conf.

Beatus enim non cognoscit Deum per speciem ex-  
pressam substitutâ vice obiecti; sed per puram ten-  
dentiam vitalem ad obiectum in seipso: at Deus co-  
gnoscat effectus producibiles per speciem expressam,  
quæ distinctè repræsentat obiecta infinita, quando  
enim obiectum est absens, non potest cognosci per  
puram tendentiam, quæ supponit obiectum præsens  
potentiæ, vt possit illud cognoscere in seipso: ergo  
quando est absens, debet exprimi intra ipsam po-  
tentiam in esse intentionali & repræsentatiuo. Vn-  
de si obiectum exprimendum est infinitum, expres-  
sio ipsa debet esse infinita; quia esse intentionale  
debet proportionari esse reali. Cùm igitur effectus  
producibiles à prima causa sint infiniti, nec actu  
præsentes omnes vt simul distinctè cognoscantur  
omnes, debent exprimi intra potentiam cogniti-  
uam, per speciem expressam, quæ in esse intention-  
ali contineat omnes perfectiones reales obiecto-  
rum. Quod pura tendentia vitalis ad obiectum in-  
finitum sit finita, constat, cùm non debeat exprimere  
obiectum in esse intentionali, sed tantum ducere  
potentiam ad obiectum in se ipso cognoscendum.

Nec beatus  
expressa fi-  
nita.

8.

DICO 2. Demonstrato Deo per effectus à poste-  
riori, rectè concluditur per rationem à priori, Deum  
esse infinite perfectum quoad omnes perfectiones,  
quæ in tota latitudine entis excogitari possunt, vt  
compossibiles inter se; atque adedò esse ipsum in-  
finitum & interminatum esse secundum totam ple-  
nitudinem essendi, quem Sancti *pelagus totius esse*  
appellant. Ratio, est ipsa necessitas essendi, quam  
demonstrant à posteriori effectus creati: Ex quâ  
sic deduco singula: Deus necessario est: ergo essen-  
tialiter est: ergo nulla in Deum cadit essendi limi-  
tatio; ergo actu est tota essendi plenitudo. ergo nul-  
la est perfectio possibilis, quæ in Deo actu non sit  
aut formaliter, aut eminenter: ergo est ipsum esse  
infinite, & interminatum. Prima conseq. patet:  
quia quod necessario est, ab intrinsecis postulat  
esse: quia cùm sit ipse actus essendi, à nullo produ-  
ctus, sed à se ipso non casualiter, sed formaliter exi-  
stens, se ipso essentialiter est. Secunda prob. omnis  
limitatio essendi est ab aliqua causa, limitante suum  
effectum ad tale, vel tantum esse: Deus nullam  
habet causam; ergo nullam limitationem in essen-  
do. Maior constat: esse enim vt sic, nullam dicit li-  
mitationem: nam esse, vt esse, solum excludit non  
esse. Igitur quidquid concipitur vt possibile, & non  
inuoluens repugnantiam ad esse, id totum actu &  
formaliter reperitur in ipso esse per essentiam. Ter-  
tia elucet: nam ex quo Diuinum esse non limita-  
tur ad hoc vel illud esse, sed est ipsum purissimum  
esse, continet totam plenitudinem essendi: quam  
expressit *Dionysius cap. 3. de Diuinis nom.* vbi non  
quoquo pacto Deus, inquit, est ens, sed simpliciter & in-  
circumscriptè, totum in se esse pariter ambiens, & præ-  
ambiens: & *Damascent. lib. 1. de Fide cap. 12.* vbi cùm  
probasset ex omnibus nominibus, quæ Deo tri-  
buuntur, nullum aptius, quàm entis nomen, ipsius  
naturam exprimere, subdit: *Vniuersum enim id, quod  
est, tanquam immensum quoddam & infinitum essen-  
tia pelagus complexu suo continet.* Quin & Deus *Exod.*  
3. hanc suam essendi plenitudinem expressit, cùm  
interroganti Moyse, quis esset, respondit: *Ego sum  
qui sum.* Is autem proprie est, cui nulla ratio essen-  
di deest. Quarta constat: nam si quæ perfectio pos-  
sibilis esset, quæ in Deo actu non esset aut forma-  
liter, aut eminenter: non esset in eo tota plenitudo  
essendi: quæ vt *Chrysostr. 2. ad Coloss. homil. 5.* definit,  
*est quod aliud non capit;* nam quod totum est, ple-  
nitude dicitur. Confirm. nulla perfectio concipi  
potest vt possibilis, nisi virtute primæ causæ. Ergo  
omnis

A priori  
idem prob.

Per necessi-  
tatem es-  
sendi.

Essentiali-  
ter est,

9.

Nulla essen-  
di limita-  
tio;

10.

Tota essen-  
di plenitu-  
do:

11.

Omnis per-  
fectio possi-  
bilis.

omnis perfectio possibilis contineri debet in prima causa, à qua omnis possibilitas essendi debet originem ducere. Vlt. conseq. clara est: quia tale esse nullo finitur limite; nullo clauditur termino: proinde infinitum & interminatum est.

12. Perfectio simpliciter simplex.

Duplex perfectionis genus distinguunt Theologi, alterum simpliciter simplicis; alterum ad certum genus limitata. Prioris generis sunt, quæ in suo conceptu obiectiuo nullam inuoluunt imperfectionem; cuiusmodi sunt ratio substantiæ, vitæ, sapientiæ, &c. Quod genus perfectionis Anselm. in *Monol.* c. 13. definit esse illam, quæ in vnoquoque melior est ipsa, quàm non ipsa: hoc est, vt Scotus explicat in *1. dist.* 6. q. 1. ad 1. & Caiet. de *Ente* cap. 2. q. 3. quæ in vnaquaque re considerata sub ratione entis melior est ipsa, quàm oppositum & impossibile ipsius: vt considerato equo, non vt equo, sed vt ente, melius esset illi intelligere, quàm quæuis alia perfectio huic repugnans, & impossibilis: licet equo, considerato vt equo, non sit melius intelligere, quàm non intelligere, quoniam intelligere destruit naturam equi: nulla autem perfectio quantumuis maxima, potest melior esse supposito, cuius est destructiua. Quod autem debeat Anselmi definitio intelligi contrariè, non contradictoriè, ex eo patet: quia alioqui omnis perfectio esset simpliciter simplex; cum omnis perfectio sit melior, quàm contradictorium ipsius. Alio modo solet hæc perfectio describi, vt sit ea, quæ cum nullâ aliâ maiore vel æquali repugnat: vt ratio spiritûs dicitur perfectio simpliciter simplex, quia cum sapientiâ, quæ est perfectio maior, vel æqualis non repugnat. Contrà verò ratio corporis non dicitur perfectio simpliciter simplex, quia pugnat cum perfectione vitæ intellectualis, quæ est perfectio maior.

Alia ad certum genus limitata.

13.

Ex specie,

Vel ex genere suo.

Posterioris generis sunt, quæ in suo conceptu obiectiuo non præscindunt ab aliqua imperfectione: tales sunt omnes perfectiones creatæ vt sic: quia saltem inuoluunt finitudinem, quæ pugnat cum perfectione illimitata maiore. Adhuc tamen duplex perfectio reperitur in creaturis; altera, quæ ex suo genere nullam inuoluit imperfectionem, vt ratio vitæ, sapientiæ & similia, quæ ex se considerata nullam inuoluit in suo conceptu imperfectionem, licet contracta ad vitam, & sapientiam creatam, inuoluat finitudinem & accidentalitatem: altera, quæ ex suo genere imperfectionem importat, à quâ nunquam potest præscindere: vt ratio corporis, & accidentis, quibus essentialis est imperfectio, quam importat, & idè non possunt ab illa præscindere. Prioris generis perfectiones sunt in Deo formaliter, quia cum nullam inuoluant imperfectionem, & cum alijs maioribus, aut æqualibus non pugnent, nequeunt altiori modo in Deo contineri, quàm formaliter; Posterioris verò generis continentur eminenter; quia cum imperfectionem inuoluant, & cum alijs perfectionibus maioribus pugnent, nequeunt in Deo esse formaliter, sed eminenter. Qui modus continentiæ perfectissimus est, quia est continere illas modo nobiliori per entitatè, & perfectionem altioris ordinis, cum virtute & efficacitate eas producendi; defectu cuius virtutis & efficacitatis, quæ ad eminentialem continentiam essentialiter requiritur, non dicitur angelus eminenter continere res corporeas, licet sit perfectior illis.

14.

Aduerte, in Deo non esse aliud & aliud genus perfectionis, imò neque alias & alias perfectiones propriè loquendo, quia hoc denotat distinctionem vnius perfectionis ab alia; sed esse vnam simplicissimam entitatem, quæ sine vllâ distinctione in re, est omnis perfectio possibilis: quæ per ordinem ad

nostrum intellectum, concipientem illam relatè ad creaturas, fundat talem diuersitatem perfectionum: cum aliquo tamen fundamento in re, propter omnimodam plenitudinem essendi.

Dices; quod continet omnes perfectiones posibles, nullam à se excludit: ergo non admittit distinctionem aliorum entium à se; alioqui excluderet illam perfectionem, quæ esset in alijs entibus à se distinctis. Resp. Nullam perfectionem à se excludere, vel formaliter, vel eminenter; excludere tamen aliquas formaliter, quas tamen eminenter continet, vt sunt omnes creatæ, vt sic. Vnde neg. conseq. ad prob. concedo; excludere illam perfectionem, per quam distinguitur ab alijs entibus formaliter, eandem tamen includere eminenter. Et sic rectè cohæret, Deum esse omnia, & tamen distingui ab omnibus; quia est omnia eminenter, non est omnia formaliter.

15.

Omnes formaliter vel eminenter in Deo.

Dico 3. Deus est, quo melius excellentiusque, excogitari non potest. Est Sanctorum prologium, Anselmi in *Prologo* c. 1. 15. & 18. Bernardi *lib. 5. de Consider.* Seneca in *Præfat. libr. 99. natur.* Fundam. non potest excogitari melior modus essendi, quàm esse à se essentialiter, & cum totâ plenitudine essendi: sed Deus est à se essentialiter, & cum totâ plenitudine essendi. Confirm. quia vel id, quod excogitari posset melius & excellentius, est perfectio realis, & eo ipso actu reperitur in Deo, à quo nulla perfectio realis abesse potest, & extra quem nulla realis perfectio excogitari potest: vel non est realis, & iam non est melius excellentiusque Deo; quia quod reale non est, perfectio esse non potest: perfectio enim in aliquâ realitate fundetur, oportet.

16.

Deo nil melius fingi potest:

Deducitur 1. Deum non solum esse primum principium eminentissimum in causando, quo eminentius dari vel excogitari non potest, sed etiam vltimum finem, quo vltior fingi non potest. Fundam. omne agens intellectuale, qualis est Deus, agit propter aliquem finem seu allectum ad operandum ab aliquo bono, quod cum fine conuertitur: at propter nullum alium finem vltimum à se distinctum agere potest Deus: nam nullum ens est melius Deo; qui in nullo, quàm in se ipso vt in vltimo fine quiescere potest: finis enim vltimus est, in quo agens, vt in summo bono conquiescit: ergo Deus non solum est vltimus finis sui, sed etiam creaturarum, quia in productione earum non potest alium finem vltimum intendere, quàm se ipsum: nec creaturæ possunt ad alium finem inclinare, quàm ad quem ordinantur à Creatore: nam sicut Creatoris est dare esse; ita eiusdem erit dare certam inclinationem cum esse; ergo ipsius est ordinare creaturas, quas condit ad vltimum finem. *Lege Scot. in 1. dist. 2. quæst. 2. §. Quantum ad 2. argum.*

17.

Primum principium.

Vltimus finis,

Deducitur 2. Deum esse actum purum, nulli potentia passiuæ admixtum: nam omnis potentia passiuæ includit priuationè alicuius perfectionis, quam possit habere. Deus autem actu continet omnem perfectionem intra totam latitudinem entis possibile: ergo excludit omnem potentialitatem, cui est essentialiter subiecta creatura: quia est in potentia tam obiectiuæ ad esse, quàm subiectiuæ ad recipiendam perfectionem. Solus Deus essentialiter est omnis perfectio. Dixi *Potentia passiuæ*: quoniam actiuæ, cum non sit ad perficiendum se, sed aliud à se, est enim teste *Arist. 5. Met. 12. principium transfurandi aliud, in quantum aliud*, actui puro non repugnat.

18.

Nulli potentia admixtus.

SECTIO II.

An natura Diuina à parte rei formaliter includat omnes perfectiones attributales?

19. *Attributū perfectio absoluta quasi adiacens.*

**N**omine attributi importatur quælibet perfectio absoluta, prædicabilis de Deo ad instar formæ adiacentis naturæ, quæ melior sit ipsa, quàm non ipsa. Aliqui *Scotista* attributum distinguunt à modo intrinseco: eo quòd attributum addit formalitatem ratione saltem distinctam à natura, cui attribuitur; modus nullam ratione diuersam ab eo, cuius est modus, sed solum modificat fundamentū intra eandem perfectionem, vt finitas, vel infinitas addita enti non variat illud, sed modificat intra eandem rationem entis. Sapientia verò addita substantiæ perficit illam sub diuersa ratione.

20.

Ab attributi ratione excluduntur 1. relationes & origines, quæ non sunt perfectiones absolutæ. 2. Perfectiones importantes aliquid per modum constituentis naturam, vt esse, substantia, vita, Deitas: quia attributa debēt, saltem ex modo nostro significandi & concipiendi supponere naturam, cui concipiuntur aduenire ad instar proprietatis, denominantis illam accidentaliter, vt potens, sapiens, iustus, &c. 3. Perfectiones libere, vt esse createm, prædestinantem, iustificantem: quia hæc formaliter sumpta non ponunt perfectionem in Deo, sed in re creatâ, prædestinatâ, iustificatâ; vnde non sunt meliores ipsæ, quàm non ipsæ: nec melius est Deo prædestinare, quàm non prædestinare. Addit *Durand. in 1. dist. 2. quæst. 3. nu. 7.* attributum præse sumptum importare solam perfectionem Deo & creaturis communem: hæc autem, inquit, sunt, quæ nec in sua ratione imperfectionem includunt, nec eam excludunt: Nam, si imperfectionem includerent, Deo non conuenirent; si eam excluderent, non conuenirent creaturis, Vnde infinitas, æternitas, immensitas, immutabilitas, & cætera huiusmodi excluduntur à ratione attributi, vt Deo & creaturis non communia. Sed non est, cur hanc limitationem addamus, quam nec Patres, de Diuinis attributis loquentes, nec Scholastici de iisdem disputantes addunt. lege *August. 15. de Trin. cap. 5. Damascen. 1. de Fide cap. 4. & 12.* Controuersia est, an essentia Diuina has perfectiones includat formaliter ex naturâ rei.

21. *1. Sentent.*

PRIMA sentent. *Gualtheri, relati à Nipho. 12. Metaph. disput. 13. cap. 3. & Jacobi de Viterbo apud Argent. in 1. distinct. 8. qu. 1. art. 4.* affirmantium, naturam Diuinam realiter ab attributis, & attributa inter se distingui. Fundam. quæ sunt, vel se habent vt in diuersis prædicamentis, distinguuntur realiter: essentia est vt in prædic. substantiæ; attributa vt in prædic. accidentium; vt saluent Diuinam simplicitatem, ad realem compositionem requirunt plura, quorum vnum se habet vt potentia, alterum vt actus: Deus autem, cum sit purus actus, potentia esse non potest; ac proinde realiter cum attributis componere nequit. Confirm. modus intelligendi sequitur modum essendi: sed attributa Diuina intelliguntur à nobis vt distincta; ergo sunt in se ipsi distincta.

22. *Errant.*

Hæc sent. intellecta de distinctione reali præse sumpta, est hæretica: cum non possit in Deo saluare simplicitatem, quam certâ Fide tenemur Deo concedere. Etenim, si essentia & attributa distinguuntur, vt res diuersorum prædic. nequeunt distingui, nisi vt substantia & accidens, atque adè vt componentia vnum quid accidentale, nec licet at-

Tomus I. De Deo.

gumentari ex imperfecto nostro modo concipiendi, qualem de Deo Diuinisq; in hæc vitâ habemus, ad rem secundum se.

SECUNDA sent. *Scoti in 1. dist. 8. quæst. 4. §. ad 4. & quodl. 1. quæst. 1. §. de 1. Lichei, Petri Aquil. Mayroni distinct. 8. quæst. 1. §. nunc quarto & q. 3. per totam; & quæst. 5. §. his visis, &c. Scotist. excepto Rubione,* admittentium distinctionem ex naturâ rei inter essentiam & attributa ipsa inter se. Nec potest *Scotus* explicari de distinctione rationis, vt ex citatis constat, & in 1. dist. 12. q. 1. §. contra istam, vbi expressè hanc opinionem de distinctione rationis refutat. Distinguunt autè quatuor genera distinctionum *Scotiste*, vt videre est apud *Mayron.* Prima dicitur essentialis, quâ vna quidditas existens distinguitur ab alia quidditate existente, vt Deus à creaturis. 2. realis, quæ res distinguitur à re, vt pater à filio. 3. formalis, quæ quidditas vnius non est quidditas alterius, vt quidditas Sapientiæ non est quidditas Bonitatis. 4. modalis, quæ est inter quidditatem & modum ipsius, vt inter sapientiam & eius finitatem, vel infinitatem.

23. *2. Sentent. Genera 4. distinct.*

Distinct. genera 4.

Ex his prima est omnium maxima, quia includit reliquas omnes: post hanc sequitur realis, quæ includit distinctionem entitatis ab entitate. Tertia media inter realem & modalem, est formalis, seu quidditatiua. Minima omnium est modalis, quia per eam non fit exitus ab eadem ratione formali: modus enim adueniens formalitati non variat illam; sed auget, vel minuit intra eandem rationem formalem. Ex his primam & 2. scilicet essentialem & realem excludunt ab essentiâ & attributis diuinis; quia non distinguuntur entitatiuè; sunt enim vna entitas, & hoc modo ipsi saluant diuinam simplicitatem, & dictum *Damasc.* quod Deus sit *pelagus omnium perfectionum*, nimirum identicè: admittunt autè distinctionem formalem, quia quidditas vnius nō est quidditas alterius; & modalem inter quodlibet attributum, & eius infinitatem. Fundamenta, infra.

24.

TERTIA *Magistri in 1. d. 8. S. Th. 1. p. q. 13. a. 4. & 12. & de poten. qu. 7. a. 6. & 1. con. Gent. c. 54. & 73. Capreol. in 1. d. 8. q. 4. a. 1. Caiet. de ente tom. 3. tra. 7. q. 12. & 1. p. qu. 39. ar. 1. Rich. in 1. dist. 2. a. 1. q. 2. & 3. Bacon. q. 1. a. 1. concl. 2. Aliacen. q. 6. a. 2. Aureo. d. 8. p. 3. a. 5. Ochami in 1. d. 2. q. 1. Syluij 1. p. qu. 13. a. 4. & reliquorum Theologorum affirmantium,* nullam distinctionem ex naturâ rei intercedere inter essentiam & attributa, consequenter diuinam essentiam à parte rei formaliter includere omnes perfectiones attributales. Quæ sententia adè vera est, vt opposita à multis suspecta, & in fide parum tuta censeatur.

25. *Vera sent.*

Sequenda.

Prob. 1. ex Concilio *Rhem. sub Eugenio III.* vbi contra *Gilbert.* definitur, relationes & essentiam non esse *ratione Theologica* distinguenda (erat autem *ratio Theologica* in sententia *Gilberti* distinctio ex naturâ rei, prout opponitur rationi mathematicæ, quæ est sola distinctio rationis) à fortiori neque essentiam & attributa, quæ sunt minùs apta distinguendi, quàm essentia & relatio; cum hæc ambo sint absoluta, illa verò absoluta & relatiua, quæ sunt minùs apta ad conueniendum in eandem rationem formalem. 2. ex PP. qui primò docent, attributa esse ipsam essentiam Dei. *Aug. 7. de Trin. c. 6. Hoc illi est esse, quod Deum esse, quod magnū, quod bonum &c. & 15. de Trin. c. 6. Deus est, inquit, sua ipse sapientia: quia non est aliud sapientia eius, aliud essentia; cui hoc est esse, quod sapientem esse.* Huc accedit duplex loquendi modus eiusd. *Aug.* alter, quo affirmat; eo Deus, quo viuens, quo intelligens, quo potens: vt in *quæst. de Trin. Deus eo ipso, inquit, quo est, vinit; & eo, quo vinit,*

26. *Prob. ex Rhemenf.*

27. *August.*

C

vinit,



viuit, intelligit; & eo quo intelligit, potest; & eo, quo potest, est: quia simplex Deitatis natura vnum habet esse, viuere, & omnia posse. Porro terminus Quo, rationem formalem, per quam res est, importat. Alter modus loquendi est, quo docet, idem in Deo esse, quo est, & quod est. 15. de Trin. c. 5. Non enim percipit sapientia, quã sit sapiens, sed ipse, sapientia est. Si autem Deus esset Sapiens sapientiã formaliter distinctã, non posset Deo sapientia esse ratio Quã & Quã simul, seu essentialis rei; vt eadem est ratio quã lux est lucida, & lux ipsa; item negant in Deo esse plura, vel aliud & aliud; aiunt omnia, quã de Deo dicuntur, esse vnum, solã voce diuersa. Aug. 6. de Trin. c. 7. & lib. 7. c. 1. Bernard. 5. de Consider. voces diuersa, semita multa, sed vnum per eas significatur. Denique affirmant, quidquid in Deo est, esse Deum ipsum; at non quidquid in Deo est, Deus esset, si attributa ab essentiã, & inter se distinguerentur. Deus enim Deitate est Deus: si autem sapientia suã naturã distingueretur à Deitate, suã naturã non esset Deus, nec quidquid in Deo est, Deus esset.

August.  
Bernard.

26.  
Prob. à di-  
uinã simplici-  
tate.

Prob. 3. rationibus. Prima ducitur ex diuinã simplicitate: Deus ex Concilio Lateran. sub Innoc. vt refertur in cap. Firmiter, de summã Trinitate est omnino simplex; non esset, si aliquam admitteret ex natura rei distinctionem inter essentiã & attributa: vbi enim est aliqua distinctio, ibi est aliqua compositio, quã sumã simplicitati repugnat; maior quippe est vnitas formalis, quã identica, maiorque simplicitas confurgens ex vnitate formali, quã ex vnitate reali: Deo autem summa vnitas concedenda est, scilicet perfectio simpliciter simplex: sicut enim conceditur Deo summa perfectio, ita & summa vnitas: alioqui, vt rectè Bernard. cit. non esset Deus, quò maius excogitari non posset, quia excogitari posset simplicior.

29.  
Contra  
Lychetum.

Concedit Lychetus qu. 3. §. penult. summam simplicitatem Deo, quia hæc, inquit, excludit compositionem, quã Deo repugnat: attributa autem non componit cum essentiã, vel inter se, etiamsi distinguantur formaliter; quia cum hac distinctione formali, sunt vnum perfectissima identitate cum essentiã: sicut nec obstat Diuinã simplicitati realis distinctio personarum: quia licet hæc distinguantur inter se, quia tamen sunt vnum per identitatem cum essentiã, nullam in Deo ponit compositionem. Negat tamen summam vnitatẽ, quoniam hæc, inquit, excludit omnem pluralitatem: in Deo autem, cum sit pluralitas formalitatum, non est summa vnitas, quia hæc non dicit perfectionem.

30.

Contra primum: impossibile est, plura suã naturã distincta conuenire ad constituendum vnum, sine aliquã reali constitutione: nam vbi est reale constitutum ex ratione priore, & posteriore à parte rei, ibi necessariò est aliqua realis constitutio; nam hæc nil aliud est, quã plurium distinctorum ad vnum concursus. Nec est eadem ratio de Diuinis relationibus: quia hæc non faciunt vnum inter se, sed cum essentiã; & quã ratione cum essentiã constituunt vnum ab ipsa non distinguuntur: attributa verò & inter se, & cum essentiã constituunt vnum, alioqui non possent de se inuicem, aut de essentiã prædicari. Secundum falsum est: nam cæteris paribus, eò ens est perfectius, quò magis vnum; quia quò magis est vnum eò est in sua ratione illimitatus. Vnde Auerroes 12. Metaph. t. 37. eodem modo affirmat Deum esse summẽ vnum ac summẽ simplicem.

31.  
Prob. ex illi-  
mitatione  
in modo con-  
stituendi.

SECUNDA ratio deducitur ex infinitate & illimitatione Diuinã essentiã, quã ex eo, quod est à se, non modo est illimitata in omni genere perfectio-

nis possibilis, verum etiam in modo eas continendi: atqui non implicat, eas continere indistinctè formaliter: ex ipso Scot. in 2. dist. 3. q. 9. §. secundo scilicet, Ea, quã sunt dispersa in inferioribus, adunantur in superioribus, vt inductione constat: vegetatiuum enim, & sensitiuum in plantis & brutis realiter distincta, in homine sunt vnum. Vis calefactiua, & exsiccantiua in elementis distincta, in Sole coincidunt in vnam rationem formalem, Mayro. teste. Vis perceptiua coloris, odoris, saporis, &c. in sensibus externis multiplicata realiter, in sensu communi, & in intellectu adunatur in vnam eandemque rationem formalem; quia quò magis aliqua eleuantur ad naturam superiorem, eò euadunt perfectiora & illimitatiora: ergo quã eleuantur ad naturam supremam infinitam euadunt infinitè perfecta & illimitata: ergò non solum euadunt vnum realiter, sed etiam vnum formaliter, alioqui manerent limitata in vnã tantum ratione formali. Confirm. contra Scotum qui in 2. dist. 3. quæst. 1. docet, Hæcceitatem distinguere formaliter à naturã creatã, ab increatã nullo modo. Item per Scotistas, vt constat ex Lych. in 2. dist. 3. quæst. 1. §. dico, gradus differentialis naturã creatã distinguitur formaliter à generico. In Deo autem ex Scoto quodlib. 1. q. 1. §. de altero intellectua- litas, quã est quasi gradus differentialis naturã Diuinã nullo modo distinguitur à naturã Diuinã, cum sit illi essentialis: ergo licet sapientia, bonitas, & reliqua attributa realiter, aut formaliter distinguantur in creaturis, in Deo non.

Ratio à  
priori.

32.  
Ad hominẽ.

TERTIA: sequeretur, vnum attributum formaliter distinguere etiam à se ipso: Nam scientia Dei de se ipso, est formaliter diuersa à scientia eiusdem de creaturis: at hæc, vt est possibile, diuersa est à se ipsa, vt est futurorum; & scientia naturalium à scientia supernat. Vnde tot erunt scientiã distincta formaliter in Deo, quot obiecta formaliter diuersa, ad quã illa terminatur; vt in creaturis, à quibus Scotista arguunt diuina. Idem argumentum fieri potest de potentia creatiua & eductiua; & creatiua hominum ac Angelorum. Quod si non obstante reali ac formali diuersitate scientiarum, & potentiarum in creaturis, vna ponitur scientia in Deo, ac potentia formalis: ergo non obstante diuersitate formali essentiã, & attributorum in rebus creatis, vna ponenda est ratio formalis essentiã, & attributorum in Deo: quia maior est perfectio debita primo Enti.

33.  
Ex absurdo.

QUARTA à priori: omnis distinctio, præter eam, quã fundatur in essentiali oppositione relatiuã, prouenit ex limitatione extremorum, vt inductione constat: nam quantò magis aliqua eleuantur in naturã superiore, tantò minus distinguuntur inter se, & à natura, cuius sunt perfectiones: sed attributa & essentiã diuina non opponuntur relatiuè, & nullam habent finitatem; ergo nullam inter se, & cum naturã distinctionem; alioqui si sapietia formaliter distingueretur à bonitate, limitaretur ad solam formalitatem sapietia, atque adeo non esset illimitata in tota latitudine entis possibilis. Confirmatur ex ratione actus puri; nam hic excludit omnem potentialitatem: si autem essentiã distingueretur ab attributis, esset in potentiã passiuã ad illa; licet enim nunquam esset sine illis, tamen esset sub illis, vt potentia sub actu, quod non tollit passiuam potentiam; sicut non tollitur passiuã in cælis, etiamsi semper fuerint sub actu substãtiali; nec actiua intra Deum, esto illa nunquam fuerit sine suo termino producto.

34.  
Distinctio  
fundatur in  
limitatione,  
vel relatio-  
ne.

Obijcies 1. Diuersa emanationes ex natura rei arguunt distincta principia: scilicet in Deo principium

35.  
Scotista  
Obije.

pium generationis est intellectus, spirationis voluntas. Resp. neg. maior. possunt enim ex eodem principio formali diuersæ oriri emanationes, vt ab eadē voluntate; quod admittit *Mayro. q. 3. §. Hic dico*, productio Spiritus S. ad intra, & creaturarum ad extra; ab eadem omnipotentia creatio & eductio; ab eadem voluntate amor & odium. Ratio: maior vnitas reperitur in principio, quàm in effectu.

36. *Obijciunt* 2. Filiatio & spiratio passiva sunt relationes disquparantia distinctæ realiter in Deo: ergo supponunt fundamenta ex natura rei distincta; scilicet intellectum & voluntatem: quia idem, in quantum idem, non potest esse fundamentum diuersarum relationum; non enim alba vt alba fundare possunt relationes dissimilitudinis. Respond. neg. conseq. Non enim relationes diuinæ distinguuntur per aliquid absolutum, vt per proximum fundamentum, sed per seipsas, quia æquivalent relationibus transcend. creatis, quæ se ipsis distinguuntur formaliter & fundamentaliter, vt plures potentia eiusdem animæ.

37. *Obijciunt* 3. Sapientia vt sapientia non est bonitas: alioqui etiam sapientia creata esset bonitas, quia quidquid per se competit superiori, per se etiam competit inferiori; sapientia autem superiori ad creatam & incretam seu vt sapientia si conuenit esse bonitatem, etiam sapientia creata id cōueniet: ergo sapientia nec contracta ad incretam est bonitas. nam ratio increati non extrahit sapientiam à ratione sapientia, sed solum reddit illam infinitam intra idē genus sapientia. Confir. sapientia est magis eadem sibi, quàm bonitati: ergo per maiorem aliquam identitatem, quam non habet cum bonitate. Resp. Sapientiam & bonitatem communissimè sumptas præscindere ab vnitate, & distinctione ex natura rei, & solum importare distinctionē ratione præcisam ab actuali, & virtuali. nā sicut ab inferioribus abstrahitur ratio communis præscindens, ita distinctio communis præscindens, quæ contracta ad Deū erit virtualis, contracta ad creaturas erit realis. Vnde sapientia, quæ diuina, formaliter includit bonitatem, & reliqua attributa; quia vt sic includit illimitationem, ratione cuius implicite inuoluit omnes perfectiones compossibiles. *Lege S. Tho. opus. 9. qu. 1.*

Scotus prob. conseq. Confirm.

Distinctio virtualis in Deo.

38. *Vrges.* Vnitas & distinctio sunt immediatè opposita enti: ergo cui determinatè non conuenit vnū, determinatè conueniet alterum; ergo si sapientia, vt sic, non conuenit vnitas cum bonitate, necessariò conueniet distinctio à bonitate. Respond. Antecedens esse verum de entibus in particulari, non de rationibus incommuni; nam sicut rationes in communi præscindunt ab hac, vel illa ratione; ita ab hac vel illa distinctione. Quare sapientia in communi, neque dicit distinctionem neque vnitatem cum bonitate, sed præscindit ab vtraque. Deinde nego conseq. nam ratio increati, cū dicat rationem illimitati in omni genere perfectionis, non solum reddit sapientiam infinitam in genere sapientia, sed etiam in genere bonitatis, & omnis perfectionis possibilis. Nec propterea illam extrahit à ratione formali sapientia, sed tantum superaddit alias perfectiones, quas exigit quæ diuina formaliter. Ad Confir. dico, sapientiam esse magis eadem sibi, non per maiorem identitatem actualē, sed virtuales; sibi est eadem actualiter & virtualiter; bonitati est eadem tantum actualiter, non virtualiter.

Ad Confir.

39. Inferens: Ergo disting. ex natura rei.

*Obijciunt* 4. Implicat de eadem re omninò indistincta contradictoria verificari. At de diuinis perfectionibus contradictoria verificantur, nam 1. Intellectus diuinus intelligit & generat, & non voluntas: voluntas vult & spirat, non intellectus: ergo si

Tonus I. De Deo.

intellectus est voluntas, intelligit, & non intelligit; generat, & non generat. 2. Intellectus necessariò operatur, voluntas non necessariò: ergo si intellectus est voluntas, necessariò operatur, & non necessariò. 3. Deus amore diligit, odio odit: ergo si amor est odium, Deus amore diligit & non diligit. 4. Deus intelligit bona & mala: Deus non vult bona & mala: ergo si intellectio est volitio, intelligit & non intelligit; mala vult, & non vult mala. 5. Deus secundum quasdam perfectiones est communicabilis creaturis; secundum alias non est communicabilis: ergo si per eand. est communicabilis & incommunicabilis, eadem perfectio erit communicabilis &c.

Respondet *S. Tho. q. 7. de potentia a. 1. ad 5. & qu. 8. a. 2. ad 7. Capreol. in 4. dist. 8. q. 4. ar. 1. & alij*, ad hæc omnia sufficere distinctionem rationis. Verum, si hæc intelligatur de actuali distinctione rationis, vt multi intelligunt, non satisfacit: 1. quia antequam intellectus actu distinguat in Deo essentia à relatione, res illa, quæ à parte rei simul est essentia & relatio, est communis & non communis, distincta à correlatione & non distincta; eadem enim est ratio de attributis & relationibus comparatis ad essentiam, à quâ nullo modo distinguuntur; 2. esto cōtradictio, quæ subsequitur opus intellectus, fundari possit in obiectiua distinctione rationis; vt quod definitio, & nō definitioni conueniat esse subiectum in propositione; esto definitum & definitio sint idem à parte rei: tamē contradictio, quæ præcedit intellectum, fundari non potest in obiectiua distinctione rationis, sed in distinctione à parte rei existente. Cæterū plurimæ contradictiones, quæ de Deo dicuntur, præcedunt opus intellectus, vt quod relatio opponatur correlationi, non opponatur naturæ: quod intellectus generet, voluntas non generet: quod natura communicetur, relatio non communicetur.

40. Resp. Distinctio rationis nō satisfacit.

Contradictiones præcedunt opus intellectus.

Neque dicas cum *Caset. loc. cit. ad 7.* conuenire Deo ante opus intellectus extremum affirmatiuū, non negatiuum; vel quia negatio non conuenit rei fundamentaliter, vel quia, cum sit malignantis naturæ, præposita copulæ remouet prædicatum à subiecto omni ratione. Nam falsum est, negationē formaliter conuenire Deo per intellectū; quia licet verum sit de negatione enuntiatiua, falsum est de subiectiua, quæ actu & formaliter suo modo inest rebus. Nec obstat, quod præposita copulæ remouet prædicatum à subiecto omni ratione; nam hoc verum tantum est de negatione posita in enuntiatione, in qua hanc vim habet ex vi humanæ significationis, non de negatione in re ipsa existente: Nam potest negatio conuenire subiecto à parte rei existenti vnā ratione, & non alia; vt Patrem distingui à Filio ratione Paternitatis, non ratione essentia; & in rebus creatis conuenit homini negatio discursus ratione animalitatis, non ratione rationalitatis: Et hic indagamus subiectum affirmationis & negationis, vt à parte rei existit ante opus intellectus; quomodo eidē omninò à parte rei indistincto possit eadem simul affirmatio & negatio conuenire. Resp. distin. duplicem contradictionem; formalis est, quæ reperitur in propos. enuntiatiua: vt Deus est communicabilis, & incommunicabilis: virtualis est, quæ suo modo fundatur in rebus ante enuntiationem nostri intellectus: vt in eadem simplici entitate naturæ diuinæ fundatur ratio communicabilitatis & incommunicabilitatis. Hæc distinctio à nullo negari potest. Ad argument. concedo, de eadem re omninò indistincta contradictoria verificari non posse: nego de Deo, aut diuinis perfectionibus omninò indistinctis contradictoria verificari.

41.

42. Ex virtuali distinctione formatur formalis contradictio.

num. 39.

verificari: nam vel ista cōtradiçtoria sumuntur formaliter, & in actu in ipsa propositione ab intellectu formatā. & sic supponūt actualem distinctionem rationis, factam ab intellectu de ipsis perfectionibus diuinis; vel virtualiter, quatenus in re ipsa præcedit fundamentum, ex quo per intellectum formati possit formalis contradicçtio in propos. enunciatiuā; & hæc etiam supponunt in re virtualem distinctionem, quæ sufficit, vt de eadem re omnino indistinçtā contradicçtoria non verificentur. Nam contradicçtoria ex *Arist.* sunt illa, quæ cadunt supra eandem rem eadem omninò ratione.

DICES I. Effectus in actu requirit causam in actu: ergo contradicçtoria in actu requirunt distinctionem in actu. 2. Si hæc distinctio virtualis est in Deo ante opus intellectus, Deus cognoscit illam: ergo Deus distinguit in se ipso vnam perfectionem ab alia. Respond. Ad 1. sicut duplex est genus contradicçtoriorum, formale, virtuale: ita duplex distinctio, formalis, virtualis, concedo contradicçtoria in actu formali requirere distinctionem formalem, ab ipso actu rationis formatam contradicçtoria verò in actu virtuali requirere solam distinctionem virtualem, præcedentem actum rationis, & sic effectus in actu requirit causam in actu, sibi proportionatam: proportionata autem distinctio ad saluanda contradicçtoria in actu virtuali, est distinctio virtualis præcedens actum rationis: sicut proportionata distinctio ad saluanda contradicçtoria in actu formali, est distinctio formalis, ab actu rationis formata. Ad 2. nego consequentiam: aliud quippe est, Deum cognoscere in se vnam eminentissimam perfectionem, æquipollentem multis creatis ex naturā rei distinctis, quod est cognoscere in se virtualem distinctionem, aliud actu distinguere in se vnam perfectionem ab alia; quia cum in se nulla præcedat actualis distinctio, si actu distingueret vnam perfectionem ab alia, aliter videret se ipsum, ac est. Nec eadem ratio est de intellectu creato, qui Deum non cognoscens, vt in se est, distinguit in eo, quæ re distincta non sunt.

Ex his Respond. ad exempla: si termini sumantur eodem modo in anteced. ac in conseq. vel virtualiter distincti, vel actualiter indistricti, nulla sequitur contradicçtio. Nam si sumantur 1. modo, vera est maior, Intellectus tantum generat; voluntas tantum spirat: sed falsa minor, Intellectus est voluntas, quia vt sic Intellectus virtualiter distinguitur à voluntate: competit enim intellectui generare, & non spirare, vt virtualiter distincto à voluntate: vnde non sequitur conclusio; ergo intellectus generat & non generat, sed potius generat vt intellectus, non generat vt voluntas. Si sumantur 2. modo, falsa est maior; quia intellectus vt indistrictus à voluntate non solum generat, sed etiam spirat; quia vt sic non solum includit vim generandi, sed etiam spirandi, quia vt sic consideratur, vt vna virtus à parte rei existens, cui adæquatè respondet vterque actus gignendi & spirandi. Cæterum actus Diuini ad extra terminati nequeunt inuicem prædicari, ob diuersam connotationem obiectorum: nam amor essentialiter connotat bonitatem in obiecto, odium malitiam: intellectio autem solum connotat intelligibilitatem in obiecto, quæ tam reperitur in obiecto bono, quam in malo. *Leg. Dur. in 1. d. 2. q. 2. n. 13. Argent. d. 6. q. 1. ad 4.*

Soluitur 1. Cur intellectio in Deo à parte rei non sit actu prior volitione, cum hæc suā naturā supponat illam; quia nimirum actu præcedere volitionē, non est de quidditate intellectiois vt sic, sed limitata ad esse intellectiois tantum: intellectio autem

Diuina, quoniam non limitatur ad esse intellectiois tantum, nulla est ipsius ad actum volitionis actualis præcessio, sed tantum virtualis, ratione cuius postulat à nobis concipi prior ratione, quam volitio. *Leg. Richard. in 1. dist. 2. art. 1. q. 4. 2. quopactō vnum attributum demonstratur per aliud, cum demonstrans debeat esse notius, & prius demonstrabili: quoniam cum demonstratio fiat intellectui nostro, qui res non concipit, vt sunt in se, sed vt sibi innotescunt per effectus, potest idem per vnum effectum esse notius sibi ex vnā perfectione, quam aliā, virtualiter tantum distinctā, & sic vnam inferre ex aliā; quia non repugnat idem quoad nos esse notius se ipso, penes diuersas perfectiones virtualiter distinctas; repugnat quoad se, vllum attributum Diuinum altero notius. Et contra Scot. intellectualitas demonstratur de essentiā Dei per spiritualitatem, cum tamen vtraque in sentent. ipsius sit de essentiā Dei. *Leg. Ferrar. 1. contra gentes cap. 25. 3. quā ratione omnia attributa possint esse vna formalitas, etiamsi diuersas habeant definitiones: quia nimirum non semper diuersa definitio arguit diuersam formalitatem distinctam actu, sed virtute: vt patet, si vellet Scotus definire intellectualitatem, & essentiam. Ratio: sæpè res definiuntur, prout à nobis inadæquatè concipiuntur. Vnde semper nega. attributa Diuina, diuersas re ipsa habere definitiones, sed vnam tantum actu, multiplicem virtute. 4. Cur nomina, quæ de Deo dicuntur, non sint synonyma, esto significant eandem indiuisibilem rem: quia videlicet non significant illam eadem formalitate conceptus, cui nomina immediatè respondent, vt signa earum, quæ sunt in animā, passionē; & quia Deum in hac vita per varios conceptus exprimitimus, per varia etiam nomina significamus. Confirm. definitio & definitum, essentia & intellectualitas Diuina, etiam in sent. Scoti significant eandem formalitatem rei, cū tamen synonyma non sint. *Leg. S. Tho. 1. p. q. 13. a. 4.* Soluitur 5. quā ratione à PP. Diuina attributa dicantur æqualia, cum nil sit æquale sibi: dicuntur autem æqualia fundamentaliter, quia quod re ipsa est vnum, est etiam reliqua omnia, quia vnum quodque includit formaliter omnia, quæ in Deo sunt.**

### SECTIO III.

*An attributa constituent essentiam Dei?*

Non hoc ipso, quod aliquid est idem à parte rei cum alio, est illi essentialiter. Nam relationes sunt idem à parte rei cum natura Diuina quas tamē non omnes putant esse de essentiā Deitatis: Contra verò, non eo ipso, quod attributa distinguuntur inter se, sequitur illa non esse de essentiā Dei; nā gradus Metaphysici distinguuntur inter se, & tamē essentiam constituunt. Attributa in sentent. Scoti non sunt de essentiā naturæ Diuinæ, eo quod non solum distinguantur inter se, sed etiam ab essentiā: distinctio autem vnus ab alio supponit iam constitutum vnum & aliud.

PRIMA sentent. Scoti in 1. dist. 8. q. 4. §. ad 4. & quodl. 1. q. 1. §. de 1. & §. de altero, Rub. in 1. dist. 3. q. 1. a. 2. & dist. 8. q. 3. concl. 3. & 4. & reliq. Scoti s. F. foli in 1. p. q. 4. a. 2. dub. 1. Negantium, 1. quia id PP. insinuant, qui attributa appellant proprietates essentia, ab essentia excludunt, docent illa circumstare tantum essentiam; vocant illa qualitates, & quasi accidentia naturæ. *Leg. Nyssenum libr. de S. Trinit. & Damasc. libr. 1. Fides cap. 4.*

Probat 2.

43. Dices 1.

2.

Ad 1.

44. Ad 2.

45. Termini eodem modo sumendi.

46. Soluitur 1.

47. Soluitur 2.

48. Soluitur 3.

Definitio diuersa arguit formalitatem distinctam virtute.

49. Soluitur 4.

50. Quind.

51.

Opinio multorum, gradus metaph. distinguuntur inter se, & tamē essentiam constituunt. Attributa in sentent. Scoti non sunt de essentiā naturæ Diuinæ, eo quod non solum distinguantur inter se, sed etiam ab essentiā: distinctio autem vnus ab alio supponit iam constitutum vnum & aliud.

52. Probat 2. Scotus : id quod constituit essentiam Dei, est ratio prima: nullum attributum est ratio prima: supponit enim rationem priorem se, in qua fundetur, eamque denominat: nam attributum est forma denominans, quæ essentialiter supponit subiectum denominandum. Maior prob. essentia est ratio, quæ primò res constituitur in se, & distinguitur ab omni alio: sed hæc est sola ratio prima, secunda enim supponit rem constitutam per priorem. Confirmatur: essentia Diuina concipitur ad instar essentia creatæ; sed hæc constituitur per solam rationem primam; ergo & illa. Distinguit igitur Scotus in Deo perfectiones, alias substantiales præsuppositas, alias attributales præsupponentes. Primas ait includere totam perfectionem substantia possibilis, vltimò actuata per existentiam, per easque docet, constitui Deum in ratione Deitatis formaliter: ita saluat, quomodo Deus ex Damasc. sit pelagus substantia infinitum & interminatū; quia per hanc rationem Deus est infinitus intra totam latitudinem substantia possibilis. Secundas vero affirmat, excludi formaliter ab essentia, eique solum identificari realiter. 3. volituum, ex natura sua, est posterius & ignobilius intellectiuo; volituum enim est inclinatio ad bonum præcognitum; nec pertinet ad gradum intellectiuum, vt intrinsicæ pars ipsius, sed vt proprietates consequens: igitur non potest ingredi formalem constitutionem naturæ intellectualis, quia non potest constituere vt genus; nam hoc præsupponitur ad gradum differentiale; volituum autem consequitur ad intellectiuum; nec vt differentia, 1. quia volituum æquè latè patet, ac intellectiuum; 2. differentia cum actu & determinet gradum superiorem, est illo perfectior; eò enim ens est perfectius, quò actualius & magis determinatum: volituum autem est imperfectius intellectiuo; 3. si suam naturam consequitur intellectiuum, vt id quod exigitur ab illo, non potest esse essentialis differentia illius; quia differentia supponit genus, non fluit ex illo, alioqui non esset differentia, sed proprium. Confirmatur: licet in Deo omnia sint vnum, habemus tamen à parte rei fundamentum concipiendi vnum prius alio: essentia autem constitui debet per prius, non per posterius; vnde si tales rationes essent à parte rei distinctæ, vna esset prior alia, & constitueret essentiam sine alia. 2. hæc sent. facilius assignat discrimen inter generationem Verbi, & processionem Spiritus, vt intra.

Confirm.

Duplex perfectio ex Scoto.

53. Prob. 3.

Confirm.

54. Affirmant verius Magister &c.

55. Patres. Anselm.

SECUNDA Magistri in 1. dist. 8. cap. vlt. & dist. 45. lit. C. Altisiod. lib. 1. ca. 3. qu. 8. Alensius 1. p. q. 51. me. 1. art. 1. Durandi in 1. dist. 2. qu. 2. nu. 7. Egid. distinct. 8. part. 2. q. 1. Aureol. part. 3. art. 2. & 6. & distinct. 45. a. 3. propos. 3. Ariminensis qu. 2. a. 3. Capreol. q. 4. ar. 2. ad 6. 11. & 14. Aureol. Maior. q. 1. Argent. distinct. 6. qu. 1. art. 2. ad 2. & 8. Bacco. dist. 2. quæst. 1. art. 1. conclus. 2. Gabriel. distinct. 2. quæst. 1. artic. 2. Ferrar. 1. Congen. c. 22. §. sed nota. & cap. 24. §. dicitur, & cap. 25. §. ad huius euid. & cap. 31. §. consider. Caiet. de ente quæst. 11. & 1. part. quæst. 7. art. 2. Soti in 4. dist. 49. quæst. 3. artic. 3. post 2. conclus. Bannez p. 1. quæst. 28. a. 2. dub. 3. Zumel. qu. 28. art. 2. disp. 8. Molin. disp. 4. Vsq. disp. 119. cap. 3. Suarez l. 1. de attrib. cap. 11. Gillij l. 2. tract. 1. cap. 6. Gonzalez quæst. 12. art. 8. Syluy 1. p. q. 13. art. 4. affirmant.

Quam proba 1. Ex PP. Ansel. in Monologio c. 15. si queratur, inquit, quid sit ipsa summa natura, quid verius respondetur quam iustitia? Docetque quòd cum dicitur, iustus Deus, non qualis, sed quid sit, ostenditur. Quod de quolibet alio attributo dici, concludit sine capitis; & cap. 16. affirmat, quidquid de Deo dicitur, essentialiter dici, ipsamque Dei substan-

tiam essentialiter esse, quidquid est: Nihil dicitur, quòd de eius essentia vere dicitur, in eo quòd qualis, vel quanta, sed in eo quòd quid sit. Vt ostendat, se loqui de prædicatione essentiali, & non identica, docet omnia quæ in Deo sunt, prædicari in Quid & essentialiter de Deo, secundum rem, & considerationem: Quemadmodum vnum est, quidquid essentialiter de summa substantia dicitur: ita ipsa vno modo, vna consideratione est, quidquid est essentialiter. quid expressius? August. 13. de August. Trinit. c. 6. Deus inquit, sua ipse Sapientia est, quia non est aliud sapientia eius, aliud essentia: cui hoc est esse, quòd sapientem esse. Et lib. 7. c. 1. Non alio magnus, alio Deus, sed eo magnus, quo Deus; quia non aliud illi est magnum esse, aliud Deum esse: & cap. 6. Hoc illi est esse, quòd Deum esse, quòd magnum, quòd bonum esse.

Respondent, Patres aut loqui in sensu identico, aut sumere essentiam pro substantia, distincta tantum ab accidente: aut terminum essentialiter accipere vt distinctum tantum à notionali. Sed contra primum: 1. in eo sensu dicuntur attributa à PP. Deo conuenire, in quo illi conuenit ipsum esse: esse, etiam per aduersarios, conuenit Deo formaliter, & non tantum identicè; ergo & attributa. 2. nil potest in Quid, & in recto prædicari, nisi quòd formaliter inest; nam prædicari in Quid, est prædicari in primo modo dicendi per se, in quo prædicatum est de formali ratione subiecti. 3. termini, Eo & Quo, per omnes, important rationem formalem: vnde August. 7. de Trinit. ca. 6. Non eo, inquit, Deus, quo Pater; eo tamen Deus quo magnus, quo bonus, &c. quia nimirum Paternitas non est ita formalis ratio essendi Deo, ac bonitas, magnitudo &c. 4. vt rectè Aureol. cit. per prædicationes abstractas denotatur quidditas rei, vt cum dicitur, verum est sua veritas: Sed PP. attributa prædicant de Deo in abstracto, vt quòd Deus sit sua sapientia, iustitia, &c.

Contra 2. & 3. PP. non solum docent, ea prædicari essentialiter, sed etià in Quid; quòd non solum distinguitur contra modum prædicandi accidentaliter, & notionaliter, sed etiam contra identicum. Idem colligitur ex alio modo loquendi Patrum, quo docent quidquid in Deo est, Deum esse. Porro si qua ratio in Deo esset, quæ Deum formaliter non constitueret, non participaret ipsam formalem rationem Deitatis, nec posset dici Deus formaliter, sed passio aut proprietates Dei.

Probo 2. auctoritate S. Doct. 1. contra Gent. capit. 21. & 1. part. q. 3. art. 4. docet, nihil in Deo esse, quòd non sit sua quidditas, & essentia, & in ipsius definitionem non caderet, si definibilis esset: si autem attributa non essent de quidditate & essentia Dei, aliquid in Deo esset, quòd non esset ipsius quidditas & essentia: & c. 28. affirmat, Deum esse totum suum esse: ergo quidquid in Deo est, quidditas ipsius est; nam esse est quidditatum Deo: ergo si Deus est totum suum esse, quòdlibet esse, quòd in Deo est, ipsius quidditatem integrat. Igitur attributa que sunt in Deo, integrant quidditatem Dei.

DICES Integrare in ratione esse, non in ratione talis, vel talis esse. Sed contra; sumit esse hic S. Thom. vt comprehendit vniuersaliter omne esse, nempe tale, à quo totaliter excluditur omnis defectus essendi: ergo vt comprehendit quòdlibet particulare esse, alioqui non excluderetur defectus talis esse attributorum. Quapropter Ferrar. cap. 25. §. Ad euid. negat, posse de Deo perfectam demonstrationem fieri, nisi per effectum, eo quòd Deitatis vna sit ratio: Nam omnia que in ipso sunt de ipsius ratione sunt, vnde non relinquuntur ratio pertinens ad ipsius quidditatem, & ratio pertinens ad passionem, vt vna dem-

56. Non loquitur tantum in sensu identico.

57. Non sumunt essentiam pro substantia, aut vt distinctum à notionali.

58. S. Thomae constat pro Aduers.

59.

Ferrar. ens.

60. monstratur, alia sit demonstrationis medium. 2. expresse docet de singulis attributis; de Bonitate ca. 38. *Deus non tantum est bonus, sed sua bonitas, & per essentiam seu essentialiter bonus*: de Intellectu & Intellectione cap. 45. *Intelligere Dei est essentia Dei: rationem assignat: quidquid in Deo est, Divina essentia est, & divinum esse, est ipse Deus; nam Deus est sua essentia, & suum esse*; quæ ratio vniuersaliter probat. de voluntate, & volitione cap. 73. *Voluntas Dei, est ipsa essentia Dei: & velle Dei non minus, quam ipsius intelligere, est ipsum esse Dei*; Vnde nullus relinquitur explicandi locus de sensu idetico, cum expresse affirmat, ita velle esse de essentia Dei, sicut Intelligere, quod tantum Aduersarij censent *insent. S. Doctoris esse de quidditate Dei*. Et ratio, quam affert, est vtrique communis, quia vtrumque est in Deo; quidquid est in Deo, est ipsa essentia Dei: de Virtute capit. 92. *Virtus in Deo non est aliquis habitus, sed eius essentia*: de Vita capit. 98. *Deus est suum vivere, & sua vita*: de Beatitudine c. 101. *Deus est sua beatitudo, & beatitudo est ipsius essentia*: de Potentia lib. 2. cap. 8. *Deus est sua potentia, ipsaque essentia Dei, est eius actiua virtus*. Confirmatur, 1. part. quest. 13. art. 6. docet, omnia nomina, quæ de Deo prædicantur, essentialiter prædicari: sed nomina, quæ de Deo dicuntur, imposita sunt ad exprimenda varia attributa Dei: vnde Patres de Diuinis attributis disputant sub titulo Diuinorum nominum, vt constat de S. Dionysio, qui integrum librum composuit de Diuinis nominibus; sub quibus explicat varia attributa Dei. Prob. 2. rationib. 1. sequeretur, attributa in Deo esse accidentia metaphysica: scilicet quod est extra constitutionem essentia, vel personæ, quamuis re ipsa identificetur cum substantia rei; vt constat de multis rationibus identificatis cum substantia rei creatæ, quæ quia rei essentiam non constituunt, dicuntur accidentia illius. Nec satisfacit quis dicendo, essentiam Diuinam essentialiter includere identificationem attributorum. Nam et iam substantiæ creatæ essentialiter includunt identificationem accidentium metaphys. vel etiam propriæ existentia, & potentiarum, At non solum debet re ipsa, sed etiam per intellectum ratio accidentis à Deo remoueri, cum repugnet actui puro; cuius ratio in eo formaliter consistit, vt nulla perfectio ei adueniat, vel aduenire concipiatur: hoc ipso autem, quod attributa non constituerent essentiam, conciperentur aduenire essentia, ab eaque formaliter excludi.

61. Ratio 1. ab absurdos: attributa essentia essentia metaph.

62. Illimitatū in omni genere.

Includit omnes perfect. formaliter.

63. Neque mihi obijcias esse relatiuum: Nam hoc etiam, vt suo loco, continetur in formali conceptu

Deitatis. Confirm. opposita opinio non cohæret cum vnitatem formali Diuinarum perfectionum, quam omnes contra Scotum defendimus. nam si vna perfectio ex natura rei excluditur ab alia, vt aduersarij docent, ex natura rei vna non est formaliter alia: ergo tollitur à parte rei vnitatem formalis omnium: quam nobiscum contra Scotum se defendere profitentur, apud Scotum enim idem est, vnam perfectionem non includi formaliter in alia, ac non includi essentialiter in alia, vt docet in primo distinct. 8. quest. 4. §. ad quartum. *Includere formaliter, est includere aliquid in ratione sua essentiali: ita vt quod si definitio includentis assignaretur, inclusum esset definitio, vel pars definitionis*: hæc ille, quo nil apertius.

Obijcies 1. Essentia Diuina est obiectum intellectionis & volitionis Diuinæ: sed obiectum præcedit actum; ergo essentia Diuina in ratione essentia, supponitur constituta ante intellectionem & volitionem: 2. quod denominatiue prædicatur, non est de essentia: attributa denominatiue prædicantur de Deo; dicitur enim Deus sapiens, iustus &c. 3. Hæc sententia tollit attributa à Deo cum ponat illa constituere formaliter essentiam Dei, quam attributum supponit constitutam. Ad 1. Diuinam intellectionem considerari 1. vt directe terminatam ad essentiam, vt ad obiectum primarium; 2. vt reflexe terminatam ad se ipsam, cum enim sit infinite perfecta & immaterialis, non solum est directe expressiua obiecti, sed etiam sui ipsius. 1. modo supponit essentiam inadæquatè tantum constitutam, quia vt sic essentia concipitur ratione distincta ab intellectione: quo sensu conced. maior de essentia inadæquatè, non adæquatè constitutam. 2. modo, quia includit se ipsam, vt obiectum sui ipsius reflexe cognoscentis, supponit essentiam perfecte constitutam: quo sensu neg. minorem quia hoc sensu cognitio ipsa includitur in obiecto eiusd. cognitionis reflexe cognoscentis. Idem dicitur de volitione.

Ad 2. dist. maior, de eo, quod denominatiue prædicantur secundum rem, non modum significandi: attributa non prædicantur denominatiue de Deo secundum rem, sed modum tantum significandi: sicut prædicantur differentiæ essentialis de suis speciebus.

Ad 3. dist. assump. tollit hæc sententia attributa, vt passiones fluentes ab essentia Dei, conced. quia hæc foret imperfectio in Deo: tollit attributa, vt rationes essentialis, supponentes alias essentialis implicitas; quo sensu loquuntur PP. cum de attributis loquuntur, nego.

Ad 1. primæ, Resp. 1. PP. loqui de essentia, non prout est in se, sed prout concipitur à nobis per analogiam ad creatura. *Lege Agid. in 1. dist. 22. quest. 3. fine, S. Thom. quest. 7. de potentia ar. 5. ad 1. Capreol. in 1. dist. 8. qu. 4. art. 2. ad 2.* Secundò, loqui PP. de attributis Diuinis secundum rationes explicitas, vt facilius à nobis concipi possunt, quia secundum has conueniunt cum perfectionibus creatis: non loqui secundum rationes implicitas, quæ nobis occultiores sunt *lege Damasc.*

Ad 2. distingo maior. quod constituit essentiam, est ratio prima secundum explicitam dumtaxat perfectionem, quam dicit, nego; est ratio prima secundum perfectionem explicitam & implicitam quam essentialiter importat, concedo. Vnde ad minorem concedo nullum attributum esse rationem primam ex perfectione explicita; esse tamen primam, secundum perfectiones implicitas, quas essentialiter importat; quod satis est ad constitutionem essentialem: animal enim implicitè tantum includit

Contra Ad. uers.

64. Obijc. 1.

2.

3.

65.

Ad 1.

Dupliciter intellectio consideratur.

66.

Ad 2.

67.

Ad 3.

68.

Ad primam.

69.

Ad secundam.

Constituit

essentia ra-

tio prima

implicita

quoque.

dit gradus superiores substantiæ corporis viventis, cum tamen omnes sint de essentia ipsius. Ad probationem maior. disting. minor ratio constituens essentiam est sola ratio prima secundum perfectionem explicitè tantum conceptam, nego: est prima secundum omnes essentialiter importatas, concedo. Ad confirm. dispar est ratio de creaturâ, cuius quia non omnis ratio propter finitudinem implicitè saltem includit reliquas, constitui potest ratione primâ, non includente reliquas.

Ad confirm.

70. Volitium posterius intellectu implicitè.

AD 3. Concedo, volitium in Deo esse posterius intellectu ratione explicitâ; nego, ratione implicitâ, quâ includitur in intellectu: ita intellectio, ratione explicitâ est posterior naturâ, & tamen per aduersarios constituit essentialiter illam. Nego autem volitium non pertinere ad completum gradum intellectui; intellectuum enim adæquatè sumptum, dicit vtramque perfectionem; vel radicaliter & in potentiâ, vt in creaturis; vel formaliter & in actu, vt in Deo. Attributa constituunt essentiam, non vt genus vel differentia; quia hæc dicunt determinabilitatem & determinatiuitatem: neque vt partes virtuales integrantes, vt placet Arim. quia de ratione partium est, vt saltem in esse obiectiuo sese mutuò perfectè excludant: in Deo autem ob summam simplicitatem & illimitationem non datur perfecta exclusio obiectiuâ vnius perfectionis ab aliâ; sed constituunt illam per modum includentis & inclusi; siue rationis explicitæ & implicitæ: ad eum modum, quo rationes vltimè constituunt summa genera, non per modum differentiæ, aut partis; quia illæ non perfectè præscindunt à ratione superiore, cum quâ constituunt summum genus, sed per modum includentis & inclusi, seu rationis explicitæ & implicitæ: vt perfectitas constituit cum ente supremum genus substantiæ, vt ratio includens ens, & inclusa in ente. Eodem modo attributa constituunt essentiam diuinam, vt rationes vltimæ includentes essentiam, & vicissim inclusæ in essentiâ: ea enim constitutio concipienda est in Deo, quæ minorem importat distinctionem, atque ad eò maiorem vnitatem & simplicitatem; talis est prædicta constitutio, ergo.

Ratio.

71. Ad confir. 1. Analogia ad creaturâ.

AD 1. confirm. Fundamentum quod habemus concipiendi in Deo vnam rationem priorem aliâ, totum esse per analogiam ad creaturâ, ex quibus non licet argumentari ad diuina secundum se. Ad probationem dico, si tales rationes in Deo essent distinctæ, rectè sequi, eas non fore de conceptu formali essentiæ; quia tunc Deus non esset actus purus & illimitatus in omni genere perfectionis possibilis in sua ratione essentiali. Ad 2. Confirmationem, infra de Trinitate.

## SECTIO IV.

Quod sit formale constitutum Deitatis?

72. 1. Sentent.

Prob. 1.

PRIMA Sentent. Scoti quodlib. 1. qu. 1. §. de altero, Albertini coroll. 14. ex prædic. ad aliquid difficultate 2. dubit. 2. asserentium formale constitutum Deitatis esse intellectuum, quâ dicit substantialem gradum vitæ. Probat 1. Scotus ex August. 15. de Trinit. cap. 5. affirmante essentiam Dei esse vitam, non qualis inest plantis & brutis, sed que omnia intelligit; & lib. 6. cap. vlt. appellat Deum primam ac summam vitam; primum ac summum intellectuum, cui idem est esse, viuere, & intelligere. 2. Deus est natura intellectualis: ergo formale constitutum ipsius est intellectualitas, seu vltimus gradus essentialis ipsius;

non ipsum intelligere actuale; nam hoc est perfectio 2. supponens primam. Addunt alij, formale constitutum Dei esse intellectuum & volitium simul: nam vtrumque est de conceptu formali naturæ intellectualis.

SECUNDA Fasoli quæst. 4. art. 2. dubit. 7. & c. asserentium, formale constitutum Deitatis esse intellectum actualem. Fundamentum: natura Diuina est essentialiter viuens; ergo constitui debet per gradum perfectissimæ vitæ, hic autem est ipsa vita intellectualis actualis: nam formale constitutum desumendum est ex supremâ perfectione rei, cum sit radix omnium proprietatum. At inter perfectiones substantiales Deo conuenientes nulla perfectior est intellectuali; quia hæc reliquos gradus substantiales in Deo præsupponit, & est adæquata ratio, quâ ei attributa omnia conueniant. Denique ex August. 14. de Trinit. cap. 8. & S. Thom. plurib. locis, solæ creaturæ rationales sunt ad imaginem Dei, eo quòd solæ ex imitantur Deum in gradu intellectui. Porro imago assimilationem postulat in differentiâ specificâ. Quod intellectio actualis, non radicalis, sit vltima differentia constitutiva Deitatis, prob. 1. vita, quæ constituit Deum in ratione Dei, debet esse perfectissima gradu, & actualitate: cum Deo, concedenda sit vita perfectissima. 2. maior perfectio est, Deum esse beatum essentialiter, quàm identicè: beatitudo autem in actuali intellectu summi boni consistit. 3. sicut creaturæ rationales constituuntur per intellectuum radicale: ita Deus per intelligere actuale: nam quòd est posse in creaturis, actu est in Deo.

73. 2. Sentent. Fundam.

74. Prob. 1.

2.

75. 3. Sentent.

Prob. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

76. 4. Sentent. Pro explic.

77. Nota.

Formale constitutum tria requirit.

TERTIA Argent. quæst. 1. Prologi §. Sed illud, Tollet an. quæst. 6. art. 2. affirmantium, formale constitutum Dei esse infinitatem. Probat Argent. 1. Deus est purus actus, essentialiter fundans infinitas perfectiones: est vniuersaliter perfectus, continens perfectiones omnium generum: at si infinitas non esset de formali ratione Dei, Deus non fundaret has perfectiones, vt purus actus, sed vt passiva potentia. 2. Illud est formaliter infinitum, quod omnia sibi annexa reddit formaliter infinita: sed Deitas reddit omnia attributa formaliter infinita, quia nullum est formaliter infinitum, nisi vt coniunctum Deitati: ergo Deitas est formaliter infinita. 3. si infinitas non esset formalis ratio Deitatis, excogitari posset ratio nobilior infinitate: 4. sic se habet creatura ad esse finitum & limitatum, sicut Deus ad esse infinitum & illimitatum: sed finitas est formalis ratio creaturæ, ergo infinitas est formalis ratio Deitatis. 5. Deitas est perfectissima ratio; est autem talis formaliter per infinitatem; nam infinitas continet omnem perfectionem, quâ solâ positâ nihil Deitati deest, quâ solâ sublatâ, Deitas ipsa manet imperfecta. 6. ex Damasc. lib. 1. Fid. c. 12. asserente, Deum esse infinitum pelagus substantiæ.

QUARTA Gallij lib. 2. tract. 1. cap. 14. affirmantis, formale constitutum Deitatis esse ipsum Esse infinitum & interminatum.

Nota 1. Ex eod. formale constitutum rei requirere tria. 1. vt quoad fieri potest, sumatur ex vltima & perfectissima ratione rei: ex vltima, quia debet rem distinguere ab omni aliâ; ex perfectissima, quia debet esse radix omnium operationum & proprietatum, quæ rei competunt vt tali. 2. vt conueniat rei per se primò & secundum quod ipsum, alioqui vel esset accidens, vel illi commune cum reliquis. 3. vt formaliter contineat omnia, quæ sibi vendicat essentia vt talis; eo quòd nunquam intelligitur constituta, donec formaliter dicat omnia, quæ ipsam constituunt vt talem.

78.  
Dei & crea-  
tura dispar  
constituti-  
uum.

Nota 2. formale constitutum Dei, non potest assignari, ut distinctum à reliquis perfectionibus essentialibus Dei; quia non potest assignari, ut differentia contractiva generis, alioqui esset in Deo compositio metaphysica ex genere & differentiâ, quam potior pars Theolog. cum *S. Thom. 1. p. qu. 3. art. 5. & 1. contra Gentes cap. 25. & quæst. 7. de potentia art. 3.* negat; eo quod talis compositio dicat partes mutuo sese obiectivè excludentes, quod repugnat actui puro; sed assignari debet tale constitutum, quod formaliter imbibat omnes perfectiones essentielles Dei: cum enim Deus non habeat perfectiones, per quas uniuocè conueniat cum creaturis, & ab iisdem differat, sed se toto differat, se toto conueniat analogicè, ut solent vltimæ differentiæ, & suprema genera, nequit assignari vltimum constitutum, ut formaliter excludens reliquas perfectiones superiores, essentielles Deo, sed potius, ut eas implicite & formaliter includens.

79.  
Esse illimi-  
tatum.

DICO. Formale constitutum Dei est ipsum esse secundum totam latitudinem essendi. Est *S. Thom. 1. p. qu. 3. art. 4. & 1. cont. gent. c. 21. & 28. de potent. qu. 7. art. 2. & alibi*, affirmantis, essentiam Dei formaliter consistere in suo esse, quod continet totam virtutem essendi. Nec dici potest, *his locis S. Thom.* non assignare vltimum constitutum Dei, *cit. enim quæst. 7. de potent. ad 9.* docet ipsum esse, esse omnium perfectissimum; probat: actus semper est perfectior potentia; sed esse, est actualitas omnium actuum; omnis quippe forma vltimò constituitur per esse. Vnde patet, inquit, quod est perfectio omnium perfectionum: at de ratione vltimi constitutiui est, ut sumatur ex perfectissimâ actualitate rei. Hanc docuit *Athanas. orat. con. gen. colum. 3. sine: Deus qui est ipsa essentia, nullis partibus coalescit, quapropter & eius ratio ipsum est esse.*

80.  
Habet om-  
nes condi-  
tiones.

Fundam. hoc tantum prædicatum in Deo habet omnes conditiones requisitas ad formale constitutum Deitatis: nam 1. conuenit Deo per se primò, & secundum quod ipsum; nulli creaturæ per se primò conuenit actu esse seu existere; vnde per hoc nomen, Deus ipse *Exodi 3.* expressit essentiam suam; nomen enim ex *S. Thom. cont. gent. cap. 21.* ad exprimendam rei naturam & essentiam imponitur. 2. hoc tantum sumptum est ex vltimâ perfectione Dei, cum sumatur ex esse, seu existere Dei, quæ nullam vltiorem in Deo supponit: sumptum etiam est ex vltimâ actualitate Dei: nam teste *S. Thom.* Esse est actualitas omnium actualitatum, cum omnes aliæ catenus perfectiones sunt, quatenus ad hanc ordinem dicunt: omne quippe ens realitatem & perfectionem habet per ordinem ad esse, quod habet, vel habere potest. 3. solum hoc prædicatum continet formaliter, formalitate rei, & rationis, omnes perfectiones essentialiter Deo conuenientes: nam per esse illimitatum formaliter intelligitur esse substantiæ, esse spiritus, esse sapientiæ, esse bonitatis, esse omnipotentis, & cætera esse quæ in Deo concipiuntur. Etenim *si bonum*, inquit, *Bernard. lib. 5. de consid. cap. 6. si magnum, si sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo (Est) instauratur, nempe hoc est ei esse, quod hac omnia esse.* Contrà verò sapientia, ut virtualiter distincta à cæteris dicit quidem esse, sed determinatum, quo Deus esse sapiens nominatur, non quo esse simpliciter dicitur; cum verò esse dicitur, totum esse prædicatur, nullo excluso. Neque putes in ipso esse, virtute tantum & potestate, non actu & formaliter contineri omnes perfectiones Deo conuenientes; quia cum nulla perfectio diuina præscindat ab esse, omnis perfectio formaliter continetur in ipso esse.

81.  
Continet  
omnes per-  
fectiones.

Ex hac nostrâ opin. improbantur reliquæ: prima assignat aliquid potentiale, quod repugnat actui puro. Secunda, aliquid inadæquatum, præcisum à perfectionibus prioribus substantiæ, spiritus &c. & excludit perfectiones volitionis, iustitiæ, omnipotentis, &c. quæ sunt de conceptu quidditatiuo Dei. Tertia assignat pro formali constitutio modum; est enim infinitas modus rei infinitæ, sicut finitas modus rei finitæ: modus autem nunquam assignatur pro formali constitutio rei, quia modus non est forma, quæ res est, sed quo est; cum tamen formali constitutio res maximè & primò sit.

*Obijcies:* esse illimitatum est ratio transcendentalis in Deo, competens omnibus perfectionibus & attributis: formale autem constitutum debet esse ratio propria, distincta ab alijs perfectionibus communibus eiusdem rei, ut constat de Rationali, quod est specificum constitutum hominis. Vnde *Aristot. 3. Met. text. 10. & 11.* docet, ens in nullius definitione ponendum esse; quia per illud definitum à nullo distinguitur. Resp. 1. neg. maior. nam esse illimitatum, prout est formale constitutum Dei, dicit illimitationem in omni genere entis simpliciter; ut autem conuenit singulis perfectionibus, & attributis diuinis, ut virtualiter inter se distinctis, dicit illimitationem in certo dumtaxat genere, puta sapientiæ, vel iustitiæ. 2. dist. minor; vera est de formali constitutio essentiæ compositæ, non autem simplicis; quia quando essentia est composita, potest ratio propria distingui à communi, secus quando est simplex: tunc enim ratio propria & communis est eadem, ut constat in supremis generibus, & vltimis differentijs: in Deo autem cum essentia sit simplicissima, ratio constitutiva propriè non præscindit à communi, sed eam formaliter includit. Vnde non est par ratio de rationali. *Aristotel.* loquitur de ente creato, per quod nulla res differt ab aliâ; non de increato, per quod Deus differt à creatura; & ut comprehendit totum esse simpliciter, differt à quolibet esse particulari diuino ut includens ab incluso.

*Obijcies 2.* Esse est actus essentiæ; ergo est eâ posterius; ergo non potest illam constituere. Antec. prob. ex *Aug. 5. de Trinit. cap. 2. Anselm. in Monol. c. 5.* affirmantibus, ita se habere essentiam ad esse, sicut lucem ad lucere, vitam ad viuere, sapientiam ad sapere. 2. esse est effectus formalis essentiæ; forma præcedit suum effectum formalem. Resp. concedo, esse concipi vt actum essentiæ, non adiectivè, ut in creaturâ, sed substantivè, cum sit ipsa essentia Dei subsistens. *Augustin. & Anselm.* loquuntur iuxta nostrum imperfectum modum concipiendi.

*Obijcies 3.* Limitatio non est constitutum creaturæ: ergo neque illimitatio erit constitutum Dei. Resp. nego consequ. quia limitatio de formali dicit defectum perfectionis; defectus autem non potest rem primò constituere, cum supponat anteriori fundamentum, in quo fundetur: illimitatio autem importat perfectionem, quæ potest rem primò constituere.

Patet ad 1. primæ sent. concedo, Deum esse essentialiter vitam & intellectum, sed inadæquatè; formale autem constitutum rei simplicis, debet adæquatè rem exprimere. Ad 2. nego consequent. eiusque probationem ob eandem rationem assignatam.

AD Fundam. secundæ, nego, Deum esse tantum essentialiter viuentem. Cæterum dicuntur creaturæ ob gradum intellectiui, esse ad imaginem Dei, quia hæc perfectio est potior in creaturis: vnde ea tantum

82.

83.

In omni ge-  
nere cuius;  
simpliciter.

84.

85.

Substantiud  
acceptum,  
non adiec-  
tiue.

86.

87.

Ad primum

Ad 2.

88.

Ad secunda.

tum constituit earum essentiam: in Deo autem licet ratio intellectiui comparata ad cetera sit perfectior; comparata tamen ad omnes quæ constitunt per se primò & secundum quod ipsum Deum, non est perfectior. Ad imperfectam autem imaginem, qualis est creatura respectu Dei, sat est quæcumque similitudo.

89. **Ad primum** 1. pro attributo infinitatis: 2. pro materiali connotato infinitarum perfectionum. Infinitas primo modo est essentia Dei, sed inadæquatè; quia non solum constituitur per infinitatem, sed per reliquas etiam perfectiones. 2. modo est adæquata, verum quia reliquas perfectiones non importat directè & per se primò, vti requiritur ad formale constitutum rei, sed tantum indirectè & connotatiuè, nequit esse Deitatis constitutum. **Ad 2.** neg. minor. eiusque probat. vnumquodque enim attributum est in suo genere infinitum. **Ad 3.** esse tota latitudine essendi est perfectius infinitate, qua infinitas restringitur ad solum attributum infinitatis, & quæ indirectè connotat infinitas perfectiones. **Ad 4.** neg. minor. est enim finitas modus rei creatæ, supponens essentiam vt fundamentum. **Ad 5.** nego, Deitatem esse perfectissimam per solum attributum infinitatis. **Ad 6.** dico, *Damasc.* loqui de infinitate secundum esse, quod est pro nobis.

SECTIO V.

An attributa ratione inter se, & ab essentia distinguantur?

90. **H** Actenus de essentia & attributis secundum se; nunc de illis per ordinem ad intellectum illa distinguentem.

91. **Negant,** *PRIMA sent. Aureoli in 1. dist. 8. part. 3. art. 6. propos. 2. & dist. 45. art. 3. proposit. 1. Arimin. dist. 8. quæst. 2. art. 2. Aliacens. qu. 6. art. 2. Maioris qu. 1. Gabr. dist. 2. qu. 1. & 2. negantium,* ea inter se vel ab essentia ratione distingui posse, nisi solâ connotatione extrinsecâ: eadem quippe Deitas, vt connotat effectum à se producibilem, dicitur omnipotentia, vt connotat res sibi obiectiue præsentem, sapientia nuncupatur: quia quod naturâ suâ est indistinctum, nequit per extrinsecum distingui; essentia Dei naturâ suâ est indistincta: ergo nequit per extrinsecam rationem distingui. **Confirmat Aureol.** 1. hæc distinctio sufficit ad saluanda contradictoria, & omnia quæ de naturâ Diuinâ prædicantur; nam licet in recto per plura attributa importetur idem, in obliquo tamen importantur diuersa. 2. maior est perfectio, nullam in Deo, ne rationis quidem multipliciter admittere.

92. **Affirmant,** *SECUNDA S. Thom. q. 7. de potent. art. 6. opusc. 9. q. 1. 2. & 3. & in 1. dist. 2. q. 1. art. 3. Durand. q. 3. Richard. art. 1. qu. 3. & 4. & dist. 3. art. 2. qu. 1. ad 1. Capreol. dist. 6. qu. 4. art. 1. conclus. 2. Syluij 1. p. q. 13. art. 4. communis,* affirmantium ea inter se & ab essentia ratione cum fundamento in re distingui posse. Quæ distinctio à modernis, *rationis ratiocinata* appellatur: & consistit in pluralitate conceptuum cõuenientium rei, quæ ob sui perfectionem & plenitudinem nequit vno conceptu adæquatè penetrari. Hæc eadem dici potest distinctio ex naturâ rei, non actualis & formalis, sed fundamentalis & virtualis; & distinguitur à distinctione *rationis ratiocinantis*, quæ nullum habet fundamentum in re, sed pendet ex merâ ratione ratiocinante ac distinguente.

Hæc sent. sequenda. Fundamentum sumitur tum

ex plenitudine diuini esse, vnitissimè continentis multas perfectiones, quæ in creaturis distinctæ sunt; tum ex imbecillitate & imperfectione nostri intellectus, non valentis vno actu exprimere, quidquid perfectionis est in simplicissima Deitate. Quo fit, vt dum varijs conceptibus naturam illam exprimit, varias perfectiones distinguat obiectiue, quæ re ipsa actu subiectiue distinctæ non sunt, nisi tantum virtualiter, & inchoatè. 2. arguo: licet plerumque diuina attributa concipiuntur distincta, per habitudinem ad diuersa connotata extrinsecâ: falsum tamen est, ea concipi distincta per solam connotationem extrinsecam; sed ratione etiam intrinsecâ præsuppositâ ab hoc vel ab illo extrinsecò connotato; velut sapientia & omnipotentia non distinguuntur solâ connotatione obiecti intelligibilis & producibilis: sed intrinsecâ etiam ratione præsuppositâ in Deo ab obiecto intelligibili, & producibili; ratione cuius dicitur Deus intrinsecè sapiens, intrinsecè potens: aliâ enim ratione Deus concipit obiectum, & producit effectum: nam si per impossibile posset producere omnia, & non posset intelligere omnia, haberet perfectionem omnipotentiam, non omniscientiam. **Confirm.** pura connotatio nullam ponit intrinsecam perfectionem in connotante: attributa poiunt in Deo perfectionem intrinsecam. 3. Si Deus diceretur bonus aut sapiens per solam connotationem bonitatis, aut sapientiam, quam causat, vel causare potest; dici etiam posset terra aut cælum per connotationem terræ, aut cæli, quod causat, vel causare potest.

**Ad fundam. primæ Resp.** quod in se indistinctum est, non posse extrinsecâ notitiâ in seipso distingui; posse obiectiue in ordine ad varios conceptus inadæquatè exprimentes eandem rem, secundum varias perfectiones in ea virtualiter distinctas. **Ad 1.** **Confirm.** concedo, ex ea saluari contradictoria, non tamen saluari intrinsecam perfectionem, quam attributa in Deo dicunt. **Ad 2.** nego assumptam maiorem enim perfectionem supponit in Deo virtualis multiplicitas rationum formalium, quàm vnitatis: quia illa supponit eminentem perfectionem equipollentem multis, quam non supponit hæc. *Lege Capreol. in p. d. 2. quæst. 3. ad 2.*

SECTIO VI.

An distingui possint attributa in Deo sine respectu ad creaturas?

**D**E intellectu viatoris omnes fatemur, non posse illum viâ inuentionis attributa cognoscere, & multò minùs ea distinguere sine ordine ad creaturas, cum nequeat illa cognoscere, nisi ex perfectionibus creatis distinctis, ex quibus assurgit ad increata: disputamus de obiecto ipso secundum se, præscindendo à quâlibet peculiari repugnantiâ, quæ esse posset ex parte alicuius intellectus.

**PRIMA sent. Henrici in summ. art. 51. q. 1. & quodlib. 5. q. 1. S. Thom. in 1. dist. 2. q. 1. art. 3. Bacon. q. 2. art. 2. Aureol. dist. 8. part. 3. art. 3. Capreol. q. 4. ad arg. ult. loco, Torres in 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. 3. Gilly lib. 2. tract. 6. c. 11. & c.** affirmantium, Deum in se ipso sine villo respectu ad creaturas, per solum respectum ad se ipsum, varias distinguere perfectiones attributales: quia cognoscendo se vt veracem, cognoscit se vt obiectum intellectus; cognoscendo vero se vt bonum, cognoscit se vt obiectum voluntatis, atque adeò cognoscit in seipso veritatem virtualiter distinctam

plenitudine diuini esse  
94. Contra affirmantes sentent. 1.  
95.  
96. Ad prima.  
Ad confir. 1.  
97.  
98. Affirmant.

93. Verius, ex



stinctam à bonitate. Idem à fortiori docent de intellectu creato beatorum.

99. *Prob. 1.* Prob. 1. sicut se res habet ad esse, ita ad cognosci: sed Deus independenter à creaturis, actu distinctis, habet virtuales distinctiones suarum perfectionum: multiplicitas enim realis creaturarum possibilem, supponit multiplicatam virtuales diuinarum perfectionum: quia pluralitas non potest oriri ab vno in quantum vno, sed in quantum virtute multiplici: sed pluralitas creaturarum est à Deo: igitur in Deo præcedere debet virtualis multiplicitas, per quam possit in actum reduci possibilem multiplicitas creaturarum. 2. Potest diuina essentia cognosci pluribus notitijs inadæquatis nullo cognito ordine ipsius ad creaturas: ergo distingui possunt eius attributa sine vlllo ordine ad res actu distinctas. 3. Si nulla possibilem esset creatura, adhuc Deus cognosceret se sub ratione veri, & diligeret se sub ratione boni: ergo, circumscripto quouis ordine ad creaturas, Deus in se ipso cognoscit hanc virtuales distinctionem suarum perfectionum. 4. Quod est ratio maioris distinctionis, potest esse ratio minoris distinctionis: sed fecunditas diuinæ naturæ est principium distinctionis realis personarum, quæ est maior; ergo poterit esse ratio distinctionis virtualis attributorum, quæ est minor. 5. Nullum potterius potest esse causa prioris, sed perfectiones creatæ sunt posteriores increatis; ergo non possunt esse causa distinctionis perfectionum increatarum. 6. Saltem intellectus & voluntas diuina cognosci possunt vt virtualiter distincta, absque ordine ad creaturas, per respectum ad processiones diuinas, quarum sunt principia.

100. *Secundò.* SECUNDA Durandi in 1. dist. 2. q. 3. num. 15. & dist. 12. q. 1. num. 25. Hervæi q. 2. §. quantum ad 2. & dist. 10. quæst. 1. art. 3. ad 2. difficult. & quodl. 3. q. 3. Argent. dist. 6. q. 1. art. 3. Goffredi apud Aureol. in 1. dist. 8. q. 3. art. 7. Palatii disp. 2. sine, Vasquez 1. p. q. 117. & 118. Suarez lib. 2. de attributis cap. 22. num. 13. & c. negantium, posse attributa in Deo cognosci virtualiter distincta absque vlllo ordine ad creaturas, in quibus huiusmodi perfectiones reperiuntur distinctæ: quia hæc virtualis distinctio attributorum in Deo, est per extrinsecam denominationem à reali distinctione perfectionum creaturarum. Implicat autem cognosci denominatum, sine ordine ad formam denominantem; ergo implicat cognosci virtuales distinctionem attributorum in Deo, sine ordine ad realem distinctionem creaturarum.

101. *Tertiò.* DICO 1. Implicat, in Deo cognosci perfectiones virtualiter distinctas, quæ nullam habent fundamentum realis distinctionis in ipso Deo, sine respectu ad creaturas realiter distinctas. Fundam. implicat, in re simplici cognoscere plura virtute distincta, nisi per ordinem ad plura actu distincta. 1. quia cognoscere plura in re simplici virtute distincta, est cognoscere rem simplicem, vt æquipollentem pluribus actu distinctis: 2. quia implicat, cognoscere vnum relatiuum, non cognito altero correlatiuo; seu cognoscere æquipollentiam multorum, non cognitis multis, quorum est æquipollentia. 3. in re simplici, vt sic, nullum potest esse apparens fundamentum multiplicatis; ergo ex se nullam potest intellectui distinctionem obijcere: ergo distinctio concipienda necessariò est, per ordinem ad res actu distinctas. Confirm. implicat, cognoscere potentiam, non cognito termino talis potentie: ergo implicat, cognoscere virtuales distinctionem attributorum in Deo, non cognito termino talis distinctionis: at terminus talis distinctionis non sunt attributa, vt sunt quid vnum in Deo; quia, vt sic, non

possunt obijcere intellectui, nisi vnitatem quam habent in se; sed vt æquipollent distinctis perfectionibus creatis.

108. *Possunt, si aliquid sine respectu vlllo.* DICO 2. Perfectiones, quæ habent fundamentum realis distinctionis, intra Deum, possunt de facto ab increato, & beatorum intellectu cognoscuntur virtualiter distinctæ, absque vlllo respectu ad creaturas: Hervæi quodlib. 3. quæst. 3. art. 3. quia non est recurrendum ad realem distinctionem creaturarum, vbi tales perfectiones habent sufficiens fundamentum virtualis distinctionis intra Deum; scilicet realis distinctio personarum ac processionum, sine vlllo ordine ad creaturas, præbet sufficiens fundamentum, cuiusque intellectui virtualiter distinguendi ea, quæ sunt vnum & idem in Deo.

109. *Exempla plura.* Pater videns communicari Filio & Spiritu S. solam naturam, non communicatam paternitate, filiatione, spiratione actiuâ, passiuâ, habet sufficiens fundamentum virtualiter distinguendi naturam à paternitate, filiatione, & spiratione actiuâ, passiuâ; 2. Produci videns personam Filij & Spiritus S. non productam naturam, habet sufficiens fundamentum virtualiter distinguendi naturam à personalitatibus, 3. Videndo filium produci secundum filiationem, non secundum spirationem actiuam, quæ tantum communicatur cum natura Patris, habet sufficiens fundamentum distinguendi filiationem à spiratione actiuâ. 4. Cognoscendo, quod ipse sit productiuus Filij per paternitatem, & non per spirationem actiuam; contra verò, quod sit productiuus Spiritus S. proximè per spirationem actiuam, & non per paternitatem; habet sufficiens fundamentum distinguendi paternitatem à spiratione actiuâ. 5. Intuendo communicari filio ex vi originis solam intellectiōem, Spiritui S. solam amorem, habet sufficiens fundamentum distinguendi virtualiter intellectiōem à volitione. 6. Videndo Pater, se opponi Filio relatione paternitatis, non naturam, habet fundamentum distinguendi virtualiter naturam à paternitate. Nam quod maius fundamentum habere potest Deus, hæc omnia in entitate suâ simplici distinguendi? Cùm enim nequeant hæc proprietates eadem omninò ratione conuenire Deo: necessariò concipere debet in se ipso saltem virtuales diuersitatem in rationibus formalibus, propter quas eidem indiuisibili entitati potius conueniat producere, quàm produci: communicari, quàm non communicari; opponi quàm non opponi: ergo hæc omnia sine vlllo respectu ad creaturas, Deus in se ipso videt virtualiter distincta.

110. *Minor patet.* DICES. Actualis distinctio rationis formaliter consistit in extrinseca denominatione, proueniente à distinctis conceptibus inadæquatis: sed nec Deus, nec beati distinctos formant conceptus inadæquatos de essentia & relationibus diuinis, ergo. Maior prob. omnis denominatio prouenire debet ab aliqua formâ actu denominante: forma actu denominans essentiam à relationibus distinctam, non est distinctio in re existens; ergo alia existens in intellectu, virtuales distinctionem concipiente. At intellectus diuinus & beatorum non distinguit per inadæquatos conceptus essentiam à relationibus; ergo non concipit virtuales distinctionem inter essentiam & relationes.

111. *Aliud distinguere non distinguit.* Resp. Aliud esse, Deum, & beatos actu distinguere in Deo ea, quæ actu distincta non sunt; aliud cognoscere virtuales seu fundamentalem distinctionem, per ordinem ad terminos actu distinctos. Et a. Primum, nec Deus nec beati faciunt: quia ad hoc, (vt argumentum probat,) necessaria est actualis distinctio conceptuum inadæquatorum, quam nec Deus,

99. *Prob. 1.*100. *Secundò.*101. *Tertiò.*102. *Quarid.*103. *Quintid.*104. *Sextid.*105. *Negant.*

Fundam.

106. *Implicat, si nullam fundam. in Deo.*

107.

Aliud cognoscere virtuales distinct.

Deus, nec beati formant. Secundum & Deus, & beati, scilicet virtuales distinctioem cognoscunt, per ordinem ad terminos actu distinctos, in ordine ad quos dicitur virtualis distinctio. Vnde est in Deo talis distinctio virtualis obiectiue, quia illam cognoscit; non subiecte, quia illam non format per inadæquatos conceptus, sicut illam format intellectus viatoris.

112. Ad primum

Ad 1. primæ, conced. minor. de virtuali distinctioem, etiam completâ & perfectâ, respectu earum perfectionum, quæ fundamentum realis distinctioem habent intra Deum: nego, de completa & perfecta distinctioem virtuali; concedo de incompletâ & inchoatâ, respectu earum perfectionum, quæ nullum habent fundamentum realis distinctioem intra Deum; & est ipsa plenitudo diuini esse, vt conceptibilis per æquivalentiâ ad plura actu distincta: completa verò est plenitudo essendi, concepta vt æquivalens pluribus actu distinctis: nam ipsa virtualis distinctio perfectionum in re existens, actu quasi completur per actualem comparationem ad perfectiones actu distinctas. Ad probat. minor. concedo, multiplicatam creaturarum possibilitatem, supponere in Deo multiplicatam remotam, non proximam diuinarum perfectionum. Quod autem dicitur; ab vno, in quantum vno, oriri non posse multiplicatam; de vno formali, concedo; de vno eminenti qualis est Deus, nego: nam à tali vno oriri potest multiplicitas perfectionum. Ita explicat S. Thom. vt non concedat proximum & completum fundamentum distinctioem virtualis in Deo, sed remotum & inchoatum. *Lege 1. p. q. 13. art. 4. & q. 7. de potent. art. 6.*

113. Ad 2. argu.

Argum. 2. vt intentum probet, intelligi debet de notitijs claris diuinæ essentia; de obscuris enim & ænigmaticis, cum illæ non terminentur ad perfectiones increatas immediatè, sed ad creatas, quibus medijs repræsentantur increatæ, 1. nullam habet vim: at implicat, quacumque notitiâ clarâ Deum videri inadæquatè, quin totus quoad omnia ipsius attributa & perfectiones videatur, vt *suo loco*: atque ad eò implicat, per plures notitias plura distingui posse attributa in Deo, eo quòd nullum attributum videri potest per vnâ notitiâ, quin & per eandem videantur omnia.

114. Ad 3.

Ad 3. disting. antec. præscripto ordine ad creaturas, Deus intelligeret se sub ratione veri, præcisa ratione boni, & diligeret se sub ratione boni, præcisa ratione veri; nego: sicut enim præscripto ordine ad creaturas, non distingueret Deus suâ intellectioem à dilectione; ita nec obiectum intellectioem ab obiecto dilectionis, sed eodem indiuisibili actu se totum intelligeret, se totum diligeret, nullâ conceptâ virtuali distinctioem, neque inter intelligere & diligere, neque inter seipsum intellectum & dilectum. Ratio: virtualis distinctio inter verum & bonum ex parte obiecti, originatur ex virtuali distinctioem inter intellectioem & volitionem ex parte potentia, sed eas non posset concipere virtualiter distinctas sine ordine ad reales processiones, intra Deum existentes: ergo neque hæc virtualiter distincta concipere posset, sine consimili respectu ad creatas actu distinctas. Ad 4. falsa est vniuersaliter maior: Nam potest distinctio minor esse diuersæ rationis à distinctioem maiore, atque ad eò non rectè vna infertur ex alia. Talis est distinctio realis personarum, & virtualis attributorum: nam illa fundatur in reali origine personæ producentis & productæ, quæ necessariò infert realem distinctioem inter ipsas producentes & productas; hæc autem in eminentiâ virtutis, cum æquipollentiâ ad multa actu distincta extra

Ratio.

115. Ad 4.

Deum, quæ concipi nequit sine respectu ad multa actu distincta extra Deum, vt enim prior concipi nequit sine respectu ad actu distincta intra Deum; ita nec posterior sine respectu ad actu distincta extra Deum: cum non minus vna, quàm alia in sui conceptibilitate pendeat à termino, quem essentialiter importat. Ad 5. dist. minor. Perfectiones creatæ sunt posteriores increatis quoad entitatem, concedo; quia producuntur ab illis: quoad completam distinctioem virtuales inter se, nego: quia quoad hanc denominationem sunt priores, complentes per modum extrinseci respectus: sicut visio est posterior obiecto quoad entitatem, quia producitur ab illo; quoad denominationem verò visi est prior obiecto, quia denominat illud visum, vt forma subiectum. Ad 6. patet ex 2. conclus.

116. Ad 5.

Ad 6.

SECTIO VII.

An attributa diuina, vt à nobis concepta, essentiam, & se ipsa mutuò includant?

PRIMA sentent. *Richardi in 1. disp. 3. art. 2. quest. 1. ad 1. Rubion. q. 1. art. 2. §. Hoc præmissis, Capreol. dist. 8. quest. 4. art. 3. ad argum. 1. loco inducta contr. 2. conclus. & ad argum. Aureoli; Vasquez 1. p. disp. 119. c. 2. Gilly lib. 2. tract. 2. c. 7. & 8. & c. negantur: videtur S. Doctoris in 1. dist. 33. quest. 1. art. 1. ad ult. vbi alia, inquit, est ratio scientia & substantia, sicut in creaturis, alia est ratio scientia & qualitatis: à fortiori sequitur ex doctrina Scoti, à parte rei distinguentis essentiam ab attributis, & attributa ipsa inter se.*

117. Negant.

Probat. 1. ex Scriptura & Patribus, qui diuinas perfectiones vt plures intelligunt & explicant: *Omnia quacumque habet Pater, mea sunt*, inquit Christus: intelligit autem perfectiones increatas, quas per æternam generationem accepit à Patre. *Inuisionibus Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Bernard. 5. de *Consid. cap. 5. Deus, inquit, amat vt charitas; nouit vt veritas; sedet vt equitas; dominatur vt maiestas; regit vt principium, tuetur vt salus; operatur vt virtus; reuelat vt lux; assistit vt pietas*, quæ omnia pluralitatem atque ad eò obiectiuam exclusionem vnus ab altero important.

118. Prob. 1. Ioan. 17.

Rom. 1.

Bernard.

Prob. 2. ea tantum secundum rationem sese mutuò includunt, quorum ratio vnus obiectiue relucet in conceptu formali alterius; sicut ea tantum secundum rem sese mutuò includunt, quorum entitas vnus existit in entitate alterius; at in conceptu formali diuinæ sapientia non relucet obiectiue perfectio diuinæ iustitia, & è conuerso. Alioqui dum conciperemus in Deo sapientiam, conciperemus simul & iustitiam, &c. Confirm. id tantum exprimit conceptus formalis, quod significat nomen; nomina enim ex S. Thom. 1. part. quest. 13. art. 1. & 1. cont. gent. cap. 35. significant rem mediante conceptione; cum sint *signa earum, quæ sunt in anima, passionum*; at nomen sapientia diuinæ importat solam perfectionem sapientia; ergo & conceptus.

119. Ratione.

120. Confirm.

Tertiò, attributa concipiuntur vt proprietates, manantes ab essentia, ad instar creaturarum: ergo nequeunt includere essentiam: quia nequit aliquid concipi vt proprietates essentia, & simul vt includens essentiam; alioqui conciperetur vt prius seipso, quæ deberet concipi vt constituens essentiam; posterius, quæ conciperetur vt fluens & posterius essentia.

121. Prob. 3.

Quartò,

122. Quartò.

Quartò, si quodlibet attributum includeret essentiam, & omnia; de quolibet posset cum reduplicacione prædicari essentia & omnia; quidquid enim est de essentia, potest cum reduplicacione prædicari de eo, cuius est de essentia; cum semper reduplicacio cadat super essentialia. At consequens est falsum: quia nequit intellectus reduplicatiuè prædicari de voluntate, nec vice versa, alioqui valerent istæ propositi. *Pater voluntate generat; intellectu spirat; intellectu vult; voluntate intelligit*, si hæc de intellectu, & voluntate cum reduplicacione prædicari possent.

123. Affirmant.

SECUNDA Aureoli in 1. dist. 1. quest. 1. art. 2. Torrez 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. ult. Molina ibid. disput. 4. Zumel quest. 8. dub. 3. Suarez lib. 1. de essent. Dei cap. 12. & 13. Granadi in 1. part. tract. 2. disp. 2. Affirmantium, quæ probabilior est, & procul dubio S. Doctoris, 1. cont. gent. cap. 45. 73. 92. 98. 101. & lib. 2. cap. 8. vbi de singulis attributis, intellectus, voluntatis, virtutis, beatitudinis, potentia, non solum docet includere essentiam; sed esse ipsam essentiam Dei.

124. Manifesta auctoritas Anselm.

Prob. 1. ex Anselm. in Monol. c. 15. *Quemadmodum, inquit, unum est quidquid essentialiter de summa substantia dicitur; ita ipsa vno modo, vna consideratione est, quidquid est essentialiter. Cum enim aliquis homo dicatur & corpus, & rationalis, & homo, non vno modo vel consideratione hæc tria dicuntur: secundum enim aliud est corpus, & secundum aliud rationale, & singulum horum non est totum id, quod est homo; illa vero summa essentia nullo modo sic est aliquid, ut illud idem secundum alium modum, aut secundum aliam considerationem non sit: quia quidquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum quod ipsa est: quo non modo affirmatur, quidquid de Deo dicitur, esse ipsam essentiam Dei totam secundum rem, verum etiam secundum considerationem.*

125. Alias esset compositio in Deo metaph.

Prob. 2. ratione & 1. ab absurdo: nisi dicamus, quodlibet attributum diuinum, etiam vt conceptum à nobis, implicite includere essentiam & reliqua necessariò in Deo esset compositio metaphysica: at hæc repugnat Deo: exigit enim partes, quarum vna excludat à suâ formalitate aliam, cum qua debet componere; quod repugnat actui puro & illimitato in totâ latitudine entis simpliciter; qui sicut à parte rei ad nullam certam perfectionem limitatur; ita nec obiectiuè & metaphysicè potest à nobis limitari; ne conceptus obiectiuus non respondeat subiectiuo. Sequel. ostend. si sapientia diuina ex. gr. nullo pacto obiectiuè includeret essentiam, & reliqua eo ipso conciperetur vt apta ad metaphysicè componendum cum essentia, & reliquis; quia conciperetur vt excludens à suâ formalitate formalitatem essentia, & reliquas; atque adeò vt apta constituere cum illis compositum metaphysicè confurgens ex pluribus formalitatibus, sese obiectiuè perfecte excludentibus: quod in omnium sent. sufficit ad metaphysicam compositionem.

126. Respondent.

Respondent, sapientiam diuinam non concipi vt positiuè excludentem essentiam, quo modo esset concipienda, vt posset metaphysicè componere cum illa, sed tantum præcisiuè, non conceptâ nimirum essentia, non positiuè illâ exclusâ à formalitate sapientia. Sed contrâ; 1. hæc præcisiua exclusio fat est, ad metaphysicam compositionem, ad quam solum requiritur, vt formalitas vnus nullo modo concipiatur in formalitate alterius: hoc enim ipso duæ conciperentur, saltem exercite aptè ad componendum vnum tertium; reflexio, qua vna pars concipitur vt positiuè excludens aliam, non tam facit ad compositionem, quam ad certitudinem compo-

Ad quam fat est exclusio præcisiua.

mentis, quod extrinsecum est compositioni: Modò enim formalitas vnus perfecte excludat obiectiuè formalitatem alterius, ex se apta censetur ad componendum metaphysicè, etiam si nulla fiat reflexio, qua signatè cognoscatur positiua exclusio vnus à formalitate alterius. 2. si formalitas sapientia perfecte præcinderet à formalitate essentia, non tantum præcisiuè, sed etiam positiuè illam excluderet, quod sic probò.

Nam ista positiua exclusio, non debet sic intelligi, vt vna perfectio excludat aliam à parte rei, sed tantum obiectiuè, vt à nobis concepta. At hoc ipso, quod vna perfectio obiectiuè perfecte præcinderet ab aliâ, positiuè excluderet in esse cognito & obiectiuo aliam. Igitur si attributa diuina præcindunt obiectiuè perfecte ab essentia diuina, excludunt positiuè illam. Maior constat: hoc enim ad metaphysicam compositionem non requiritur, vt patet de gradibus metaphysicis, qui, vt suppono, non se excludunt à parte rei in eadem essentia, quam metaphysicè componunt: atque adeò neque vt substant conceptibus nostris, debent hoc modo se excludere. Alioqui conceptus obiectiuus non responderent rebus existentibus. Minor prob. perfectio, quæ obiectiuè perfecte præcindit ab aliâ, non includit obiectiuè illam; quia præcindere perfecte obiectiuè, est non includere perfecte obiectiuè: ergo excludit obiectiuè illam: ergo non tantum præcisiuè, sed etiam positiuè excludit illam quoad esse cognitum & obiectiuum: quia quod non includit obiectiuè aliud, potest de eo affirmari, & de facto ab aduersarijs affirmatur ipsa obiectiuè exclusio hoc modo: ratio sapientia, vt à nobis concepta, non est ratio bonitatis; nec contrâ. Sed quod hoc modo excludit obiectiuè aliud, non solum negatiuè, sed etiam positiuè excludit illud. Nam quæ maior positiua exclusio, quam positiua affirmatio exclusionis? Confirmatur, ita se habet vnum esse obiectiuum ad aliud esse obiectiuum, sicut vnum esse subiectiuum ad aliud esse subiectiuum: sed hoc ipso, quod vnum esse subiectiuum non includit in suâ entitate aliud esse subiectiuum, excludit positiuè illud, cum de eo positiuè affirmari possit exclusio alterius. Ergo hoc ipso, quod vnum esse obiectiuum non includit aliud esse obiectiuum, positiuè excludit illud; quia etiam de ipso positiuè affirmari potest exclusio alterius esse obiectiuus.

127. Seu obiectiuè ut à nobis concepta.

Et positiua affirmatio exclusionis. 128.

129. Attributiu quodlibet illimitatū est in omni genere.

Prob. 3. concl. à priori. Quodlibet attributum conceptum, vt diuinum, implicite inuoluit in esse obiectiuo ens à se, atque adeò illimitatum in omni genere entis simpliciter; ergo implicite inuoluit essentiam & reliquas perfectiones diuinas. Nam ens illimitatum in omni genere entis simpliciter, non coarctatur ad perfectionem vnus tantum generis: sed cõplectitur vniuersum genus entis, atque adeò omnem omnino perfectionem. Antec. probat. diuinum, vt diuinum, formaliter importat esse à se, ac proinde esse illimitatum in omni genere entis simpliciter: importat enim primum contra distinctiuum ab esse creato, hoc autem non est aliud, quam esse à se. Ita S. Thom. opusc. 9. q. 1. *Bonitas diuina est diuina Sapientia, ex hoc quod est diuina, non ex hoc quod est bonitas.*

Sed respondeas, vt sapientia concipiatur à nobis, vt diuina, fat esse si concipiatur illimitato tantum in genere sapientia: nam hoc modo rectè concipitur, vt distincta à sapientia creata. Sed contrâ 1. esse diuinum, est analogum ad omnes perfectiones increatas: si enim esset vniuocum, posset inter eas concipi vera compositio metaph. scilicet ex duobus conceptibus

130. Vt diuinum est.

Analogum.

ptibus vniuocis: de ratione autem analogi est, vt si concipiatur, totum concipiatur: quia in analogo, ob sui simplicitatem non sunt plures conceptus partiales distinguibiles: ergo si concipitur sapientia vt diuina, concipi debet saltem implicite cum tota plenitudine essendi, quam dicit esse diuinum, & non tantum cum partiali esse sapientia. Confirm. ex eo, quod ens est analogum ad substantiam & accidens, implicat concipere illud, & non concipere, vt implicite inuoluens vtrumque. 2. Sapientia non conciperetur vt actus purus (de cuius ratione est, vt in nullo genere perfectionis possit perfici) si vt diuina, illimitata tantum in genere sapientia, conciperetur; scilicet vt ulterius perfectibilis in alio genere. 3. Ex consensu Patrum & Scholasticorum, Deus est, quo melius & excellentius excogitari non potest; at si vnum attributum non includeret implicite essentiam & reliquas perfectiones, posset melius & excellentius Deo excogitari, si nimirum quaelibet ipsius perfectio concipiatur cum implicita inclusione omnium, seu cum maiore vnitatem, & simplicitate in suis perfectionibus. Est autem Deus, ex *Auerroë* 12. *Met. tex. 37. in fine nobilitatis, vnitatis, & simplicitatis.* quia sicut in ratione entis nihil potest ei addi; ita nec in ratione vnitatis & simplicitatis potest excogitari simplicius, & magis vnum. 4. Patres docent, nihil in Deo esse, quod Deus essentialiter non sit: at si vna perfectio conciperetur cum exclusione essentia & reliquarum perfectionum, ipsa non esset essentialiter Deus: quia quod est essentialiter Deus, nequit concipi absque essentia Dei: cum nequeat res concipi non concepta eius essentia. 5. Esse obiectiuum non debet difformari ab esse subiectiuo rei: non enim est vera conceptio quae non est iuxta exigentiam rei concepta: sed quaelibet perfectio Dei essentialiter est Deus; ergo quaelibet perfectio debet obiectiue esse Deus: non est autem obiectiue Deus, nisi implicite includat essentiam & omnia, quae sunt in Deo: quia non concipitur vt Deus, quod non concipitur cum essentia Dei, sed vt proprietates Dei. Neque hinc tollitur distinctio rationis ratiocinatae, inter essentiam & attributa inter se; quia haec saluatur inter rationes explicitè conceptas: scilicet ratio explicita sapientia, non est ratio explicita bonitatis. Quae distinctio est maior, quam definitionis & definitiui: & iuxta hanc explicatur *S. Thom. cit.*

Ad 1. primae, Resp. non esse contra nos, qui non negamus attributa, in esse explicito intelligi, & nominari vt plura; licet in esse implicito se mutuo omnia includant, & sint vnum; vnde *Christus Ioan. 16.* diuinas perfectiones expressit numero plurali; *Ioan. 10.* numero singulari; *Pater meus, quod dedit mihi, manus omnibus est.* Ad 2. minor, de relucientia explicita, concedenda est: neg. de implicita. Ad prob. conced. sequela de implicita conceptione omnium; neg. de explicita. Sicut cum concipimus ens, quod est analogum ad omnia inferiora, explicitè solum concipimus rationem essendi; implicitè verò quidquid inferiora ipsa dicunt. Ad Confirm. pari modo dist. minor. quia cum nomen imponatur ad significandum primario conceptum mentis, sicut hic & explicitè significat vnam rationem, & implicitè reliquas; ita & nomen. Ad 3. neg. anteced. potius enim attributa concipienda sunt, vt constituentia essentiam, quam vt proprietates manantes ab essentia; cum illa, non haec conceptio, conformetur rei concepta. ad prob. nego, illa concipienda esse cum ea imperfectione, quam inuoluunt perfectiones creaturae. licet enim ex perfectio-

De Deo. Tom. I.

nibus creatis concipiamus increatas; tamen cum imperfectione, quam creaturae includunt: at imperfectio est, concipere attributa vt proprietates ab essentia manantes, quia vt sic conciperentur, & vt accidentia metaphys. extra constitutionem essentiae. 2. nego cons. q. patet in attributis entis, vnius, veri, boni; quae concipiuntur vt proprietates entis, & tamen includunt ens. Impossibile enim est, concipere vnum, verum, bonum, quin concipiatur ens, neque est absurdum, idem secundum diuersas rationes explicitas & implicitas concipi prius, & posterius seipso, imò hoc est necessarium in qualibet perfectione analogâ, quae quia simplicissima est, concepta in vna ratione explicita, supponit seipsum alia ratione implicita; vt perfectitas explicitè importatur ipsa perfectione substantiae, implicitè ipsa ratione entis, quae superior est ad substantiam & accidens. Ad 4. Resp. rectè essentiam diuinam praedicari de attributis, & attributa de essentia; nec nõ de se mutuo etiam abstractè sumpta: ita *August. 7. de Trinit. cap. 1. Eadem sapientia est, quae essentia;* *Basilii lib. de Spiritu cap. 19. Cuius bonitas est ipsa sapientia;* *Anselm. in Monol. cap. 15. Si queratur, quid sit ipsa summa natura, quid verius respondetur, quam iustitia?* *Bernard. 5. de Consid. c. 13. Quid est Deus? longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum;* *August. 6. de Trinit. cap. 1. Eadem veritas quae sapientia, & eadem sapientia quae virtus;* & cap. 7. *eadem magnitudo quae sapientia, & eadem bonitas quae sapientia & magnitudo, & eadem veritas quae illa omnia.* *S. Thom. 1. p. q. 32. art. 3. ad 3. & q. 39. art. 6. & in 1. dist. 17. q. 1. ad 3.* quia quae sese analogicè includunt, possunt etiam in abstracto formaliter praedicari: vt perfectitas est entitas; corporeitas est substantia: cum simplicissimae rationes & illimitatae, facta quacunque abstractione semper sese obiectiue includant: quae obiectiua inclusio requiritur, & sufficit ad formalem praedicationem; seu vt possint de se mutuo praedicari, non tantum identicè propter realem identitatem, sed etiam formaliter propter obiectiuam inclusionem. Confirm. magis propria est praedictio, in qua praedicatum obiectiue in subiecto includitur; quam in qua tantum includitur à parte rei; sed ista est identica praedictio; ergo illa est plusquam identica, atque adeo formalis.

An autem praedictae praedicationes sint concedendae etiam cum nota reduplicationis, affirmat *Molina:* distinguit *Torrez,* vt sit tantum vera praedictio si nota reduplicatiua cadat supra essentiam, quae communis est omnibus attributis: secus si cadat supra propriam rationem cuiuslibet attributi: quia essentia quae essentia, includit omnia attributa: & quodlibet attributum, quae tale, includit essentiam, & quodlibet aliud: ratio verò vnius attributi non est ratio alterius: ergo si reduplicatio cadat supra propriam rationem attributi, propositio erit falsa, quia reddit hunc sensum; ratio vnius attributi est ratio alterius. Sed aliter distinguo, vt omnes dictae praedicationes sint etiam cum nota reduplicationis concedendae, modo reduplicatio non cadat supra explicitam rationem, quae vnumquodque attributum quasi specificè differentia distinguitur ab omni alio. Quia tunc sensus esset, quod ratio ipsa explicitè concepta, esset ratio alterius explicitè concepta, quod est falsum. Dixi: *Modo non cadat supra explicitam rationem;* quia cadere potest supra implicitam rationem, quae est ipsa ratio diuini, ratione cuius quodlibet attributum non modo includit essentiam, sed reliqua etiam attributa. Vnde intellectus diuinus quae diuinus, non solum est essentia, sed etiam voluntas, & è conuerso. Etenim ratio diuini, cum

D

se ratio

131.

Actus purus.

132.

133. Essentialiter Deus:

134. Obiectiuum conformatur subiectiuo esse.

135.

Ad Scripturas & Patres.

136.

Ad 2. Relucientia etiam implicita.

137.

Ad 3.

Resp. 2.

138. Ad 4. Recta praedictio.

Ratio?

139.

Ratio Totæ?

140.

Reduplicatio cadit supra rationem explicitam.

fit ratio illimitati simpliciter, analogicè & implicitè includit omnes perfectiones, atque adeò de quâlibet perfectione vt diuinâ, cum omni reduplicacione affirmari potest quâlibet alia perfectio diuina. Nego autem, eandem esse rationem de his propositionib. quibus prædicantur actus siue notionales, siue essentialiter; quia, vt *Dialectici* docent, verba adiectiua addita substantiuis, appellât principium, à quo proximè fluunt, hoc est, applicat explicitum significatum prædicati, supra explicitum significatum subiecti: vnde reddunt sensum formalem explicitum; ex impositione Sapientum. Falsum autem est, principium, ex quo proximè & explicitè est actus intelligendi, & gignendi Verbum, esse voluntatem; & contrâ, principium ex quo proximè & explicitè est actus volendi, & spirandi Spiritum sanctum, esse intellectum. Eadem ratio est de his propositionibus: *iustitia diuina miseretur: misericordia punit*: & de actibus ipsis, quâ de se mutuo prædicari possunt, vt *punire est misereri*, & vice versa: nam ratione terminorum, quos essentialiter connotant, non potest vnus de altero formaliter, & reduplicatiuè prædicari, sed tantum identicè.

*Adiectiua appellans principium à quo proximè fluunt.*

141.

Deducitur, inter essentiam & attributa, & attributa ipsa inter se, non esse propriè inclusionem: cum inclusio dicat distinctionem includentis ab incluso: sed potius esse vnam simplicissimâ formalitatem, quæ essentialiter est tota perfectio essendi, quæque ob summam sui fecunditatem & perfectionem apta est fundare diuersos conceptus formales, quorum vnique respondet eadem simplicissima formalitas, explicitè ex vnâ ratione essendi, implicitè ex totâ plenitudine essendi. Ex quo nascitur, vt in Deo nulla sit concipienda compositio virtualis partium; hæc enim requirit perfectam præcisionem vnus ab alio; sed sola constitutio per modum impliciti & expliciti, ad eum modum, quo concipiuntur constitui summa genera, & vltimæ differentiar. Substantia enim non constituitur ex ratione entis & perfectitatis, vt ex partibus virtualibus, sed vt ex ratione implicitâ & explicitâ: quia quod explicitè dicit perfectitas, implicitè importat ens: vnde perfectitas non addit rationem aliquam perfectè præcisam ab ente, sed maiorem dumtaxat explicationem ipsius entis. Ita diuina attributa, non important rationem perfectè præcisam ab essentiâ, sed maiorem dumtaxat explicationem ipsius essentiæ, quæ implicitè dicit omnia.

*Simplicissima formalitas, non inclusio.*

142.

*Sed constitutio &c.*

Quo fit, vt nullam vim habeat hoc argum. Implicitat aliqua duo sese mutuo includere essentialiter: quia quod essentialiter includitur in alio, est minus includente: ergo repugnat vicissim includere in se illud, in quo ipsum essentialiter includitur: alioqui idem esset maius & minus seipso: maius vt includens, minus vt inclusum. Hoc enim tantum concludit de ijs, quæ perfectè præscindunt, vt quia animal perfectè præscindit à rationali, non potest illud essentialiter includere, aut vice versa; non autem de ijs, quæ non perfectè præscindunt, vt sunt omnes rationes analogæ, quarum quâlibet ratione explicitâ distinguitur, implicitâ includitur in alio: vt perfectitas ratione explicitâ distinguitur ab ente, implicitâ includitur in illo. Pari modo sapientia diuina, explicito conceptu sapientiar. distinguitur à bonitate; implicito continetur in illâ. Ratio: quando vnum perfectè præscindit ab alio, nullo modo in esse obiectiuo continet, aut continetur ab illo: atque adeò repugnat, vt perfectè præscindat, & nihilominus includat, vel includatur ab illo, à quo ipsum perfectè præscindit:

*Imperfecta præcisio.*

*Ratio.*

quando verò non perfectè præscindit, excludit illud in esse explicito, & simul includit in esse implicito.

## SECTIO VIII.

*An attributa diuina secundum rationes explicitas, quas præcisè important, sint inæqualia inter se?*

**P** RIMA sententia Granadi, 1. p. tract. 2. disput. 9. negantis. Prob. 1. auctor. Scoti in 1. dist. 8. quest. 4. S. ad 4. Mayroni quest. 5. S. his visis, difficult. 5. Ocham dist. 2. quest. 1. littera R. Molina 1. p. quest. 28. artic. 2. disput. 4. Zumel quest. 4. 2. art. 1. quest. 2. dub. 1. Vasquez disp. 122. cap. 7. Suarez lib. 3. de Trinit. cap. 10. Secundò, August. lib. 1. de Trinit. cap. 7. & lib. 8. init. *Tanta est æqualitas in ea Trinitate, vt non solum Pater non sit maior quam filius, sed nec Pater & Filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus sanctus, aut singula quæque persona quælibet trium, minus aliquid sit, quam ipsa Trinitas.* Anselmi in Monol. cap. 16. *Idem est quodlibet vnum illorum, loquitur de diuinis attributis, quod omnia simul.* 3. Quodlibet attributum etiam ratione explicitâ consideratum, intrinsecè & essentialiter includit essentiam & reliqua omnia; igitur nequit, etiam ratione explicitâ, inter ea concipi inæqualitas, vt nec quid diuersum à reliquis, ac proinde inæquale. Sequela prob. diuersitas nequit fundari supra idem, cum idem & diuersum opponantur: At si quodlibet attributum ratione explicitâ includit formaliter & essentialiter reliqua, etiam ratione explicitâ erit vnum & idem cum reliquis. Confirm. sequeretur aliqua realis inæqualitas inter diuinas personas; vna enim est realiter improducta, reliquæ productæ; duæ producentes, tertia non productiua: at perfectior est improducta, quàm producta; & produ-cens, quàm non productiua.

144. Negat Prob. au. Horitata Schol.

Patrum.

145. Ratione possimâ.

Confirm.

SECUNDA sententia Durand. in 1. dist. 36. quest. 4. fine. Gilly lib. 2. tract. 2. cap. 9. num. 7. affirmantium. Neque hic sibi contradicit tract. 5. cap. 7. num. 5. vbi tantum negat cum August. inter diuina attributa intercedere inæqualitatem secundum se, non autem, vt substant conceptibus nostris explicitis. Hæc sententia à fortiori sequitur ex Patrum doctrinâ, qui explicantes illud Ioan. 14. *Pater maior me est*, docent Patrem maiorem esse filio, etiam secundum diuinitatem, ratione principij & originis, quos multos refert Toletus in cit. Ioan. annot. 27. & Maldon. ibid. 2. sequitur ex opinione eorum, qui dicunt non omnia attributa reipsa constitue-re essentiam Dei, quia non omnia sunt æqualis nobilitatis & perfectionis: eo quod aliqua pertinent ad gradum intellectiuum, in quo Dei essentiam formaliter constituunt: alia sunt extra essentiam gradus intellectiui, eumque consequuntur vt proprietates. 3. à fortiori sequitur ex eorum opinione, qui attributa suâ naturâ distinguunt in Deo.

146. Affirmant.

Nota, diuina attributa secundum rationes, quas explicitè important, considerari posse 1. modo prout tales rationes existunt in Deo; 2. modo prout substant conceptibus nostris: & hoc dupliciter: 1. prout tales rationes concipiuntur à nobis per analogiam ad consimiles perfectiones creatas; 2. prout concipiuntur secundum se, abstrahendo à perfectionibus creatis; & hoc vel considerando illas adæquatè in vtraque perfectione, explicitâ & implicitâ, quam important; vel inadæquatè in sola perfectione explicitâ.

147. Nota pro explic.

148.  
Secundum  
explicitas  
rationes in  
Deo nulla  
inquali-  
tas.

DICO 1. Attributa diuina secundum explicitas rationes, quas important, vt in Deo existentes, nullam dicunt inæqualitatem. Fundam. ea ipsa explicita ratio sapientiæ, exempli gratiâ, in Deo non est tantum sapientia, sed bonitas, iustitia, omnipotentia, & Deus ipse: ergo, vt in Deo existens, nullam importat inæqualitatem: quia inæqualitas fundari debet in diuersitate; & diuersitas in distinctione. Sed vna ratio explicita in Deo, non est distincta ab alia, sed vna indiuisibilis formalitas; igitur nulla poterit esse inæqualitas. Neque, vt vna perfectio in Deo existens dici possit diuersa & inæqualis alteri, sufficit virtualis distinctio; quia sicut hæc nullam ponit in Deo actualem distinctionem, sed tantum fundamentum causandi diuersos conceptus in intellectu creato; ita nullam ponit in Deo actualem inæqualitatem, sed fundamentum causandi inæquales conceptus in intellectu creato, de quo *max.* Confirm. in tantum vna ratio attributalis potest esse inæqualis alteri, in quantum vna aliquo modo non est alia, cum nihil possit esse inæquale sibi ipsi: nulla autem ratio attributalis, vt in Deo existens, est aliquo modo diuersa ab alia: ergo.

149.  
Secus, per  
analogiam.

DICO 2. Eadem attributa considerata formaliter per analogiam ad perfectiones creatas, sunt inæqualia inter se: quia vt sic obijciuntur nobis cum modo, quo tales perfectiones sunt in creaturis: sed sunt inæquales: ergo.

150.  
Non secundum  
implicitas:

DICO 3. Attributa diuina adæquatè à nobis concepta, secundum rationes explicitas & implicitas, quas, vt diuina, essentialiter important, non inæqualia. Fundam. vt sic, sese mutuò includunt: igitur non possunt esse inæqualia: quia inæquale dicit aliquid, quod non dicit illud, cui est inæquale: si enim quidquid dicit vnum, dicit & alterum, non poterit inter illa concipi inæqualitas, sed potius summa æqualitas. At quæ se mutuò includunt, neutrum dicit, quod non dicit alterutrum, sed tota perfectio vtriusque includitur in alterutro.

151.

DICO 4. Attributa diuina considerata secundum rationes explicitas inadæquatè, seu præcisas, quas tantum explicitè important, non consideratis, quas vnumquodque in explicitâ implicitè importat, non repugnat, ea esse inæqualia. Absolutè tamen dicenda sunt æqualia. Prob. pars 1. hæc consideratione, explicita perfectio vnus non est explicita alterius: at explicita perfectio vnus attributi potest esse nobilior, quàm explicita alterius: ergo hac consideratione non repugnat, attributa diuina esse inæqualia. Maior patet: considerata sapientia sub præcisa ratione sapientiæ, quam tantum explicitè importat attributum sapientiæ, non est ipsa explicita ratio bonitatis, quam explicitè importat attributum bonitatis: alioqui nulla foret rationis distinctio inter explicitam rationem vnus, & explicitam alterius: vnde posset explicita ratio vnus prædicari de explicitâ alterius, dicendo: explicita ratio sapientiæ est explicita bonitatis, quod falsum est, & contra Theologos. Minor. ostend. illa perfectio in explicito conceptu est nobilior, quæ consequitur nobiliorem gradum entis. Vnde illa attributa, quæ in Deo vel consequuntur, vel constituunt gradum intellectiuum, sunt explicitâ ratione nobiliora, quàm quæ consequuntur, vel constituunt gradum solius entis: eorum quæ consequuntur gradum entis, perfectiora sunt productiua non productiuis. Quæ verò consequuntur gradum intellectiuum, ea concipiuntur nobilio-

152.  
Secundum  
præcisas ra-  
tiones ex-  
plicitas in-  
æqualia.

ra, quæ immediatè & proximè consequuntur ipsum.

Ex his constat, attributa intellectus, voluntatis, sapientiæ, virtutis, secundum explicitas rationes concipi perfectiora, quàm attributa Immensitatis, & omnipotentia: quia priora consequuntur gradum intellectiuum; posteriora gradum entis: & inter priora, attributum intellectus & sapientiæ concipi perfectius, quàm voluntatis & virtutis, quia immediatè consequitur gradum intellectiuum, scilicet virtus mediante voluntate, voluntas medio intellectu; sapientia autem medio intellectu, intellectus seipso, non alio medio attributo, vel ratione virtualiter distinctâ. Inter posteriora autem omnipotentia ex conceptu explicito concipitur perfectior, quàm Immensitas: quia illa est productiua, non hæc. Confirm. is ordo dignitatis concipiendus est inter explicitas rationes attributorum, qui foret, si illa à parte rei distinguerentur: quia distinctio rationis concipitur per analogiam ad realem; & quidquid in aliquo genere est secundum quid, concipi debet per ordinem ad id, quod in eodem genere est tale simpliciter: sed si attributa à parte rei distinguerentur, talis foret ordo: concipiuntur enim vt perfectiones, vel consequentes, vel constituentes naturam diuinam: igitur ea concipienda sunt perfectiora, quæ perfectiorem gradum naturæ consequuntur, vel constituunt.

153.

Prob. pars 2. ea dicenda sunt talia simpliciter, quæ ex se sunt talia: at diuina attributa non sunt ex se inæqualia, neque vt sunt subiectiue in Deo, neque vt sunt obiectiue adæquatè in nostris conceptibus, sed tantum vt substant inadæquatis: ergo non sunt dicenda simpliciter inæqualia, sed æqualia, imò eadem: quia hoc habent de se & intrinsecè; illud ex extrinseca & inadæquata conceptione nostri intellectus. Confirm. quod alicui competit essentialiter & ex naturâ suâ, competit simpliciter; quod autem competit ex inadæquatâ consideratione intellectus, competit extrinsecè & secundum quid: sed diuinis attributis essentialiter, & ex intrinseca natura ipsorum, competit æqualitas & identitas, ex inadæquata verò consideratione intellectus, inæqualitas; ergo illa competit simpliciter, hæc secundum quid. vnde ex illâ, non ex hæc debent simpliciter denominari æqualia & eadem.

154.  
Absolutè  
dicenda æ-  
qualia.

155.

Obijcies. Perfectiones attributales explicitæ eadem sunt in Deo, quæ in nostris conceptibus; alioqui conceptus nostri essent falsi, quia non conformes rebus: ergo si, vt substant nostris conceptibus, sunt inæquales, etiam vt sunt in Deo, erunt inæquales; sunt enim inæquales, quæ habent rationes explicitas inæquales: ergo si eadem rationes explicitæ sunt in Deo formaliter, etiam in Deo attributa erunt inæqualia. Nec obstat, quòd in Deo rationes explicitæ attributorum identificentur cum essentiâ; nam etiam relationes identificantur cum essentiâ, & tamen non tollitur, quin mutuò opponantur. igitur possunt rationes explicitæ attributorum identificari cum essentiâ, & nihilominus inæquales esse inter se. Resp. dist. anteced. sunt eadem adæquatè, nego; inadæquatè, concedo. Sapientia enim diuina sub nostro explicito conceptu relucet tantum vt perfectio sapientiæ, quæ est ratio inadæquata Diuinæ; in Deo autem est secundum omnes rationes, quas essentialiter includit: & quia hæc inæqualitas conuenit diuinis attributis, in quantum aliquo modo

156.

157.  
Adæquatè  
& inadæq.  
spectanda.

*Diuersum  
à Deo nil  
exprimunt.*

modo inuicem distinguuntur: nequit enim idem esse inæquale sibi ipsi; cum in Deo nullam habeant actualem distinctionem, sed omnia sint vnum, nullam habent inæqualitatem, nisi virtualem in ordine ad nostros conceptus, inadæquatè concipientes & distinguentes vnum ab alio. Ad prob. anteced. vt conceptus nostri non sint falsi, fat est, vt non expriment diuersum ab eo, quod in Deo est, etiamsi non expriment totum id, quod in Deo est. Ad prob. dico, eatenus attributa diuina, vt substant nostris conceptibus, esse inæqualia, quatenus exprimentur secundum rationes explicitas, aliquo modo distinctas ab implicitis, quo pacto non existunt in Deo; nec est eadem ratio de diuinis relationibus: quia licet illæ identificentur cum essentiâ, non tamen inter se: atque aded possunt inter se inuicem opponi, propter realem distinctionem, quam inter se cum perfectâ identitate essentiæ mutud seruant. At verò attributa nullam habent in Deo actualem distinctionem, neque cum essentiâ, neque inter se; ac proinde nullam fundare possunt inæqualitatem, sed summam identitatem. Sicut neque relationes cum essentiâ, cum quâ perfectè identificantur, fundare possunt oppositionem, aut inæqualitatem.

158.  
*Ad Patres  
& Schola-  
sticos.*

Ad argum. 1. & 2. primæ dico, Scholasticos & Patres tantum loqui de diuinis attributis, vel vt sunt in Deo, vel vt concipiuntur à nobis adæquatè, secundum vtrasque rationes explicitas & implicitas. Tertium solum probat, non posse diuina attributa à nobis concipi inæqualia, vt adæquatè concepta, non vt inadæquatè considerata, ex sola perfectione explicitâ, quâ etiamsi essentialiter implicitè includant omnia, adhuc tamen possunt inuicem comparari secundum solas rationes explicitas. Quo sensu neque ab aduersarijs negari potest, diuina attributa concipi posse vt inæqualia: qui non negant, si hoc modo concipiantur, concipi vt inæqualia, sed tantum negant, hoc modo concipi posse, quin semper concipiantur cum implicitâ inclusione omnium. Sed esto hoc verum sit, adhuc comparatio fieri potest inter solas rationes explicitas, & non implicitas. Ad Confirm. nego ex hac doctrina vllam sequi inæqualitatem diuinarum personarum in re ipsa: cum in diuinis non sit maior perfectio, habere naturam à se, quàm habere communicatam ab alio; quia cum eadem prorsus necessitate & perfectione est in omnibus. Neque quòd vna sit productiua, est perfectior aliâ, quæ productiua non est: quia hoc non oritur ex defectu virtutis, sed termini producibilis; vt infra.

159.

## SECTIO IX.

*Quot, quæ, & quo ordine sint Deo attributa concedenda?*

160.  
*Attributa  
quæ?*

*Quid no-  
minat?*

EX dictis constat, non quamlibet Dei perfectionem esse attributum, sed eam dumtaxat, quæ per modum formæ adiacentis de Deo absolutè ac necessariò prædicatur; quæque naturali lumine à nobis cognoscibilis est. Vnde ab attributi notione excluduntur primò ea, quæ in Deo concipiuntur per modum gradus substantialis naturam constituentis, cuiusmodi sunt ens, substantia, spiritus, vita, intellectualitas, actus purus, essentia, existentia, subsistentia, quæ à nobis concipiuntur vt rationes quædam constituentes naturam. 2. Excluduntur perfectiones relatiuæ; quia eæ nec naturali lumine cognosci possunt, nec prædicantur per modum formæ adiacentis, sed constituentis personas.

3. Actus liberi, & prædicata, quæ Deo conueniunt in tempore ex aliqua liberâ actione ad extra. Prioris generis sunt libera decreta Dei, quæ, licet æterna sint, tamen potuerunt in Deo non esse: Posterioris sunt creatio, conseruatio, gubernatio, incarnatio, à quibus in tempore Deus, denominatur Creator, Conseruator, Gubernator, Incarnatus. Hæc enim omnia à propria notione attributi excluduntur, quia non necessariò, sed liberè Deo conueniunt.

DICO 1. Attributa Dei sunt finita extensiuè, infinita intensiuè. Est omnium Theologorum contra aliquos Nominales. Fundam. prioris: attributa sunt perfectiones diuinæ, specie quasi diuersæ; quia non qualibet perfectio in Deo conceptibilis constituit rationem attributi, sed quæ peculiari modo naturam diuinam explicat & declarat, at eæ perfectiones sunt finitæ: duplex enim perfectio attributalis potest à nobis in Deo concipi; vna positiua, quâ aliquid de Deo affirmetur; altera negatiua, quâ aliqua imperfectio ab eodem remoueatur; vtraque finita: tum prior, quia vel illa est communis cum perfectionibus creatis, & sicut hæc finitæ sunt, ita & quæ cum his Deo communes sunt: vel est propria Dei, & quoniam hæc non colligitur, nisi ex creatis, ex quibus non colligimus, nisi finitas extensiuas, specie quasi diuersas, idè etiam hæc in Deo finitæ sunt. Tum posterior; quia non qualibet remotio imperfectio constituit attributum negatiuum, sed quæ specialem aliquam Dei perfectionem designat: istæ autem finitæ sunt; ergo. Fundam. posterioris: quælibet perfectio, quæ in Deo est, est iuxta conditionem & exigentiam naturæ diuinæ, quæ cum sit illimitata in tota latitudine entis, quamlibet perfectionem exigit illimitatam & infinitam intensiuè. Hinc constat, cur non omnia prædicata, quæ in Deo excogitari possunt, habeant rationem attributi: alioqui sub vno attributo scientiæ, vel potentiæ, plura possunt prædicata realia, per ordinem ad varia obiecta & terminos, à nobis distingui; cum tamen non singula prædicata habeant rationem perfecti ac completi attributi, sed sint quasi partiales formalitates eiusdem attributi. Ratio: ea tantum habent rationem attributi, quæ conueniunt sub vnâ ratione, & modo quasi generico tendendi ad obiectum vel terminum; vnde licet plures in Deo scientias distinguamus, per ordinem ad varia obiecta: quia tamen omnes conueniunt sub vnâ genericâ ratione, & modo tendendi ad obiectum, per expressionem illius intra ipsam potentiam cognoscentis, vnum, non plura scientiæ attributa in Deo ponimus.

DICO 2. Attributa alia sunt positiua, alia negatiua: vtraque aliquam denotant perfectionem in Deo. Diuisio est omnium Scholasticorum, & colligitur ex Patribus, qui sæpe docent, meliùs à nobis Deum cognosci per negationem, quàm per affirmationem; eo quòd euidentius cognoscere possimus quid Deus non sit, quàm quid Deus sit. Fundamentum diuisionis: Deus concipi potest, vel secundum perfectiones, quas in se includit, vel secundum imperfectiones, quas à se excludit. 1. modo conceptus fundat attributa positiua; 2. modo negatiua; ergo. Quòd autem vtraque attributa aliquam in Deo perfectionem connotent, prob. non solum perfectio Dei est, omnem omninò perfectionem in se claudere, sed omnem omninò imperfectio à se excludere; igitur non solum attributa positiua, sed etiam negatiua in Deo perfectionem connotant.

161.  
*Finita ex-  
tensiuè:*

162.  
*Infinita in-  
tensiuè:*

163.

*Conueniunt  
sub modo  
quasi gene-  
rico.*

164.  
*Positiua,*

*Negatiua:*

DICO

DISPUTATIO IV.

De Vnitate Dei.

**P**ost disputationem de attributis in cōmuni, disputandum de attributis in particulari, & primò de vnitate, quæ est prima entis proprietates, nullam præsupponens, & ab omnibus præsupposita. Est enim indiuisio entis in se, ad quam consequitur diuisio à quocumque alio; quam supponunt Veritas & Bonitas: quorum illa est conformitas rei ad intellectum, siue ad principia, quibus vnaquæque res intrinsecè petit constare, vt cum Aureolo in Metaph. hæc autem vel dicit integritatem rei, si sit absoluta; vel conformitatem ad appetitum, si sit respectiua: vtraque præsupponit indiuisiōnem entis in se.

QVÆRITVR, an euidens sit, Deum esse vnu. Ratio dub. 1. multi Ethnici existimarūt, plures esse Deos: ergo euidēs non est, Deum esse vnum. 2. sicut natura diuina subsistere potest in tribus personis distinctis, ita existere posset in tribus indiuiduis distinctis.

Communis sent. Patrum & Scholast. est, vnitatem Dei nō minūs, quàm eius existētiā, euidenter demonstrari. 1. Euidēs est, Deum esse ens per essentiā: at euidēs est, ens per essentiā non posse multiplicari; claudit. n. in se totū esse possibile: ergo nullū esse relinquit extra se: relinqueret autē aliquid esse extra se, si præter ipsum, alius Deus esset: nā si essent plures Dij naturā distincti, aliquid esse foret in vno, quod non foret in alio: cū nequeat vna res ab alia distingui, nisi per aliquid esse, quod dicit vna, & non dicit alia; quia nequit idē distingui à se ipso. Nēpe ens per essentiā, est ens illimitatū ad omne esse, quod nō inuoluit contradictionē; quia cū sit se ipso formaliter, & nō ab alio efficiēter, nō poterit à se ipso excludere perfectius esse, quod posset in se ipso cōtinere: nam esse, quod non limitatur ab alio efficiēter vel exemplariter, nō poterit à se ipso limitari formaliter; tūm quia non esset maior ratio, cur se limitaret ad tantum, & non ad maius, aut minus esse: tum quia esse, vt esse, non potest esse causa limitatiua sui. Non esset autē illimitatum &c. si, præter ipsum, esset aliud ens per essentiā: quia non esset illimitatū ad illud esse, quod contineretur in alio ente per essentiā, quod posset in se ipso sine contradictione continere.

DICES: esto illud esse, quod contineretur in vno ente per essentiā, non implicaret simpliciter, implicaret tamē existere in alio ente per essentiā: ergo ex eo, quod tale ens nō implicaret simpliciter, nō bene colligitur, quod non implicaret existere in alio ente per essentiā: sicut nō implicat triplex esse personale in eadē natura diuina; cū tamē implicet, esse personale vnus formaliter cōtineri in esse personali alterius. Sed cōtrā: hoc ipso, quod supponeretur, tale esse nō implicare simpliciter; euidenter deducitur, illud debere cōtineri in vno tātūm ente per essentiā, & nō diuidi in pluribus; tū quia nō esset maior ratio, cur ens per essentiā diuideretur in duo, & nō in plura, atque adeo in infinita, cū ex se nō magis peteret multiplicari in tot, quā in plura. Tūm quia sicut Ens per essentiā, est illimitatū quoad entitatē, ita & quoad vnitatē; nā hæc proportionaliter sequitur ad entitatē. Vnde Auerr. 12. Met. tex. 37. dixit, Deū esse infinitæ nobilitatis & Vnitatis. Infinita autē & illimitata vnitas excludit cōsortium pluriū, in eadē natura genericā, vel specificā existentiū. Nec est eadem ratio de triplici esse Diuinarū personarum; quia cū illud sit relatiuum, implicat esse vnus, formaliter cōtineri in esse alterius; esse autem vnus Dei esset abso-

1. Duplex ratio dub. 1.

2.

3. Potissima demonstratio.

Omne esse continet.

Nullum excludit.

3.

Illimitatū quoad vnitatem.

165. Ordo attrib. non actualis, DICO 3. Inter attributa diuina nullus est ordo actualis; est ordo virtualis. Prior pars constat, quia vbi nulla est distinctio realis, nullus potest esse ordo actualis; inter attributa diuina nulla est distinctio realis; ergo nullus ordo actualis. Maior patet: ordo realis actualis, concipi non potest, nisi inter distincta realia, cum eiusdem ad seipsum nequeat esse ordo & respectus realis. Posterior pars prob. idem fundamentum quod probat, in Deo dari distinctionem virtualem, probat etiam dari inter distincta virtualiter, ordinem virtualem: scilicet ipsa eminentia diuinæ naturæ æquipollentis multis perfectionibus actu distinctis; eadem enim æquipollet ordini actuali, intercedenti inter actu distincta: nam quæ ratione diuina natura ob eminentiam suæ perfectionis æquipollet potentiæ actiue, intellectiue, volitiue, &c. actu distinctis in creaturis: eadem ratione æquipollet ordini actuali, inter huiusmodi perfectiones intercedenti, cū non sit maior ratio, cur potius æquipollet vni, quàm alteri rationi. Confirm. Deus ob eminentiam suæ naturæ æquipollet cuiusque perfectioni creatæ: sed actualis ordo inter perfectiones creatas est aliqua perfectio: ergo illi æquipollet Deus. Vnde is ordo virtualis concipiendus est inter perfectiones increatas, qui realiter intercedit inter perfectiones creatas, & qui foret, si eadem attributa actu in Deo distinguerentur: quia omnis ordo virtualis fundari debet in actuali; sicut omnis distinctio virtualis in actuali; omne enim quod est secundum quid in aliquo genere, fundari debet in eo, quod est simpliciter in eodem.

166. Sed virtualis. Fundam. eminentia diuinæ naturæ æquipollentis multis.

Ratio.

167. Deducitur 1. vt priora concipienda esse attributa, quæ immediate essentiā consequuntur ex ratione communi & indeterminata, quæ quæ essentiā consequuntur ex ratione particulari & determinata; vt priora sunt vnitas, veritas, bonitas, immensitas, omnipotentia, quàm intellectus, sapientia, idea, ars, voluntas, misericordia, iustitia, & reliquæ virtutes morales: quoniam illa essentiā consequuntur ex ratione entis, quæ est communis, & indeterminata: hæc verò ex ratione substantiæ intellectualis, quæ est specifica & determinata. Et inter prima quinque, priora sunt vnitas, veritas, bonitas, quæ consequuntur rationem entis, analogicè communis Deo & creaturis, quàm postrema duo immensitas, & omnipotentia, quæ consequuntur rationem entis infiniti & increati. Inter postrema verò, quæ pertinent ad intellectum, sunt vt priora concipienda, quàm quæ pertinent ad voluntatem. Proportionali modo de reliquis attributis, tam affirmatiuis, quàm negatiuis. 2. Hanc virtualem distinctionem inter diuina attributa, esse sufficientem ad omnes demonstrationes propter Quid, quæ de Deo fiunt: nam ad demonstrationem propter Quid, non est necesse, vt medium, quod in præmissis assumitur, sit actualis causa conclusionis, quæ syllogisticā formā ex præmissis deducitur; sed sufficit, si sit tantum causa seu ratio virtualis: quia cū demonstratio fiat ad manifestandam aliquam veritatem intellectui, quam antea non cognoscebat, & sola causa seu ratio virtualis satis sit ad nouam veritatem intellectui manifestandam, eadem ipsa satis erit ad demonstrationem.

168. Sufficit ad demonstrationes.



lutum, atque adeò non oppositum cum esse vt sic: ergo non implicaret totum esse formaliter contineri in vno ente per essentiam, quod essentialiter importat illimitationem ad omne esse simpliciter.

4.  
Ordo vni-  
uersi vnum  
gubernato-  
rem cla-  
mat.

SECUNDA: si plures essent Dij, sese impedirent in ordine & gubernatione huius vniuersi, quia quod vellet vnus, respueret alter; vnde vel omnes essent æqualis virtutis, vel vnus excederet reliquos. Si primum; omnes in agendo se impedirent, ac proinde nullus sequeretur effectus. Secundum est contra naturam entis à se, quod sicut nullum agnoscit superiorem in essendo, ita nec in dignitate. Verùm, quia posset quis fingere plures esse mundos, quorum cuique suus præsideret Deus. Contra hoc figmētum est; hoc ipso, quòd vnusquisque caret dominio aliorum mundorum, non esset perfectissimus, quale debet esse ens à se. Hanc veritatem falsus Aristot. 12. Metaph. concludit: *At entia nolunt male gubernari. Non est bonum pluralitas principatum. Vnus ergo princeps.*

5. *Obijcies.* Vnitas limitat ens; quia distinguit vnum ab alio, ne vnum sit aliud: ergo nō potest competere Deo enti illimitato. Resp. dist. anteced. limitat quoad perfectionem simpliciter, nego: limitat quoad perfectiones includentes imperfectionem, concedo. Deus enim non distinguitur à creaturis secundum perfectionem simpliciter, quia continet illas eminenter; distinguitur autem secundum perfectiones includentes imperfectionem, quas excludit formaliter. Distinguitur igitur à creaturis Deus formaliter, non eminenter; nam eminenter est omnia.

6. Ad 1. rationem dubit. resp. illum fuisse errorem vulgi, non perpendentis vim demonstrationis; non Sapientum, qui vno ore omnes testati sunt Vnitatem Dei; quin per antonomasiam Deum appellabāt Vnitatem. Ad 2. plura supposita in eadem natura non multiplicat esse à se: vnum quippe est esse à se in tribus suppositis indiuisum existens: at plura indiuidua multiplicarent esse à se, quia sicut multiplicarent naturas, ita & esse à se. Repugnat enim multiplicari naturas, non multiplicato eo, quod est proprium naturæ. Tota autem ratio, cur repugnet pluralitas Deorum est, quia repugnant plura entia à se.

7. *Persona plures vni esse à se.*  
8. *Non plura.* Collige, Diuinas personas non esse plura, sed vnum indiuiduum, quia indiuiduationem non accipiūt à personalitatibus, sed à naturâ, quæ est vna indiuidua in tribus suppositis. Nec obstat, quòd Diuinæ personæ distinguantur ab inuicem; quia non distinguuntur ratione absolutâ, sed respectiua.

DICES, saltem multiplicantur tria esse à se relatiua. Resp. hoc nullum esse absurdum: quia hæc non faciunt tria esse simpliciter, sed vnum: omnia enim constituunt vnum esse perfectè subsistens.

9. *Vnitas formaliter nulla per-  
fictio:*  
Deducitur, vnitatem de formali nullam dicere perfectionem in Deo; de materiali importare maximam. Primum constat; quia vnitas de formali importat indiuisiōnem entis in se, & diuisiōnem à quocumque alio, quæ sunt negationes: negatio autem, cum non affirmet aliquid de subiecto, sed potius neget, nullam de formali dicit perfectionem. Nec refert, quòd indiuisio dicat negationem diuisiōnis entis in se, quæ formaliter est negatio; quia non negat diuisiōnem ipsam entis formalem, sed fundamentalem: quo modo non est negatio negationis, sed affirmationis. Secundum patet; nam de materiali vnitas in Deo importat talem perfectionem, ratione cuius implicat in plures diuidi, quæ est maxima perfectio.

## DISPVATIO V.

## De Simplicitate Dei.

VNITATEM sequitur simplicitas, quæ teste Henrico in sum. art. 28. q. 1. species quædam est perfectæ vnitatis: vnde Auerroës 12. Metaph. text. 37. illam Deo tribuit post vnitatem. Duplex enim vnitas est: altera, quæ opponitur multitudini, & comitem excludit eiusdem naturæ; altera, quæ opponitur multiplicati partiū componētium, & compositionem plurium respuit. Vnde omne simplex est vnum: non tamen omne vnum est simplex; quia vnum admittere potest compositionem plurium, quam excludit simplex.

## SECTIO PRIMA.

*An in Deo sit, vel esse possit aliqua compositio?*

DUPLEX est compositio, realis, & rationis. Prior adhuc est duplex, alia ex potentiâ obiectiua & esse; alia ex potentiâ subiectiua & actu; quæ quadruplex est, ex materiâ & formâ, ex partibus integran-<sup>1.</sup> tibus; ex naturâ & subsistentiâ; ex subiecto & accidente. Posterior etiam duplex: alia, quæ confur-<sup>Compositio ex potentiâ obiectiua & esse.</sup> git ex solis perfectionibus, quæ sunt intra Deum; alia quæ componitur ex ratione propria Dei, & alia communi Deo & creaturis.

DICO 1. Implicat in Deo compositio ex potentiâ obiectiua & esse, non solum re, sed etiam ratione. Prior pars clara est; quia talis cōpositio supponit, rem potuisse non esse: nam ea dicuntur in potentiâ obiectiua, quæ ex se ipsa non sunt, possunt tamen esse vi alterius potētix, in cuius virtute continentur, & cuius vim, antequam sint, obiectiue terminant. Implicat autem Deum contineri potuisse in virtute alicuius potētix, cuius vim productiuam obiectiue terminasset, antequam esset: ergo. Posterior pars patet; quia implicat concipere rem sub opposito suæ essentix: at essentia Dei est ipsum esse seu existere; ergo implicat, etiam ratione, concipere Deum cum potentiâ obiectiua ad esse.

DICO 2. Implicat in Deo quæcumque realis cōpositio ex partibus actu distinctis. Fundam. omnis talis compositio supponit limitationem partium componentium; quòd vna pars componens excludat à se perfectionem alterius; supponit illam limitatam ad esse tantum partis: nam propterea exigit vnionem compartis, quia caret perfectione illius, quam si haberet, exigere non posset. Implicat autem, vllam perfectionem Diuinam limitari ad vnum tantum genus & re ipsâ excludere omnes alias; quia omnis perfectio Diuina essentialiter est à se: ergo illimitata ad omnes perfectiones possibiles. Confirm. Deus est actus purus, cui repugnat omnis realis compositio; quia supponit potentiam passiuam, quæ opponitur actui puro: qui propterea purus dicitur, quia nullam admittit potentialitatem actui repugnantem.

DICES: vna perfectio Diuina relatiua non includit alias perfectiones relatiuas: ergo non quælibet perfectio Diuina est illimitata ad omnes possibiles. Resp. dist. anteced. non includit alias relatiuas oppositas, concedo: non includit alias relatiuas non oppositas, & simul absolutas omnes, nego. Nec est de perfectione relationis Diuinæ, includere

Fœcunditas  
perfectio  
maior

dere formaliter oppositam relationem; quia per hanc formalem inclusionem tolleretur Trinitas personarum: atque adeò fœcunditas Diuinæ naturæ, quæ est perfectio maior. Omnis autem perfectio, quæ excludit perfectionem maiorem, implicat in Deo; quia Deus, ex dictis, est quo maius, excellentiusque excogitari non potest. Est igitur de essentiâ cuiuslibet perfectionis Diuinæ, vt re ipsâ non excludat perfectiones non oppositas: relatio autem, cum opponatur correlationi, non de essentiâ earum, vt sese mutuò includant. Est autem de essentiâ tam perfectionis absolutæ includere omnes & absolutas, & relatiuas, quàm perfectionis relatiuæ non excludere, nisi correlatiuè oppositas. Si autem esset in Deo physica compositio ex partibus actu distinctis, perfectio absoluta vnus partis re ipsa excluderet perfectionem absolutam alterius compartis: quia pars non distinguitur à comparte solâ perfectione relatiuâ, sed etiam absolutâ; nam ideò exigit vniri comparti, vt perfectionem, quam non habet ex se, accipiat à comparte. Pars autem non exigit accipere à comparte relationem, quia relatio, vt relatio, non ordinatur ad componendum vnū tertium: cum enim relatio opponatur correlationi, non potest ordinari ad componendum vnū cum illâ, quia quæ ordinantur ad componendum, debent sese mutuò perficere in vno tertio, relationes autem oppositæ nequeunt sese mutuò perficere in vno tertio: quia nulla res potest perfici per inclinationem ad oppositum suæ naturæ: sed relatio essentialiter inclinatur ad distinctionem, & oppositionem, non ad vnitatem & compositionem cum suâ correlatione: ergo.

5.  
Nulla compositio oppositarum.

Deducitur, tres relationes personales in Deo nullam facere compositionem, nec inter se, quia cum sint oppositæ, non petunt inter se vniri, sed potiùs realiter distingui; neque cum natura, à qua nullo pacto distinguuntur ex naturâ rei. Et hæc de compositione reali; ratione naturali, & Fide Diuinâ certa sunt, & definita in *Concil. Lateran.* vt refertur *cap. Firmiter, de summ. Trinit.* Non nihil controuersie habet compositio rationis, an ea locum habeat in Deo: hæc duplex; altera, quæ coalescit ex rationibus Diuinis; altera ex ratione communi Deo & creaturis; nunc de priore.

7.  
1. Sentent.

PRIMA sententia concedit in Deo compositionem rationis, consurgentem ex diuersis rationibus obiectiuis: *S. Thom. in 1. dist. 24. quæst. 1. art. 2. ad 4. & dist. 25. art. 1. ad 2. Bonau. dist. 34. art. 1. quæst. 1. Argem. dist. 8. quæst. 1. art. 1. ad 5. & art. 3. Ferrariens. 1. cont. Gent. c. 58. Gills. lib. 2. tra. 4. c. 14. Vasquez 1. p. dist. 121. c. 3. Suarez de Deo lib. 1. cap. 4. Prob. 1. ad compositionem rationis nil aliud requiritur, quàm mentalis multiplicitas rationum cum obiectiua vnione earundem inter se: concipienda enim est ad instar compositionis realis; ad quam sufficit realis multiplicitas extremorum, cum subiectiua vnione inter se: at mentalis multiplicitas rationum, cum obiectiua vnione inter se, attribui potest Deo ex modo concipiendi nostro cum fundamento in re: nam in Deo, ob infinitam eminentiam perfectionis est fundamentum multiplicis conceptibilitatis rationum; & ob summam vnitatem, est fundamentum obiectiuæ vnionis earundem inter se: ergo est fundamentum mentalis compositionis. Confirm. magis recedit à Diuina simplicitate multiplex conceptibilitas perfectionum, quàm mentalis vnio earundem inter se; quia magis hæc accedit ad Diuinam vnitatem, quàm illa ad Diuinam simplicitatem, ergo si datur multiplex conceptibilitas perfectionum, dari etiam poterit mentalis coniunctio earundem*

Prob. 1.

8.  
Confirm.

in vnâ rationem ex illis obiectiuè compositam. 2. sicut in Deo, ob illimitationem perfectionis, est virtualis distinctio, quæ æquipollet diuersis perfectionibus creatis: ita ob summam identitatem est virtualis vnio, quæ æquipollet diuersis compositis creatis. 3. Implicat esse vnū & plura absque compositione: sed in Deo est vna perfectio, respondens adæquatè multis à nobis inadæquatè conceptis: cum ergo omnes istæ sint de intrinseca & adæquata ratione illius, debent omnes concipi vt coalescentes in illam vnâ; atque adeò vt obiectiuè, & ratione illam componentes.

SECUNDA negat in Deo omnem compositionem rationis: *Aureo. in p. dist. 1. quæst. 1. art. 2. & dist. 8. p. 4. dist. art. 1. Capreol. dist. 2. quæst. 3. ad 2. & 4. Argem. Fasoli 1. p. quæst. 3. art. 7. dub. 4.* quia talis compositio importat aliquam imperfectionem in Deo: ergo non est concedenda. Notandum controuersiam non esse, an in Deo concipi possit compositio rationis: sic enim nemo dubitat, posse nos, & de facto eam interdum in Deo concipere; sed, an concipi possit absque vllâ imperfectione repugnante esse Diuino. Pro quo nota, duplicem esse compositionem rationis, vnâ per modum vnionis, connectentis extrema mutuò perfectè condiuisa, secundum rationes obiectiuas, siue per modum plurium coalescentium in vnū tertium, conflatum ex iisdem perfectionibus remanentibus in toto inuicem distinctis, & condiuisis secundum rationem: sicut in quolibet composito reali extrema vnita, manent inuicem realiter distincta; alteram per modum identitatis, perfectè sibi identificantis extrema vnita: siue per modum plurium rationum coalescentium in vnâ perfectam formalitatem, absque vllâ mutuâ distinctione extremorum in toto.

DICO 3. Repugnat Deo compositio primo modo, non 2. iuxta hanc conclus. conciliantur Doctores citati pro vtraque sententia, & Patres, qui interdum compositionem rationis in Deo admittunt, interdum verò negant. *Lege Anselm. in Profolog. cap. 18.* vbi compositionem per intellectum Deo negat: *Nam quæ possunt ab intellectu dissolui, aliena sunt à Deo, quo nihil melius excogitari potest.*

Fundam. prioris: est imperfectio, quam talis compositio essentialiter importat in extremis mentaliter componentibus, scilicet ipsa mutua diuisio partium in toto; siquidem alterutra manet obiectiuè perfectè distincta ab altera; vt exigit realis vnio, ad instar cuius concipienda est mentalis. vnde sequitur perfectiùs concipi totum constitutum ex vtrâque perfectione simul, quàm ex vna tantum. Quæ omnia pugnant cum perfectionibus Diuinis, quæ sicut in se sunt illimitatæ simpliciter, ita contra ipsarum naturam concipiuntur limitatæ ad vnâ tantum perfectionem, excludendo perfectionem tam partis componentis, quàm totius constituti.

DICES, ad compositionem rationis non opus esse, vt extrema componentia se mutuò excludant positiuè, sed tantum negatiuè, non includant. Sed contra; 1. vt constat ex *dist. 3. sect. 7.* eo ipso, quo aliqua ratio non includit obiectiuè aliam, potest de illa affirmari obiectiua exclusio alterius, ac proinde non tantum negatiuè, sed etiam affirmatiuè excludit obiectiuè illam. 2. nequeunt extrema concipi, vt partes componentes, nisi concipiantur se mutuò positiuè excludentia: hoc enim importat totum ex pluribus compositum, vt neutrum componentium includat alterum, cum quo debet componere: alioqui non conciperetur aptum constituere cum illo totum, quod essentialiter fit ex partibus

9.  
Secundò.

10.  
Tertiò.

11.

Fundam.  
potissim.

12.  
Nota.

Compositio  
rationis per  
modum  
vnionis.

13.  
Repugnat  
Deo.

14.

Inuoluit  
imperfectionem  
partium.

15.

Se mutuò  
excludentium  
positiuè.

tibus mutuò distinctis. Confirm. compositum debet esse tale, de quo possit positivè affirmari, quòd neutra pars componens sit totum compositum.

16. *Compositio per modum identitatis nullam in toto.*  
 Posterior pars prob. compositio 2. modo accepta nullam involuit imperfectionem: Non in toto: quia in hac sententia, totum non concipitur coalescere per unionem plurium obiectivè distinctorum, sed per identitatem plurium conceptuum, in vnam simplicissimam formalitatem coalescentium; posterior enim conceptus additus priori, non componit propriè cum illo, quia non manet obiectivè distinctus ab illo, sed inclusus obiectivè in illo, & tantum explicat, quod prior implicite dicebat: Neque in rationibus componentibus, quia neutra ratio componens excludit aliam, sed potius sese mutuò includunt. Est enim compositio hæc per modum expliciti & impliciti, seu inclusi & includentis, ad cum ferè modum, quo ratio substantiæ componit cum ente, quarum neutra ratio excludit aliam, sed illam implicite involuit. Neque in toto, ratio entis & perfectitatis manent inuicem condivisæ, ne quidem per rationem: sed illæ statim coalescunt in vnam entitatem indivisibilem, conceptibilem tantum per conceptus inadæquatos, quorum vnus explicat, quod alter implicite tantum significat.

17. *DICES:* aliquam compositionem dicere debet compositum ex rationibus Divinis obiectivè componentibus, quam non dicit Deus in se ipso: at in hac sententia nullam dicit. Resp. neg. minor. dicit enim compositionem ex rationibus sese mutuò implicite includentibus, quarum neutra in toto manet perfecte condivisa ab altera, sed inclusa implicite in altera: Deus autem in se ipso non dicit nisi vnam indivisibilem entitatem, continentem omnem perfectionem possibilem.

18. *Obijcies 1.* Saltem personæ Divinæ componi possunt ex duabus rationibus, quarum vna perfecte excludat aliam: abstrahibilis enim est à Divinis personis ratio communis perfecte præcisa, ex qua & tali personalitate componibilis est obiectivè quælibet persona Divina: nam vna non includit alias, sed ab illis perfecte distinguitur: ergo ratio communis non potest implicite involvere rationes particulares singularum. Resp. neg. assumpt. etenim nulla ratio Divina perfecte & univocè præciscit ab inferioribus, sed tantum imperfectè & analogicè: quæ præcisio non sat est ad compositionem metaphysicam, vt patet in ente, quod quia non perfecte & univocè præciscit ab inferioribus, non componit metaphysicè cum illis. Ratio: quælibet ratio Divina, vt sic, essentialiter dicit illimitationem, atque adèò implicite includit rationes, à quibus abstrahitur, & vicissim includitur in illis.

19. *Obijcies 2.* Multæ de Deo formantur propositiones denominatiuæ, vt Deus est sapiens, Deus est iustus &c. Sed istæ necessariò supponunt obiectivam compositionem prædicati cum subiecto: nam affirmare vnum de alio, est vnum mentaliter componere cum alio: ergo. Resp. dist. Minor. supponunt compositionem per modum expliciti & impliciti, seu includentis & inclusi, concedo: supponunt aliam maiorem, nego; quia vt prædicatio sit formalis, debet prædicatum implicite includi in subiecto, & solum ab eo distingui per explicitum & implicitum, seu inclusum & includens.

20. *Ad 1. primæ, neg. minor.* loquendo de unione obiectiva secundum perfectam condivisionem vnitorum. ad prob. nego in Deo esse fundamentum talis unionis, sicut est obiectivæ multiplicatis. Non enim in Deo est virtualis compositio, sicut est virtualis distinctio: quia multiplicitas rationum solum

se tenet ex parte nostri intellectus, supposita tantum ex parte Dei eminentiâ Divinæ perfectionis: vnio earundem inter sese tenet ex parte vnitorum, non vnientis tantum; dum concipi debent per modum partium positivè sese excludentium. Vnde *Capreolus*: *Dicit, inquit, potest Deus multiplex, non tamen compositus secundum rationem: & causam assignat: quia illæ rationes non componuntur ad invicem in Deo, nec in intellectu; cum non habeant unionem in intellectu ad invicem, nec in Deo sint subiectivæ.* Ad 2. nego anteced. nam multiplicitas conceptionum solum se tenet ex parte nostri intellectus concipientis multiplici conceptu, quod in se est vnum: unio verò redundat in imperfectionem vnitorum. Nec refert, quòd vnio magis accedat ad unitatem, quàm multiplicitas ad simplicitatem: nam si loquamur de multiplicitate & unione subiectiva, vtraque repugnat Deo; si de obiectiva, potest vna attribui Deo sine imperfectione, sine quâ non potest attribui altera. Ad 3. virtualis distinctio nullam dicit imperfectionem, neque in Deo, neque in perfectionibus distinctè à nobis conceptis: virtualis vnio imperfectionem importat in perfectionibus mentaliter vnientis. Ad ult. implicat esse vnum & plura absque compositione per rationes explicitas & implicitas, seu includentes & inclusas, concedo, per rationes sese obiectivè excludentes, nego.

## SECTIO II.

### An Deus venire possit in compositionem cum creatura?

**C**ompositio, vna Physica, ex materia & forma, ex subiecto & accidente, ex supposito & natura, ex essentia & existentia; altera Metaphysica, ex genere & differentia. Deum venire non posse in compositionem physicam naturaliter cum creaturâ, euidentiæ ratio est, quia quod hoc modo venit in compositionem cum aliquo, intrinsecè ordinatur ad illud: at evidens est, Deum non posse intrinsecè ordinari ad creaturas, cum sit omnino independens à creaturis: ordinatio enim dependentiam importat, & commensurationem ad illud, ad quod ordinatur. Est igitur quæstio 1. an saltem liberè & gratuitò Deus venire possit in aliquam physicam compositionem cum creaturâ.

**DICO 1.** Implicat Deum venire in compositionem cum forma, vel cum materia. Fundam. vtraque compositio evidentem arguit imperfectionem in extremis componentibus. Etenim munus materiæ est, esse subiectum formæ, ab eaque informari & actuari: munus verò formæ, esse actum materiæ, & formale principium operationum immanentium. Implicat autem, Deum, vel actuari & informari à forma, vel actuare & informare materiam, aut esse formale principium immanentium operationum, nam hæc omnia involuunt mutationem & perfectibilitatem, quæ in Deum, purissimum actum, cadere non possunt. Confirm. nulla substantia completa venire potest in compositionem cum materia, aut cum forma; hæc enim est ordinata ad faciendum vnum per se; quod non fit, nisi ex substantijs incompletis: at Deus est substantia completissima.

**DICO 2.** Implicat, Deum venire posse in compositionem cum accidente. Fundam. talis compositio non fit, nisi medio accidente actuante, & informanti: implicat autem, Deum actuari & informari ab accidente: ergo.

**DICO 3.**

27. Etiam cum  
essentiâ  
creatâ con-  
tra Thomi-  
stas;

DICO 3. Implicat. Deum componere vnum existens cum essentia creata: est contra Thomistas asserentes, humanam naturam in supposito non modo subsistere, sed etiam existere existentiam increatam Verbi. Fundam. nostræ concl. nulla essentia creata existere potest existentiam à se distinctam: cum enim formalis effectus existentiam, sit ponere rem extra suas causas; implicat autem poni rem extra suas causas, per existentiam à se distinctam; nam hoc ipso, quod intelligitur res in actu intelligitur extra suas causas: intelligitur autem res in actu, hoc ipso, quod ex potentia obiectiua transit in subiectiuam. ergo hoc ipso, quod essentia creata de esse potenciali transit ad esse actuale, sit extra suas causas, ac proinde existens: atqui non solum ad esse actuale transit existentia, sed etiam essentia; alioqui non fieret, nisi sola existentia, quæ per aduers. est tantum modus essentiam. Hoc autem falsum est: aliàs essentia in actu, & in potentiam non distinguerentur, nisi solâ existentiam. Vnde essentia ipsa in potentiam esset immediatum subiectum existentiam, & materia, quæ per aduers. existit existentiam formæ, in priori naturam, in quo præsupponitur ad existentiam formæ, vt causa sustentatiua illius, sustentaret illam per essentiam nondum in actu, quia nondum intelligeretur actuata existentiam formæ. Implicat autem, essentiam in potentiam, vt in potentiam, causare aliquid reale: cuiusmodi est realis sustentatio formæ.

28. Et natura  
Diuina cū  
supposito  
creato;

DICO 4. Implicat naturam increatam componere cum supposito creato; non tamen suppositum increatum cum natura creata. Posterior pars est de fide, vt constat in mysterio Incarnationis: quia in ea compositione nulla interuenit ex parte suppositi imperfectio, vt suo loco. Fundam. prioris triplex: 1. suppositum creatum est modus: modus nequit, nisi propriam naturam terminare: nequit igitur terminare Diuinam; 2. nequit natura suppositata proprio supposito vltiùs suppositari alieno, vt de Incarnat. prob. ergo nequit natura increata suppositata proprio supposito, suppositari alieno; quia nulla natura quamdiu suppositatur supposito proprio, suppositari potest alieno: implicat autem, naturam increatam desinere suppositari supposito proprio, ergo implicat suppositari alieno. 3. sicut suppositare, est communicare aliquam perfectionem suppositato: ita suppositari, est recipere aliquam perfectionem à suppositante: igitur si natura Diuina suppositari posset à supposito creato, aliquam posset ab eo perfectionem recipere, quod implicat.

29. Et vno in  
ratione vi-  
ta;

Deducitur 1. Non posse Deum vniri cum creatura in ratione vitæ; quia hæc importat formale principium operationum vitalium: implicat, Deum esse id; hoc enim est illas in se ipso producere, ipsæque mediantibus obiecta percipere: quod manifestam arguit mutationem in principio vitæ; ergo, à fortiori constat neque Deum vniri posse cum creatura in ratione sapientiam, aut iustitiam, vel alterius virtutis moralis; cum huiusmodi perfectiones sint actus vitales in Deo; actus autem vitales vnus suppositi nequeant communicari alteri supposito. 2. Non repugnare Deo compositionem in ratione causæ efficientis cum causis creatis: quia hæc, cum sit extrinseca, nullam arguit mutationem intrinsecam in principijs componentibus, sed solam subordinationem causæ inferioris ad superiorem. Vnde Deus sine vlla sui imperfectio, vt causa prima componit vnum principium cum qualibet causa 2. in ordine ad effectum producendum. Hinc fit, vt neque Deo repugnet compositio in ratione intellectiui & intelligibilis: quo pacto Diuina essentia, vt species intelligibilis sui, & creaturarum,

30. Non in ra-  
tione causa  
efficientis.

componere potest cum intellectu creato vnum intrinsecum principium intellectiuum; quia hæc compositio est in genere causæ efficientis: intelligibile enim efficienter complet intellectiuum in ordine ad intellectionem producendam. Nec refert, quod intelligibile denominetur passiuè intelligi ab intellectione; quia hæc passiuua intelligibilitas, nullam requirit potentiam passiuam physicam in obiecto intelligibili, sed tantum extrinsecam terminabilitatem, quæ appellari solet potentia passiuua grammaticalis; quia intellectio, à qua denominatur obiectum passiuè intellectum, non recipitur in obiecto intellecto, sed in potentia intellectiua, & solum extrinsecè terminatur ad obiectum intelligibile.

Hæc de compositione physica, certa apud Catholicos. Superest de Metaphysica controuersia.

PRIMA sententia Gregorij in 1. dist. 8. quest. 3. art. 2. Rubio. quest. 1. art. 1. & 3. Marsil. quest. 12. art. 2. Maior. quest. 2. Gabriel. quest. 1. Bacco. quest. vn. art. 2. & 3. & dist. 9. quest. vn. Holch. quest. 6. concl. 3. qui ad minimum affirmant, Deum esse in prædicamento substantiam, & relationis; alij etiam actionis: Rubio verò etiam passionis, quando, vbi; quin & Verbum in prædic. habere, ratione humanitatis assumptæ. Fundam. aliqua prædicamenta omni proprietate dicuntur de Deo, velut substantiam, relationis, actionis: Deus est substantia, nec non relatiua, cum verè Pater sit ad Filium, Filius ad Patrem, & vterque ad Spiritum S. Deus etiã verè agit producendo personas Diuinas: ergo verè, & propriè est in prædicamento substantiam, relationis, actionis; nam esse in prædic. nihil aliud dicit, quàm esse id, de quo verè, & propriè dicatur res ipsa prædicamenti, vt homo dicitur esse in prædicamento substantiam, quia de ipso verè & propriè dicitur prædicamentum substantiam. Anteced. prob. alioqui nullum esset discrimen inter ea, quæ de Deo propriè & metaphoricè dicuntur. Confirm. de quocumque prædicatur aliquid in quid, quod commune est alijs differentibus specie, id collocatur sub tali prædicabili, vt species sub genere: at multa prædicantur de Deo in quid, quæ communia sunt multis differentibus specie. nam substantia & spiritus prædicantur de Deo in quid, eaque communia sunt creaturis, specie inter se, & à Deo differentibus. 2. August. lib. 5. de Trinit. cap. 8. & 10. docet, aliqua prædicamenta propriè, alia translata de Deo dici: Damasc. in sua introduct. c. 8. affirmat, Deum contineri sub summo genere substantiam, non minùs, quàm angelum, animam, dæmonem, & lib. 3. Fidei c. 4. Deum appellat Speciem.

31. Metaphys.  
composit. ex  
genera &  
differentiâ  
affirmans.

Fundam.

33. Confirm.  
ex deus. ge-  
neris;

Patib.

34. Negant ve-  
rius procul-  
dubio;

Censura.

35.

Statu qu.

SECUNDA sententia negans, est Magistrj & reliq. Scholast. in 1. dist. 8. S. Thom. 1. p. q. 3. art. 5. & omnium interp. Quæ procul dubio est rationi conformior: quam passim docent Patres, Ansel. in Monol. c. 26. Bernard. epist. ad Fratres de mon. Aug. qui lib. de cognit. vera vita c. 3. aperte affirmat, nullum prædicamentum de Deo propriè dici. Quin opposita sententia, referente Rubio. cit. art. 4. fuit vt error in Fide damnata: vnde nonnulli recent. eam in Fide periculosam esse censerent. Ego cum Molina 1. p. quest. 3. art. 5. sicut falsam puto, ita nulli censuræ subijciendam censeo. Nota præsentem controuers. non esse, an Deus sit sub genere aliquo analogo; hoc enim à nemine negari potest: quod inde patet, quia cum de Deo & creaturis aliqua prædicentur, & non tantum æquiuocè, aut secundum vocem, ad minimum prædicari debent aliquam ratione analogam, quæ proportionaliter cõueniat Deo & creaturis: sed tantum controuersiam esse, an Deus sit sub genere aliquo vniuoco: nam hoc tantum est aptum simul cum

cum differentia componere essentiam metaphys. ratio enim analogica cum non præscindat ab inferioribus analogatis, sed ea omnia implicite inuoluat; non est apta componere metaphys. essentiam, quæ saltem ex duobus conceptibus perfecte præcis constare debet.

36.  
Deus non  
continetur  
sub genere  
vniuoco,

DICO 5. Implicat, Deum venire in compositionem Metaphys. cum creaturâ atque ad eò contineri sub genere aliquo vniuoco cum illa. Fundam. talis compositio inuoluit imperfectionem Deo repugnantem; scilicet genus importat conceptum à differentijs perfecte præcisum, ut potè quid potentiale & perfectibile per differentias; & vice versâ, differentia conceptum à genere perfecte abstractum, ut quid actuale & perfectiuum; igitur conceptus vnius excluditur à conceptu alterius: alioquin non possent mutuò componere Metaphys. essentiam, quia hæc non componitur, nisi ex extremis, quorum vnum saltem conceptibiliter excludit alterum: At implicat huiusmodi conceptus in Deo, in quo nullaratio potest admitti, quæ vel obiectiue inuoluat perfectibilitatem & limitationem: quia obiectiue Deo tribui non potest, quod ipsius naturæ repugnat, cuiusmodi est omnis ratio perfectibilis & perfectiuum, contrahibilis & contractiuum: omnes enim istæ rationes tollunt saltem obiectiue actum purum. Confirm. potentialitas obiectiuum, quam inuoluit genus, non fundatur tantum in imperfecto modo concipiendi nostro, sed in ipsa naturâ rei, præbentis intellectui fundamentum huiusmodi potentialitatem concipiendi: scilicet in naturâ generis à parte rei coniunctâ cum vnâ differentiâ, & simul cum priuatione aliarum: animal enim à parte rei in bruto est coniunctum cum irrationalitate, & simul cum negatione rationalitatis, quam rationalitatem habet in homine, ex quo habet intellectus fundamentum concipiendi in homine naturam animalis cum potentiâ ad priuationem rationalitatis, cum quâ de facto est coniuncta in bruto. Implicat autem, concipere in Deo rationem vllam cum potentia ad priuationem Deitatis, cum qua est essentialiter coniuncta. Tale fundam. non præbet ratio analogica, etiam si illa reperitur à parte rei coniuncta cum differentiâ vnius, & negatione alterius, ut ratio entis in substantiâ est coniuncta cum differentiâ perfectitatis & negatione inaleitatis; quia cum ratio analogica non sit simpliciter vna ab inferioribus perfecte præcisâ, sed immediatè dicat inferiora, non præbet intellectui fundamentum concipiendi ipsam cum priuatione omnium differentiarum: quia semper ratio communis concipitur, ut immediatè inuoluens ipsas inferiores. Explicatur magis imperfectio, quam importat genus vniuocum, ex duplici conditione suâ essentiali: Prima, genus prædicamentale abstrahit ab existentiâ, & solum dicit essentias rerum, quæ tantum in prædicamento collocantur; nam obiectum scientiæ ea sunt, quæ abstrahunt ab existentiâ, & solum dicunt essentias: hæc enim tantum sunt necessariæ & æternæ veritatis, quam necessitatem requirit obiectum scientiæ. Repugnat autem, concipere in Deo aliquam rationem abstractam ab existentiâ. Nec refert, si dicas, eam Deum sortiri ex propriâ differentiâ Deitatis: quia saltem Deus non adæquatè constitueretur per esse actuale ac necessarium, sed partim per esse actuale, partim per esse potentiale. Secunda conditio; omne genus prædicam. coarctatur ad aliquam perfectionem, exclusis perfectionibus aliorum prædicam. at nulla ratio in Deo concipi potest coarctata ad vnâ tantum perfectionem, cum exclusione aliarum, cum nulla ratio in Deo

Quia genus est perfectibile ac limitatum,

37.  
Potentiale  
obiectiuum,

Ad priuationem  
Deitatis,

38.  
Abstrahens  
ab existentiâ,

Arctatum  
ad exclusionem  
alterius,

conciipi possit potentialis & perfectibilis per aliam. Ultim. prob. si Deus esset in prædicam. ex eoque metaphysicè componeretur, posset propriâ definitione definiri: consequens est contra August. qui de cognit. vera vita cap. 7. sic scribit: Porro summus Spiritus, sicut à nullo intellectu valet propriè cogitari, ita nulla definitione poterit propriè definiri: & contra Anselm. qui lib. 1. fidei cap. 4. aperte demonstrat, Deum esse indefinibilem. Sequela prob. propria definitio constat ex genere & differentia: igitur si Deus componitur ex genere vniuoco, & differentia propria Deitatis, poterit verè & propriè definiri: cum ad veram & propriam definitionem nil aliud requiratur, quàm genus, quo res definita vniuocè conueniat cum alijs, & differentia, quâ discrepet ab alijs.

Ad fundam. 1. sententiæ, neg. anteced. Non enim prædicamenta omni proprietate, & ratione, quas includunt, dici possunt de Deo: includunt enim potentialitè & limitationem ad certam perfectionem, cum exclusione aliarum, quæ imperfectiones nequeunt de Deo dici; à quibus tamen si illa præscindant, non erunt amplius prædicamenta, sed rationes propriæ Diuinæ, ita ut non conueniant creaturis. Hoc indicant Patres, cum dicunt, Deum non esse substantiam, sed *super substantiam*, ut loquitur Dionys. quem imitantur Damasc. libr. 1. fidei cap. 4. & reliqui. Ad Confirm. conced. maior. quando ea, quæ prædicantur de pluribus differentibus specie, vniuocè prædicantur; secus quando tantum analogicè prædicantur, ut omnia, quæ de Deo prædicantur, & tantum analogicè conueniunt cum rebus prædicam. Ad auctor. Patrum dico, eos intendere discrimen inter ea, quæ tantum metaphoricè, & quæ propriè de Deo dicuntur. Dicuntur autem propriè, & non metaphoricè, etiam si tantum analogicè, & non vniuocè dicantur. Nam etiam analogica conuenientia est propria, quamuis imperfecta: accidens propriè conuenit cum substantiâ in analogâ ratione entis, licet non perfectè; & propter hanc analogâ conuenientiam interdum Patres ad differentiam metaphoricæ prædicationis, affirmant res prædicam. propriè de Deo dici. Ad loca Damasc. Resp. S. Thom. quæst. 7. de potent. art. 3. ad 1. illum accipere genus & speciem non propriè, & in dialectico rigore, sed impropriè & similitudinariè.

Deducitur 1. summam simplicitatem esse propriam Dei, cum nulla sit creatura, quæ aliquam compositionem ex assignatis non admittat. 2. Summæ simplicitati Diuinæ non obstat pluralitas personarum; cum illæ non conueniant ad componendum vnum neque inter se, neque cum natura. 3. Etsi simplicitas de formali importet solam negationem compositionis, ac proinde, ut sic, nullam addat perfectionem: materialiter tamen, & de connotato supponere modum essendi cæteris paribus perfectiorem; quia, cæteris paribus, perfectius est habere totum suum esse in entitate simplici, quàm compositâ; tum quia quò esse est vnitiu, eò est perfectius; tum quia res simplex est totum quod est; non item res composita; quia non est sua pars, nec vna pars compositi est alia. Iuxta hanc considerationem simplicitas in Deo summam arguit perfectionem, quia supponit modum essendi infinite perfectum; scilicet naturam, quæ sine vlla compositione, per summam vnitatem includat infinitas formalitates. Sequitur 4. simplicitatem esse perfectionem simpliciter simplicem: scilicet in quolibet ente melior est ipsa, quàm non ipsa nec cum alijs æqualibus, aut maioribus perfectionibus pugnat.

39.  
Definibile

40.

41.

42.  
Explicatur  
Patris.

43.  
Coroll. 4.

44.

45.

46.

DISPUTATIO VI.

De Immutabilitate Dei.

**Q**UONIAM, vt rectè *Henricus in sum. art. 30.* immutabilitatis causa est simplicitas: nam quod est summè simplex, nullam in se compositionem admittens, oportet vt ipsum sit immutabile; alioqui si posset aliquam mutationem subire: posset aliquam compositionem, quæ ex tali mutatione in subiecto recepta necessariò resultaret, in se ipso admittere: idè post disp. de Simplicitate.

Quæro, an Deus sit immutabilis? Ratio dubitandi est triplex, 1. desumitur ex processionibus Diuinis: nam personæ Diuinæ transeunt à non esse producto ad esse productum; & prima mutatio rei est, transire à non esse ad esse. Anteced. prob. quia, vt Fides docet, Verbum & Spiritus S. realiter producuntur: hoc autem necessariò transit à non esse sui, ad esse sui, quod vi productionis accipit. Confirm. in Patre est realis potentia productiua: ergo in Filio & Spiritu S. est realis potentia passiuæ; nam omnipotentia actiua respondet passiuæ, mediante quâ terminus producendus est aptus terminare actionem producentis. Idem argum. fieri potest de natura Diuinâ, quæ à non esse relatiua Filij & Spiritus S. transit ad esse relatiuum per realem productionem in se receptam. 2. Ducitur ex actibus liberis Diuinæ voluntatis, qui sunt intrinsecæ perfectiones Dei, sed ij potuerunt non esse cum pendeant à libertate operantis: ergo aliquid in Deo est, quod potuit non esse: ergo Deus est mutabilis. Maior prob. Actus liberi sunt vitales actiones, quibus liberum agens ab intrinseco se determinat ad operandum, vel non operandum. 3. Deus in tempore ex non creante fit creator, ex non gubernante gubernator, ex non Domino Dominus: ergo mutatur: quia nequit esse noua denominatione sine nouâ mutatione: ergo si Deus in tempore subit nouam denominationem, quam ab æterno non habuit, debet in ipso fieri aliqua mutatio.

Præsupponenda est natura propriæ mutationis, quæ est transitus ab aliquâ priuatione ad formam, vel à forma ad priuationem intrinsecam mobili: moralis mutatio tantum cernitur in actibus liberis; & in nobis sine physicâ mutatione, quæ de vno actu in alium mutatur, esse non potest: physica est duplex, altera substantialis, cuius terminus est substantia, vel totalis, vt in creatione, annihilatione, & transubstantiatione; vel partialis, vt in generatione & corruptione. Altera accidentalis, quæ dividitur iuxta varietatem accidentium, ad quæ tendit.

DICO 1. Deus est immutabilis quæcumque mutatione physica: est naturali discursu nota sent. *Arist. 8. Physic.* vbi ostendit, Deum esse primum motorem immobilem; & supernat. Fide certa, quam definit *Lateran.* vt refertur c. *Firmiter, de summa Trinit.* & *Scripturæ.* Hæc perfectio immutabilitatis deducitur (vt omnes conueniunt) remotè & mediatè ex ratione essendi à se, tanquam ex radice; Quatuor autem sunt rationes in Deo, ex quibus vt ex proximâ radice posset deduci. 1. est necessitas essendi; 2. actus purus; 3. summa simplicitas; 4. infinitas simpliciter, quæ conuertitur cum summâ perfectione; quia quod est infinitum simpliciter, non modò includit omnem perfectionem pos-

sibilem, sed omnem modum essendi perfectionis possibilis. Aliqui contendunt attributum immutabilitatis, vt ex causa adæquata & proxima, probari tantum ex necessitate essendi; Nam, hac tantum positâ, & qualibet aliâ ratione sublatâ, ponitur immutabilitas: contra verò, omni aliâ positâ, & hâc vnâ tantum sublatâ, tollitur immutabilitas: ergo iuxta regulam *Aristor. in predic. c. de his quæ ad aliquid,* hæc est tantum proxima, & adæquata ratio immutabilitatis: Anteced. prob. implicat, intelligere id, quod est absolutè necessarium, transire de non esse ad esse, aut de esse ad non esse: eo quod summa necessitas non permittit, vt non sit id, quod necesse est esse. Sed mutari nihil aliud est, quàm transire de non esse ad esse, vel de esse ad non esse. Contra verò ratio actus puri, ratio summæ simplicitatis, ratio infinitatis simpliciter, præcisa necessitate essendi, immutabilitatem non inferunt, sed in quantum includunt necessitatem essendi, quæ seclusa, illam non inferrent: ergo non ratione sui præcisè, sed ratione summæ necessitatis, quam includunt, illam inferunt.

Alij contendunt, ex sola infinitate simpliciter id posse proximè ostendi, quia quod est infinitum simpliciter, est omni ex parte perfectum, atque ad eò incapax accrementi, vel decrementi perfectionis: implicat enim concipere, vel infinito in totâ latitudine entis possibilis addi, vel summè perfecto deminutionem ullam.

Ego censeo, ex quâlibet ratione ex assignatis optimè inferri, vt ex proxima & immediata radice, perfectionem immutabilitatis. Non enim repugnat, eandem perfectionem deduci ex pluribus, quarum singulæ sint sufficientes, nulla adæquata: Assertio est *S. Bonau. in 1. dist. 8. p. 1. dist. art. 2. quest. 1. S. Thom. cu. quest. 1. Scoti quest. 5. S. huius exclusiua, Rich. art. 2. quest. 1. Capreoli quest. 3. post 1. conclus. Durandi quest. 3. Henrici in sum. art. 30. & c. Prob. 1. ex August. lib. 6. de Trin. c. 6. vbi, sicut ex compositione probat, omnem creaturam esse mutabilem; ita ex simplicitate probat, solum Deum esse immutabilem. Nihil enim, inquit, simplex mutabile est.*

Prob. 2. ratione, & 1. quod ex actu puro, vt ex proxima radice, immediatè inferatur immutabilitas: Actus purus ex sua formali & præcisa ratione negat omnem potentialitatem; ex ipso explicito conceptu actus puri, qui consummatur in formali exclusione omnis potentialitatis; quæ sola opponitur perfectioni, quam actus purus dicit, depurata ab omni imperfectione: ergo illa est immediata causa & proxima radix immutabilitatis, scilicet negatio omnis potentialitatis; sicut proxima radix mutabilitatis est ipsa potentialitas: nam proxima causa, cur repugnet subiectum mutari, est ipsa repugnantia seu incapacitas ad mutationem, quam incapacitatem formaliter importat exclusio ipsa totius potentialitatis. Confirm. ea censenda est proxima causa effectûs, inter quem & causam nulla intercedit proximior: sed inter negationem totius potentialitatis & immutabilitatem, nulla intercedit ratio proximior: sicut inter mutationem & potentialitatem nulla intercedit proximior causa, cum nulla fingi possit proximior, quàm quæ inter actum & potentiam immediatè receptiuam concipitur: cum talis illatio procedat ex negatione potentia proximè receptiua, ad negationem actus proximè receptibilis.

DICES, mediate necessitatem essendi, quæ si ab actu puro præcindatur, non erit radix immutabilitatis; ea verò subintellecta statim infert immutabilitatem: igitur, actus purus immutabilitatem non infert

1. Rationes dubis. 1.

2. Secunda.

3. Tertia.

4. Mutatio

Moralis;

Physica

5. Non cadit in Deum.

6. Immutabilitatis radices proximæ 4.

7.

8.

9. Necessitas essendi.

10. Abus purus radix immutab.

Sicut mutabilitatis potentialitas.

11.

12.

13.  
Ergo non intelligatur necessitas essendi.

infert ratione sui, sed necessitatis essendi, quam includit. Sed contra; Immutabilitas est incapacitas & repugnantia ad quamcumque mutationem: actus purus, etiam præcisus & non considerata necessitate essendi, est incapacitas & repugnantia ad omnem mutationem, quam formaliter importat negatio omnis potentialitatis: ergo intellecta sola ratione actus puri, & non considerata necessitate essendi, infertur immutabilitas. Quia si ex ratione actus puri præcisè non sequeretur ipsa, posset concipi ratio actus puri cum mutabilitate: nam cum ea tantum ratione nequit alia ratio concipi, cum qua habet immediatam oppositionem, & cuius explicitus conceptus destruit explicitum conceptum alterius; cum tales rationes ita existant præcisæ in mente, sicut existerent præcisæ à parte rei; Ergo si ex præcisâ ratione actus puri non inferretur immutabilitas, posset ratio actus puri mentaliter consistere cum mutabilitate, quia tunc mutabilitas non destrueret immediatè rationem actus puri, sed solam necessitatem essendi, quæ cum actu puro non expressè conciperetur. Implicat autem concipere rationem actus puri cum mutabilitate: nam actus purus in suâ explicitâ ratione, negat omnem potentialitatem: mutabilitas in suâ explicitâ ratione dicit aliquam potentialitatem: igitur implicat, explicitam rationem unius mentaliter, & obiectivè consistere cum explicitâ ratione alterius.

14.  
Summa simplicitas;

Probo 2. immutabilitatem, ut ex proxima radice inferri ex summa simplicitate: Summa simplicitas, etiam præcisâ necessitate essendi, explicitè negat omnem compositionem: alioqui non esset summa si non negaret omnem: Sed omnis mutabilitas explicitè importat potentiam ad aliquam compositionem: quia mutabilitas dicit explicitum respectum ad mutationem: mutatio autem nequit concipi sine aliqua compositione: omne enim quod mutatur; necessariò componit cum ipsa mutatione; ergo ex summâ simplicitate proximè inferitur immutabilitas: nam ex eâ ratione proximè pullulat cuius explicitum conceptum destruit mutabilitas.

15.  
Infinitas essendi.

3. Quod ex infinitate essendi simpliciter immediatè inferatur immutabilitas, sic probo: Infinitas essendi simpliciter negat omnem terminum perfectionis possibilis ex suo conceptu explicito: ergo vi huius Deus non solum est incapax cuiuscumque accrementi perfectionis, quam posset per mutationem acquirere, sed etiam cuiuscumque decrementi perfectionis, quam habet. Infinitas enim essendi simpliciter explicitè negat omnem terminum perfectionis, ratione cuius Deus est incapax accrementi perfectionis; sed si posset esse capax decrementi eius perfectionis, quam habet, eo ipso fieret capax accrementi eiusdem quam amitteret. Nam amittendo aliquam perfectionem, non amitteret capacitatem ad illam: ergo ex eadem radice, quâ Deus est incapax accrementi perfectionis, est etiam incapax decrementi eiusdem.

16.  
Mutatio moralis,

Dico 2. Deus est immutabilis quacumque mutatione morali: intelligi potest hæc mutatio moralis, vno modo per physicam mutationem actus, quo pacto nos moraliter mutamur ex vno actu in alium: & hoc sensu assertio demonstrata manet ex præcedente. Alio modo sine vllâ physicâ mutatione actus, per solam mutationem obiecti voliti: nam posito, quod Deus potest velle & non velle, quodcumque obiectum creatum sine physica mutatione sui actus, ut infra, difficultas insurgit, an Deus possit quod semel voluit liberè,

17.  
Obiecti voliti,

non velle; ratio dubitand. ex hâc mutatione nulla nova perfectio accrescit Deo, nec aliquid demitur de antiquâ, sed solum mutatio fit in obiecto volito, ut quod ex vi prioris actus erat futurum, ex vi posterioris desinat esse futurum. *Gililius lib. 2. tract. 8. cap. 10.* putat ex hac præcisâ ratione, nisi alia circumstantia admisceatur, nullam fore imperfectionem in Deo, si, quod semel voluit, desinat velle. Quod etiam docuerunt aliqui *Scotista, infra cit. cum de actib. Divina volun.* Verum etiam hoc sensu assertio vera, & omninò sequenda. Fundam. præcisâ omni aliâ imperfectione, sufficiens imperfectio foret diuinæ prudentiæ, constantiæque repugnans, ipsa liberi actus mutatio; cum nulla posset Deo nova ratio occurrere, quam antea non prævidisset, ob quam prudenter posset priorem actum mutare. Vnde longè dispar est ratio in nobis, qui, quoniam non omnia à principio prævidemus, prudenter possumus priorem actum in melius mutare.

DICES. Etiam Deus posset priorem actum vel in melius, vel faltem ad exercendam suam libertatem mutare: ergo ex hoc capite non incurreret vitium imprudentiæ vel inconstantiæ. Sed contra; tunc potest quis absque vitio imprudentiæ suum actum in melius mutare, quando ratio, ob quam mutat, aut non fuit prævisa, aut non attentè considerata: Deus autem omnia & singula ab æterno prævidit, & attentissimè circumspexit. Neque solum exercitium libertatis sufficiens est ad evitandum vitium imprudentiæ, aut inconstantiæ, quia tale exercitium semper debet esse coniunctum cum regula prudentiæ, cui non debet libertas præiudicare.

Ad 1. rationem dubit. dist. anteced. transeunt personæ Diuinæ à non esse producto ad esse productum toto suo esse essentiali, nego; quia non transeunt secundum esse absolutum, quod essentialè est Diuinis personis: transeunt secundum esse relatiuum, & subdistinguit, transeunt cum indifferentiâ ad esse & non esse, nego: transeunt cum omnimodâ necessitate & determinatione ad esse, concedo. Ergo mutantur, nego consequentum quia mutatio est transitus à non esse distinctum à mobili: personæ autem diuinæ procedentes, etsi distinguantur à producentibus; non tamen distinguuntur à naturâ, in quâ subsistunt. Tum quia mutatio importat transitum formæ, cum antecedente indifferentiâ ad esse & non esse. Personæ diuinæ producuntur cum omnimodâ determinatione ad esse, quia producuntur cum summâ necessitate, cum quâ existit natura, quæ essentialiter postulat personas productas ob sui fecunditatem. Vnde neque etiam dici possunt transire à non esse relatiuo ad esse relatiuum, sed tantum produci secundum esse relatiuum; quia transire à non esse, denotat transitum ex nihilo sui: Diuinæ autem processiones, ut rectè *Scotus in 1. dist. 5. quest. 2.* ad argum. non habent terminum ex quo transeunt, sed solum principium, à quo emanant. Quapropter non dicuntur transire ex non esse sui, sed emanare de substantiâ producentis: quia id tantum dicitur transire ex non esse ad esse, quod, quantum est de se, potuit non esse.

DICES. Licet personæ Diuinæ procedentes non potuerint simpliciter non esse, tamen consideratæ ex se, sicut à se non sunt, sed ab alio, ita ex se non necessariò sunt, sed necessariò tantum ab alio. Resp. cum *Aurco. in 1. dist. 8. p. 2. ar. 2.* personas diuinæ procedentes ex se necessariò esse formaliter, quamvis non sint à se productivæ. Non repugnat autem esse ex se necessariò formaliter, & ab alio productivæ, quia

16.

Prudentiæ Dei, cōiūctiō.

17.

Omnis scientiæ repugnat.

18.

Persona diuinæ non mutantur à non esse.

19.

Sunt ab alio productivæ, ex se necessariò.

quia potest esse aliqua ratio, quæ essentialiter potest esse, & tamen ab alio.

20. Instabis: quod non est à se, sed ab alio, nequit ex se sibi determinare esse formaliter; quia ut determinet ex se sibi esse formaliter, oportet ut sit, quia prius res est, quam determinet sibi ex se formaliter esse. Ergo quod accipit ab alio esse, nequit ex se sibi determinare formaliter esse. Resp. neg. assumpt. ad prob. dist. 10, oportet ut sit, vel in se vel in potentia, productiuam sui: sufficit autem, ut esse relatiuum personæ procedentis sit in potentia actiuam producentis, ut in eâ sibi determinet formaliter esse necessarium.

21. Ad confirm. nego conseq. ad prob. concedo antec. de potentia actiuam factiuam, nego de potentia actiuam purè productiuam: quia factiuam habet pro termino aliquid distinctum ab ipsa natura producentis, quod vel educitur ex eadem naturam producentis, vel ab illâ realiter distinctum, debet passiuè terminare actionem agentis; Potentia verò purè productiuam, qualis est Diuina productiuam, ad intra, non habet terminum distinctum à naturam producentis, sed est idem omninò cum illâ: Vnde neque ex eâ deducitur, nec debet passiuè terminare originem producentis, quia productio non distinguitur à termino producto.

22. Urgebis, saltem illi respondet potentia producibilis in termino ipso, qui producitur, quia quod producitur, possibile est produci: ergo saltem istam potentiam dici potest persona procedens transire ab esse producibili, seu potentiali ad esse productum, seu actualem; Resp. cum S. Tho. 1. p. q. 41. art. 4. & Scoto cit. in personis procedentibus dari potentiam producibilem, prout hæc dicit solam non repugnantiam cum esse, quo pacto dicimus possibile est Deum esse; non autem prout dicit indifferentiam ad esse & non esse: & consequenter ex hoc capite non repugnaret ista propositio: persona procedens transit ab esse producibili ad esse productum: repugnat tamen ex alio capite, tum quia verbum transire, vi suæ primariæ notionis importat antecedentem indifferentiam ad esse, & non esse eius termini, qui transit. Vnde multò minùs dici potest: persona Diuina transit ab esse potentiali ad esse actualem: quia hoc expressius significatur per *in potentiale*; cum persona procedens non contineatur in producente per indifferentiam ad vtrumlibet, sed per omnimodam determinationem ad esse: tum maximè, quia procedens, actu, non potentiam continetur secundum esse formale in producente; quia actu, non potentiam continetur secundum esse essentialè sui, quod est esse absolutum naturæ, quæ dat esse formale omnibus personis. cum igitur esse absolutum naturæ sit esse formale atque essentialè personæ procedentis, & secundum hoc esse, actu, non potentiam contineatur in producente; non poterit absolute dici, quòd procedens transeat ab esse potentiali ad esse actualem. Eodem modo soluitur argum. de natura diuina, quæ nec propriè transit à non esse relatiuum personæ procedentis, ad esse relatiuum eiusdem; nec illud recipit per potentiam passiuam, sed per omnimodam identificationem.

23. Ad 2. rationem dubit. disting. maior. nam actus liberi diuinæ voluntatis solùm potuerunt non esse, quoad connotatum extrinsecum, ad actum liberum essentialiter requisitum; non quoad aliquid intrinsecum, ut infra.

24. Ad 3. nego conseq. ad probat. disting. anteced. nulla potest esse noua denominatio, sine noua mutatione in aliquo saltem extremo. Dicitur Deus in tempore de nouo Creator, Gubernator, Dominus, non per mutationem sui, sed creaturæ, à quâ ex-

trinsecè dicitur, scilicet à creatione, gubernatione, dependentiam existente in creaturam. Verùm si Creator, Gubernator, Dominus, non sumatur formaliter & denominatiuè, sed fundamentaliter; tunc dico, dici Creatorem, Gubernatorem, Dominum, ab intrinseca potestate creandi, gubernandi, dominandi, quam potestatem uti non acquirit in tempore, ita nec in tempore incipit denominari fundamentaliter talis, sed ab æterno.

Deducitur, Immutabilitatem de formali importare negationem mutationis; de materiali & connotato, perfectissimum modum essendi, soli Deo competentem: quippe cum nulla creatura possibilis sit, cui præter potentialitatem à non esse ad esse, & ab esse ad non esse, aliqua non competat mutabilitas, vel in esse substantiali, ut substantijs incompletis; vel in esse accidentali; & hoc siue quoad accidentia conaturalia, à quibus pendet omnis substantia creata; siue quoad accidentia supernaturalia, ad quæ eleuari potest omne ens creatum sustentatiuum: vel in aliquam componibilitatem, ut accidentibus, & modis omnibus, quibus competit componibilitas cum substantia, aut fundamento. Vnde quòd creatura magis recedit à Deo, eò est potentialior & mutabilior; quòd verò magis ad Deum appropinquat, eò est actualior & immutabilior. Vnde, quia materia prima maximè omnium distat à Deo, est omnium mutabilissima, quin & subiectum primum totius sub-lunaris mutationis; Angeli contra, quia inter cæteras res creatas proximè accedunt ad Deum, sunt inter omnes creaturas, immutabiliores.

25. Immutatio perfectiorem Dei connotat.

## DISPUTATIO VII

### De Æternitate Dei.

IMMUTABILITATEM sequitur Æternitas, per Scholasticos, quod enim est immutabile, nec incipere nec desinere potest, sed semper sibi ipsi uniformiter perseverans, nullis clausum durationis limitibus, perenniter durat. Quocirca Patres Æternitatem cum Immutabilitate sæpè confundunt, ut apud Augustinum 4. de Trinitate cap. 18. sine; Vera, inquit, immortalitas, vera incorruptibilitas, vera incommutabilitas ipsa est Æternitas. Verum facile constabit discrimen inter vtrumque.

## SECTIO PRIMÀ.

### Quid sit Æternitas?

Certum Fidei dogma est, Deum esse æternum, definitum in Concil. Later. cap. Firmiter, de summ. Trinit. & scripturis: ratio euidenter ostendit: quod necessariò est, & à nullo in suo esse dependens, ortum & interitum sui habere non potest. Hoc posito, inquirimus 1. quid sit æternitas? definitio recepta est Boetij 5. de consol. prosa ult. Æternitas est interminabilis vita tota simul & perfecta possessio.

Ponitur possessio pro duratione, in quâ æternitas analogicè conuenit cum durationibus creatis: est enim æternitas, ætas propria Dei, quâ eius beatissima vita mensuratur; sicut duratio creata est propria mensura, quâ rei creatæ esse mensuratur. Exprimitur nomine possessionis, quia esse, duratione possidetur: possessio enim, teste S. Thom. 1. part. quest. 10. art. 1. ad ultim. quietem & firmitatem rei possessæ importat. Ad denotandam igitur hanc rei

1.

2. Æternitas est possessio seu duratio.



stabilitatem & quietem, quam duratio importat, vsus est auctor nomine possessionis. Dices; tempus, quod sub duratione conuenitur, quietem & stabilitatem non importat, sed successionem & fluxum; ergo non quæuis duratio quietem & stabilitatem rei durantis importat. Resp. quod quies & stabilitas à duratione importata explicanda non est pro re, quæ tota simul indiuisibiliter existit, sed pro re, quæ non interrupte existit, quopædo etiam tempus, dum a suo fluxu & successione non interruptitur, uniformitatem quandam & quietem, non quidem permanentiæ, sed non interruptionis sui esse seruat.

3. *Tota simul.* Dicitur *tota simul*: quæ particula æternitas contrahitur ad durationem indiuisibilem, discrimina-  
turque à diuisibili & successiuâ temporis: quia hæc nunquam manet eadem, sed successiuè variatur, per diuersas continui partes. Dicitur *tota*, vt *S. Thom. citat. ad 3.* notat, non quod habeat partes, sed quia nihil illi deest: Totalitas enim, teste *Aegidius in 1. dist. 8. part. 2. quæst. 1. ad 4.* dicitur per comparisonem ad partes, non quas habet, sed quibus priuat.

4. *Es perfecta.* Dicitur *perfecta*: ad denotandam propriam differentiationem, quæ æternitas discriminatur à cæteris durationibus creatis. Nulla quippe creata duratio est simpliciter perfecta, quia licet sit indiuisibilis & tota simul, vt *Æuum*, non est tamen simpliciter perfecta; quia æuum non mensurat vitam actualem Angeli, sed solam substantiam ipsius: vita enim actualis Angeli, cum consistat in operationibus vitæ intellectus & uoluntatis, quæ permanentes non sunt, sed sibi succedentes, nequeunt mensurari æuo, quo mensuratur substantia Angeli: æternitas verò non mensurat solum substantiam Dei, sed omnes vitales operationes ipsius, quia omnes indiuisibiles sunt & permanentes: ac proinde eadem æternitas mensurat vitam radicalem, & actualem Dei. Duratio autem eò est perfectior, quod perfectius esse mensurat: quæ de causa in definitione æternitatis pro subiecto mensurabili non est positum esse, aut Substantia, sed Vita, quæ accipitur etiam pro actuali.

5. *Interminabilis uita.* Dicitur *interminabilis uita*: quod importat actualem & potentialem negationem termini: interminabile enim est, quod terminari non potest: & uita Dei repugnat habere terminum sui ortus & interitus, non autem creaturæ; quæ etiam ab æterno condita neget actualem terminum durationis, principij & finis, non tamen negat potentialem, quo uel potuit non incipere, uel poterit desinere. igitur æternitas Dei discriminatur à duratione creatâ, ex negatione termini, & ex perfectione esse quod mensurat. Prior differentia est magis propria æternitatis, quam exprimit nomen ipsam; æternitas enim, teste *S. Thom. in 1. dist. 8. q. 2. art. 1. est quasi ens extra terminos.*

Infertur 1. in æternitate nullas esse differentias præteriti & futuri, quod rectè notat *Plato in Timæo, & post ipsum Patres*; & ratio demonstrat: quia præteritum dicit rem non esse, sed fuisse: futurum contra, dicit rem nondum esse, sed futuram esse. In Deo autem cum nihil possit desinere, aut incipere, nil præteritum, aut futurum esse potest, sed quidquid est, semper sibi præsens est. Vnde Patres æternitatem uocant *ÆVNC STANS*, quod inuariabiliter existens semper est sibi idem, solaque mutatio fit in tempore præterlabente. Ob eandem rationem illam explicant per uerbum, *EST*: August. de vera relig. cap. 49. sine: nihil autem, inquit, præterit in æterno, & nihil futurum est: quia & quod præterit,

esse desinit, & quod futurum est, nondum capit, æternitas autem tantummodo est, nec fuit quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit. Quare sola ipsa uerissime dicere potuit humane menti, *EGO SVM QVI SVM.* & de illa uerissime dici poterat, *QVI EST MISIT ME.*

Infertur 2. æternitatem esse virtualiter diuisibilem: cuius virtualis diuisibilitas consistit in hoc, ut eadem indiuisibilis duratio Dei, propter sui plenitudinem & perfectionem, apta sit respondere infinito tempori, & de facto responderit infinitæ moræ imaginariæ à parte ante. Sicut ratione immensitatis aptus est Deus respondere infinito spatio reali, & de facto respondet infinito imaginario, ut infra. Ratione huius virtualis diuisibilitatis interdum Patres æternitati tribuunt differentias præteriti, præsentis, & futuri. Lege *August. tract. 99. in Ioan.*

### Per quid formaliter constituatur Aeternitas?

PRIMA sent. *Henrici in summ. art. 31. q. 2. Ferrar. 1. cont. Gent. cap. 15. §. Proport. Bannez 1. p. q. 10. art. 1. dub. 2.* affirmantium æternitatem proximè constitui per rationem mensuræ, non realis, sed rationis. *Ferrar.* unitatem seu uniformitatem diuini esse, docet conuenire Deo re ipsa, nullo intellectu cogitante, propter immutabilitatem: mensurationem uero eiusdem esse, per operationem intellectus, distinguentis unitatem diuini esse ab esse, apprehendentis unitatem ut mensuram eiusdem. Vnde, non considerante intellectu rationem mensuræ, est in re entitas quæ est æternitas, non est ratio completa æternitatis.

Prob. 1. ex *S. Thom. 1. p. q. 10. art. 2. ad 3.* docente, Deum dici æternum, quatenus ei conuenit ratio mensuræ apprehensione nostrâ; & in *1. dist. 19. q. 2. art. 1.* ait, rationem mensuræ complere rationem æternitatis. 2. quia script. & Patres æternitatem contraponunt tempori; dicunt enim Deum esse in æternitate, sicut res corruptibiles in tempore: sed tempus completur per rationem mensuræ; ex definitione temporis; quod est, auct. *Philos. 4. phys. text. 101. Numerus, motus, secundum primum & posterius*, quo res corruptibiles mensuramus; ergo & æternitas: si enim non importaret rationem mensuræ, non magis ipsa, quàm quodlibet aliud attributum contraponeretur tempori.

SECUNDA *Vasq. 1. p. dist. 31. n. 23.* opinantis, æternitatem completi negatione mensuræ, quæ est quædam negatio respectus rationis. Probat 1. ex particulâ, *Interminabilis*, quæ significat in duratione reali, etiam negationem mensuræ, quæ est rationis: *Interminabile* enim est, quod nec determinari, nec defini-ri aliqua mensurâ potest. 2. quia oppositorum oppositæ debent esse differentia: sed æternitas & tempus opponuntur: ergo uita formalis ratio temporis consistit in mensurâ numeratâ per intellectum, ut ipsa possit esse aliarum durationum mensura: ita æternitas est duratio omni proles carens mensurâ.

TERTIA *Gilly lib. 2. tract. 10. cap. 10. Fasoli in 1. p. q. 10. art. 1. dubit. 7. &c.* affirmantium æternitatem adæquatè compleri per negationem termini seu principij & finis, tam actualis, quàm possibilis. Fundamentum: hæc tantum negatione conceptâ, adæquatè concipitur æternitatis ratio formalis adæquatâ, scilicet quâ positâ, cæteris sublatis, manet integra ratio formalis constitutiuæ rei. Probat, eò tantum positâ, duratio diuina primò & adæquatè distinguitur ab omni duratione creata, quia nulla dicit negationem principij & finis, saltem possibili-  
lis, cum

7. Est uirtus  
inter diuisi-  
bilis.

8. 1. Sententia

9. 9.

10. 10.

11. 2. Sententia

12. 3. Sententia

lis, cum omnis creatura in sui inceptioe, & defitione pendeat à libera voluntate Dei.

13. *Non ratio mensura,* DICO 1. Aeternitas Dei non completur formaliter per rationem mensuræ. Fundamentum: ratio mensuræ non est quid reale, sed rationis; importat enim durationem diuinam, vt formam distinctam ab esse diuino, illudque mensurantem, quod est quid ratione confictum. Aeternitas autem competit Deo absque vllâ operatione intellectus.

14. *Non negatio mensura,* DICO 2. Aeternitas Dei non completur formaliter per negationem mensuræ. Probat. 1. nulla negatio concipi potest absque formâ negata: ergo concipi non posset aeternitas sub negatione mensuræ, absque conceptione mensuræ, vt formæ negatæ: at probatum est, concipi posse aeternitatem, absque eo quod concipiatur vlla ratio mensuræ: ergo negatio mensuræ non est formale completium aeternitatis.

15. 2. nulla negatio potest esse formale completium rei, cui opposita forma negata non repugnat: hoc est, nequit rei conuenire oppositum eius, quod essentiam ipsius constituit, ne ipsi conueniat destructiuum sui: at opposita ratio mensuræ negatæ non repugnat aeternitati: licet enim non constituatur formaliter per rationem mensuræ, tamen sine repugnantia concipitur aeternitas propria mensura diuini esse: & inter mensuram & mensuratum sufficit distinctio virtualis: ergo nequit aeternitas per negationem mensuræ formaliter seu essentialiter compleri.

16. *Nec termini,* DICO 3. Completa ratio aeternitatis non saluatur in solâ ac præcisâ negatione termini, tam actualis, quàm possibilis. Fundamentum, per huiusmodi negationem non exprimitur, nisi quodd esse Diuinum non possit incipere desinere: sed præter hoc aeternitas addit positiuam permanentiam in suo esse; qui conceptus non habetur per solam negationem termini: nam aeternitas est duratio; duratio formaliter importat permanentiam rei, cuius est duratio: & licet negatio termini inferat causaliter hanc permanentiam, non tamen exprimit formaliter nisi incapacitatem principij, & finis.

17. *Sed permanentia complet atq.* DICO 4. Aeternitas præter negationem termini, superaddit permanentiam vitæ Diuinæ cum perfecta vniformitate essendi, & aptitudinali correspondentia ad infinitum tempus; Est Scoti quodlib. 6. §. contra istud, Molina 1. part. quest. 10. articuli. disputat. 4. nec ab ea discrepat Suarez in Metaph. disput. 50. sect. 4. scilicet per interminabilem vitam, exprimitur negatio termini; per *totâ simul & perfectâ possessio*, permanentia eiusdem cum omnimoda vniformitate essendi, & simul innuitur aptitudo coëxistendi omni tempori & durationi possibili. Fundamentum; ea omnia censenda sunt de essentiâ rei, sine quibus non exprimitur adæquatus conceptus rei: at sine his non exprimitur adæquatus conceptus aeternitatis; nam 1. aeternitas est duratio permanens; ergo includere debet quidquid essentialiter includit duratio permanens: sed hæc supra existentiam rei addit quasi habitualem permanentiam eiusdem rei, quæ explicatur per actualem existentiam rei, cum connotatione præ-existentiæ eiusdem. 2. Aeternitas discriminatur à duratione creata, tum per omnimodam vnitatem essendi; tum per negationem omnis termini tam actualis quàm possibilis, & quod ex his consequitur, per aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum tempus. Igitur hæc omnia censenda sunt de quidditatiuo conceptu aeternitatis. Nisi enim Deus concipiatur in suo esse semper & vniformi-

18. *Duratio permanens,* ter existeret, absque vllò termino actuali & possibili, nec non cum aptitudine ad coëxistendum infinito tempori, non concipitur adæquatus, & explicitus conceptus aeternitatis. Confirmatur: ita se habet in Deo aeternitas, sicut immensitas; sicut enim per immensitatem coëxistit loco, ita per aeternitatem tempori: at non habetur adæquatus conceptus immensitatis nisi per negationem omnis termini circumscriptionis localis, & aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum spatium reale cum indiuisibili correspondentia totius, substantiæ Diuinæ ad quodlibet punctum spatij, ita nec habetur adæquatus conceptus aeternitatis, nisi per negationem omnis termini circumscriptionis, durationis, & aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum tempus, cum permanentia vniformis vitæ Diuinæ in ordine ad quodlibet instans temporis.

19. *Discrimen aeternitatis & immutabilia.* Quæri autem vlteriùs potest, à quo hanc perfectionem coëxistendi infinito tempori, aeternitas formaliter habeat? Scotus docet, haberi formaliter per negationem termini; nam, eâ sublatâ, tolleretur aptitudo coëxistendi ad infinitum tempus: Molina censet, haberi per rationem positiuam. Sed dico: proximè & formaliter prouenit ex negatione termini, remotè & radicaliter ex positua perfectione talis durationis. Nam ex eo, quodd est duratio Diuina, essentialiter postulat negationem termini; & ex negatione termini proximè habet, vt coëxistere possit infinito tempori possibili.

20. *Ab extrinsecis.* Obijcies 1. multa videmur requirere ad rationem aeternitatis, quæ illi non competunt, nisi dependenter à nostro intellectu, vt negationes, & respectus ad extrinsecum tempus; cum tamen aeternitas secundum omnia, quæ dicit essentialiter, competat Deo independenter à nostro intellectu. Resp. neg. maior. ad prob. nego, tam negationes quàm aptitudinem coëxistendi infinito tempori, competere aeternitati dependenter à nostro intellectu; nam ante omnem considerationem nostri intellectus Deus caret principio & fine, & aptus est coëxistere infinito tempori.

21. *Ab extrinsecis.* Obijcies 2. nullum attributum diuinum pendet ab aliquo extrinsecis, sed aeternitas à nobis explicata, pendet à tempore possibili. Resp. dist. maior. nullum attributum Diuinum pendet ab aliquo extrinsecis in esse, concedo; in cognosci, nego. Constat de attributis omnipotentiae, & scientiae, quæ nequeunt cognosci, nisi per ordinem ad creaturas posibles, & cognoscibiles, etiamsi ab illis non pendeant in esse. Esto igitur aeternitas concipi nequeat sine respectu & habitudine ad tēpus extrinsecum, haud tamen ab illo in esse pendet. Est autem talis respectus de essentiâ aeternitatis, non formaliter, sed fundamentaliter sumptus; quo pacto dicit absolutam & intrinsecam perfectionem aeternitatis, connotato tantum tempore infinito possibili, vt termino extrinsecis, sicut accidit in alijs attributis respectiuis secundum dici.

22. *Ab extrinsecis.* Inferitur 1. immutabilitas de formali importat solam negationem: aeternitas præter negationem, importat positiuas connotationes, tum diuinæ existentiae, sine vllò principio & fine durantis: tum habitudinis coëxistendi ad infinitum tempus; tum quia negatio, quâ formaliter completur immutabilitas, est negatio motus; negatio, quâ completur aeternitas, est negatio temporis: negat enim aeternitas successionem in durando, quæ formaliter pertinet ad tempus, quod est numerus prioris & posterioris. Vnde quâ ratione motus distinguitur à tempore, distinguitur negatio motus à negatione temporis; atque

atque aded attributa immutabilitatis, & aeternitatis. quæ per huiusmodi negationes formaliter complentur. 2. Hæc duo attributa, vt in proximâ radice, fundantur in necessitate essendi. in summâ simplicitate, & puritate actus: ex necessitate essendi oritur, vt vita & existentia Dei sit incapax omnis inceptions, & desitionis, & consequenter omnis prioritatis, & posterioritatis in durando: ex simplicitate, vt sit incapax omnis compositionis, atque aded omnis successione duratiuæ: ex puritate actus, vt sit incapax vltioris perfectionis, ac proinde vltioris perfectionis duratiuæ, ex ijdem radicibus immediatè oritur immutabilitas, vt suprâ. 3. In Deo non plures aeternitates, sed vna iuxta Athanas. symbolum, non tres aeterni, sed vnus aeternus: quia licet vnaquæque persona & ratio Diuina sit aeterna, vt tamen aeternitas importat attributum virtualiter distinctum à cæteris, in se vno claudit aeternitatem omnium; quia importat durationem perfectissimam totius Deitatis. Sicut licet quælibet persona, & quodlibet attributum sit immutabile, infinitum, bonum &c. prout tamen immutabilitas, infinitas, & bonitas important attributa à cæteris distincta, inuoluunt immutabilitatem, infinitatem, & bonitatem omnium personarum, & attributorum; quia vnumquodque importat attributum in suo genere perfectissimum & adæquatum toti Deitati; non partiale & inadæquatum vnus tantum personæ, vel attributi.

24.  
Contuen-  
tia in radi-  
ca triplici.

25.  
Vna aetern.

26.  
Ad primum

27.

28.  
Ad primum

Aetern. &  
tempus op-  
ponuntur.

AD I. primæ Resp. S. Thom. intelligi de eo, quod fundare potest rationem mensuræ, quæ est duratio Diuina vt interminabilis; quo pacto apta est mensurare vitam & existentiam diuinam; non de mensurâ formaliter, vt multi explicant.

AD 2. nego conseq. non enim necesse est, vt Patres aeternitatem cum tempore comparent in ratione mensuræ. sed in ratione existentiae, quæ antecedit rationem mensuræ: nam sicut res corruptibiles coexistunt in tempore, ita Deus in sua aeternitate. Nec inde sequitur, quodlibet aliud attributum contraponi posse tempori, quia nullum aliud habet hanc conuenientiam in ratione durationis cum tempore.

AD I. secundæ nego non interminabile æquè primò dicere negationem termini ac mensuræ: dicit negationem termini per se primò; negationem mensuræ consequenter: ided enim Deus est immensurabilis, quia caret termino; non contra. Et hoc de mensura propriè dicta; nam impropriè dicta non repugnat Deo.

AD 2. Resp. 1. Rationem mensuræ non esse tempori essentialem, sed accidentalem: est enim tempus mensura per opus intellectus, quatenus illud assumit ad mensurandum motum: nam adhuc esset tempus etiam si intellectus illud non assumeret vt mensuram. Resp. 2. disting. maior. oppositorum immediatorum oppositæ debent esse differentie essentialis, concedo; oppositorum mediatorum, nego. Aeternitas autem & tempus non opponuntur immediatè, sed mediatè: nam aeternitas immediatè opponitur durationi creatæ vt sic, sub qua continetur æuum & tempus. Maior probat. quæ mediatè tantum opponuntur, supponuntur constituta per alias differentias priores: vt quia substantia mediatè opponitur quantitati, non constituitur, vt differentia essentiali, negatione extensionis; nam hæc supponit substantiam constitutam per differentiam priorem, quæ est ratio perseitatis, quæ immediatè opponitur accidenti vt sic. Quia igitur aeternitas opponitur tempori mediatè, non potest primò constitui per differentiam, quæ immediatè opponatur tempori, sed quæ immediatè opponatur

durationi creatæ vt sic: & consequenter, ratio, quæ opponitur tempori, non est primò constituens aeternitatem, sed proprietates consequens illam. Est autem ratio primò constituens aeternitatem, eamque primò distinguens à duratione creatâ vt sic, negatio omnis termini cum indiuisibili & perfectissimâ permanentiâ in essendo.

AD Fundam. tertiæ, nego anteced. ad probat. concedo, per eam primò, sed non adæquatè, distinguui ab omni duratione creatâ; quia aeternitas, non solum in suo conceptu inuoluit negationem termini, sed etiam perfectissimam permanentiam vitæ & existentiae Diuinæ; negatio enim termini solum dicit carentiam principij & finis, sed præter hanc addit aeternitas perfectissimam permanentiam vitæ & existentiae Diuinæ; ergo non solum per illam, sed etiam per hanc adæquatè discriminatur à duratione creatâ,

## SECTIO II.

### An aeternitas sit propria Dei?

D Vplex aeternitas; necessaria, quæ est propria Dei, & nulli ab ipso conuenire potest; & libera seu contingens: Quæ adhuc duplex; altera connaturalis, quæ intrinsecus & naturaliter exigitur ab essentia, vt propria passio: Extrinseca altera & merè accidentalis, quæ omninò accidit essentiae, cum eâque nullam habet naturalem exigentiam & connexionem. De vtraque est controuersia.

PRIMA sentent. affirmat, neutram aeternitatem repugnare creaturæ. Fundam. ad neutram negandam apparet implicantiæ: potissima enim est de aeternitate, quæ connaturaliter exigitur; at sicut connaturalis est Angelo aeternitas à parte post; ita connaturalis esse potuit à parte antè. Antecedens probat. illa perfectio est connaturalis subiecto, cui opposita priuatio est violenta & præternaturalis: sed annihilatio est violenta & præternaturalis Angelo: ergo eius sempiterna conseruatio est connaturalis eidem.

SECUNDA negat, vllam aeternitatem conuenire posse creaturæ: Alberti in 1. part. summ. de 4. Coanis, quæst. 3. art. 3. Henrici quodlib. 1. quæst. 7. & quodlib. 8. quæst. 9. §. Restat ergo, Alens. 2. part. qu. 14. membr. 1. art. 1. ad 11. & 12. Bonauent. in 2. dist. 1. 1. p. art. 1. qu. 2. Richard. art. 3. quæst. 4. Marsily 9. 1. art. 2. sine, Goffredi apud Ocham infra, Valent. 1. p. dist. 3. de Deo vt creatore quæst. 3. punct. 2. qui, quamuis naturali ratione spectata, probabile censeat, creaturam ex aeternitate condi potuisse, spectatâ tamen Patrum auctoritate, quam in re Theologica sequi debemus, id putat implicare, etiam si id apertâ ratione nobis non constet. Patres autem, qui id expressè negant, sunt Athanasorat. 2. contra Arianos, Basilium lib. 2. contra Eunomium, Damascen. lib. 1. fidei cap. 8. Ambros. lib. 1. Hexam. cap. 3. August. 12. de Ciui. Dei cap. 15. & contra Felicianum Arianum medium: qui omnes docent, eò quod creatura est ex nihilo, ab æterno condi non potuisse.

Prob. 2. ratione. Prima: Quod conuenit allui ex se, prius illi conuenit, quàm quod illi conuenit ex alio. Creaturæ ex se conuenit non esse, ab alio verò esse: igitur prius illi conuenit non esse, quàm esse. Impossibile autem est, vt in eadem duratione creaturæ simul conueniat esse & non esse: igitur impossibile est, vt creaturæ conueniat aeternitas. 2. Si creatura condita fuisset ab æterno, sequeretur illam non potuisse non condi: quia vel potuisset non

30.

31.

Aeternitas.

Connaturalis.

Accidentalitas.

32.

33.

Neutram.

repugnare.

34.

Ratio.

35.

Secunda.

non condi ante aeternitatem, & non; quia ante aeternitatem nihil est: vel in aeternitate; nec hoc; quia quando res est, non potest non esse: nec post aeternitatem, quia praeteritum non potest non fuisse praeteritum: ergo numquam. Confirmatur, repugnat enti creato, non posse per totam aeternitatem à Deo corrumpi, cum de essentia ipsius sit, perfecta dependentia à Deo. 3. sequeretur, creaturam numquam incepisse, sed semper factam esse: incipit enim per creationem; in aeternitate autem non fuisset creatio, sed tantum conseruatio: quia creatio est tantum in instanti; in aeternitate verò non fuisset assignabile instans, in quo incepisset creatio, & post quod secuta fuisset conseruatio. 4. implicat, Deum producere creaturam cum coexistentia ad infinitum sparium; ergo & cum coexistentia ad infinitum tempus.

TERTIA sentent. affirmat de aeternitate extrinseca & accidentali: *S. Thom. 1. part. qu. 46. art. 1. ad 1. & art. 2. ad 1. & 5. 2. contra Gent. cap. 38. & de potent. quest. 3. art. 14. Caietan. & Ferr. locis citat. & Egidij in 2. dist. 1. 1. p. quest. 4. art. 2. Durand. quest. 2. Capreol. quest. 1. art. 2. conclus. 2. Argent. quest. 2. art. 2. Ocham. quest. 8. Arimin. quest. 3. Rubio. q. 6. art. 3. Maior. quest. 4. Gabr. quest. 3. Palatij disp. 2. concl. 4. Hernai de aetern. quest. 5. Bannez 1. part. quest. 46. art. 2. concl. 3. Vasquez disput. 177. c. 3. Molina quest. 10. art. 3. Suar. in Metaph. tom. 1. disput. 20. sect. 6. Inclinat Scotus in 2. dist. 1. quest. 3. S. tenentes. Quam sent. problematicè defendit ibid. Lychet. Pro cuius controuersiae explanatione,*

DICO 1. Implicat, condi potuisse creaturam cum naturali exigentiâ ad aeternitatem. Hanc non inuenio in terminis à Scholasticis agitatam, eam tamen audiui assertam à doctissimis Theologis. Et probo 1. Ratione, ductâ ex *Athanasoration. seu lib. 2. contra Arianos ante med. vbi docet reliqua omnia, excepto Verbo diuino, gratiâ & voluntate condita esse, voluntariè, vt excludat necessitatem; gratiâ, vt excludat omnem exigentiam & connaturalitatem ex parte rerum creandarum. Syllogismus: Deus merè gratis & liberaliter omnia extra se producit: at non omnia merè gratis & liberaliter extra se produceret, si esset aliqua creatura, quæ connaturaliter & ab intrinseco aeternitatem exigeret. Maior *Athanasij & reliquor. Patrum contra Arium, ratione constat; quia Deo tribuendus est modus producendi extra se omnium perfectissimus, scilicet vt merè gratis, & sine villo debito cuncta producat; quia hic magis commendat liberalitatem creatoris erga creaturas. Minor probat. quod naturaliter exigit creatura, non merè gratis & liberaliter creatur, sed cum aliquo debito & obligatione creantis; nam quantum ponitur de connaturalitate & exigentiâ ex parte effectus; tantum tollitur de gratiâ & liberalitate ex parte agentis: & quantum crescit vis & exigentia creabilitatis in termino, tantum crescit debitum & obligatio creandi in principio creante. Confirm. hanc saltem creaturam negant Patres, cum contra Arium negant, vllam creaturam condi potuisse ab aeterno.**

Probat. 2. à priori, Implicat creaturam naturaliter exigere proprietatem, quæ necessariò inuoluit perfectionem repugnantem intrinsecis principijs ipsius: Si autem possibilis esset creatura, quæ naturaliter exigeret aeternitatem, illa naturaliter exigeret proprietatem, quæ necessariò inuolueret perfectionem repugnantem intrinsecis principijs ipsius, ergo. Maior patet; cum proprietates sit naturalis passio subiecti, implicat illam esse repugnantem intrinsecis principijs subiecti: alioqui esset natura-

lis passio; quia postularer, vt esset proportionata subiecto; non esset, quæ esset repugnans proprio subiecto. Minor prob. aeternitas necessariò inuoluit immutabilitatem rei aeternæ per infinitam durationem: sed implicat, creaturam naturaliter exigere immutabilitatem per infinitam durationem: igitur repugnat creaturæ naturalis exigentia aeternitatis. Maior constat; quia implicat, rem aeternam vt sic mutari, vel quoad esse, vel quoad operari: sed ratione aeternitatis creatura necessariò fieret incapax omnis mutationis. Minor. prob. de conceptu creaturæ est, perfecta subiectio ad creatorem; at hæc tollitur à creatura per infinitam durationem: igitur nequit exigentia aeternitatis esse connaturalis creaturæ.

DICES, exigentiam talis immutabilitatis non repugnare creaturæ, tum quia oritur ex suppositione aeternitatis, quæ non pugnat cum creaturæ, vt patet, si creatura condita fuisset ab aeterno sine tali exigentiâ: nam 1. tali creaturæ, ex suppositione aeternitatis, connaturalis fuisset aeterna immutabilitas, 2. hæc immutabilitas est consequens ad aeternitatem: creatura autem posset naturaliter exigere vnum & non aliud. Resp. negand. assumpt. ad 1. probationem, distinguenda maior. talis immutabilitas oritur ex suppositione aeternitatis gratuitò communicatæ, nego; quæ connaturaliter exigitur, concedo. Prior immutabilitas non repugnat creaturæ, repugnat posterior: Multa enim possunt nobis gratis communicari, quæ tamen non possunt à nobis connaturaliter exigi; gratia, gloria, ceteraque dona supernaturalia gratis nobis communicantur, quæ tamen nequeunt connaturaliter à nobis exigi.

Quia quod gratis communicatur, non variat intrinsecam essentiam rei; variat, quod naturaliter exigitur: at nulla res potest naturaliter exigere, quod propriæ essentiae repugnat; ergo nec potest creatura naturaliter exigere aeternitatem, quæ necessariò inuoluit immutabilitatem, repugnantem intrinsecis principijs essentiae creatæ, quæ essentialiter importat mutabilitatem. Ex his patet ad minorem: nam immutabilitas, quæ conueniret creaturæ gratuitè aeternitate donatæ, esset connaturalis creaturæ ratione aeternitatis gratis communicatæ; non ratione alicuius intrinsecæ exigentiæ; sicut visio beata est connaturalis intellectui creato ratione luminis gloriæ, gratis collati, non ratione alicuius intrinsecæ exigentiæ.

AD 2. probat. neg. minor. repugnat enim naturam à parte rei exigere vnam perfectionem, & abstrahere ab aliâ cum ea essentialiter connexâ; exemp. gr. exigere potentias, & cum potentijs non exigere actus, cum ijs potentijs essentialiter connexos; potentias exigere actus, & cum actibus non exigere obiecta, actus essentialiter specificantia; hominem exigere admirabilitatem, cum admirabilitate non exigere risibilitatem, cum eâ essentialiter coniunctam: Ratio: intrinseca exigentia naturæ tendit ad suas proprietates, prout à parte rei existunt: atqui implicat, vt à parte rei existat vna perfectio sine aliâ; si vna essentialiter includitur in aliâ; ergo implicat naturam tendere ad vnam perfectionem sine aliâ. Maior probatur, natura exigit suas proprietates, vt perfectibile suum perfectiuum: perfectibile respicit perfectiuum, prout re ipsa existit: quia existentia est prima perfectio rerum, cum nihil possit habere rationem perfecti, nisi vel per existentiam, vel per ordinem ad illam. Confirmatur, quando exigitur aliqua perfectio, exigitur secundum totum id, quod à parte rei essen-

Aeternitas trahit immutab. repugnantem creatura.

41.

42.

Quod datur gratis non destruit essentiam.

43.

Si exigit vnam perfectionem & connexas.

36. Tertio.

37.

38.

36. Creatura non exigit aeternit.

Merè gratis conditur.

40.

essentialiter includit: ergo si aeternitas à parte rei essentialiter includit immutabilitatem rei creatæ per infinitam durationem, non potest ea exigi, quin simul coëxigatur aeterna immutabilitas, cum aeternitate essentialiter connexa.

44. *Accidentaliter aeternitas non repugnat ex parte Dei.* DICO 2. Non repugnat, creaturas etiam naturâ suâ corruptibiles, merè gratis & liberaliter ab aeterno condi potuisse. Fundam. nulla est implicancia: non ex parte Dei producentis; quia Deo non deest potentia; nec requiritur, ut causâ duratione præcedat suum effectum, sed sufficit, si tantùm naturâ & causalitate, ut patet de sole respectu luminis.

45. *Nec termini.* Neque ex parte termini ut sic; alioqui nec Verbum diuinum potuisset ab aeterno produci: neque ex parte termini, ut creabilis; quia solùm dicit non habere ex se, sed illud totum accipere ab alio: at etiam creatura ab aeterno condita potuisset habere totum suum esse ab alio, & non ex se. Ergo. Confirmatur, sicut non repugnat aeternæ productioni, ut terminus per eam productus habeat esse ab alio, ut constat de productione Verbi: ita non repugnat aeternæ productioni, ut per eam terminus totum suum esse habeat ab alio. Vnde non sequitur, quòd non esse creaturæ duratione præcedere debeat ipsum esse, nec enim ipsum non esse relatiuum Verbi præcedere debet duratione ipsum esse relatiuum Verbi, sed tantùm origine. Quare cum dicitur, creatura fit ex nihilo, *Ex*, non importat antecessorem temporis, sed vel negationem subiecti, vel prioritatem naturæ; quæ in hoc consistit, ut creatura, quantum est ex se, nullum habeat esse; sed totum, quod habet, habeat à Deo liberè producente: quia verò quod conuenit alicui ex se, prius naturâ illi conuenit, quàm quod conuenit ab alio, idèd prius naturâ dicitur creatura non esse, quàm esse.

46. *Nec creationis.* Nec demum repugnat ex parte creationis: cuius conceptus non est, ut putat *Henricus*, ut debeat tantùm in instanti durare, sed ut sit actio, quæ res accipit esse. Neque est necesse illam à parte rei distingui à conseruatione, ut patet, si Angelus crearetur immediatè post instans temporis: tunc enim creatio distingui non posset à conseruatione eiusdem realiter, sed tantùm ratione. Nam eadem actio considerata, ut simplex dependentia termini à suâ causâ, diceretur creatio: considerata, ut quædam continuata dependentia termini à causa, connotans præexistentiam sui diceretur conseruatio, absque reali distinctione in re ipsa.

47. *Donū gratuitum potest exigere aliud.* AD Fundam. primæ neg. maior. ratio implicantiæ constat ex 1. assert. aeternitas à parte post supponit in Angelo liberalem creationem, quæ posita, est illi connaturalis aeternitas à parte post: aeternitas à parte antè non supponit in re creatâ liberalem creationem, sed potiùs essentia creaturæ prius naturâ, quàm crearetur, naturaliter exigeret aeternam creationem. Non repugnat autem, ut posito vno dono gratuito, sit illi connaturale alterum, quod cum primo naturalem habet connexionem: quia tunc connaturalitas & exigentia non fundatur in creatura, sed in dono liberaliter collato: ratione cuius fit creaturæ connaturale, quod simpliciter nec potest illi esse connaturale. Sic posito lumine gloriæ, ut gratuito dono in intellectu creato, connaturalis est illi visio beata, quæ cum tali lumine est connaturaliter connexa, quæ simpliciter nec esse potest ei connaturalis.

48. DICES. Ergo saltem aeternitas est connaturalis creationi: sed creatio est creatura in fieri: ergo a-

eternitas est connaturalis creaturæ. Resp. disting. minor. creatio est creatura includens donum gratuitum, concedo; non includens, nego: ergo est connaturalis aeternitas, creaturæ, ut includenti donum gratuitum, concedo; ut non includenti, nego. Si autem connaturalis esset creaturæ aeternitas à parte antè, esset illi connaturalis nullo supposito dono gratuito; quia non potest supponere creationem gratuitam, sicut supponit aeternitas à parte post. RATIO: aeternitas à parte post habet initium durationis à parte antè, in quâ supponere potest creationem: aeternitas à parte antè, nullum habet initium durationis à parte antè, in quâ possit gratuitam creationem supponere: nec naturâ priorem; quia aeternitas necessariò inuoluit esse rei secundum omnem conceptum essendi; nec potest illud, ut naturâ tantùm præcedens excludere à conceptu aeternitatis. Confirmatur, aeternitas à parte post, non includit necessariam immutabilitatem ex parte creaturæ, quæ manet perfectè subiecta Deo quolibet instanti, quo annihilari potest pro libero decreto Dei: In aeternitate à parte ante creatura per totam aeternitatem & infinitam durationem à Deo annihilari & mutari nõ posset; nec tam ex decreto Dei, quàm ex impossibilitate rei. Implicat autem, ut creatura naturaliter exigat talem perfectionem, per quam se subtrahat per infinitam durationem à subiectione Dei.

AD argumentum Patrum, Resp. Vel eos contra *Arium* loqui, suppositâ rerum creatione in tempore. Si Verbum est aeternum; ergo non est creatura: quia de facto nulla creatura est aeterna. Vel certè eos negare, condi potuisse creaturam ab aeterno cum naturali exigentiâ aeternitatis. Quæ respons. est magis conformis ad confutandum errorem *Ary*, qui dicebat, Verbum esse creaturam excellentissimam inter omnes, ut constat ex *Athanasio Oration. seu lib. 3. contra Arianos columna 13. & lib. 4.* ubi probat non ex quacumque aeternitate colligi Christum esse naturalem filium Dei, sed ex aeternitate propriâ Dei Patris. Rectè igitur Patres: Verbum ab aeterno productum est, & non sicut reliquæ creaturæ, quæ tantùm voluntate & gratiâ producuntur, sed naturaliter: igitur non potest esse creatura, quia nulla creatura postulat naturaliter ab aeterno produci. Quæ responsio colligitur ex *cit. Athanasij & Damasc. lib. 1. Fidei cap. 8.* ubi etiam eo, quòd creatio fit voluntaria Deo, colligit illam suâ naturâ & ab intrinseco non postulare aeternitatem.

AD 1. ration. impossibile est, ut in eadem duratione conueniat esse, & non esse simpliciter, concedo: ut eidem conueniat esse ab alio, & non esse à se, nego: hoc autem non est ponere esse, & non esse in eadem duratione simpliciter; sed esse absolute, & non esse sub conditione, nempe, si ab alio productum non esset.

AD 2. nego sequelam: ad probationem dico, creaturam potuisse non condi in aeternitate, non in sensu componente aeternitatem cum creatura, sed diuidente: quia quod ab aeterno conditum fuisset, potuisset ab aeterno non condi, sicut ab aeterno Deus voluit mundum, & tamen pro eadem aeternitate potuisset non velle mundum, non in sensu composito, sed diuiso. Ad confirmat. Resp. Assumptum esse verum de incorruptibilitate aeterna, quæ connaturaliter exigatur; non de gratis comunicatâ.

AD 3. Si *in incipit* denotet initium durationis, concedo, creaturam ab aeterno nunquam incepisse; si tantùm principium productionis, nego: nam ab aeterno

49. Creatio eterna immutabilitatem.

50. Explicatur Patres.

Damascum.

51.

52.

53.

Principium  
productio  
nis, non du-  
rationis.

æterno creatura habuisset principium suæ incep-  
tionis, etsi ea inceptio distincta non fuisset à con-  
seruatione. Vnde ad maior. concedo, ab æterno  
non fuisse creationem re ipsa distinctam à conser-  
uatione; ad probationem, falsum est, creationem  
esse tantum in instanti: hoc enim argumentum fieri  
suo modo potest de productione Verbi; quod ita  
ab æterno productum est, vt per totam æternitatem  
dicatur produci: nec in eius æternâ productione,  
licet distinguere productionem ab eius quasi con-  
seruatione.

54.  
Discriminis  
ratio.

Ad 4. nego consequentiam: quia potest res co-  
existere æterno tempori per solum fluxum æterni  
temporis, cum res, vt coexistat tempori, nullam per-  
fectionem requirat maiorem, quam ex se habet in-  
stanti quo primò est: non potest res coexistere infi-  
nito spatio per fluxum spatij, quia spatium nõ fluit,  
sed per aliquam perfectionem intrinsecam. sicut  
enim ipsa non potest coexistere maiori spatio, quod  
primò adæquatè occupat, sine nouâ perfectione in-  
trinsecâ; ita nec infinito spatio sine nouâ perfeccio-  
ne intrinsecâ infinitâ, quod implicat.

SECTIO III.

Quomodo aeternitas differat ab æuo?

55. **E**tsi Æuum ex suâ primæuâ impositione multa  
significet, ex Scholasticorum tamè vsu accom-  
modatum est ad significandam solam durationem  
rerum incorruptibilium: in quo sensu

56. PRIMA sententia affirmat, Æuum differre ab æ-  
ternitate: quia hæc caret principio & fine: illud  
principium habere potest. Sed contrâ; vt *praced. se-  
ctio*, non repugnat, creaturam incorruptibilem care-  
re potuisse principio & fine durationis.

57. SECUNDA celebris est, *Bonauent. in 2. distinct. 2.  
part. 1. artic. 1. quest. 3. & Varro. apud Capreo. ibidem  
quest. 2. artic. 1. contra 5. conclusionem*, afferentium,  
æuum differre ab æternitate, eò quod æuum in-  
cludat successionem, quam non includit æternitas.  
Hanc sentent. probabilem putant *Scotus in 2. dist.  
2. quest. 1. & Richardus artic. 1. quest. 3.* Hæc suc-  
cessio in æuo explicatur à *Bonauent.* vt sit tantum  
successio in actione, quâ substantia æuiterna con-  
seruatur à Deo, absque vllâ successione in substan-  
tiâ ipsâ: sicut riuulus semper egreditur à fonte cum  
nouâ aquâ; radius à sole cum eodem semper esse  
præhabito. Ita in re præterlabente & corruptibili,  
vna pars habita amittitur, & noua subinde acquiri-  
tur: in re æuiternâ idem esse; quod semel habuit,  
per continuum influxum Dei continuatur. Vnde  
sola successio est in actione, quâ conseruatur, abs-  
que vllâ successione in re conseruata. Supponit au-  
tem hic modus actionem, quâ Deus conseruat res  
incorruptibiles, non esse vnâ continuè perseue-  
rantem, sed plures, quarum vna immediatè succe-  
dit alteri.

Modus 1.

58.  
Modus 2.

Alio modo probabilius explicatur hæc sentent.  
vt æuum sit modus successiuus, distinctus ab actio-  
ne, & à substantiâ rei æuiternæ, per quem substantia  
incorruptibilis successiuè respondet diuersis par-  
tibus temporis realis vel imaginarij. Sicut *vbi* est  
modus, quo vnaquæque res diuersis respondet par-  
tibus loci realis aut imaginarij. Prob. 1. *Hieronym.  
epist. ad Marcellam, Anselm. in Profol. cap. 20. Au-  
gust. lib. 11. Confess. cap. 14. &c.* affirmantium, so-  
lam æternitatem Dei nullam agnoscere successio-  
nem, reliquas durationes creatas necessariò ali-  
quam admittere præteriti ac futuri successionem.

Prob. 2. rationibus 1. si in æuo nulla esset succes-  
sio, idem in eo esset præteritum, præsens, & futurum:  
sed implicat angelum, qui semel fuit, non fuisse; er-  
go similiter implicabit, qui nunc est, non fore. Ma-  
ior prob. vbi nulla est successio, sed idem *nunc* sem-  
per indiuisibiliter stans, nulla est distinctio inter  
præteritum, præsens, & futurum: igitur si præteri-  
tum non potest non fuisse, nec futurum poterit  
non fore. Confirm. idèd Deus non potest non fore,  
quia nunc habet quidquid ad futuram duratio-  
nem requiritur: ergo si nunc angelus habet quid-  
quid ad futuram durationem requiritur, nec ipse  
poterit non fore. 2. Angelus vi suæ durationis re-  
spondere potest tempori infinito: ergò, si talis du-  
ratio est indiuisibilis & tota simul, est actu infinita:  
quia mensura, quæ ex se apta est ad æquari mensu-  
rato infinito, est actu infinita. Confirm. ita se ha-  
bet duratio ad tempus, sicut locabilitas ad spatium:  
implicat autem, creaturam per locabilitatè finitam  
respondere spatio infinito; ergò & per durationem  
finitam tempori infinito. 3. potest vnus angelus  
plus durare quam alius; & idem plus durare dicitur  
per duos, quam per vnum annum: sed si duratio  
esset indiuisibilis & tota simul, non plus durationis  
haberet vnus, quam alius; nec idem maiorem du-  
rationem haberet coexistens duobus annis; quam  
vni tantum. 4. repugnat, in re finita esse infinitas  
negationes defectuum: at si æuum esset duratio to-  
tum esse suum futurum vniuiè præhabens, actu ha-  
beret infinitas negationes defectuum: scilicet nunc  
haberet negationem diei crastini, & infinitorum  
subsequentium. Maior probatur, negatio defectus  
est positio perfectionis: ergò infinitæ negationes  
defectuum est positio infinitarum perfectionum.  
Confirm. ex infinitis negationibus defectuum colligimus  
infinitam perfectionem in Deo: ergò ex infi-  
nitis negationibus defectuum colligemus infinitam  
perfectionem in re creata. 5. Implicat, ange-  
lum successiuè respondere diuersis partibus spatij,  
absque modo successiuo addito: ergo implicabit,  
successiuè respondere diuersis partibus temporis,  
absque modo successiuo addito.

59.  
In æuo suc-  
cessio prob. 1.

60.  
Ratio 2.

61.  
Tertia.

62.  
Quarta.

63.  
Quinta.

64.

TERCIA sentent. *S. Thom. 1. part. quest. 10. artic. 5.  
& quodlib. 10. quest. 1. artic. 4. Ales. 1. part. quest. 12.  
memb. 9. artic. 3. & reliquorum Scholasticorum in 2.  
distinct. 2. affirmantium*, æuum non distingui ab  
æternitate per successionem, sed vel per defectibili-  
tatem in essendo, & terminum saltem possibilem;  
vel, vt *S. Thom. explicat*, per coniunctionem ad mu-  
tabilitatem, etsi in se immutabile sit: scilicet æuum  
mensurat esse quod est subiectum & principium va-  
riarum mutationum accidentalium: æternitas men-  
surat esse, quod est omninò immutabile, & quoad  
esse, & quoad operationes.

DICO 1. Æuum non differt ab æternitate per  
successionem intrinsecam. ita *Augustin. 12. de Ciuit. Dei c. 15. Immaterialitas*, inquit, *Angelorum non transit  
in tempore, nec præterita est quasi iam non sit, nec futu-  
ra quasi nondum sit.* Prob. 1. actio, quâ Deus conser-  
uat æuiterna, est permansens, sicut ipsum esse, quod  
conseruatur: nam conseruatio est eadem continua-  
ta actio. Præterea primus modus fingens actionem  
successiuam, quæ quolibet instanti definit, vt quo-  
libet instanti res æuiterna possit deficere, si noua  
actio conseruatiua non succedat, non saluat inten-  
tum; quia actio illa, quæ succedit in tempore im-  
mediatè post instans, necessariò debet durare tem-  
pore aliquo determinato, cum nequeat actio desi-  
nere pro eâ duratione, pro quâ est; ergo saltem pro  
eo tempore non posset res æuiterna deficere. De-  
inde hæc eadem actionum successio adstruenda es-

65.  
Nulla in-  
trinseca  
successio.

Contra mo-  
dum Bona-  
uenture.

set in operationibus æternorum; nam etiam illæ deficere possunt pro quolibet momento futuro. Tum maximè; duratio non est formaliter actio, quæ res durans conseruatur; cum actio & duratio sit res diuersorum prædicam. vnde debent saltem ratione distingui: actio est attingentia termini; conseruatio manutentia eiusdem; duratio addit permanentiam esse præhabiti, cum correspondentiâ ad tempus reale vel imaginarium. Vnde non solum res conseruata, sed etiam conseruatio durare dicitur: quia sicut quodvis ens existit existentiâ propriâ, ita durat duratione propriâ: quia duratio supra existentiam non addit, nisi permanentiam in esse: vnde sicut nequit existere existentia alienâ; ita nec permanere in proprio esse permanentiâ alterius esse.

66.  
Actio successiua frustra singi-  
tur.

Demum ad saluandam continuam defectibilitatem, quam res creatæ habent ad durandum in futurum, talis successio necessaria non est; quia talis defectilitas optimè saluatur per continuam dependentiam eiusdem esse, quæ res creatæ mediâ actione conseruatiua liberè pendent à Deo: nam, etiam posita totâ actione conseruatiua & existentia, atque ad eam totâ perfectione duratiua intrinsicâ in creaturâ potest Deus pro quolibet momento futuro talem actionem suspendere, & creaturam in nihilum redigere, atque ad eam illa ampliùs non durare.

67.  
Ac duratio successiua. Contra mo-  
dum 2.

Prob. 2. contra poster. modum; tota ratio ponendi talem modum successiuum distinctum à substantia æterni, est vt substantia æterni respondeat diuersis partibus temporis: sed ad hunc effectum non est necessarius talis modus: nam illud non est ad aliquem effectum necessarium, sine quo talis effectus haberi potest: at sine hoc modo addito haberi potest successiua respondentia rei incorruptibilis ad tempus; posita enim re incorruptibili, & tempore simul, & quocumque alio modo præciso, implicat talem rem non respondere diuersis partibus temporis; cum nihil aliud sit, rem respondere diuersis partibus temporis, quàm illis coexistere: implicat autem, rem incorruptibilem positam in tempore, non coexistere diuersis partibus temporis, hoc ipso, quod diuersæ partes temporis fluunt circa talem rem: sicut eo ipso, quod circa pontem præterfluunt diuersæ partes fluminis, pons coexistit illis; cum nil aliud sit, alteri coexistere, quàm existere, dū aliud existit: atqui dum diuersæ partes temporis existunt, existit res æterna; ergo illis coexistit. Confirm.

68.

*ut in Physicis*, nulla duratio à parte rei distinguitur à re durante; cum enim duratio addat supra existentiam solam permanentiam in essendo, repugnat rem durare duratione à propriâ existentia distincta. Addo, quod quælibet duratio proportionari debet rei, cuius est duratio, vt si illa sit indiuisibilis & permanens, illa etiam indiuisibilis & permanens sit oportet; aliqui non esset proportionata mensura respectu sui mensurati. Sicut enim duratio permanens non est congrua mensura rei fluentis; ita nec fluens congrua permanentis.

69.  
Æuum intrinsicè capax termini.

DICO 2. Æuum differt ab æternitate tum per intrinsicam capacitatem termini, cuius non est capax æternitas: tum per exigentiam successionis in proprijs actibus & accidentibus substantiæ, quàm mensurat. Ratione prioris differentie æuum habet, vt in quolibet momento deficere possit, & in futurum ampliùs non protendi: ratione posterioris, vt non sit perfecta mensura rei, cuius est duratio: si quidem non mensurat rem quoad proprios actus & intrinsicas operationes ipsius, sicut æternitas; sed solum quoad substantiam, constat ex dictis de Aeternitate.

Ad Patres adductos contra I. conclus. Respond. vel eos intelligi de duratione æternorum, mensurante non eorum substantiam, sed operationes, quarum esse sicut constat ex præterito & futuro, ita & earum duratio; & quia hæc duratio est quoddam complementum æui; nam sicut propriæ operationes sunt complementum substantiæ, & ipsarum duratio est complementum durationis substantiæ; non incongruè dici potest, æuum ratione huius complementi adiuncti admittere aliquam successionem in substantia; Vel intelligi de ipsa duratione substantiæ, quæ saltem in potentia, & negatiuè admittit differentias præteriti & futuri: nam & qui creatus est initio mundi, poterit tunc non creari; & qui nunc est, poterit non fore. Aeternitas autem nec ratione durationis adiunctæ, nec in potentia & negatiuè admittere potest successionem vllam in diuina substantia.

70.  
Exponitur Patro.

Ad 1. rationem concessa sequela cum minore, loquendo de differentijs intrinsicis æuo; neg. consequ. nam fuisse in æuo, connotat aliquid, in cuius oppositum Deus non potest; quia connotat rem coexistisse præterito; fieri autem nequit, vt quod coexistit præterito, non coextiterit. Fore autem cum nihil connotet, in cuius oppositum Deus non possit, non repugnat, vt quod coexistit præterito, non coexistat futuro; esto præteritum & futurum, quatenus sunt differentie intrinsicæ, non distinguatur in æuo. Ratio: licet æuum habeat totam suam perfectionem intrinsicam simul, quia tamen illam habet dependenter à Deo, totam illam simul amittere potest. Vnde si Deus annihilaret angelum ab initio mundi creatum, non solum annihilaret durationem, quæ futura erat, sed etiam quæ fuit, licet non posset annihilare illam secundum extrinsecum connotatum quod fuerit: tametsi annihilando illam non solum annihilaret durationem, quæ futura erat, sed ipsum etiam extrinsecum connotatum, quod resultare debuerat ex duratione futura. Discriminis ratio: hoc connotatum fuisse, necessariò resultat ex coexistentia rei æternæ, ad tempus præteritum, quod non tollitur ex destructione rei præsentis: connotatum verò temporis futuri pendet ex coexistentia rei præsentis ad tempus futurum; destructâ autem re præsentem, tollitur quin res quæ est præsens, coexistat futuro, ac proinde non solum tollitur duratio intrinsicæ, sed ipsa etiam connotatio extrinsecæ, quæ essentialiter pendet ex permanentia rei præsentis ad tempus futurum. Ad confirmationem: nego, Deum non posse non fore, ex eo præcisè, quod nunc habet quidquid ad coexistendum futuro requiritur, sed quia id habet à nullo extrinsecò dependens.

91.  
Connotat coexistentiam præterito, futuro.

Ad 2. nego consequentiam: Nam sicut correspondentia ad tempus extrinsecum nullam ponit perfectionem intrinsicam in re respondente; ita nec correspondentia ad tempus extrinsecum infinitum ponit perfectionem intrinsicam infinitam in eadem re respondente: non enim res crescit in perfectione intrinsicâ, per connotationem rei extrinsecæ; alioqui quælibet creatura esset infinita, quia connotat creatorem infinitum. Ad prob. consequ. nego æuum esse mensuram temporis infiniti, sed solum purum coexistens: est autem mensura folius substantiæ æternæ, quæ sicut finita est, ita & ipsius æuum finitum erit: duratio enim mensuram perfectionis sumit ab esse, quod mensurat. Ad confirm. neg. maior. ratio discriminis oritur ex diuerso modo, quo res spatio adæquatur permanentem, temporis successiue; vt adæquetur spatio permanentem, debet eò magis crescere in perfectione creabili, quod maiori

Ab extrinsecò dependet.

92.

Est mensura finiti temporis.

93.

Cui addatur.

maiori spatio adæquatur: vt adæquetur tempori successiuè, non oportet, vt quò longiori tempori adæquatur, eò perfectiorem durationem habeat: patet 1. à posteriori, nam eodem modo Angelus supremus, atque infimus respondebunt tempori infinito à parte pòst; cùm tamen non eodem modo respondeant spatio; quò enim est perfectior, eò maiori spatio respondet. 2. à priori; cùm spatium sit permanens, vt res adæquetur spatio permanenti infinito, debet esse infinita: implicat enim, vt res permanens finita adæquetur spatio permanenti infinito; cùm talis adæquatio fieri debeat per commensurationem rei ad spatium. Contrà verò, cùm tempus sit successiuum, vt res adæquetur tempori infinito, non est opus, vt res sit etiam infinita, sed sufficit, vt tempus sit infinitum; quia res non debet adæquari toti tempore simul, sed successiuè: potest autem eadem res, inuariata quoad entitatem, respondere infinitis partibus temporis successiuè; eò quòd semper respondet eadem res sub singulis partibus temporis. Toti autem spatio debet adæquari simul, quia spatium non est fluens, sed permanens.

Successiuè,

74.

Ad 3. dist. maior. dicitur vnus Angelus plus durare, quàm alius per durationem intrinsecam, nego; per connotationem & coëxistentiam ad tempus extrinsecum, concedo.

75.

Ad 4. Maior est intelligenda de negationibus, quæ tollunt defectus intrinsecos; per positionem perfectionis oppositæ, vt sunt negationes, quas Deo tribuimus; non de negationibus, quæ solum tollunt connotationes & respectus extrinsecos, vt sunt negationes infinitorum dierum subsequentiũ, quas tribuimus æuo: sicut enim respectus, & coëxistentia ad infinitos dies, non ponit in æuo perfectionem intrinsecam; ita nec infinitæ negationes infinitorum dierum ponent in æuo perfectionem vllam intrinsecam. Ex his patet ad confirmationem.

76.

Ad 5. nego conseq. quia nequit subiectum acquirere nouam formam siue intrinsecam siue extrinsecam, sine aliquâ mutatione, vel sui, vel formæ: at nulla mutatio fit in spatio, quòd angelus de nouo acquirit; ergo fieri debet in Angelo: non potest autem fieri noua mutatio, nisi per nouum modum additum. ergo: Contrà verò, vt Angelus coëxistat nouæ parti temporis, non requiritur noua mutatio in Angelo, sed sufficit mutatio temporis, quæ successiuè fluit. Præcisâ enim quâlibet mutatione in Angelo, implicat Angelum non coëxistere nouæ parti temporis, quòd continuè fluit.

In quò fit mutatio.

77.

Infertur 1. si Angelus annihilaretur, & postea reproduceretur, non reproduci cùm nouo æuo, sed cum eodem: cùm æuum non distinguatur ab existentia Angeli; licet illud ob interruptionem ab esse ad non esse, & à non esse ad esse, dici possit prius & posterius se ipso, sicut & existentia Angeli. 2. substantia incorruptibilis ad durandum est in actu ratione esse quòd totum simul possidet; est simul in potentia ratione dependentiæ, cum quâ illud à primo agente possidet.

78.

## SECTIO IV.

An præter æuum & tempus cõtinuum concedenda sint aliæ durationes creatæ?

79. Negat Scotus.

PRIMA sentent. Scoti in 2. distinct. 2. quæst. 8. negantis. Fundam. omnia existunt successiuè, aut permanentem, quæ successiuè, mensurantur tempo-

re continuo; quæ permanentem, mensurantur æuo. Confirm. 1. quæ habent conformem modum manendi, habent mensuram eiusdem rationis in manendo, etiam si vnum diutius duret alio: sed omnes res creatæ habent modum manendi successiuum, aut permanentem; si successiuum, mensuratur tempore continuo; si permanentem, æuo. 2. alioqui tot distinguendæ essent durationes specie diuersæ, quòd distinguuntur res durantes: diuersum esset æuum vnus Angeli, ab æuo alterius specie diuersi.

SECUNDA sententia S. Thom. 1. part. quæst. 10. art. 5. ad 1. quæst. 53. artic. 3. & quodlibeto 2. artic. 5. & quodlib. 11. art. 4. Caiet. ibid. Henrici quodlib. 12. quæst. 8. Durandi in 2. distinct. 2. quæst. 6. Capreoli quæst. 2. conclus. 3. & 5. & reliquorum Thomistarum affirmantium, præter æuum & tempus continuum, dari alias durationes creatas.

80. Affirmant S. Thomas.

DICO 1. præter tempus continuum, quo mensurantur omnes motus; & æuum, quo mensurantur substantiæ incorruptibiles, earumque accidentia & operationes suâ naturâ perpetuæ, datur alia duratio, quâ mensurantur operationes indiuisibiles Angelorum. Fundamentum: duratio est permanentia in esse; ergo diuersificatur à diuersa permanentia in esse: sed hæc omnia habent diuersam permanentiam in esse; ergo & diuersam durationem: nam specifica diuersitas oritur ex diuersa ratione contractiua generis, ergo ex diuersa ratione permanentiæ in esse oritur diuersa ratio specifica durationis. Minor prob. diuersitas permanentiæ in esse, desumitur ex diuersa exigentia ad permanendum: sed prædicta omnia habent diuersam exigentiam ad permanendum: motus habet exigentiam ad permanendum per diuersas, & continuas sui partes; substantiæ immortales ab intrinseco postulant permanere totæ simul indiuisibiliter: nec vllam habent intrinsecam potentiam corruptibilitatis, sicut nec earum proprietates, & quædam operationes immanentes ipsarum, quæ nec ab extrinseco corrumpi, nec ab intrinseca potentia deficere possunt: cuiusmodi est cognitio, quâ Angelus perpetuè cognoscit se ipsum, & actio, quâ sol intrinsecam lucem continuè in se ipso conseruat. Reliquæ operationes immanentes Angelorum, quia quando existunt, totæ simul indiuisibiliter existunt, & vnâ sunt ab intrinseco principio, à quo liberè conseruantur, defectibiles, non possunt mensurari æuo, vt res ab intrinseco indefectibiles; aut tempore continuo, ut res successiuæ; ergo mensurari debent duratione diuersæ rationis ab vtroque. Cùm enim duratio sit mensura rei durantis, & mensura proportionari debeat mensurato, non possunt mensurari æuo, quòd est tantum mensura rei ab intrinseco indefectibilis; nec tempore continuo, quòd est mensura rei successiuæ.

81.

Permanentia in esse diuersa.

Alia mensuratur æuo.

Alia tempore continuo.

DICO 2. Duratio, quâ mensurantur res indiuisibiles ab intrinseco defectibiles, est instans temporis discreti, formaliter indiuisibile, virtualiter diuisibile. est S. Thom. & reliquorum supra. Instans dicitur, quia est duratio tota simul, & non per partes existens; per quòd differt à tempore continuo: Formaliter indiuisibile, quò conuenit cum instanti temporis continui, quòd est etiam indiuisibile: virtualiter diuisibile, quò differt ab eodem instanti temporis continui, & conuenit cum æuo: Temporis, quâ particulâ discriminatur ab æuo, quòd suâ naturâ ineptum est ad tempus componendum; cùm de ratione temporis vt sic, sit prius & posterius immediatè sibi succedentia, æuum autem suâ naturâ sit perpetuum; quia vt posset tempus componere, de-

82. Alia instans temporis discreti.

Virtualiter diuisibile.



re, deberet posse vnum æuum alteri æuo succedere, per inceptionem vnius, & corruptionem alterius. Contra verò: quia duratio ab intrinseco defectibilis, apta est succedere alteri durationi ab intrinseco etiam defectibili in eodem subiecto, apta erit componere tempus aliquod, per mutuam impossibilitatem naturalem: tam enim duratio vnius cognitionis angelicæ succedit naturaliter impossibilitate durationi alterius cognitionis eiusdem angeli, quam duratio vnius formæ materialis succedit naturaliter impossibilitate durationi alterius formæ in eodem subiecto: igitur apta sunt componere tempus aliquod. *Discreti* dicitur, ad differentiam cōtinui; continuum enim constat ex priori & posteriori diuisibilibus, aptis ad continuitatem gignendam; *discretum* ex priori & posteriori indiuisibilibus, ineptis ad continuitatē faciendam: quia partes quasi discretæ vnitates totæ simul sibi immediate succedunt. Huius temporis discreti auctor censetur *S. Thom.* quem posteriores sunt secuti: & colligitur ex *August. lib. 8. de Gen. ac litt. cap. 20.* vbi docet, creaturam spirituales mouere se in tempore, dum internas affectiones exercet.

83. DICO 3. Beatitudo supernaturalis mensuratur æuo; quod, quia supernaturalis est ordinis, & participatio quædam vitæ diuinæ, quæ mensuratur æternitate, rectè à *S. Thom. & Thomistis*, ad differentiam æui naturalis, quo mensurantur substantiæ æternorum, & perpetuæ earum operationes, dicitur participata æternitas.

84. Nec alio, quàm de nomine contendit *Scot. in 4. dist. 49. q. 6. s. De 2. dubio*, cum negat beatitud. supernatural. mensurari participatâ æternitate, sed tantum æuo, quo mensuratur substantia beati: quia cum beatitudo non sit immutabilior substantiâ, cuius est beatitudo, nec accidens possit esse immutabilior substantiâ, cui inhæret, non poterit immutabilior duratione, qualis est æternitas, mensurari. Nam *S. Thom.* non ex eo deducit, beatitudinem mensurari æternitate, quia est immutabilior substantiâ, sed quia est ordinis altioris diuini; vnde sicut esse diuinum mensuratur æternitate imparticipatâ, & à se; ita esse diuinum participatum, mensuratur æternitate participatâ. Eadem est ratio de gratia, & reliquis habitibus supernaturalibus perseverantibus in beatis; secus de iisdem existentibus in viatoribus: in quibus, quia habere possunt cōtrarium, non mensurantur æuo, aut æternitate, sed instanti temporis discreti ordinis supernat. quia æuum, & æternitas participata inuoluit indefectibilitatem ab intrinseco, quam nō dicunt gratia, & reliqui habitus supernat. in viatoribus, in quibus corrumpi possunt ab intrinsecâ potentiâ subiecti, in quo existunt.

85. Infertur 1. operationes externas Angelorum non mensurari æuo, aut instanti temporis discreti, sed tēpore continuo. Fundamentum: Angeli non aliam possunt in externa corpora operationem exercere, quàm motum localem, qui mensuratur tempore continuo. 2. operationes internas hominis mensurari tempore, non æuo, aut instanti temporis discreti. Fundam. omnis operatio interna hominis fit medio discursu, ex vno actu in alium continuo procedendo: contra verò, operationes internæ angelorum eliciuntur totæ simul indiuisibiliter, sicut etiam totæ simul indiuisibiliter desinunt. Dices saltem posset homo in eadem indiuisibili cognitione manere absque nouo discursu: ergo saltem tunc operatio interna hominis mensuraretur tempore discreto: Resp. eo casu nullum esse absurdum talem operationem mensurari instanti temporis discreti: quod concedit *Capreol. ad 4. con. 3. concl.*

87. Infertur 3. materiam primam in sentent. Thomistarum mensurari instanti temporis discreti, quia existit existentiâ formæ; vnde sicut existentiâ vnius formæ, succedit alteri indiuisibiliter & tota simul ita eadem materia, vt existit existentiâ vnius formæ succedit sibi ipsi indiuisibiliter & tota simul vt existentiâ existentiâ alterius formæ; duratio enim non est permanentia rei in esse essentiæ, sed existentiæ, quam formaliter includit: esto igitur materia sibi non succedat quoad esse essentiæ, quæ semper manet eadem, quia tamen sibi succedit, quoad esse existentiæ, quæ ad variationem formæ variatur, in sententia verò *Scoti, &c.* quam veram puto, materia secundum se sumpta mensuratur æuo; quia habet durationem ab intrinseco indefectibilem, est ingenerabilis, & incorruptibilis, secundum se; licet vt coniuncta mutationibus mensuretur tempore, scilicet in viuentibus continuo motu acquiruntur, & deperduntur nouæ partes materiæ.

88. Ad fundamentum *Scoti* negatur minor quod 2. partem, nam permanentes existunt, aliqua ab intrinseco indefectibilia, & hæc mensurantur æuo; alia ab intrinseco defectibilia, & hæc mensurantur instanti temporis discreti. Eadem responsio applicatur ad 1. confirmationem. Ad 2. nego sequel. nam differentia sumpta ex solâ diuersitate rerum, est tantum materialis, ac proinde nequit specificare diuersas durationes, quarum differentia formaliter spectatur penes maiorem vel minorem defectibilitatem in essendo.

89. Hæc de mensura intrinseca rerum: de extrinseca censeo, nec æuum vnius angeli mensurari per æuum alterius, nec tempus discretum vnius per tempus discretum alterius, vt *Thomista* censent, putantes omnia æua inferiorum angelorum mensurari æuo supremi Angeli, omnesque operationes eorum operatione supremi angeli. Probo primum: mensura debet esse certior & notior mensurato: æuum supremi angeli est æquè certum ac notum ac aliorum; cum in permanentia ab intrinseco indefectibili omnes angeli sint pares; æquè omnes ab extrinseco agente creato incorruptibiles, & in ordine ad Deum vnus non est independentior alio. Confirm. mensura deseruit ad dignoscendum, quantum vna res excedat aliam in quantitate: Sed quando res mensurabilis est æquè nota mensuranti, ac ipsa mensura, non est opus mensura ad cognoscendam quantitatem rei mensurabilis. At æquè nota est omnibus angelis virtualis quantitas duratiua vniuscuiusque: cum omnes angeli simul cœperint durare, & omnes æquè sint ab intrinseco indefectibiles, & in perpetuum duraturi, & hoc naturaliter notum sit omnibus.

90. Probo secundum: nequit deseruire vt mensura id, quod suâ naturâ est ignotum: at quælibet operatio interna angeli est suâ naturâ ignota alteri angelo; ob perfectum dominium libertatis, quod creatura intellectualis naturaliter habet in suos actus internos; ergo nequit illi deseruire vt mensura. Confirm. quælibet operatio interna angeli liberè pendet in quantitate duratiua à potentia libera eiusdem; igitur nequit esse certa mensura durationis, quia mensura debet habere stabilem ac certam quantitatem; non potest eam habere, si quoad tantam aut tantam quantitatem pendet à liberâ potentiâ alterius.

91. A quo autem vt à mensura extrinseca mensuretur æuum angelorum, & internæ, atque externæ operationes eorum. *Durand. in 2. dist. 2. q. 5. n. 14. Ocham. q. 13. Gabr. q. 1. concl. 7.* censent mensurari tempore nostro: quod mihi probabilius est, tum à paritate

84. Mensuratur æuo, gloria.

85. Gratia in beatis

85. Non operationes externa Angelorum,

86. Nec interna hominum;

Sed rectè materia 1.

88. Duplex differentia in his manentis.

Æuum vnius non mensuratur altero.

90. Nec tempus discretum vnius altero.

91. Sed tempore nostro.

ritate substantiarum corruptibilium, quarum extrinseca mensura, notificans earum durationem, est tempus, non obstante, quod intrinseca mēsurā ipsarum sit instans temporis discreti; dicimus enim Adam, vel Abraham tanto vel tanto tempore vixisse. Tum à priori; durare essentialiter importat respectum ad tempus reale vel imaginarium: ergo impossibile est cognoscere, quamdiu quis duraverit, nisi cognoscatur tempus, in ordine ad quod duraverit. Confirm. ita se habet duratio ad tempus, sicut præsens ad locum: sed impossibile est cognoscere; quantum vnus angelus distet ab alio, nisi per extrinsecam mensuram spatij localis: ergo impossibile est cognoscere, quantum vnus angulus, vel anima rationalis distet in duratione ab alia, ni per extrinsecam mensuram temporis, quo vna distat ab alia.

Tum quia, cum dicitur vnus Angelus cognoscere durationem alterius, aut significat, debere tantum cognoscere durationem illius intrinsecam, aut etiam extrinsecā coexistentiam ad tantum, vel tantum tempus. Si primum, non eget angelus extrinsecā mensurā ad illam cognoscendam; nam ex natura angeli naturaliter nota est intrinseca duratio illius, nempe quod sit perpetua, & ab intrinseco indefectibilis. Neque enim hīc loquimur de quantitate perfectionis, quā non inficior; angelus inferiores cognosci, vt extrinsecā mensurā, per naturam & perfectionem supremi angeli; sed de quantitate duratiua, quoad intrinsecam perfectionē durandi, est æqualis in omnibus, atque aded æquē nota omnibus. Si secundum; impossibile est cognoscere, quamdiu angelus, vel anima duraverit, nisi cognito tempore, vt extrinsecā mensurā, quo durauit.

## DISPUTATIO VIII.

### De Immensitate Dei.

**I**MMENSITAS per se consequitur ad immutabilitatem, posterius tamen, quā æternitas, quia res prius concipitur esse, quā esse in loco: est autem Deus æternus, quatenus est; immensus, quatenus esse potest præsens loco. Porro immensitas sumi potest 1. transcendentem, vt modus intrinsecus cuiuslibet attributi, quo pacto est idem ac infinitas transcendentem sumpta: nam quodlibet attributum est in suo genere infinitum, immensum, & illimitatum: 2. vt peculiare attributum, virtute distinctum à cæteris, quā ratione inuoluit aptitudinem ad coexistendum infinitis locis, per omnimodam sui immutabilitatem: quo sensu disputo,

### SECTIO PRIMA.

#### An Deus sit immensus?

**A**ffirmans conclusio est definita in *Læran. sub Innocentio III. Firmiter credimus, quod vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, &c.* Baruch 3. *Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus.* Contra quam opinatus est *Auctor est Mundo ad Alexand.* quem librum propterea Peripatetici nebant esse *Aristotelis.* Fuere alij Philof. & hæretici, quos sequutus est *Augustinus Eugubinus Catholicus in Psalm. 138.* potest hæc veritas demonstrari à priori, 1. Deus est immutabilis: ergo immensus: quia si Deus non esset immensus, poss. t esse ab aliqua creatura distans: immensitas enim est perf. ctio

per quam Deus à nulla creaturā, vel loco distare potest: ergo potest ab eā creaturā fieri indistans, seu mutari. nam posita hæc imperfectione, quod Deus distaret à creatura, maior esset perfectio, vt ad eam posset, quā non posset accedere, vt patet de creaturis spiritualibus, limitatione locabilitatis posita. Dices, quia vna creatura perficitur ab aliā, maior perfectio est posse, quā non posse ad distantes accedere: contrā verò quia Deus à nulla creaturā perficitur, non esset maior perfectio posse, quā non posse ad distantes accedere. Sed contrā; licet Deus non perficitur à creaturis. posse tamen accedere maior foret perfectio, quā non posse: sicut licet non perficiatur productione creaturarum, tamen posse illas producere maior est perfectio, quā non posse.

At non posset Deus ex distante, fieri indistans & loco præsens, nisi per aliquam mutationem sui. implicat enim subiectum transire de contradictorio in contradictorium, sine aliquā mutatione alicuius extremi: sed nulla fieret mutatio in loco, si Deus ex non præsente fieret præsens: supponimus enim Deū moueri ad locum, non locum ad Deum: ergo necessariò deberet fieri in Deo: atque aded Deus esset mutabilis secundum locum. Dices: Deus ex non creatore fit creator, nullā mutatione sui: ergo ex non præsente præsens. Resp. distinguendo consequens: si Deus fiat ex non præsente præsens, per productionem loci, verum est; quia tunc transitus ex non præsente in præsentem fit per mutationem termini; Secus, si fieret ex non præsente præsens, per mutationem ipsius ad locum, quia tunc mutatio non fieret in loco, sed in subiecto mouente se ad locum. 2. Deus est infinitus & illimitatus in sua essentia; ex conceptu essentiali Deitatis, qui est ipsum esse interminatum in totā latitudine essendi: ergo & in quāuis perfectione sibi intrinsecā, quia si aliqua perfectio diuina non esset illimitata, Deus non esset infinitus in totā latitudine essendi; cum quælibet perfectio dicat aliquod esse: ergo est illimitatus in perfectione coexistendi spatio infinito, quæ est immensitas: cum non minùs hæc sit intrinseca perfectio Dei, quā reliquæ; nec minùs fundetur in essentia illimitatā Dei. Confirm. quælibet perfectio, quæ in causa continetur formaliter, & communicabilis est effectui sine certo limite, debet in causa necessariò esse infinita: aliàs enim perueniret ad certum terminum, quo maiorem non posset communicare; at virtualis quantitas, per quam Deus aptus est coexistere spatio, formaliter continetur in Deo; formaliter enim Deus per suam propriam substantiam spatium replet, iuxta *Ieremia 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo?* sicut formaliter per suum proprium esse occupat tempus eique interruptè coexistit: eademque communicabilis creaturæ sine certo limite: quia non implicat dato quolibet Angelo, cū determinata sphaera virtualis quantitatis, in ordine ad spatium dari alium cum sphaera maioris sine termino. Igitur hæc perfectio in Deo necessariò est infinita: alioqui cum perueniret ad eum terminum, in quo illa in Deo contineretur, non posset maior produci, quia non potest causa producere perfectiorem effectum, quā ipsa contineat in se.

Deducitur 1. immensitatem, etsi vi nominis importet negationem mensuræ, re tamen ipsa significare perfectionem positiuam, importat enim perfectionem quā Deus aptus est coexistere omni loco: quæ perfectio sicut in creaturis est quid positiuum, ita in Deo.

2. Deum non modò actu esse præsentem rebus omni-

Dices.

Resp.

3.

4. Prob. 2. Ex infinitate.

5. Etiam in virtuali quantitate, contenta in Deo formaliter.

6. Et communicabili creaturæ sine limite.

7.

8. Deus potest fieri præsens infinitis.

92. Tempus uoluntarium est mensura certa extrinseca.

Immensus sumitur dupliciter.

2. Immensus prob. ex immutabil.

omnibus creatis, sed etiam actu fieri posse præsentem alijs, etiam infinitis, si crearentur, sine vllâ mutatione sui, quia est in rebus, ratione immensitatis, quæ non habet limitem. Confirm. si Deus ante mundum conditum creasset angelum tantæ extensionis localis, quantæ est mundus ipsæ, per nouam creationem mundi, angelus actu factus fuisset præsens toti mundo, sine vllâ mutatione sui: à fortiori Deus immensæ extensionis virtualis.

3. Triplex discrimen inter immensitatem & præsentiam Dei; 1. illa competit Deo ex æternitate; hæc ex tempore. 2. illa est perfectio necessaria; hæc libera, quæ potuit in Deo non esse, si nullas produxisset creaturas. 3. illa est fundamentum huius. Probo 1. discrimen; immensitas dicit infinitam quantitatem virtuales substantiæ diuinæ, ratione cuius Deus aptus est coexistere infinitis locis; sed hanc Deus habuit ex ipsa æternitate; præsentia supra hanc, addit connotationem seu respectum rationis ad res & loca actu existentia, quæ Deus efficienter per suam actionem, formaliter per suam substantiam intimè replet. Secundum deducitur ex primo, scilicet si præsentia addit hanc connotationem potuit in Deo non esse: etsi rebus actu existentibus, talis præsentia non poterit in Deo non esse: quia posito termino Deus ratione suæ immensitatis necessariò illi coexistit, per intimam præsentiam suæ substantiæ. 3. ostendo; hæc connotatio immediatè fundatur in immensitate diuina, scilicet in substantia Dei, quatenus continet virtuales quantitatem. An ad complendam præsentiam Dei in rebus, requiratur actio Dei circa res: qua virtuali contactu ipsas contingat, pendet ex quæstione, an substantia spiritualis sit in loco completè per operationem, de qua *tomò sequenti*.

Superest, vt immensitatem Dei probem à posteriori, ex operatione, quam Deus exercet in res omnes creatas. Cardo controuersæ est, an ex operatione Dei, immediatè & euidenter colligatur ipsius præsentia in rebus omnibus.

PRIMA sententia affirmat: *Alensis 1. part. quæst. 9. membr. 2. S. Thom. 1. part. quæst. 8. artic. 1. & 3. contra Gen. cap. 68. Caiet. Ferrar. ysdem locis. Henrici in summa art. 30. quæst. 5. Bonau. in 1. d. 37. 1. p. dist. art. 1. q. 1. Richi. art. 1. q. 1. Durand. q. 1. Aureol. art. 2. proposit. 3. & 4. Arg. art. 1. & 2. Capreol. quæst. 1. art. 1. & 3. Marsily quæst. 39. artic. 2. Palaty disputat. 1. Bannes 1. part. quæst. 8. art. 1. Molina distinct. 2. Zumel quæst. 3. Suarez in Metaph. d. 30. sect. 6. Gilij lib. 2. tract. 9. art. cap. 3. Fundatur in Arist. 7. phys. text. 10. 11. & 12. quod agens & passum debeant esse simul. Sed Deus per conseruationem est intimum agens creaturarum; ergo debet esse præsens in omnibus. Rectè igitur ex operatione Dei in creaturas colligitur ipsius præsentia ad easdem.*

Quòd si quis obijciat: Ex præcisa operatione agentis ad passum, non colligi præsentiam agentis intra intimas partes passii; qualem concedere debemus Deo in ordine ad creaturas: siquidem experientia constat, agens corporeum, dū agit in passum corporeum, nõ fieri præsens intra intimas partes ipsius, sed tantum ad extimas, cū tamē eius actio pertingat vsque ad intimas passii. Respondent: agens creatum potest agere media virtute à se distincta, quam diffundit vsque ad intimas partes passii: Deus autem, cū debeat ad omnem effectum immediatè concurrere, non potest virtute à se distincta, sed per seipsum immediatè agere. Confirm. in qualibet re creata est aliquid quod produci & conseruari non potest, nisi à solo Deo; ac proinde exigit intimam præsentiam Dei. nam materialis, habet saltem mate-

riam, spiritualis verò totam substantiam, quæ non potest, nisi per creationem à solo Deo fieri & conseruari; cū solius sit Dei creare.

Probat 2. agens est actus passii: actus vt perficiat passum, debet esse indistans ab illo. 3. implicat agens agere in passum tempore distans; ergo & loco distans; nam agens respectu loci, à quo distat, se habet ac si non esset: perinde est respectu passii hie præsentis, quòd agens alibi existat, ac si nullibi existat. 4. eadem ratione, ducta ex operatione, colligunt PP. præsentiam Dei in rebus, *Nyfforat. Catech. cap. 25. Si ergo ab illo, nempe Deo, sunt omnia, & ille est in omnibus. Anastasius Sina. l. 2. de rectis dogmatibus tom. 1. Biblioth. Patrum: Rei, inquit, qua effici cepit tantisper dum peragitur, necessariò adest natura agentis: quiduis enim operis nemo, absens si est, operatur, igitur, necesse est fateri, Deum omnibus inesse, nec ab vllò vnquam disparari entium. 5. Paulus Actor. 17. Non longè, inquit loquens de Deo, abest ab vnoquoque nostrum: & causam reddit, in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.*

SECUNDA negat, ex præcisa operatione, Dei præsentiam euidenter colligi: *Scoti in 1. dist. 37. Lich. ibi. dem, Ockam quæst. vnic. Mayroni quæst. 1. Rubionis quæst. 2. art. 1. Gabrielis quæst. unica art. 3. dub. 1. Valent. in 1. part. quæst. 8. puncto 1. Vasquez disput. 28. cap. 4. & 5. &c. inter quos aliqui putant præsentiam Dei colligi non ex operatione Dei vt sic, sed vt primi ac perfectissimi agentis; cuius operatio necessariò coniunctam habet præsentiam operis à se producti. explicant exemplo regis creati, cuius potentia & imperium perfectius esset, si non tantum moraliter, sed etiam physicè se extenderet in totum regnum, & in singulas partes ipsius.*

DICO 1. ex sola & præcisa operatione Dei in creaturas, non colligitur euidenter intima præsentia ipsius in creaturis. Fundam. non colligitur ex operatione agentis vt sic, nec ex operatione talis agentis, nempe Dei infiniti. Prob. primum 1. experientia, quæ constat non semper agens creatum esse intimum effectui, quem producit: tum in casu supra assignato, agens corporeum præsens tantum extimis partibus passii, effectum producit vsque ad intimas partes passii. Nec satisfacit respon. ibi data, quòd effectus ille non producat ab agente immediatè, sed à virtute per medium diffusa vsque ad intimas partes passii. Falsum enim est, aut dubium, an solum accidens, quòd tantum per medium diffunditur vsque ad intimas partes passii, sine actuali concursu substantiæ, producat in intimis partibus subiecti formam substantialem.

Tum in alijs casibus, & primus sit. Ingrediatur solis radius per fenestram & reflectatur ad parietem soli directè oppositum, maius lumen producit in eà parte parietis, & tractu spatij, quam in alijs partibus, quæ soli directè non opponuntur; quia sol immediatè concurrat ad lumen è regione sibi oppositum, non concurrat ad non oppositum. 2. Sic ignis vnius palmi, qui calefaciat spatium immediatè sequens trium palmorum, apponaturque ante hunc ignem vnius palmi alter ignis B, eiuſdem extensionis & actiuitatis, ita vt inter hunc & primum ignem intercedat spatium vnius palmi. Porrò ignis B, cū sit eiuſdem actiuitatis cum igne A, calefaciet spatium immediatè sequens trium palmorum, & quia inuenit palmum 2. ignitum, perfectè assimilatum, non poterit in illum agere, cū non sit capax vltioris gradus caloris, & tamen agat in tertium palmum sequentem, cū ille sit intra suam sphæram. ergo in tali casu ignis B agat in palmum 1. & 3. non agendo in 2.

Immensitas est æterna.

Præsentia addit connotationem creat.

10.

Præsentiam Dei euidenter colligi ex operatione Dei in rebus affirmant.

11. Fundam.

13. Confirm.

14. Prob. 2.

15. Negant.

16. Non colligitur præsentia ex operatione agentis vt sic.

17. V. g. ex radio reflexo.

18. Et igitur.

Prob. 2. ab absurdo: si non posset agens agere, nisi ubi est immediatè præsens per entitatem, sequeretur agens corporeum non posse agere, nisi in solam extimam superficiem passi: quia in sola potest agens corporeum esse præsens. Neque dicas, qualitatem productam in extima superficie agere in profundas partes passi: Nam, ut ipsa id possit, debet in hac sententia priùs per suam entitatem fieri præsens in ipsis partibus extensis & profundis passi: aut certè si potest, etiamsi in illis non sit immediatè præsens, iam dabitur aliqua actio in distans.

Prob. 3. à priori: ex nullo capite colligi potest hæc necessaria præsentia agentis cum passo: Non ex parte agentis; nam agens, producendo effectum, non communicat suum esse, sed aliquid à se distinctum; unde non est actus informans, sed efficiens; nec ut influat esse in effectum, debet necessariò esse præsens effectui (nam in sententia aduers. potest instrumentum obedientiale influere in effectum loco distantem) ergo ex vi influxus non requiritur talis præsentia: Neque est necessaria ex parte effectus; qui solùm dicit dependere ab agente, ab eoque suum esse accipere; & potest id absque intima præsentia agentis, ut patet in effectum obedientialiter productum ab instrumento loco distante. Neque ex parte actionis; nam actio est tantùm via ad communicandum esse effectui; identificaturque cum effectu: unde non maiorem cum agente præsentiam requirit, quàm requirat effectus, ut constat de actione producta ab instrumento distante.

Prob. pars altera fundam. minor necessitas apparet huius intimæ præsentia in agente infinito; quia omnipotentiã suã superare potest quodcumque impedimentum, atque adeò omnem distantiam inter ipsum, & effectum intercedentem, quæ regulariter solet esse conditio impediens actionem agentis creati; quod in agendo, utpotè limitatum pendet à conditione spatij, à quo non pendet virtus illimitata. Unde rectè Scotus: Si Deus esset in vno tantùm loco determinato cum ea potentia & virtute agendi infinita, quã nunc est, posset in quamcumque distantiam agere, quia virtus illimitata non pendet in agendo à conditionibus spatij, sicut pendet virtus finita. Neque ex eo quòd Deus habet perfectissimum dominium supra creaturas, ex hoc præcisè colligitur intima præsentia ipsius ad creaturas: quia perfectissimum dominium consistit in potestate vtendi illis ad quemcumque usum possibilem sibi placitum: at posset Deus uti creaturis ad omnem usum possibilem sibi placitum, etiamsi non esset illis intimè præsens: nam omnis usus Dei circa creaturas, vel fundatur in actione, vel in suspensione actionis, quia vel vtitur creaturã, eleuando illam ad effectus, propriam naturam excedentes, vel illam perficiendo, aut destruendo totaliter, vel partialiter: sed hoc ipso, quòd Deus posset agere in effectum distantem, perfectissimè posset hoc dominium exercere: ergo. Unde dispar est ratio de rege creato: cuius dominium utpotè limitatum, quoniam non se extendit ad res distantes, eas cognoscendo, disponendo, regulando, & gubernando, perfectius esset, si non tantùm per suos ministros, sed etiam per seipsum se extenderet. At dominium Dei absque præsentia locali, perfectissimo modo se extenderet ad res omnes loco distantes, disponendo de illis, non secùs ac si esset ijs intimè præsens.

DICO 2. Ex actione Dei creatiua non immediatè, sed mediatè colligitur intima præsentia Dei in rebus omnibus. Fundam. actio creatiua supponit in create actum purum: sed actus purus necessariò est intimè præsens rebus omnibus: ergo ex

actione creatiua mediatè colligitur intima præsentia Dei in rebus omnibus. Maior prob. creatio est actio independens à subiecto, saltem inhæssionis, cum fiat ex nullo præsupposito subiecto; ergo supponit in create actionem immanentem independentem à subiecto; nullum enim agens habere potest actionem transeuntem independentiorem à subiecto, quàm sit suã ipsius immanens. 1. quia hæc est causa & exemplar illius; non potest autem effectus & exemplatum esse perfectius suã causa & exemplari: 2. quia per actionem immanentem agens ordinatur ad seipsum perficiendum; per transeuntem ad perficiendum aliud à se: nequit autem agens principale ordinari ad perfectius perficiendum aliud, quàm seipsum, cum ad perficiendum seipsum ordinetur primariò, ad perficiendum aliud ordinetur secundariò. Igitur creatio, cum ipsa sit à subiecto independens, necessariò supponit in create actionem immanentem independentem à subiecto, atque adeò identificatam cum substantia creatis: si enim distingueretur ab illo, necessariò esset accidens, & inhæssuè pendens ab illo: solius autem actus puri est, habere actionem immanentem identificatam cum propria substantia. Igitur solius actus puri est, creare. Quòd actus purus necessariò debeat esse intimè præsens rebus omnibus prob. de ratione actus puri est omnem omninò potentialitatem excludere; at aliqua potencialitas est, posse esse præsentem, ubi non est; ergo si Deus non esset præsens rebus omnibus, in quibus tamen esse posset, non omnem omninò potentialitatem excluderet. Ut igitur illam excludat, debet in omnibus esse præsens; ac proinde ex creatione immediatè colligitur puritas actus in create, & cum ex perfectione actus puri rectè inferatur exclusio omnis potentialitatis, intima præsentia eiusdem in rebus omnibus tandem concluditur.

Ad fundam. primã, Resp. Principium illud Aristot. ad summum intelligi de agente & passo creato, quæ ob suam finitudinem requirunt indistantiam localem; non de agente increato, quod ob suam infinitatem & independentiam à spatio, posset effectum loco distantem producere, si in vno tantùm loco existeret. Ad 2. Dico, agentem esse actum passi, non formalem, qui solus requirit indistantiam non requirit, nisi fortè ex peculiari conditione talis agentis. Ad 3. nego conseq. quia quod distat tempore, nullo modo est; quod distat loco, simpliciter est, nec implicat simpliciter agere: respectu passi hinc præsentis, agentem nullibi esse, negat simpliciter esse; at alibi esse, solùm negat non esse hinc. Implicat ex terminis, quòd aliquid recipiat esse ab eo, quod simpliciter non est: non implicat, quòd recipiat esse ab eo, quod hinc tantùm non est, modò alibi sit: cum multi hoc concedant causis naturalibus, aut saltem obedientialibus. Ad Patres & scripturam Resp. eos præsentiam Dei in rebus omnibus probare mediatè ex propria actione Dei, quæ est creatio; vel si immediatè ex operatione; hanc non afferunt, ut exactam demonstrationem, sed ut efficacem rationem, & inter probabiles probabilissimam, ut reuera est: ut quando existentiam Dei probant per rationes etiam probabiles, & vulgò accommodatas. Nec refert, quòd sæpè dicant, ex operatione Deum necessariò esse præsentem rebus: quippè qui intelligendi sunt, non de necessitate physice, sed moraliter tantùm euidente, quæ coincidit cum ratione probabilissimè ostendente, quæ ratio moraliter solet demonstratio appellari.

Qua est actus puri.

23. Necessariò præsentis rebus omnibus.

24.

25.

26.

27. Ad Patres & scripturam.

20.

Nec ex parte agentis

Nec ex parte effectus,

Nec actionis.

21. Multò minus ex operatione agentis infiniti:

22. Sed ex actione creatiua,

## SECTIO II.

*An Deus existat non tantum in hoc mundo, sed etiam extra illum in infinito spatio imaginario?*

28.  
Status qu.

**H**ÆC est celebris controuersia agitata acrius à Theologis: duplex quæst. sensus; alter, an Deus simpliciter existat extra hunc mundum; alter, an existat in aliquo spatio imaginario, quod actu sit extra hunc mundum. Primus adhuc duplex; Negatiuè & in potentiâ, dicitur Deus extra hunc mundum, non quòd actu sit, sed quòd possit esse; ita vt hoc modo loquendi solùm denotetur, essentiam Diuinam non limitari ad hunc tantum mundum, sed ratione suæ immensitatis esse posse in alijs, qui extra hunc condi. possent: Positiuè autem & actu dicitur esse extra hunc mundum, quia non solùm potest esse, si actu extra illum aliquid creetur, sed quia actu sit interminabiliter & infinitè vel in spatio imaginario, infinitè excurrente extra hunc mundum, vel in se ipso tantum; quod Deus negatiuè tantum, & in potentia sit extra hunc mundum, de Fide esse puto; scilicet Deum esse omnipotentem, ac proinde posse alium mundum extra hunc creare: esse immensum; atque adeò necessariò huic nouo mundo præsentem fore. Controuersia tantum est, an positiuè & actu Deus sit extra hunc mundum. Posito autem quòd sit, alia insurgit quæstio, an extra illum sit in spatio aliquo imaginario infinito, an in se ipso tantum.

An positiuè  
& actu sit  
extra hunc  
mundum?

29.  
Negant.

PRIMA sententia negat, Deum esse extra hunc mundum; Bonauent. in 1. dist. 37. p. 2. art. 1. quæst. 3. Capreol. quæst. vn. ad 4. cont. 1. concl. Vasquez. 1. p. disp. 29. Granadi disp. 3. de Immens. Nazarij art. 2. controu. vn. §. resolutio sine, Moncaï disp. 1. de Immens.

30.  
Affirmant.

SECUNDA affirmat, Deum actu esse extra hunc mundum, non tamen in spatio aliquo imaginario, sed in se ipso tantum: Alens. 1. part. quæst. 10. memb. 1. Richard. in 1. dist. 37. art. 1. quæst. 4. Marsilij quæst. 39. §. ad rationes, Bannez. 1. quæst. 8. Fasoli dub. 4. Gilly lib. 2. tract. 9. cap. 19. Theod. Smysing. tom. 1. de Deo tract. 2. disp. 5. quæst. 2. Neque contradicit Scotus in 1. dist. 37. qui solum docet, Deum non esse in spatio imaginario, non negat esse extra mundum. Hæc sententia duas habet partes; quòd Deus sit extra mundum, vt constabit; & quòd non sit in spatio aliquo imaginario, sed in se ipso, quod nititur eodem fundam. quo præcedens sententia infra assignando.

31.  
Etiam in  
spatio ima-  
gin.

TERTIA affirmat, Deum non modò esse extra hunc mundum in se ipso, verum etiam in infinito spatio, non reali, sed imaginario; Carthus. in 1. dist. 37. quæst. 1. Palarij disp. 2. Maioris quæst. vn. & in 2. dist. 1. quæst. 2. ad 8. Molina 1. p. qu. 8. art. 1. disp. 3. Zumel art. 2. quæst. vn. Valent. punct. 2. Suar. in Metaphys. disp. 30. sec. 7. & c.

32.  
Ex Scrip-  
& Patrib.

DICO 1. Negari non potest, Deum actu esse extra hunc mundum: ex Iob 11. vbi, *Excelsior cælo, profundior inferno, longior terra, latior mari*, dicitur eius mensura. Et 3. Reg. 8. *si cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, &c.* quo modo loquendi scriptura significat, Diuinam essentiam non coarctari ad hunc mundum, sed interminabiliter extra illum etiam reperiri. Accedit auctoritas Patrum, qui varijs locutionibus declarant; illum non solùm esse intra, sed extra, supra, vndequaque, circumquaque & vndique infusum, & circumfusum. Lege Dionys.

cap. 9. de Diuinis nom. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 8. Hieronym. in Isai. 66. Rschard. lib. 2. de Trinit. c. 23. Quos loquendi modos imitatus Alens dixit, Deum esse in rebus, & extra; intra non inclusum; extra non exclusum. Eandem veritatem nobis explicat August. 7. Confess. cap. 5. aptâ similitudine infiniti & immensi maris, paruam aliquam spongiam intra se vndique circumambientis. *Concipiebam, inquit, te Domine ex omni parte ambientem eam & penetrantem, sed vsquequaque infinitum: tanquam si mare esset vbique & vndique per immensa spatia infinitum solum mare, & haberet intra se spongiam quamlibet magnam, sed finitam; tamen plena esset vndique spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari. Sic creaturam tuam finitam te infinito plenam putabam.* Hanc veritatem ante August. exemplo sphæræ docuit Trismeg. cum dixit, Deum esse veluti spheram, cuius centrum esset vbique, circumferentia nusquam. Nec Patres intelligi possunt de existentia Dei extra mundum potentiali; nam eodem modo dicunt, Deum esse, intra ac extra mundum; at est intra mundum actu: ergo & extra.

Ratio fundam. Deus necessariò est actu vbicumque potest creatura, præsertim spiritualis existere: at extra hunc mundum potest creatura spiritualis existere: quis negabit posse Deum extra hunc mundum Angelum condere? nam posset extra hunc mundum, alium condere cum vno Angelo, quo tantum cõseruato destruere posset talem mundum: tunc autem solus Angelus existeret extra hunc mundum. Maiorem probant: ad omnem actionem præsupponi debet præsentia agentis; igitur etiam extra mundum: sed hæc prob. non est efficax; quia si ex vi actionis præcisè, non colligitur necessario intima præsentia agentis ad effectum, à fortiori nec necessariò præsupponetur eius præsentia ad actionem, quare sic probò: Deus ratione suæ immensitatis & virtualis extensionis, actu habet, quidquid ratione suæ finitæ locabilitatis & virtualis extensionis habere potest quælibet substantia creata spiritualis: at hæc ratione suæ finitæ locabilitatis & virtualis extensionis, habere potest *vbi* extra hunc mundum: ergo & illud Deus, actu habet: ergo Deus actu est extra hunc mundum: maior est probanda: quidquid perfectionis est, vel esse potest in creatura, actu est in Deo, absque vlla imperfectione: habere *vbi* extra mundum, perfectio est in Angelo, & nullam includit imperfectionem; sicut habere *vbi* intra mundum: si qua verò imperfectio esset in *vbi* Angeli, esset limitatio, quam excludit *vbi* diuinum, quippè cum sit interminatum. Confirm. 1. non est maior ratio, cur Angelus habere possit *vbi* extra hunc mundum & non Deus: quòd si habere potest, actu habet; cum sit perfectio, quæ ab extrinseco termino reali non pendet. 2. Ita se habet Deus ad hunc mundum ratione Immensitatis: sicut se habet ratione æternitatis ad tempus, sed ratione æternitatis, Deus non solùm fuit, & est omni tempore reali; sed etiam fuit, & erit, ante, & post omne tempus reale. ergo pariter ratione Immensitatis, non solùm est intra, sed etiam extra, & vltra hunc mundum. Minor constat ex scriptura, in qua Deus dicitur fuisse, & fore, ante & vltra sæcula; & patet ratione: quia ante omne tempus Deus erat, & post omne tempus erit: ergo sicut verè dici potest, Deum ante, & post tempus fuisse ac fore: ita extra, & vltra hunc mundum esse.

DICO 2. Deus ratione suæ immensitatis actu occupat infinita spatia imaginaria extra hunc mundum. Assertio sequitur ex præced. nec cohærenter ratiocinantur ij qui admittunt Deum actu existere

33.  
Deus est  
actu.

Ratione  
virtualis  
extens.

Vbi potest  
esse Ange-  
lus scilicet  
extra mun-  
dum.

34.

35.  
Occupat in-  
finita spa-  
tia imagin.

stere extra mundum, nullum tamen spatium, vel inanitatē occupare extra mundum. Ratio: implicat, angelum esse extra mundum & spatium vel inanitatē extra mundum non occupare; ita & Deum: quia implicat, angelum esse, & cum aliquo *ubi* non esse, sicut & existere, & cum aliquā duratione non existere. At implicat concipere *ubi*, & non per respectum ad aliquod spatium, vel reale vel imaginarium. Nec dici potest, hoc spatium esse hunc mundum, ad quem *ubi* angeli, extra hunc mundum existentis, dicit respectum: quia posset destructo hoc mundo, adhuc angelus cum eodem *ubi* perseverare, cum tamen per aduersi. mutato spatio, necessariō mutandum esset *ubi*; quia hoc essentialiter dicit respectum ad determinatum spatium. Si igitur nequit angelus extra mundum existere sine aliquo *ubi*, spatium aliquod occupante; ergo nec Deus sine suo *ubi* immensitatis, infinitum spatium occupante. Nam ita se habet *ubi* finitum angeli ad spatium finitum; sicut *ubi* infinitum Dei ad spatium infinitum. 2. Prob. auct. *August. 11. de Cinit. cap. 5.* ubi admittit, Deum incorporea suā præsentia occupare infinita spatia imaginaria extra hunc mundum: imō absurdum putat, & Diuinā substantiā indignum, illum tantum concludere intra hoc exiguum mundi spatium: *An forte, inquit, substantiam Dei, quam nec includunt, nec determinant, nec distendunt loco, sed de ea, sicut Deo sentire dignum est fatentur incorporea presentia ubique totam a tantis locorum extra mundum spatijs absentem, essent dicturi, & uno tantum, atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatam? non opinor, eos, in hac vaniloqua progressuros.* igitur absurdum putat, substantiam Diuinā absentem esse ab infinitis locorum spatijs extra mundum. Prob. 3. ratione: Concedenda est necessariō extra hunc mundum distantia negatiua & infinita, in qua posset Deus plures & plures mundos in infinitum condere, ergo totam illam necessariō occupat. Deus per suam immensitatem & virtualem extensionem; quia ratione eius necessariō occupat quodcumque spatium occupabile; est enim occupatio effectus formalis immensitatis, qui ad illam necessariō consequitur, posita tantum capacitate termini, cum non sit quid distinctum ab infinita substantia Dei. Confirm. sicut implicat, dari spatium posituum occupabile, & illud actu à Deo non occupari: ita dari spatium negatiuum occupabile, & illud actu à Deo non occupari. Anteced. probō; posset angelus extra hunc mundum moueri in infinitum, sicut existere: implicat mobile moueri nisi per distantiam: ergo: Maior constat; nam angelus posset habere existentiam non contiguam mundo, & tunc posset versus hunc mundum moueri, donec fieret contiguus mundo. Confirm. saltem posset Deus motu recto mouere hunc mundum, & tunc eadem foret ratio, cum non posset mundus localiter moueri nisi per distantiam. Nec rectē id negant *Bannes & Moncaus cap. 7.* quia oppositum est damnatum inter *artic. Parisien. in fine 4. hb. Magist. Sentent.* & communis Schola admittit motum in vacuo; atque adeo etiam extra hunc mundum, cum eadem ratio sit de inani & vacuo quoad motum localem, vt mox constabit. Maior Prob. motus localis essentialiter est successiua acquisitio spatij, seu termini ad quem, ex suā definitione, & essentialiter derelictio termini à quo; quæ sine aliquā distantia inter terminum à quo, & ad quem, saltem negatiua, concipi non potest; præter in motu, qui fieret in vacuo, in quo nisi aliqua intercedat distantia inter latera corporis ambientis, impossibile est,

vt in eo fiat motus. Aliqui concedunt, Deum sua infinita substantia & virtuali quantitate, actu occupare huiusmodi infinitam inanitatē extra hunc mundum, sicut occuparet inanitatē vacui: negant tamen dici posse, Deum esse in spatio imaginario, sed in se ipso, eò quod esse in spatio, importat esse in loco reali; spatium hoc nihil est. Verum si de re conueniunt, non est, cur de modo loquendi contendant; cum etiam noster vsurpetur à Patrib. *August. Scholast.*

Prob. 4. à paritate Æternitatis; quo argum. vtitur *cit. August.* ita se habet æternitas ad tempus, sicut immensitas ad spatium: sed Deus ratione æternitatis fuit in tempore imaginario infinito; ergo & ratione immensitatis, est in spatio imaginario infinito. Aduersarij conced. Deum ratione æternitatis, fuisse ante omne tempus reale; negant fuisse in tempore imaginario, sed in sua dumtaxat æternitate. Sed contentio de nomine; cum nos per existere in tempore, vel in spatio imaginario, non intelligamus Deum existere in aliquo tempore, aut spatio reali, sed in negatione potius temporis, & spatij realis, apti tamen, vt in eo existat tempus, vel spatium reale: quam capacitatem replet Deus sua æternitate, atque immensitate. Prob. 5. ab absurdo: si Deus actu non esset in infinita illa vastitate inanitatē extra mundum, posset à seipso disiungi, & discontinuari: nam creet alium mundum huic non contiguum, tunc foret in extremis realibus, & non in inani intermedio. Id ipsum sequeretur, si Deus, corruptis intermedijs corporibus, conseruaret cælum & terram. Item sequeretur, Deum moueri cum lapide, si à cælo moueretur ad terram; quia Deus necessariō esset cum lapide, qui cum moueretur à cælo ad terram per vacuum; si in vacuo non esset Deus, necessariō deberet moueri cum lapide.

*Obijcies 1.* Patres affirmant, Deum extra hunc mundum, non in alio, quam in seipso esse. Resp. velle tantum excludere terminum seu locum realem, non imaginarium, vt constat ex *Aug. cit.*

*Obijcies 2.* Hoc spatium est ens fictum, vt ex ipso nomine spatij imaginarij constat: ergo non potest in eo Deus esse: quia, nequit esse in nihilo: alioqui esset in chymera, in rebus possibilibus, præteritis, & futuris. Resp. concedo, hoc spatium esse fictum quoad realitatem: cum nihil sit reale; nego, esse fictum quoad distantiam & intercapedinē negatiua, quæ suo modo existit independenter ab intellectu, eo modo quo negationes, & priuationes rerum, non per realem existentiam, sed quia, vt sint non pendent ab intellectu, sed à natura talis negationis, aut priuationis: non enim lignum habet priuationem ignis, aut homo negationem leonis, quia intellectus fingit; sed quia à parte rei est talis negatio. Eodem modo, quod hoc spatium sit talis distantia negatiua, quæ repleti & occupari possit substantiā aliquā reali, non pendet ab intellectu, sed à natura talis spatij. Sicut quod inanitas illa, quæ intercederet inter cælum & terram, destructis corporibus intermedijs, sit tanta capacitatis, non maioris aut minoris, non pendet ab intellectu, sed à natura talis inanitatē, per respectum ad corpora, quæ distant. *Dist. & conseq.* non est in tali spatio Deus per potentiam & operationem, concedo; per substantiam & immensitatem, nego. Ad hoc enim, non requiritur, vt sit terminus realis, sed sufficit, vt non sit repugnans: nam sicut illud repleti potest substantiā angeli, & eius reale *ubi* terminare; ita repleti potest Diuinā, eiusque realem immensitatem terminare. Nec est eadem ratio de chymera: quia hæc est ens omnino fictum; nec capax repleti

40.

*In eā est Deus & in seipso.*

*Modus loquendi Patrum.*

41. *A pnsi.*

42. *Ab absurdo.*

43. *Explicatur Patres.*

44.

*Spatium nō est fictum quoad distantiam;*

45. *Chymera omnino ficta.*

36. *Prob. ex August.*

37. *Distantia negatiua infinita datur.*

38. *Et occupatur à Deo.*

39. *Oppositum est damnatum.*

substantiâ Diuinâ, sicut spatium imaginarium. Nec dicitur Deus esse in rebus possibilibus, præteritis, futuris; dicitur esse in spatio etiam non reali; quia esse in spatio, solum dicit esse in illo repletivè seu occupativè; esse in rebus, dicit esse operativè producendo vel conservando illas; implicat autem Deum esse per operationem in rebus possibilibus, præteritis, futuris; quia hoc ipso, quod esset in illis per operationem, non essent possibiles, præteritæ, futuræ, sed præsentæ & existentes.

46. *Obijcies 3.* Hoc spatium non est aliud, quàm non repugnantia corporis maioris & maioris, quod Deus extra hunc mundum producere posset: Sed hæc non est distincta ab ipsa possibilitate corporis, quod non repugnare dicitur: ergo ista capacitas ad recipiendum corpus non est aliud, quàm possibile esse corpus cum tali vel tali *ubi* constitutum. ergo præter ipsum corpus, quod constituitur, & positivum *ubi*, quod habet, nullum aliud spatium imaginarium reperitur. in quo tale corpus recipiatur; ergo præter Diuinum esse, eiusque reale *ubi* nullum aliud spatium imaginandum est, in quo existat. Confirm. nulla res, quando producitur, dicitur esse aut recipi in non repugnantia: ergo nulla res, quando ubicatur, dicitur esse aut recipi in non repugnantia: nam ita se habet non repugnantia rei, ad sui existentiam, sicut non repugnantia vocationis ad existentiam vocationis: ergo sicut illa, cum producitur, non dicitur recipi in non repugnantia, sed vel in subiecto reali, si illud habeat, vel in se ipsa, si subiecto careat: ita cum res ubicatur non ponitur in non repugnantia, sed vel in loco reali, vel in se ipsa. Resp. neg. maior, nam præter non repugnantiam corporis, est distantia negatiua, occupabilis à corpore, atque adeò distincta à corpore, & à quavis substantiâ occupatiua spatij: tum quia alioqui non posset angelus in tali spatio extramundum moveri, quia motus essentialiter supponit distantiam, per quam mobile movetur, distinctam ab ipso mobili. Tum quia, si illud esset sola non repugnantia corporis, & non distantia negatiua præsupposita ad corpus, non posset reddi ratio, cur si Deus annihilatis corporibus intermedijs relictis tantum cælo & terra, non posset, maius & maius corpus inter cælum & terram producere; nam si nulla est certa distantia inter cælum & terram, non esset maior ratio, cur maius aut minus corpus inter eas collocari non posset. Recurrunt aliqui ad naturam *ubi*, quibus cælum & terra constituuntur, quæ talia sunt, vt sint proximum fundamentum tantæ quantitatis intermediæ, & non maioris aut minoris. Sed contrâ; tum quia hæc saluari non possunt in tempore imaginario, intercepto inter duo tempora realia: si enim Deus interrumpat tempus reale hodiernum, & crastina die iterum incipiat realiter fluere, mora illa vacua, quæ inter tempus hesternum & crastinum intercipitur, est determinata, cum illa non sit capax, nisi tantæ moræ temporis realis, & non longioris, aut brevioris: & tamen in ipsis extremis realibus temporis, non est assignare aliquid, ratione cuius extrema ipsa exigant tantum tempus intermedium, & non maius, aut minus. Tum quia ipsum *ubi* supponit spatium, à quo specificatur: non enim reddi potest ratio, cur hoc *ubi* sit additum ad hoc spatium, nisi quia supponit & specificatur ab hoc spatio, quod natura suâ est immobile. Ad confirm. nego conseq. quia non repugnantia rei, quæ producitur, non distinguitur ab ipsius possibilitate; at non repugnantia spatij, in qua res producitur, distinguitur à re ipsa quæ producitur. Vnde nego, eodem modo se habere non

47.  
Distantia  
negatiua  
distincta est  
à corpore.

48.

Non repugnantia rei  
non distinguitur  
ab ipsius  
possibilitate.

repugnantiam rei, ad existentiam sui; ac se habet non repugnantia rei vbiabilis ad vbiicationem; hæc enim præter non repugnantiam rei vbiabilis, dicit spatium in quo vbiatur.

*Obijcies 4.* Hoc spatium est nihil; ergo non potest esse aptum ad recipiendas entitates reales; quia aptitudo non reperitur, nisi in ente reali. Resp. disting. de apto positivè, quo modo reperitur in solo ente reali, & de apto negativè per non repugnantiam, quo pacto reperitur etiam in non ente; vt res, quæ non est, dicitur apta, non quidem positivè, cum ante existentiam nihil sit, sed negativè per non repugnantiam, seu per negationem repugnantia. 2. modo, non primo, spatium imaginarium aptum dicitur ad recipiendas entitates reales.

*Obijcies 5.* Præsentia realis dicit terminum realem: ergo non potest Deus habere præsentiam realem ad spatium imaginarium, quod reale non est. Resp. disting. anteced. dicit terminum realem intrinsecum, concedo; extrinsecum, nego. Porro terminus realis intrinsecus, est ipsum *ubi* reale intrinsecum, à quo intrinsecè res denominatur præsens spatio. Licet igitur Deus, aut quævis substantia creata existens in spatio imaginario, non habeat terminum realem extrinsecum, habet tamen terminum realem intrinsecum, qui in Deo est immensitas, seu virtualis quantitas, actu occupans & replens spatium imaginarium infinitum: in substantia verò creata est locabilitas intrinseca, actu replens spatium imaginarium extrinsecum. Colligitur, Immensitatem esse ita propriam Dei, vt nequeat communicari creaturæ; siue illa accipiatur pro aptitudine coexistendi maiori loco in infinito, siue pro actuali existentia ad spatium imaginarium infinitum: quamvis enim Deus replicare possit Angelum in spatio maiore in infinito, nullum tamen condere potest, qui hoc exigat ab intrinseco; vel qui actu replicetur in spatio infinito: nam in vtroque casu concedenda foret infinita perfectio in creatura. Dices: datur spatium infinitum: ergo non implicat creatura, quæ illud totum occupet: quia occupabile dicit ordinem ad occupatum: ergo si occupabile actu infinitum, dari poterit occupatum actu infinitum. Resp. nego conseq. ad prob. i. nego anteced. nam dicere ordinem est proprium entium realium. 2. nego conseq. patet in potentia diuina, quæ est infinita, esto, nullus terminus, aut multitudo actu infinita producibilis sit: ex infinitate enim potentia solum sequitur infinitas syncateg. non categor. termini. ergo ex infinitate spatij tantum sequitur, infinitas syncategorematica termini occupatiui illius: eò quod nulla datur creatura, quæ perfectior quoad locabilitatem produci non possit.

49.  
Nihil est  
aptum ne-  
gatiuè.

50.

51.  
Immensitas  
est incom-  
municabi-  
lis.

### Quot modis Deus existat in rebus?

**D** Vos assignant *Scholastici cum Magist. in 1. dist.* 37. vnum communem, quo existit in rebus omnibus; alterum specialem, quo existit in sanctis. Priore modo tripliciter docent Deum esse in rebus, 1. per essentiam; 2. per præsentiam; 3. per potentiam: per essentiam dicitur esse, quæ eius substantia est intimè indistans à rebus omnibus; per præsentiam, quæ omnia, quæ in mundo geruntur, sunt ei cognitione præsentia; per potentiam, quæ omnia virtute sua producit & conservat. Qui modi sunt ita inter se connexi, vt primus non necessariò includat reliquos; nam erat Deus ante mundum conditum per essentiam in infinito spatio imaginario, in quo non erat per præsentiam, cum nihil extra Deum

52.  
Est in rebus  
per essen-  
tiam,  
Præsentiam,  
Potentiam.

Deum esse: quod coram ipso vidente gereretur: Neque per potentiam, cum nihil ante mundum conditum esset, quod Dei virtute atque operatione egeret. Reliqui duo necessariò includunt primum; eò quòd impossibile sit, vt Deus sit præsens rebus per cognitionem, operationemve, quin simul iisdem præsens sit per substantiam. Porrò cognitio, qua Deus dicitur præsens rebus, non est qualiscumque, sed intuitiua rei præsens vt præsens, & actu existentis; non enim dicitur Deus esse præsens rebus possibilibus, aut futuris, vel præteritis, sed tantum præsens: sicut nec nos dicimur præsentes, nisi rebus, quæ coram nobis aguntur. Quo fit, vt ante conditum mundum non diceretur Deus præsens rebus, quæ in futuro mundo gerenda videbat; nam præter præsentiam intentionalem & obiectiuam, requiritur realis & subiectiua: contra verò, existens extra mundum, dicitur Deus præsens rebus, quæ aguntur intra mundum; nam ijs omnibus dicitur Deus præsens, ad quæ vt actu existentia se extendit Dei intuitus.

Obiicies, potius res dicuntur præsentes cognoscenti, quàm cognoscens rebus, cum per cognitionem potius res fiant præsentes cognoscenti, quàm cognoscens rebus. Resp. cognoscens fit præsens rebus vitaliter, vt termino suæ vitalis operationis; res fiunt præsentes cognoscenti, obiectiuè & intentionaliter, quatenus exprimentur intra notitiam cognoscentis. Dices, eadem ratione dici posse, Deum præsens sibi ipsi per intuitiuam cognitionem sui. Resp. nego sequel. ad hoc enim requiritur realis distinctio inter cognoscentem & res cognitã.

Ad complementum modi, quo Deus dicitur per essentiam esse in rebus, tria supersunt explicanda: 1. an Deus sit in rebus per intimum illapsum: 2. an sicut Deus dicitur esse in rebus, ita res dici possint esse in Deo; 3. an propriè Deus sit in loco. Quantum ad 1. sententia Scholast. est, Deum esse in rebus per intimam præsentiam & illapsum: quia non solum adest rebus vt causa efficiens, sed etiam vt causa exemplaris, formans & figurans singulas rerum essentias. Sicut enim sigillum non solum efficienter imprimat figuram sui, sed etiam illam efformat & effingit communicando se in genere causæ exemplaris: ita Deus non modò efficit essentias rerum, verum etiam illas efformat & effingit in genere causæ exemplaris, communicando se illis participatiuè secundum varias perfectiones, non formaliter, sed exemplariter. Ad 2. cõcedit S. Thom.

1. p. quest. 8. art. 1. ad 2. omnia esse in Deo, sicut effectus in causa; & Deum esse in rebus, sicut causam in effectu. Dices: ergo sicut res dicuntur esse in Deo, antequam existant, ita dici potest, Deum esse in rebus, antequam res existant. Confirm. si vera est hæc propositio: *res sunt in Deo*; vera erit & eius conuersa, *Deus est in rebus*: sed illa ab æterno fuit vera; ergo & hæc. Resp. nego consequ. nam res sunt in Deo causaliter, & idèd possunt, etiam quando non existunt, verè dici in Deo esse, ratione virtutis causatiuæ: Deum esse in rebus causaliter, est actu causare res: implicat autem Deum actu causare res, & res actu non esse, quia hoc ipso, quo actu causantur, sunt; nam media causatione tanquam viâ accipiunt esse. Ad confirm. nego conuersam huius, *res sunt in Deo*, esse hanc, *Deus est in rebus*; sed hanc, *Deus est causa exemplaris & effectiua rerum*, quæ etiam ab æterno fuit vera. Lege Bonauent. in 1. dist. 37. 1. p. art. 2. quest. 2. Ad tertium, negant Scholast. cum Magist. Deum propriè esse in loco; Anselm. in Monol. cap. 22. & August. lib. de essentia diuin. initio, vbi Deum

Tomus I. De Deo.

appellat *illocalem*: colligitur ex conditionibus loci, quas assignat *Philos. 4. Physic.* inter quas est, vt locatum concludatur finibus loci: at Deus nequit concludi finibus loci; ergo nequit propriè esse in loco. Eo tamen modo improprio, quo Deus est in loco, excedendo terminos loci, controuersia est, an sit in illo formaliter, an tantum causaliter. Thomista cum S. Thom. quest. cit. art. 2. affirmant, esse causaliter, quæ Deus causat corpora, quæ formaliter replent loca: alij verò formaliter; quibus magis assentior; Nam, esse in loco importat continentiam formalem, non effectiuam; alioqui etiam cæli dici possent esse in loco sublunari; quia cæli per suas influentias effectiuè causant & conseruant corpora, quæ formaliter replent loca sublunaria.

Alter modus specialis, quo Deus inexistit in Sanctis, adhuc est triplex; primus quo in iustis habitat per gratiam, vt in proprio templo & sede. Secundus specialior; quo ab aliquibus Deus habitare dicitur in B. Virgine per identitatem, quatenus ex ea carnem assumpsit, quam propriæ copulauit hypostasi. Tertius specialissimus per vnionem hypostaticam, quo singularissimo modo inexistit in humanitate Christi, illam immediatè sanctificando, & ad naturalem filiationem assumendo, vnamque personam cum eâ ineffabiliter efficiendo.

## DISPUTATIO IX.

### De Veritate seu cognoscibilitate Dei.

POST disput. de vnitatem Dei, & quæ vnitatem consequuntur, disputandum de Veritate, non vt est peculiaris virtus in dicendo, quæ veracitas dici solet, & ad fidem spectat, sed vt est secunda passio entis, per quam est aptum cognosci, & primâ radix veritatis in cognoscendo; quæ per se pendet ab intellectu & obiecto, vt à causis per se. Quia præcedit obiectum potentiam, prius de cognoscibilitate diuinæ naturæ, tum de intellectu, deque ijs, quæ eum consequuntur, disputo.

### SECTIO PRIMA.

#### An aliquis intellectus creatus Deum in seipso videre possit?

PRIMA sententia seu error Armen. referente Alphons. de Castro v. beatitudo, her. 1. negantium, Deum ab vlllo intellectu creato in se ipso videri posse, sed in quadam Theophania seu luce, ab ipso deriuatâ, à beatis cognosci. Fundamentum: Deum à nemine hætenus visum, sed nec videri posse, Ioan. 1. primâ ad Timoth. 6. Chrysostom. homil. 14. in Ioan. 3. & 4. de Incomprehen. Dei naturâ, Euthym. in 1. Ioan. Isidor. in 41. Exod. &c. ratio: quod est extra sphæram alicuius potentia, nequit ab illa attingi: Deus est extra sphæram intellectus creati; ergo nequit ab ipso in propriâ substantiâ attingi. Confirm. maior est improportio inter intellectum creatum & Deum; quàm inter oculum corporeum & obiectum spirituale: sed nequit oculus corporeus, ob improportionem cum obiecto spirituali, illud attingere: ergo nec intellectus creatus obiectum in creatum.

SECUNDA affirmat, Deum clarè in seipso à beatis videri.

Deus in loco improprie formaliter.

Speciales modi.

53.

54.

55.

56. Per illapsum;

57. Omnia sunt in Deo;

58.



videri. Est de fide, cuius oppositam *S. Thom. quest. 8. de Verit. art. 1.* appellat hæreticam. Illam 1. definiuit *Benedictus XI. vulgo XII. in decretali*, de quâ mentio fit in eius vita tom. 3. *Concil. p. 2. pag. 818.* extat apud *Sander. de visibili Monar.* refertur à *supple. Gabr. in 4. dist. 49. quest. 2. art. 3. dub. 3. Definimus, quod secundum Dei ordinationem anima Sanctorum, quæ ex hoc mundo purgata discedunt, ante iudicium generale vident Diuinam essentiam, visione intuitiua & faciali, nulla mediante creatura in ratione obiecti se habente, sed Diuina essentia nude & clarè, & aperse illis se ostendente.* 2. *Eugenius IV. in Concil. Florent. decret. de unio. Armen. Morientes* (loquitur de adultis baptizandis, antequam culpam committant) *statim ad regnum cælorum, & Dei visionem perueniunt.* Colligitur ex *Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei:* facies Dei est essentia Dei, vt *Hilar. interpretatur Psalm. 118. in vers. Deprecatus sum faciem tuam.* 1. ad *Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: Quid hoc? sine interuentu creati velaminis, Dei essentiam cernere* 1. *Ioan. 3. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est, seu in propria naturâ.* *Prob. 3. auctor. Aug. epist. 112. de videndo Deo c. 14. Si queris, inquit, utrum possit Deus videri? Resp. potest. Si queris unde sciam; Resp. quia in veracissima scriptura legitur; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Si queris utrum etiam sicuti est, possit aliquando videri? Resp. Filijs hoc esse promissum, de quibus dictum est. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hilarius in loc. cit. quamuis, inquit, nemo hominum videat faciem Dei, & vnuat, tamen Deum omnes mundo corde visuri sunt. hanc veritatem vt seq. sect. nulla ratio naturalis efficaciter probat: quæ assertur, procedit suppositis principijs fidei, de eleuatione naturæ ad gloriam, vt *Casert. in 1. p. q. 12. art. 1. §. ad euidenciam.**

Ad 1. argum. respondet *cit. Epist. Augustinus, Deum à nemine visum, intelligi de hominibus; quorum nemo ante Christi resurrectionem, in propria vidit substantiâ, non de Angelis beatis; qui semper vident faciem patris: cum Scriptura addit, à nemine videri posse; intelligi Deum esse inuisibilem naturâ, si ipse propria voluntate non se manifestat: Si queris, inquit cap. 14. quomodo dictus sit inuisibilis, si videri potest? Resp. Inuisibilem esse naturâ, videri autem cum vult, & sicut vult; Aliam resp. affert ex sententia *Ambrosij cap. 10. & 11. Deus dicitur inuisibilis, corporis, non mentis oculo.* Ad 2. concedit *Vasquez 1. p. dist. 37. cap. 2. & 3. multos ex his Patrib. cum Armenis sensisse. Sed nulla ratio cogit ad hanc notam Patribus, diu in Scriptura versatis, & rectè de fide sentientibus, inurendam: cum omnes possint ad bonum sensum trahi, vt negent de visione comprehensiuâ tantùm; ita explicat *S. Thom. 1. p. quest. 12. art. 1. & de verit. quest. 8. art. 1. & ex eorum scriptis colligitur: cõtrouersia enim erat cum Anomæis; qui ita se Deum in hac vitâ nosse contendebant, sicut Deus seipsum. Testatur hoc *Chrysostom. tom. 5. homil. 2. de incompreh. Dei nat. Quod nemo unquam dicere ausus est, ipsi se ita Deum nosse, quemadmodum Deus se ipse nouit, asserunt. Id arguit nomen comprehensionis, quo cit. Patres ad errorem confundendum vtuntur. Imò titulus *De incomprehensibili Dei natura, quem per quinque homil. Chrysost. apponit, ostendit, in eo tantùm sensu Patres contra Anomæos disputasse. Ad rationem, neg. minor. nam saltem Deus est intra spheram intellectus creati, sub analogâ ratione entis, ad quem potest lumine aliquo confortatus eleuari; cum non se ha-*****

beat vt obiectum disparatum, & actu alterius vitæ quàm intellectiux cognoscibilis, sicut se habet substantia spiritualis respectu oculi; sed vt obiectum excedens intra eandem analogam rationem intelligibilitatis: ac proinde non implicat ad illum eleuari. Ad Confirm. conced. maior de improportione in ratione entis; neganda improportio in ratione potentix, & obiecti, seu habitudinis & termini; nam inter intellectum creatum & Deum est proportio intellectiui & intelligibilis, in eodem proximo genere vitæ; inter spiritum verò & oculum nulla est proportio, in ratione visibilis & visui, in eodem genere proximo vitæ, cum alter sit visibilis actu vitæ intellectiux, alter visiuus actu vitæ sensitiux. Ex defectu huius proportionis, quæ essentialiter requiritur inter potentiam vitalem, & obiectum ab ipsa attingibile, nequit oculus eleuari ad percipiendum spiritum; potest intellectus eleuari ad intuendum Deum.

## S E C T I O II.

*An possibilitas visionis beatæ ratione naturali demonstrari possit?*

**P**RIMA sententia *Scoti in 4. dist. 49. quest. 8. Rubio. quest. 1. Prologi. §. Sed hic est. Niph. 2. Metaphys. dist. 3. cap. 4. Vasquez 1. 2. dist. 20. cap. 2. Arrub. 1. p. quest. 12. dist. 15. affirmantium. Probat Scotus 1. omnis potentia habens obiectum primum adæquatum, potest in quodlibet contentum sub illo; sed id obiectum intellectus creati, est ens vt ens: ergo quodlibet, in quo reperitur ratio entis, est per se obiectum ipsius: Impossibile autem est, vt in alio, quàm in summo ente quiescat; sicut nec visus alibi quàm in pulcherrimo visibili. 2. Quod est perfectionis in aliquo genere, si competit per se inferiori in eo genere, competit etiam superiori; sed cognitio intuitiua, quæ est perfectio simpliciter in genere cognitionis, per se competit sensui; ergo & à fortiori intellectui, respectu perfectissimi intelligibilis, contenti sub adæquato obiecto ipsius. Confirmat; de quocumque obiecto intellectus habet notitiam abstractiuam, habere potest & intuitiuam: quia si habet abstractiuam, signum est, quod illud continet intra suam spheram; alioqui nullo modo posset illud cognoscere: sed cuiuscumque obiecti contenti intra propriam spheram potest intellectus habere notitiam intuitiuam; ergo. 3. Creatura rationalis habet naturalem potentiam passiuam ad visionem Dei: ergo qui intuitiue cognoscit illam, cognoscit ordinabilitatem ipsius ad finem: Sed anima separata intuitiue cognoscit suas potentias naturales: ergo naturaliter cognoscit suam ordinabilitatem ad vltimum finem. Anteced. probat *Scotus quest. 1. Prologi. §. Antequam, omne subiectum naturaliter inclinatur ad actum sui perfectiuum; unde August. de predest. Sanct. c. 5. Possit, inquit, habere fidem & charitatem, natura est hominis. Confirmat *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 1. & 3. cont. Gent. cap. 51. aliàs inane foret desiderium, quod omnes naturaliter habent videndi Deum, si ipsius visio possibilis non esset. 4. Probat Arrubal: certâ ratione constat, intellectum creatum eleuari posse ad videndum Deum, quia non extrahitur à spherâ sui obiecti, cum Deus contineatur sub ratione entis, quod est ipsius obiectum: sed euidens est, potentiam à Deo iuari posse ad suum obiectum perfectè percipiendum; ergo à Deo iuari posse ad ipsum perfectè cognoscendum; quia ad videndum obiectum infinitum non requi-***

Verba de  
crot.3.  
Ex Script.4.  
Ex Patrib.5.  
Exponuntur  
Patres.6.  
Explican-  
tur Patres.7.  
Deus est in-  
tra spherâ  
intell. sub  
ratione en-  
tis.8.  
Affirmant.

Prob. 1.

9.  
Secund.

Confirm.

10.  
Tertio.

11.

requiritur actus, aut virtus infinita: amamus enim Deum ob infinitam ipsius bonitatem, actu & virtute finita.

12. Negant verius,

SECUNDA Bassoli in 4. dist. 49. quest. 5. §. sed quantum, Lychei quest. 1. Prologi, §. sed occurrit, Gabr. q. 1. art. 3. dub. 2. Medina p. 2. quest. 5. art. 1. Caiet. 1. p. q. 1. art. 1. & qu. 12. art. 1. §. Ad evidentiam, Molina ibid. disp. 2. Zumel q. 2. concl. 3. Gonzalez disp. 24. sect. 2. Falsoli dub. 2. num. 18. Suarez lib. 2. de Divinis attrib. cap. 7. negantium, id naturali ratione demonstrari posse, quæ sententia probabilior est. Suppono quæst. esse de verâ demonstratione, quæ intellectum euidenter conuincat, & non tantum probabiliter suadeat: & per medium ostensiuum, & non tantum negatiuum; quia licet nulla appareat repugnantia, non tamen conuincimur, cum reipsâ esse possit, esto nobis non appareat. Deum in seipso cognoscibilem, contineri intra obiectum intellectus creati, non est demonstratum; aut posse potentiam ferri in obiectum, quod sit sub maiore abstractione potentialitatis, quàm sit ipsa in se: at Deus in seipso visibilis abstrahit ab omni potentialitate; à quâ intellectus creatus non potest abstrahere. Hanc proportionem naturaliter requiri inter potentiam & obiectum, docent S. Thom. 1. p. q. 12. art. 4. & Scotus quodlib. 14. §. De 2. principali: constat inductione; nequit sensus eleuari ad obiectum abstractum à materia indiuiduali; & intellectus humanus coniunctus corpori ad obiectum abstractum à materia intelligibili; quia cognitum debet esse in cognoscente, iuxta modum cognoscentis. Cum igitur experiamur, hanc proportionem seruari inter potentiam & obiectum, & aliundè non constet, potentiam vitalem, quâ vitalis est, eleuari posse extra suum connaturalem modum operandi, ratione naturali non constat, posse Deum ab intellectu creato in seipso videri.

13. Nondum demonstratum potentiam ferri posse in obiectum sub maiori abstractione quàm sit ipsa. S. Thomas. Scotus.

14.

Actus purus cognoscitur tantum arguitiue.

Ad 1. primæ nego, obiectum naturale & specificum intellectus creati esse ens, vt includit increatum cognoscibile in seipso, sed solum vt includit increatum cognoscibile per aliud: sic enim seruetur naturalis proportio inter potentiam & obiectum. Dices, adhuc abstractiue cognoscitur Deus, vt actus purus: sed modus cognoscendi abstractiue, & intuitiue non variat obiectum formale. Resp. Cognosci Deum, vt actum purum, tantum arguitiue, & mediatè, mediante nimirum effectu creato potenciali, non per se primò & immediatè. In quo sensu neg. minor. Nam actus purus cognitus intuitiue cognoscitur per se primò, vt talis est, & immediatè: proinde vt actus purus specificaret actum cognitionis; quia id specificat, quod per se primò & immediatè terminat: Cognitus verò arguitiue, non cognoscitur per se primò & immediatè vt actus purus, sed mediante alio obiecto potenciali immediatè terminante, atque adè specificante cognitionem, proinde non, vt actus purus est, specificat actum cognitionis, sed vt immediatè repræsentatus per medium potenziale. Igitur cognoscibile abstractiue, seu arguitiue, & intuitiue variat obiectum formale. Ad minor. resp. Sat esse, si intellectus quiescat in contemplatione abstractiua primæ causæ, qualem hominis felicitatem agnouit Arist. 10. Ethic. 7. & 8. Argum. 2. supponit, Deum in seipso visibilem, esse obiectum intellectus creati, non sensus ac sensibile est obiectum sensus. Maior argum. vera est, quando cognitio intuitiua non extrahit obiectum à proprio modo cognoscendi potentia: at cognitio intuitiua Dei extrahit obiectum à naturali modo cognoscendi intellectus creati, cuius est, obiectum cognoscere per modum entis poten-

15. Ad 2.

tialis. Ad confirm. neg. maior. quando cognitio intuitiua extrahit obiectum ad altiorem ordinem cognoscibilitatis, supra modum naturalem cognoscendi potentia: ex eo autem, quod creatura cognoscat Deum abstractiue solum sequitur, Deum vt abstractiue, non vt intuitiue cognoscibile contineri intra sphaeram ipsius; eò quod primo & non secundo modo seruat proportionem cum potentia: nam primo modo cognoscitur ad instar obiecti potentialis medio effectu creato.

Ad 3. Præter auctores cit. in 1. sententia, Durand. in 4. dist. 49. quest. ult. num. 8. Scotus q. 2. art. 1. concl. 1. & lib. 1. de natura & grat. cap. 4. concedunt anteced. Probat Durand. vnumquodque naturali appetitu fertur in suam perfectionem; cum naturalis appetitus nil aliud sit, quàm inclinatio imperfecti ad suam perfectionem: sed visio Dei est maxima perfectio naturæ rationalis; ergo. 2. Scotus; homo est naturaliter imago & similitudo Dei: sed hæc non solum importat capacitatem videndi Deum, sed etiam naturalem inclinationem; quia simile naturaliter appetit suum simile: & appetitus humanus in nulla re creata quiescit; ergo possibile est illum expleri; alioqui frustra nobis à natura esset ille inditus. Implicat, illum alio, quàm adeptione summi boni expleri, vt experientia constat. Sed contra: si esset in nobis naturalis appetitus ad visionem Dei, visio Dei esset nobis naturaliter debita; nec posset homini in pura natura constituto sine violentia denegari, si in ea viueret iuxta dictamen rationis. 2. Repugnat, dari potentiam naturalem ad visionem supernat. nam potentia specificatur ab actu: ergo implicat, potentiam per se primò ordinatâ ad visionem supernat. esse quoad entitatem naturalem. Confirm. ita se habet potentia ad actum, sicut actus ad obiectum: sed implicat actus naturalis per se primò ordinatus ad obiectum supernaturalem; ergo & potentia naturalis per se primò ordinata ad actum supernat. Ex Aristot. 3. de anima c. 5. & S. Tho. 2. cont. Gent. cap. 60. omni potentia passiuæ naturali respondet aliqua actiua naturalis, à qua possit in actum reduci; alioqui frustra foret talis potentia, quæ nunquam reduci posset in actum: ergo si datur potentia passiuæ naturalis ad beatit. supernat. danda est etiam potentia actiua naturalis, quæ illam reducere possit in actum. Nec sufficit, vt reduci possit in actum à potentia actiua supernaturali Dei; nam potentia passiuæ respondere debet actiua in eodè ordine. Vnde creatio animæ rationalis, etiam si ab alio, quàm à Deo fieri non possit, computatur inter opera naturalia, eò quod exigitur à potentia passiuæ materiæ; vnde in ea producenda gerit se Deus vt causa naturalis. 4. Nunquam natura tribuit propensionem ad finem, quin etiam tribuat ad media; sed natura non tribuit propensionem ad bona gratiæ, quibus beatitudinem cõsequimur: ergo neque ad ipsam beatit. Maior constat inductione: omnis quippè potentia ad suum finem inclinatur medijs dispositionibus: tum ratione; eiusdem ordinis sunt forma, & dispositio ad formam: ergo eadè est propensio ad finem & ad dispositionem. Quare neg. anteced. ad prob. conced. maior de actu commenso subiecto; neg. de actu excedente subiectum, qualis est visio gloriosa, ad quam creatura rationalis solum habet capacitatem obediẽtialem, & hanc tantum probat testimonium August. Ad confirm. S. Thomas respondet Caietan. intelligi de desiderio creaturæ rationalis, ordinatæ iam ad finem supernaturalem: posita enim reuelatione finis supernaturalis naturale est creaturæ desiderare illam actu elicito saltem inefficaci.

16. Ad 3.

17. Naturalis appetitus ad visionem Dei non est.

18. Nec naturalis potentia passiuæ ad visionem Dei.

Ex his patet ad argum. Durandi Ad 1. Soti, nego minor.

19.

minor. imago enim & similitudo, quæ est inter hominem & Deum, non est uniuoca & perfecta, sed analogæ & imperfecta, proinde naturalè appetitum vidèdi imaginatum fundare non potest. Ad 2. concedo, quòd appetitus humanus expleri non possit, nisi adæptione summi boni, vel per cognitionem abstractiuam, vt in pura natura, vel per cognitionem intuitiuam, vt in natura eleuata. Ad 4. *Arrub.* nego assumpt. ad prob. nego euidentè esse, Deum in seipso visibilem contineri intra adæquatum obiectum intellectus creati; vel ad illum diuinâ virtute eleuari posse: quia, cum sit contra naturalem modum operandi potentia vitalis, nequit hoc naturaliter demonstrari, sed solâ fide teneri.

### SECTIO III.

*An Deus cognoscibilis sit à beatis per speciem expressam clarè ipsum representantem sicuti est?*

**D** Vplex species intelligibilis, altera impressa virtualiter tantum representans obiectum, à quo imprimitur, effectiuè concurrens cum potentia cognitiua ad actualem representationem obiecti: altera expressa, seu expressiua obiecti; actu & formaliter illud representans potentia cognosceti. Quia impressa essentialiter ordinatur ad expressam, vt causa ad effectum, & consequenter ex impossibilitate huius pendet impossibilitas illius, prius inuestiganda est natura expressæ.

**PRIMA** sententia affirmat, possibilem esse speciem expressam clarè representantem diuinam essentiam, sicuti est: *Bonavent. in 1. dist. 3. 1. p. artic. 1. quæst. 1. ad ult. Durand. dist. 27. quæst. 2. num. 26. Aureol. apud Capreol. in 4. dist. 49. q. 5. art. 2. Soti in 4. dist. 49. q. 2. art. 3. Torrez. in 1. p. q. 27. art. 1. dub. 4. Molina q. 12. art. 2. dist. 1. Vasquez disp. 38. cap. 2. Suar. lib. 2. de Diuinis attributis cap. 11. Granadi tract. 5. dist. 1. sect. 2. Arrub. dist. 17. cap. 2.* & omnium, qui vel admittunt verbum mentis in beatis, quod in doctrina *S. Thom.* problematicè defendunt *Capreol. in 4. dist. 49. q. 5. art. 3. ad 1. Aureol. & Ferrar. 1. cont. Gent. c. 53. §. quanta est;* cum idem sit verbum mentis & species expressa, vt *infra*: vel qui concedunt speciem impressam diuinæ essentia: non omnes, qui concedunt expressam, concedunt impressam; omnes tamen, qui impressam admittunt, & expressam; eò quòd illa ad hanc essentialiter ordinetur. Fundam. impossibile est, potentiam cognitiuam obiectum cognoscere, quin aliquam similitudinem de illo in seipsa formet, seu propria cognitione faciat sibi obiectiuè præsens; & cognitio ipsa sit expressa similitudo obiecti: cum nequeat representare obiectum potentia, nisi illud contineat, aut realiter, aut intentionaliter; nequit antè cognitio creata continere Deum realiter, ergo saltem continere debet intentionaliter, quod est continere illum per aliquam imaginem & similitudinem. Confirm. 1. *Ioan. 3. visio Dei appellatur similitudo: Similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est. August. 9. de Trinit. cap. 10. & 11. & lib. 15. cap. 16. Anselm. in Monol. cap. 9. 29. & 31. docent, nullam rem posse nos intelligere, nisi intelligendo, aliquam illius imaginem intra nos formemus: quin ex ista similitudine verbi creati colligunt imaginem Verbi increati: sicut creatum nascitur ex memoriâ fecundâ intelligentis, vt proles ex obiecto intelligibili, & potentia intellectiua: ita Verbum increatum gignitur ex memoriâ fecundâ patris, vt perfectissima proles, & ex-*

pressissima imago æterni parentis.

**SECUNDA** negat, possibilem esse speciem expressam representantem diuinam essentiam, vt est in *sc;* *Henrici in summ. art. 33. q. 2. ad 3. & quodlib. 4. q. 8. & 26. Durand. in 4. dist. 49. q. 2. Richard. in 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. Bassoli quæst. 1. art. 1. §. Dico igitur, Ioan. de Ripa apud Capreol. in 3. dist. 14. art. 2. Caiet. in 1. p. q. 12. art. 2. §. Aduerte, & qu. 27. art. 1. §. Ad 3. dub. Bannez. in 1. p. q. 12. art. 2. Sylui. ibid. Zúnel disp. 2. Gonzal. dist. 25. sect. 4. Nazar. controu. 2. & ferè omnium, qui negant, beatos formare verbum in visione beatifica: *S. Doct. 1. p. quæst. 12. art. 2. vbi negat, Deum per vllam creatam similitudinem, aut speciem à beatis videri posse: rationes militant contra speciem impressam; at multò magis contra expressam, vt Caiet. loco cit. Natura speciei expressæ accuratiùs est examinanda.**

**Auctores 1.** sententia putant, naturam speciei expressæ, seu verbi mentalis consistere in eo, vt sit tantum medium *Quo*, & sola ratio cognoscendi obiectum; non medium *in Quo* cognosci possit obiectum. Vnde dicitur species expressa, quia exprimitur seu producit ab intellectu, cuius est intrinsecus terminus, ad differentiam speciei impressæ, quæ ab extrinsecò producitur, & imprimitur potentia cognoscenti, propter quod impressa nuncupatur. Huius opin. est etiam *Durandus in 1. dist. 27. quæst. 2. Scotus qu. 3. §. Ad quæst. & in 2. dist. quæst. 9. & c. Prob. 1. non experimur, cum aliquid intelligimus, nos ferri in actum & obiectum simul, sed in obiectum tantum, 2. non possumus actu directo, sed tantum reflexo in nostros actus tendere: at actus reflexus supponit directum: Ergo verbum mentale non potest esse id, quod primò cognoscitur ab intellectu; quia est actus nostri intellectus: 3. Per notitiam spiritualement cognoscimus obiectum quantum & materiale: ergo quod immediatè terminat intellectionem, non est verbum mentale, sed obiectum; nam quod non est quantum & materiale, non potest esse medium in quo cognoscendi quantum & materiale: substantia nequit cognosci in verbo, quod est accidens. 4. Si intellectus cognosceret suum actum, cognosceret seipsum: sicut qui cognoscit picturam, cognoscit subiectum, in quo est pictura. Confirm. si intelligeremus verbum, non intelligeremus illud abstractè, sed concretè, vt afficiens intellectum, in quo est, & à quo egreditur: ergo cum ipso simul intelligeremus intellectum. 5. Voluntas non producit in se aliquid, quod sit primum obiectum amoris, sed eo immediatè tendit ad obiectum secundum se: ergo nec intellectus producit aliquid in se, quod sit primum obiectum intellectionis, sed eà immediatè tendit ad obiectum ipsum secundum se. Anteced. prob. alioqui nulla daretur virtus Theologalis, immediatè tendens ad Deum propter se, si primum, & immediatum obiectum amoris esset noster amor Theolog. non Deus propter se, sed aliquid creatum. Idem argument. fieri potest de assensu Fidei Theolog. quia hic non tenderet ad Deum, vt veracem immediatè, sed ad verbum creatum mentale nostri intellectus. 6. Oculus corporeus non cognoscit obiectum expressum per verbum sensibile intra se, sed in propria natura existens, alioqui eius visio non esset intuitiua; hæc enim terminatur ad obiectum in seipso existens: ergo nec intellectus per visionem intuitiuam cognoscit obiectum intra se per verbum expressum, sed extra se in propria natura existens. 7. Opposita sent. admittit per actum intelligendi produci in nobis formam realè, in qua vt in imagine cognoscamus obiectum,*

contra

12. Affirmant.

23. Fundam.

24. Confirm.

25. Negant.

Procul dn. bio est sent. S. Thom.

26. Natura speciei expressæ an medium quod

27. Prob. 1.

28. Tertio.

29. Quarta

Confirm.

30. Quinta. A pari.

31. Sexta.

32. Septima.

33.  
Oftaua.

contra *Philos. 9. Metaph. tr. 16.* docentem per operationes immanentes nihil in nobis produci. 8. Si verbum esset immediatum obiectum intellectio- nis, nulla dari posset intellectio sine verbo; quia nulla intellectio esse potest sine re intellecta, sicut nulla imago sine imaginato: at visio beata est vera intel- lectio, & non terminatur ad verbum, vt *infra.* 9. Si

34.  
Nono.

verbum producitur ab actu intelligendi, prior est actus intelligendi, quam verbum productum, sicut omnis causa prior est suo effectu: ergo in illo priori debet actus intelligendi habere suum obiectum, cum nequeat esse actus sine termino: At hoc non potest esse verbum; quia cum verbum producatu- r actu intelligendi, est posterius natura actu intelli- gendi. 10. Nullum mediū potest esse ratio intuitiue videndi aliud, nisi illud formaliter, aut eminenter contineat: sed verbum substantiæ neque formaliter, vt per se patet; neque eminenter, cum sit imperfec- tius substantia, continet substantiam. Confir. ver- bum est ad instar picturæ; sed in pictura non potest intuitiue videri imaginatum. 11. Si verbum esset ratio in quâ immediatè videndi obiectum, omnis cognitio esset intuitiua: nam intuitiua cognitio est, quæ fertur ad obiectum præsens: at hoc modo om- nis cognitio ferretur ad obiectum in ipso verbo præsens.

35.  
Decimo.

Auctores verò 2. sententiæ, excepto *Durando*, censent verbum, seu speciem expressam esse for- mam ab intellectu productâ, in quâ vt in propriâ, & naturali imagine proximè cernitur obiectum in- tentionaliter expressum, & intelligibiliter repræ- sentatum secundum omnes eas proprietates, quas obiectum continet in suo esse naturali: aut saltem posse in eo obiectum cerni, vt in propriâ imagine, non secus ac in sententia eorum, qui docent in spe- culo videri imaginem, & in eâ imaginatum inten- tionaliter expressum: ita sentit *Henricus*, qui, quam- uis putet verbum esse medium *Quo* cognoscendi obiectum, talis tamen naturæ esse censet, vt in eo, tâquam in propriâ imagine cerni possit obiectum, non secus ac in imagine speculâri cernitur imagi- natum.

36.  
Vltimo.

Omnes autem hi auctores conueniunt, verbum non consistere in specie ab obiecto impressa, sed in specie ab intellectu expressâ, concurrente tantum impressâ vt comprincipio illius: *Anselm. in Monol. cap. 31.* Cum, inquit, cogito notum mihi hominem ab- sentem, formatur acies cogitationis meæ in talem imagi- nem eius, qualem illam per visum oculorum in memo- riam attraxi, quæ imago in cogitatione verbum est eius- dem hominis, quem cogitando dico. Et cap. 46. verbum sic definiit: Verbum est cogitatio rei, ad eius similitudi- nem ex memoria formata. Et *August. 14. de Trinit. c. 12.* Tunc est verbum simillimum rei nota, de qua gignitur imago, quando de visione scientiæ visio cogitationis ex- oritur. Vbi verbum appellat ipsam rei visionem, ge- nitam ex memoriâ fecunda, quæ præter intel- lectum includit speciem obiecti, quo vt semine fœ- cundatur potentia ad verbum, vt sui, & obiecti pro- lem gignendam: ab utroque enim, vt ipse 9. de *Trinit. cap. vlt.* cognoscente scilicet & cognito paritur notitia, quæ verbum est, & mētis proles. Idque etiam ratione constat: nam si esset species impressa, vel ef- fect, vt recepta tantum in potentia, vel vt terminans per modum obiecti actum intellectio- nis: non pri- mum; alioqui semper actu cognosceremus omnia obiecta, quorum species in memoria receptas ha- bemus: Non secundum; quia, etsi posset intellectus formare verbum de ipsa specie impressâ, eamque cognoscere, illam tamē non cognosceret immediatè in seipsâ, sed in verbo, in quo illa exprimeretur &

37.  
An mediū  
in quo?

38.  
Verbum est  
in specie ex-  
pressâ con-  
currente  
impressâ.

Non in spe-  
cie impressâ  
vt termi-  
nante actum.

repræsentaretur, sicut reliqua obiecta, quæ in ver- bo expressa cognoscuntur. Ratio: cum verbum sit expressuum obiecti, de quo gignitur, illud adequatè cōtinens secundum esse intentionale & intelli- gibile, sufficienter in eo intellectus poterit cogno- scere speciem impressam, non secus ac cognoscit reliqua obiecta in verbo, de ipsis formato.

Confirm. 1. idē aduersarij hoc asserunt, quia pu- tant, speciem impressam requiri vt medium, in quo obiectum proximè cernatur, vt in suâ imagine; at hoc falsum est: 1. quia ad hoc sufficit species expres- sa, in quâ meliùs, quia vitaliter, exprimitur obie- ctum: 2. sequeretur, nos non posse sine specie im- pressa, nobis inhærente, obiectum cognoscere; quia non possumus obiectum cognoscere, nisi per ima- ginem ipsius: sed imago, in quâ in hac sententia ob- iectum cognoscitur, non est species expressa, sed im- pressa: ergo sine illa non possemus obiectum cogno- scere, quod falsum est; alioqui non posset Deus abs- que eo, quod in nobis produceret speciem impres- sam lapidis, facere vt lapidem cognosceremus, cum nō possemus obiectum cognoscere, nisi illud habea- mus, vt terminum nostræ cognitionis: in hac autem sententia obiectum est terminus nostræ cognitio- nis immediatè, & formaliter per ipsam speciem im- pressam: lege *S. Thom. opusc. 14.* Confirm. 2. destru- ctâ specie impressâ, & conseruatâ in potentia cog- nitua solâ specie expressâ eiusdem speciei impressæ, sufficienter per eam potētia cognosceret obiectum: ergo non per impressam, sed per expressam obie- ctum, cognoscit: tum quia de facto non per vtram- que, sed per vnam dumtaxat obiectum cognoscit: ergo si illud cognoscit per expressam, nō cognoscit per impressam: tum quia intimiùs, connaturaliùs, & magis proportionatè per expressam, quam per im- pressam cognoscit illud. Anteced. prob. in specie expressa delineatur integra natura impressæ, cum sit formalis naturalisque imago ipsius effectiue pro- ducta ab eadem specie impressâ: ergo in eâ vt in naturali imagine relucet integra natura tū speciei impressæ, tum obiecti ipsius: ergo etiam impressâ destructâ, tota natura ipsius eiusque obiecti cerni poterit in specie expressa. Cuius rei optimū exem- plum habemus in Verbo increato, in quo vt in pro- pria imagine exprimitur natura diuina vt species impressa omnium obiectorum, quæ sunt in memo- riâ secundâ Patris; vt docent Patres, *August.* citan- dus: non enim in Verbo diuino vt in specie impres- sâ, sed expressâ & Sapientiâ genitâ æternus Pater cognoscit omnia. Quod autem possit destructâ im- pressâ conseruari species expressa eiusdem impres- sæ in potentia cognitiua. prob. 1. non apparet essen- tialis connexio inter speciem expressam & impres- sam: 2. sicut potest impressa conseruari absque ob- iecto, cuius est impressa species, ita poterit expressa conseruari absque impressa, cuius est expressio; 3. sunt duæ res mutuò realiter distinctæ.

DICO 1. Verbum mētis, seu species expressa non est tantum medium *Quo*, sed etiam in *Quo* videndi obiectum, imò est ipsum obiectum intentionaliter expressum, & in sua naturali imagine intelligibili- ter apparens cognoscenti. Hæc est expressa sententia *S. Thom. 1. cont. Gent. cap. 53.* vbi verbum appellat in- tentionem intellectam formatam ab intellectu mediâ specie intelligibili, per quam vt per rei similitudi- nem rem intelligimus. Et 4. cont. *Gent. cap. 11.* docet, hanc intentionem intellectam, quam intellectus in seipso concipit de re intellecta, non esse rem ipsam, quæ intelligitur, sed quandam similitudinem intel- lectu conceptam de re intellectâ, quam voces ex- teriùs significant, & verbum interiùs nominatur; ex

39.

Intimior,  
connaturu-  
lio expres-  
sa.

40.  
Verbum est  
medium in  
quo?

Intentio  
intellecta  
quò

quo infert, verbum hominis interius conceptum, non esse hominem verum, naturale hominis esse habens, sed hominem intellectum, & quandam similitudinem hominis veri ab intellectu apprehensam. Et in opusc. 13. *Istud sic formatum & expressum in anima dicitur verbum interius, & ideo comparatur ad intellectum, non sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit, quia in isto sic expresso & formato videt naturam rei intellectæ.* Vnde colligit, duo esse de ratione verbi; vnum, quod sit aliquid ab intellectu procedens, in eoque existens; alterum quod sit ratio & similitudo rei intellectæ. Et opusc. 14. *Similitudo perfecta genita & expressa ab intellectu, & hoc totum expressum est verbum, & est totum rei distinctè expressivum, & totum, in quo res exprimitur, & hoc intellectum principale, quia res non intelligitur, nisi in eo: est enim tanquam in quo res cernitur: Vbi non solum docet, rem intelligi in verbo, vt obiectum in speculo, sed non intelligi nisi in verbo. Et infra docet, verbum esse ipsum obiectum, quod intellectus virtute speciei à sensibus in seipso format, ad quod immediatè terminatur nostrum intelligere, & non ad rem ipsam, vt est in sui naturâ; id ipsum confirmat qu. 4. de Verit. art. 2. ad 3. vbi verbum appellat conceptionem intellectam, & rem ipsam, qua intelligitur: vt sic, inquit, id quod intelligitur possit dici & res ipsa, & conceptio intellectus. Quia verbum est res ipsa intentionaliter, quam nos intelligimus, dum verbum concipimus. Idem docet 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. & Capreol. in 2. dist. 39. q. unic. art. 3. ad 2. cont. 1. concl. Est etiam expressa sententia Arist. 3. de anima tract. 20. & 37. vbi ait, scientiam actualem esse ipsam rem scitam: non posset autem esse res scita, nisi ipsa esset obiectum scientiæ; alioqui si esset distincta à re scita, non posset esse eadem cum illa; docet, animam intelligendo fieri omnia, quia per intellectionem exprimit in se omnia. Sæpè affirmat, cognitionem fieri per assimilationem cognoscentis ad cognitum: si autem cognitio esset pura tendentia intellectus ad res extra existentes, nullâ opus esset assimilatione ad res intelligendas, sed sufficeret quæcumque vitalis tendentia, quâ intellectus posset extra se tendere ad res cognoscendas. Requiritur igitur assimilatio cognoscentis ad cognitum, propter verbi expressionem, in quo res cognoscenda est. Eadem sententia fundamentum habet in Patribus, qui verbum appellant imaginem obiecti, in quam acies mentis fertur, dum obiectum cognoscere nititur; vt patet ex Anselm. cit. Confirm. Patres ex verbo creato probant increatum, cum eoque cõparant, assignatis interim differentijs, quæ inter creatum & increatum intercedunt; cum tamen nullam differentiã assignent in eo, quod increatum sit, in quo Pater cognoscit omnia, imò in hoc potius illi verbum creatum assimilant. Igitur sentiunt, verbum nostrum esse in quo obiectum cernitur; sicut verbum Diuinum est, in quo Pater omnia contempletur: *Novit, inquit, August. 15. de Trinit. cap. 14. omnia Deus Pater in seipso; novit in Filio; sed in seipso tanquam seipsum, in Filio tanquam suum.* Et subdit: *verbum autem nostrum simile est in hoc enigmate illi Verbo Dei, quoniam sic & hoc de nostra nascitur, quemadmodum & illud de scientia Patris natum est.**

Similitudo expressa.

41. Imago obiecti:

43. Pr. ratione. Sic visus percipit obiectum in imagine expressum:

intellectus verbo intelligibili, vt in eo intelligibile obiectum percipiat: quia visus semper habet obiectum propria existentia præsens, ad quod ferri possit, quod non habet intellectus, qui plerumque fertur ad obiectum absens. Anteced. non admittitur ab omnibus auctoribus nostræ sententiæ. *Experientia sic probatur: variatis tantum speciebus visivis variatur obiectum in ratione obiecti formaliter, non variato in ratione rei: ergo visus non terminatur immediatè ad visibile in seipso existens, sed in propria imagine expressum. Anteced. constat multiplicitate experientia; 1. quando species variantur quoad intensiorem, obiectum apparet crassius & intensius. 2. quando species variantur quoad multiplicationem, vt in conspicijs multangularibus obiectum apparet multiplex, adeò vt nullum discrimen percipiat oculus inter verum, & apparatus obiectum. 3. Quando species refranguntur, obiectum apparet fractum. Ostendo conseq. Si visibile non cerneretur in sua imagine expressum, sed in propria natura existens, non posset cognosci, nisi cum ea dispositione, quam in seipso haberet; at non cognoscitur cum ea dispositione, quam in seipso habet, sed cum ea, quam habet in propria imagine expressum: ergo non cernitur in propria natura existens, sed in sua imagine expressum. Maior prob. Si visio non esset medium in quo, sed tantum quo intuenti obiectum in seipso existens, non esset medium cognitum à potentia: Ergo non posset ipsa tantum visione variata, variari obiectum, sub ratione formalis obiecti; quia nullum mediũ potest esse ratio videndi obiectum aliter, atque est in se, nisi ipsum medium obiectivè aliter se habeat ad talem potentiam: igitur si visio non se habeat obiectivè ad potentiam visivam, non potest esse medium videndi obiectum aliter, atque est in se. Anteced. prob. quod non se habeat obiectivè ad potentiam, non potest mutare obiectivè potentiam; quia nihil potest esse medium mutandi alterum, quod non est medium efficiendi illud sub ea ratione, sub qua debet illud mutare; Ergo si visio non afficit oculum obiectivè, sed tantum subiectivè, non potest esse mediũ mutandi illum obiectivè, sed tantum subiectivè. Sicut quod tantum afficit potentiam obiectivè, non potest mutare potentiam subiectivè; ergo nec quod tantum afficit potentiam subiectivè, mutare potest potentiam obiectivè. Confirm. variata visione per solam variationem specierum visibilium, diuersum quid apparet, quod antea non apparebat: sed hoc diuersum, quod nunc apparet, non est in obiecto in seipso existente; ergo in obiecto per visionem expresso: quia hoc diuersum, quod nunc apparet, est aliquid reale existens ac præsens potentia, cum sit obiectum potentia visivæ, quæ ferri non potest, nisi ad aliquid reale existens ac præsens: ergo si non est in obiecto, in seipso existente, necessariò esse debet in obiecto, in visione ipsa expresso.*

Probo nunc anteced. certâ ratione: Conseruata tantum in oculo visione, & corrupto visibili, cuius est visio, eodè prorsus modo appareret oculo ipsum visibile, atque apparet, si esset existens & præsens potentia: ergo oculus non intuetur visibile immediatè in seipso existens, sed in visione intentionaliter expressum. Anteced. admittunt Vasquez 1. p. disp. 38. c. 2. & d. 208. c. 3. Suarez lib. 2. de Angelis c. 11. num. 12. Arrubal, &c. & constat experientia, nam species multiplicata in oculo per conspicijs multangularia repræsentant obiectum vbi non est, eodem planè modo, ac repræsentant illud vbi est: ergo sola species, aut visio in oculo conseruata, eodem modo repræsentaret obiectum, ac si illud esset existens & præ-

44. Experientia certum,

Multiplici,

45. Non in propria natura existens:

Afficitur obiectivè à visione.

46.

47. Potentia obiectum percipit in visione etiam non existens.

48. præsens potentia: nam de facto visio repræsentat illud, vbi non est, eodem planè modo, ac si ibi esset; ergo sola visio conseruata, & corrupto obiecto, adhuc illud repræsentaret, vbi non est; vt illud repræsentat nunc, vbi non est. Nam quod per aliam speciem de facto simul repræsentetur vbi est, nihil conducit ad speciem, quo illud repræsentat vbi verè non est. Est alia experientia; cum quis diu magnam lucem aspexit, & statim ad tenebras se conuertit, adhuc tantisper sibi videtur lucem aliquam aspicere: aut cum intuitus est intensum colorem, & deinde vertit se ad aspiciendum alium colorem diuersæ rationis, adhuc iste secundus color per aliquod tempus apparet eiusdem rationis cum priore colore. Hoc autem aliundè prouenire non potest, nisi quia relictæ sunt aliquæ species lucis, vel coloris præcedentis, quæ simul cum potentia producunt visionem obiecti absentis per modum præsentis. Probato antec. deduco conseq. mutatur obiectum in se, & non mutatur obiectiue: ergo oculus non intuetur illud immediatè in seipso existens, sed in sua imagine expressum. quia si intueretur illud in seipso, non posset, eo corrupto, illud intueri, cum non possit intueri, nisi quod est sibi præsens, quia oculus non fertur nisi ad præsens. Confirm. corrupto obiecto, adhuc potentia aliquid reale videt: sed illud non est obiectum naturaliter existens, cum illud sit iam corruptum; ergo est obiectum intentionaliter expressum. Maior constat: tum quia potentia eodem modo videt nunc, corrupto obiecto, atque videbat antea, eodem obiecto præsentem: ergo si antea videbat quid reale, etiam nunc videt aliquid reale. Tum quia oculus ferri non potest, nisi ad obiectum reale, vt ex *Animastica* suppono. Conseq. prob. si videt aliquid reale non obiectum in seipso existens; ergo obiectum in sua imagine expressum; cum inter hæc duo nequeat aliud obiectum reale assignari.

49. *Oculus non intuetur visibile immediatè in seipso existens.*  
 50. Prob. 3. principalis assertio à priori, de quolibet verbo siue intelligibili, siue sensibili: species expressa est adæquatus effectus speciei impressæ; species verò impressa est adæquata similitudo obiecti: ergo species expressa est adæquata imago obiecti: ergo in ea sufficienter cernitur obiectum. Maior patet; adæquatum munus & finis speciei impressæ est gignere verbum: quod propterea appellatur conceptus & partus memoriæ sæcundæ, quæ ingrauidatur obiecto, quod per sui speciem, vt per semen fœcundat illam in ordine ad verbum gignendum. Minor constat; quia species impressa, cum à natura substituat loco obiecti, quod sæpè vel est absens, vel ineptum ad cõcurrendum immediatè cum potentia ad productionem verbi, debet adæquate continere in esse intentionali, quidquid obiectum continet in esse naturali. Vnde *Capreol. in 1. dist. 35. q. 2. colum. 4. §. Secundum*, verbum mentis appellat similitudinem essentia rei, & ipsam quodammodo quidditatè naturæ rei in esse intelligibili. Prior conseq. elucet; si verbum est adæquatus effectus speciei impressæ, & species impressa est adæquata similitudo obiecti, verbum erit adæquata similitudo & imago obiecti. Posterior prob. in adæquata imagine adæquate continetur imaginatum, igitur sufficienter in ea poterit imaginatum videri. Confirm. ex *S. Thom. 3. cont. Gent. cap. 49. & in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 1. Durand. in 4. dist. 49. q. 2. num. 13. & Palat. dist. 1. Caiet. cit. &c.* species intentionales sunt eiusdem naturæ & quidditatis in repræsentando cum obiectis, quæ repræsentant; à natura institutæ, vt loco obiectorum substituantur, in potentijs cognitiuis; cum enim nequeant plerumque obiecta per seipsa

potentias informare, aut illis præsentia esse, ne maneant potentia destitutæ sufficienti virtute ad sua obiecta cognoscenda, rectè à naturâ prouisum est, vt per species intentionales, quæ sunt obiecta ipsa secundum esse intentionale, hoc munus exerccatur: vnde cum verbum producimus, rem ipsam in esse intentionali producimus; quia produycimus adæquatam, & naturalem imaginem ipsius, in quâ obiectum relucet secundum totum esse naturale, quod in se habet.

*Obiycies.* 1. Si oculus perciperet obiectum intra se expressum, & non extra se existens, omnia videret æqualiter distantia: quia in visione expressa omnia forent æquè præsentia oculo. 2. Non potest oculus percipere, nisi coloratum: at visio non est colorata: ergo non potest esse obiectum oculi. 3. Si oculus videret obiectum in ipsa specie expressum, sequeretur, quodd etiam clausus videret illud, quia etiam clausus posset conseruare suam speciem expressam: item posset videre illud supra se positum, quod est contra experientiam. 4. Obiectum videtur in seipso, eo tamen in loco, vnde species ad oculum reflectitur: vt quia species faciei hominis reflectitur in speculo, in eo cernitur facies hominis, non eius species. 5. Vel per speciem videtur simul & obiectum, vel non: secundum est cõtra omnes Philos. & rationem naturalem: primum patitur easdem diffic. de obiecto apparente curuo, multiplicato, inuerso, minori, intensiori, remissiori &c. cum tamen in se nec curuum, nec multiplicatum, nec inuersum, nec minoratum, nec intensius remissiusve sit. 6. Si idèd species terminat & non obiectum, quia quod non existit, non potest visionem terminare: ergo nec species eam terminare poterit, nisi sit vbi est ipsa visio, quæ terminat. Etenim tam repugnat, vt terminet vbi non est, quàm quando non est: igitur non terminabit visionem species, quæ est extra oculum, sed quæ est in oculo: hoc autem falsum est: nam oculus cernit altitudinem & latitudinem turris, distantiamq; fenestrarum: in vnica autem Indiuisibili pupilla nõ est tota altitudo & latitudo turris, ergo si quod est absens loco terminat visionem, poterit & quod absens tempore. Si verbum, siue intelligibile, siue sensibile, vim habet repræsentandi rem non existentem, cur id non habebit ipsa cõgnitio, absque eo quod transeat per verbum? 8. Si obiectum cognosceretur tantum in verbo, falsæ essent propositiones, præteritum aut futurum enunciantes, cum tamen verbum existat de præsentem. Vnde idem erit dicere Antichristus turbabit mundum, ac dicere meum verbum turbabit mundum; quo quid absurdius? 9. Cum amo sanitatem, quæ in me non est; cognosco & appeto sanitatem, quæ non existit: ergo potest quod non existit terminare meam cognitionem & appetitum.

Resp. Ad 1. nego sequel. ad prob. nego, omnia esse æquè præsentia oculo obiectiue & intentionaliter; esto omnia sint oculo præsentia subiectiue & realiter. Ratio: quia visio non solum exprimit obiectum, sed distantiam ipsam, quæ inter vnum obiectum & aliud intercedit: vnde non tantum obiectiue apparent res visibiles, sed etiam distantia inter ipsas. Ad 2. etsi visio non sit colorata subiectiue & naturaliter, est tamen colorata, imò color ipse obiectiue & intentionaliter expressus: & hoc sufficit vt sit obiectum potentiale, quæ per se tendit ad esse intentionale, vt expressiuum esse naturalis obiecti. Ad 3. nego, posse oculum clausum conseruare in seipso speciem expressam, quia hæc actu pendet ab impressa, & rursus impressa ab obiecto: obiectum nequit sui speciem in oculum clausum

52.

Argumenta Recentiorum.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

53.

Visio exprimit distantiam;

Est color obiectiue.

Species impressa est adæquata similitudo loco obiecti substituta.

51.

lum transmittere propter obstaculum. Ut autem producat proportionatam speciem sui in oculum, certam requirit loci distantiam.

Ad 4. neg. anteced. quis enim credat, cum ad omnem & solam variationem specierum, ad nullam verò solius obiecti, varietur visio, videri obiectum, & non eius speciem? Nam si species expressa, vel impressa (nil refert vtra sit) nullo modo terminat oculi visionem, sed solum obiectum, & species ad hunc præcisum effectum terminandi visionem, se habeat, ac si non esset, seu medium oculo omnino incognitum, quomodo fieri potest, ut solum obiectum, & non species cernatur? aut quis prudens affirmabit, obiectum non speciem videri, quando inuariato obiecto, variatâ tantum specie in speculo concauo, videtur aliquid maius & crassius obiecto? Contrâ, in conuexo aliquid tenuius ac remissius; in plano verò, in quo species nec inteditur, nec remittitur, semper aliquid obiecto æquale, ac simile? Et enim si solum obiectum cerneretur, visionemque terminaret, siue species incrassaretur, siue extenuaretur, siue proprio conformaretur obiecto, semper visio esset eadem obiectiue, sicut idem semper est obiectum, quod eam terminat: cum nō possit visionem obiectiue variare, nisi varietur id, quod ipsam obiectiue terminat. Vnde non potest in hac sententia assignari causa, ex qua desumatur hæc visionis obiectiua variatio: Non ab ipso obiecto, quod per aduersarios terminat; siquidem illud semper manet etiam ut formaliter terminans inuariatum: ergo nisi desumatur ab ipsa specie, quæ ob diuersas reflexiones in seipsa variatur, admittendus necessariò erit nouus effectus realis, nempe noua ocularis terminatio absque noua reali causa huius, cum non possit idem obiectum inuariatum in se esse causa nouæ ocularis terminationis. Nec iuuat dicere, quòd species repræsentat obiectum in eâ parte, ex qua fit speciei ad oculum reflexio: nam in quacumque parte illud cernatur, semper experientia vrget, vnde proueniat hæc obiectiua ocularis visionis variatio, si quod terminat, est idem semper obiectum inuariatum in se? Neque ex eo quòd species effectiue concurrat ad visionem: nam siue ea concurrat effectiue, siue dispositiue, semper erit verum in aduersariorum sententia, quòd non species, siue impressa, siue expressa, ab impressa producta, sed obiectum tantum terminat visionem. Vnde ergo noua hæc variatio? nunquam huius rei assignabunt rationem: sicut è conuerso, corrupto obiecto, si sola eius species inuariata maneat, manebit visio eodẽ prorsus modo obiectiue terminata, quo antea obiecto præsentate & existente. Nec si postea accedat obiectum, variatur visio, dummodo non varietur eius species, quæ antea erat. Confirm. Implicat eandem formam inuariatam in se nouam conferre denominationem, vel effectum formalem subiecto semper capaci: ergo implicat idem obiectum inuariatum in se nouam conferre obiectiuam terminationem visioni de se semper capaci: nam obiectum nō minus est forma denominans visionem ad se extrinsecè terminatam, quàm visio sit forma denominans obiectum à se extrinsecè visum: sed implicat eandem visionem inuariatam in se, iam denominare obiectum vno modo, iam alio modo visum: ergo & idem obiectum inuariatum in se iam denominare visionem vno modo, iam alio modo ad se terminatam. Ita Ioan. de Ripa apud Capreol. in 3. d. 14. q. 1. art. 2. In omni visione, in qua visibile distinguitur realiter a visione, obiectum videtur in tali visione, in qua relucet solum intentionaliter, & per consequens tale visibile non videtur propriissime in se intuitiue, sed secundum esse, quod habet in alio anigmate. Ad variatio-

nem specificam formalis apparentia de obiecto sequitur varietas specifica apparentia obiectiua: ergo quod immediate obicitur potentia, non est res extrinseca, sed ipsa species vel visio. Nam 1. quantumcumque obiectum sit unicum realiter in se, & omnino inuariatum, ex variatione & multiplicatione specierum, potest multiplicari apparentia obiectiua, ut patet, quando fit suppositio digiti ad oculum, eadem res omnino unica in se apparet esse dua: ergo illud, quod immediate apparet & obicitur potentia, non est ipsa res: nam aequè vna formaliter apparet ut prius, si aequè manet inuariata, & per consequens ipsa species rei immediate obicitur, & obiectiue apparet. 2. Stante uniformitate obiecti per remissionem speciei remittitur apparentia obiectiua: ergo talis apparentia non est ipsum obiectum, sed species, in qua relucet. Antec. prob. nam per remissionem speciei tale obiectum remissius obicitur potentia, & per consequens apparentia obiectiua remittitur. 3. Cuiuslibet talis obiecti apparere obiectiuum, est aliquid ab obiecto realiter; nam ubi tale obiectum corrumpitur, per Dei potentiam specie aequè præsentate potentia, & immutante ipsam vitaliter; tale obiectum apparet ut prius; aequè enim uniformiter esset præsentate potentia, & idè aequè sibi obiceretur: ergo apparere obiectiuum aequè esset uniforme ut prius. Igitur tale apparere non est idem cum obiecto. 4. Cuiuslibet obiecti cogniti idem est omnino esse cognitum & cognitio: sed cuiuslibet talis idem est esse cognitum, & esse apparens obiectiuum: tum quia per solam positionem cognitionis, quocumque alio circumscripto, ponitur esse cognitum: tum quia idem est omnino esse cognitum, & esse quod habet obiectum in potentia: sed huiusmodi esse non est aliud ab esse cognitionis. Tum quia esse cognitum, est esse intentionale in anima: igitur est esse relucens, & per consequens, sicut species obiecti, & relucens obiecti idem est, ita esse intentionale, & esse cognitum, est idem realiter speciei, in qua relucet. Sic igitur patet generaliter, quod apparentia obiectiua & species siue apparentia formalis idem sunt: nec apparentia obiectiua est idem quod obiectum apparens, sed est idem quod apparere obiecti, & esse cognitum, & idè obiectum apparens, nunquam est sua apparentia obiectiua, nisi idem sit cognitio sui. Intelligit autem obiectum apparens, obiectum secundum se, dum illud distinguit ab apparentia sui, quæ nil aliud est, quàm species expressa siue cognitio obiecti, in qua ipsum relucet, ut in sua naturali imagine, in qua tantum cernitur.

Ad 5. aliqui putant simul cum specie videri obiectum; ita Capreol. in 2. dist. 39. q. unic. art. 3. ad 2. 1. conclus. & Ferrar. 1. cons. Gent. c. 53. §. aduertendum. At siue obiectum videatur solum, siue cum specie, semper vrget experientia, quo pacto ad solam variationem specierum & non obiecti, varietur visio obiectiue. Quare longè veriùs docent, videri solam speciem, vel impressam, vel expressam; multi citati à Conimb. lib. 2. de anima q. 7. art. 2. Arist. 3. lib. Meteor. c. 4. initio, vbi de quodam ait (Antipheron Oretanus fuisse creditur) dum ambularet, sui ipsius imaginem aduersa fronte in aère semper vidisse, aère speculi vicem, in qua imago cernitur, illi supplente: Caiet. 1. p. q. 56. art. 2. §. circa hanc conclus. vbi duplicem distinguit imaginem, alteram repræsentantem ut rationem cognoscendi; alteram repræsentantem ut rationem cognitam. Qualis, inquit, est species in speculo: S. Thom. in opusc. 14. cit. vbi de verbo mentali; In quo, inquit, res exprimitur, & hoc intellectum principale, quia res non intelligitur, nisi in eo: est enim tanquam speculum, in quo res cernitur. Quid enim importat, nisi in eo, nisi tantum in eo, & non in se ipso obiectum cerni? quod idem sentire videtur de re visa in speculo, dum ait, eodem modo videri obiectum in verbo, ac rem in speculo: ergo si obiectum

Ad 4.

Causa obiectiue variationis non datur ab Aduers.

Anteced. conced. Aduers. si forma eadem & subiectum idem capax

Hoc prob. Ioan. de Ripa.

Exper. nostrâ.

Cōseq. quæ dupliciter

1.

2.

3.

4.

Conclusio: Intelligit speciem expressam.

Ad quintum arg. Recent.

S. Thom. obiectum de-nominatiuè ultimè videri vult.

ctum non nisi in verbo, res non nisi in specie ad speculum reflexâ cernitur. Quod si aliquando de specie in speculo visâ docuit, quod non ipsa dumtaxat, sed simul cum eâ videatur & res, vt *q. 8. de verit. art. 15. in 0 & 1. p. q. 86. art. 3. ad 1. saltem iustre sent. ad hæsit cit. opusc. 14.* Neque ab hac alienus est *Henricus*, qui quamuis putet, potentiam per verbum ferri in obiectum, docet tamen eo solo obiectum videri posse. Neque contrâ vrget *Aristot. de memoria asserens, eundem esse motum in imaginem & imaginatum*: quippè qui optimè explicari potest de imaginato, non secundùm se, sed in suâ imagine expresso. Ratio apprimè suffragatur: cum enim species sit propria ac naturalis imago obiecti, sitque à natura substituta loco obiecti, in ea sufficienter & adæquatè videbitur obiectum, & sanè longè perfectiùs, quàm in imagine artificiali imaginatum.

Ratio.

Ad 6.

Quid esse obiectiuum distinctum à naturali visionis & obiecti.

Sextum argum. non est contra me, qui docco, obiectum non videri in specie impressâ, quæ est in speculo, vel in aquâ; sed in specie expressâ, quæ est in oculo; vt de expressâ mentali *S. Thom. cont. Gent. c. 53.* Nec vrget facta instantia, quod altitudo & longitudo turris non sit in oculo: nam esto non sit in oculo secundùm esse subiectiuum & naturale, est tamen secundùm esse obiectiuum & intentionale; quod est ipsum esse imaginis, quæ considerata vt res quædam, accidens est potentiz inhærens: considerata vt imago formaliter, hoc est vt similitudo & expressio sui obiecti, obijcit & repræsentat illud potentiz cognoscenti, hoc ipso, quod illam informat. Nam sicut duplex habet esse ratione saltem distinctum, alterum vt res quædam; alterum vt imago & intentionalis similitudo sui obiecti; ita duplicem tribuit potentiz, quam informat, effectum formalem, subiectiuum, & obiectiuum. Hoc patet 1. in picturâ artificiali, quæ vt res quædam est, inhæret vt accidens chartæ aut tabulæ, in quâ depicta est: vt imago & similitudo est sui prototypi, obijcit & repræsentat illud potentiz visuæ, non ducendo oculum in prototypum secundùm se, in quod vtpotè absens aut corruptum ferri non potest, sed in se ipsâ delineatum & expressum. 2. in verbo mentis, quod vt qualitas, subiectiuè tantùm est in intellectu; vt imago & similitudo intentionalis obiecti, obiectiuè est in intellectu: obijciendo enim se intellectui vt similitudinem obiecti, repræsentat illi obiectum, non ducendo illum in obiectum secundùm se, sed in se ipsa expressum, non secùs ac artificialis figura ducit oculum ad figuratum in se ipsa delineatum. Quod patet, quando obiectum, quod intellectui obijcitur non modò non existit, sed neque est possibile, vt cum obijcitur intellectui chymæra. Certum enim est, esse chymæricum, intellectui obiectum, non ducere intellectum ad cognoscendam chymæram in se, cum illa nec sit, nec esse possit, solumque esse obiectiuum habeat in intellectu, quæ est chymære definitio. Eademque ratio erit, quando intellectui obijcitur species entis possibilis: nam si semel cogamur admittere, posse intellectum cognoscere obiectum non in se, sed in suâ imagine expressum, eadem ratio erit de quâcumque imagine, siue illa sit propria, siue impropria: quin longè facilius ac perfectiùs obiectum cognoscetur expressum in imagine propria, quàm in impropria. Concludo: sicut non est necesse, vt quando ab intellectu cognoscitur esse chymæricum conflatum ex ente quanto & non quanto, finito & infinito, circumscripto & immenso, vt hæc intellectus cognoscatur in seipsis, cum in seipsis non sint, nec esse possint, sed sufficit vt tantùm obiectiuè & intentionaliter sint in intellectu: ita cum ab oculo videtur

Euidens est in ente rationis finitio.

Finito & infinito,

altitudo & longitudo turris, necesse non est, vt hæc videantur in seipsis, sed in suâ dumtaxat specie intentionaliter expressa, oculo obiecta. Nec repugnat, verbum non esse quantum & diuisibile subiectiuè, esse verò quantum & diuisiuè obiectiuè, sicut non repugnat esse creatum & finitum subiectiuè, increatum & infinitum obiectiuè. Ad 7. Resp. licet dari possit cognitio, quæ non sit verbum, vt est visio beata; haud tamen dari potest verbum, quin sit cognitio. 2. esto cognitio distinguatur à verbo, potior tamen ratio est, vt verbum, quàm cognitio vim habeat repræsentandi, & exprimendi obiectum, eò quod verbum, nō cognitio substituitur loco obiecti, à quo vel eius vicariâ specie producitur: cognitio autem est pura tendentia in obiectum verbo expressum, tenetque se ex parte potètiæ cognoscentis. Ad 8. neg. sequela: etsi verbum euncians rem præteritam & futuram, sit præsens subiectiuè, est tamen præteritam aut futurum obiectiuè, quia enunciat rem pro præterita vel futura duratione, in quâ fuit vel erit: sicut verbum sensibile præsens oculo subiectiuè repræsentat obiectum, vt distans ab oculo obiectiuè, quia repræsentat illud per speciem distantiz inter oculum & obiectum. Obserua; quæ de verbo prædicantur, triplicis esse generis: Aliqua de illo prædicantur, vt res quædam est in se; Aliqua vt obiecti substitutum est; Alia quæ soli obiecto, pro quo substituitur, conueniunt. Sicut imagini artificiali Cæsaris, vt res quædam est, conuenit quod sit qualitas chartæ aut tabulæ inhærens; vt imagini, quod sit ipse Cæsar repræsentatiuè; ratione imaginati, quod sit bellicosus. Ita verbum Antichristi, quæ res est nostro intellectui inhærens, accidens quoddam est: quæ species expressa & imago, est ipse Antichristus obiectiuè, hoc est in ipsa expressus secundùm ea lineamenta, quæ habiturus est in seipso secundùm esse naturale: ratione verò eius, pro quo substituitur, conuenit, quod sit mundum turbaturus. Sicut verbum, quod de chymæra formamus, quæ nobis inhæret, est aliquid reale actu existens, quæ repræsentatiuum, nullum habet esse; nisi tantùm obiectiuum; ratione eius, pro quo substituitur, nullum habet, nec habere potest esse.

Ad 7.

Ad 8.

Pro clariori notitiâ.

Dicas.

Resp.

Ratio.

DICES: non potest intellectus aliquid de aliquo enunciare, nisi illud cognoscat; ergo si de Antichristo intellectus aliquid enunciat, illum cognoscit. Resp. cognoscere illum expressum in suâ specie, vt oculus cognoscit imaginatum delineatum in suâ imagine. Vrget: enunciatum nō conuenit Antichristo; vt expresso in suâ imagine, sed in seipso extituro: ergo non fat est, illum tantùm cognoscere in specie expressum. Resp. neg. conseq. quia non est necesse, vt enunciatum conueniat obiecto secundùm se, vt illud cognoscat in se; sed sufficit, si cognoscatur in alio. Sicut certum est, Deum in hac vita à nobis non cognosci in se, sed in suis creatis effectis, cum tamen, quæ de eo enūciamus, non conueniant eius effectis, sed ipsi: & quod de chymæra prædicamus, nempè quod implicet, non conuenit chymære, verbo mentis expressæ, vt sic enim non implicat, sed potius existit secundùm suum esse obiectiuum in ipsa cognitione expressum, quoniam ex *S. Thom. 1. cont. Gent. c. 53.* nequit potentia cognitiua suum obiectum cognoscere, nisi illud habeat præsens, præsentia intentionali sibi proportionata: cum enim non sit operatiua, nisi immanenter intra seipsam, nisi habeat obiectum intra se per propriam speciem præsens, non poterit circa illud immanenter operari. Instas: ergo neque poterit intellectus beati cognoscere Deum, nisi illum habeat intra se per propriam speciem intentionaliter præsentem. Resp.

G

nisi



nisi illam habeat intentionaliter præsentem per speciem *in qua*, nego. quia talis species de Deo implicat, ut mox; per speciem quã, infra concedo.

Ad nonum  
Recent.

Ad 9. Resp. me cognoscere sanitatem, quã in me non existit secundum suum esse subiectivum & naturale, sed quã in me existit secundum suum esse obiectivum & intentionale, secundum quod immediate terminat meum intellectum. Cæterum dispar est ratio de intellectu & appetitu: nam intellectus fertur in obiectum intra se intentionaliter expressum, cum hic sit finis potentie cognoscentis; appetitus vero in obiectum secundum se existens, cuius finis est, coniungere se cum obiecto à parte rei existente, ut *num. 59.* magis explicabitur.

*Solutio argument. opposita sint.*

54.  
Uno actus  
percipitur  
obiectum in  
verbo.

AD 1. Respondet *Capreol. in 1. dist. 27. quæst. 2. art. 3. ad 4.* non oportere hoc nos experiri, sed fat esse efficaci ratione id nobis constare: præsertim cum non sint duo actus; quibus verbum & obiectum intelligimus, sed vnus & idem, quo verbum & obiectum in verbo expressum simul cognoscimus. Addo ego, quod cum verbum non intelligamus actu reflexo, sed directo, & verbum sit obiectum intentionaliter expressum, cognoscendo verbum actu directo, cognoscimus obiectum in verbo intentionaliter expressum, absque alio actu reflexo.

55.  
Verbum ut  
imago for-  
malis.

Ad 2. Respond. verbum subiectivè & ut res quædam est in seipsa existens, cognoscitur distincto actu reflexo: obiectivè, & ut imago formalis est, & expressio naturalis obiecti, cognoscitur eodem actu; qui quã informat potentiam, est illi ratio cognoscendi; quã est imago obiecti, illud in seipso exprimens, & in prospectu potentie ponens, est ratio cognita, & obiectum in esse intentionali & intelligibili expressum. Idem igitur actus ut vitalis forma, est potentie ratio cognoscendi; ut obiectiva imago rei, est ratio cognita: est autem verbum formaliter, non ut est ratio cognoscendi, sic enim se tenet ex parte potentie, & dicitur esse ipsum formale cognoscere; sed ut est ratio cognita: sic enim se tenet ex parte obiecti, & est ipsum representari obiecti. Vnde *S. Thom. 4. cont. Gent. cap. 11.* verbum vocat ipsum intelligi, quia tenet se formaliter ex parte obiecti.

56.  
Ad 3.

Ad 3. neg. conseq. ad prob. concedo id, quod non est quantum nec subiectivè, nec obiectivè, siue nec naturaliter nec intentionaliter, non posse esse medium *in quo* cognoscendi quantum: nego tamen id, quod est quantum obiectivè & intentionaliter, quale est verbum mentis de re quantã, non posse esse medium *in quo* cognoscendi quantum, sub qua tantum ratione terminat vim intellectivam.

57.  
Ad 4.

Ad 4. nego sequel. quia verbum non cognoscitur formaliter secundum esse subiectivum, seu respectu ad subiectum, sed secundum esse obiectivum, intentionale, (quia cognoscitur, ut imago tantum est obiecti) respectum ad obiectum, cuius est imago. Ad confirm. dico, nos cognoscere verbum concretè concretionem obiectivã, non subiectivã: cognoscimus enim illud ut imaginem expressivam obiecti, non ut formam inhæsiuam subiecti; atque aded ut concretum in ratione representantis, non inhærentis atque accidentis.

58.  
Voluntas nõ  
producis  
verbum.

Ad 5. nego conseq. quia voluntas non producit sibi obiectum, sicut illud sibi producit intellectus: potentia enim appetitiva non potest impelli ad operandum, nisi à bono præcognito, & obiectivè præsentem; conceptiva vero non supponit, sed facit

sibi obiectum præsens mediã specie, vi cuius illud producit in esse intentionali. Ex quo oritur, ut intellectus producat sibi verbum, in quo obiectum cognoscat; non voluntas aliquid, quod diligit: quia quod voluntas est dilectura, supponitur iam præsens per cognitionem; quod intellectus est cogniturus, non supponitur præsens per aliam potentiam, nisi tantum remotè, & in habitu per speciem ipsam obiecti.

DICES, cur voluntas non fertur immediate in suum amorem, sicut intellectus in suum verbum? Resp. quia cum voluntas feratur ad diligendam bonitatem obiecti, & ipse amor non sit imago, in qua obiecti bonitas diligenda relucent, non potest ad illum ferri, ut ad obiectum diligendum, sed ut ad rationem diligendi. Contra verò, cum verbum sit expressa imago, in qua obiecti perfectio, quam intellectus conatur attingere, relucent, potest ad illud ferri, ut ad rationem cognoscendi, & ad obiectum cognoscendum: nam finis voluntatis est, coniungi cum bono amato, secundum esse reale & existens, cuius realem consecutionem intendit voluntas per suum actum: finis intellectus est, veram notitiam de obiecto acquirere. Lege *August. 9. de Trinit. cap. ult. & l. 10. per multa 1. ca.* Ad illud autem quod affertur de assensu fidei, nego, illum non ferri in Deum ut veracem, quamvis ad illum feratur medio verbo, quia hoc non tollit, quin feratur in ipsam veritatem Dei expressam & representatam in verbo.

59.  
Amor nõ  
est imago.

A priori.

Ad 6. nego anteced. ad prob. dico, ad intuitivam visionem fat esse, si illa sit per propriam speciem genita: quod admittere tenentur omnes, qui nobiscum concedunt, posse oculum intueri obiectum etiam corruptum, si in ipso conseruetur visio: nam talis visio non posset esse abstractiva, quia oculus non est capax talis cognitionis: ergo necessariò erit intuitiva, ex eo tantum, quod erit visio per propriam speciem genita. Lege *S. Thom. qu. 4. de veris. art. 2. ad 7.*

60.  
Ad 6.

Ad 7. cum Arist. negat, per operationes immanentes aliquid produci in nobis, vel solum negat, per eas produci aliquid extra nos, sicut producit per transeuntes; alioqui per immanentes producuntur habitus: vel tantum negat, produci aliquid, quod sit finis operationis immanentes, ut aperte docuit *1. Ethic. 1.* Cæterum verbum, quod per intellectum producit, non est finis intellectum, sicut quod producit per actionem transeuntem est finis ipsius transeuntes; sed potius ipsa intellectio est finis; nam ided producit verbum, ut in eo intellectus obiectum intelligat.

61.  
Ad 7.

Ad 8. nego sequelam: etenim immediatum obiectum intellectum non solum potest esse verbum sed etiam obiectum secundum se, quando obiecti adæquata similitudo implicat, ut de visione beata mox. Ad prob. concedo, nullam intellectum esse posse sine re intellecta, vel in se, vel in suo representatiuo.

62.  
Ad 8.

Ad 9. Respondent aliqui, verbum immediate produci ab actu intelligendi, ut à causa efficiente proxima. Sed hoc est contra *Aug. 15. de Trinit. c. 10.* afferentem, verbum gigni ex memoria: *Necesse est cum verbum loquimur, ex ipsa scientia, quam memoriã tenemus, nascatur verbum.*

63.  
Ad 9.

Quare cum *Scoto in 1. dist. 27. q. 2. S. Ad 9. & alius apud Canari. 1. part. quæst. 27. artic. 1. disput. 4.* dicendum verbum immediate produci ab intellectu fecundo per speciem intelligibilem obiecti, mediã actione dicendi, non mediã actione intelligendi. Fundamentum: Cum verbum, ex *S. Thom.* fit in-

64.  
Per paucio-  
ra salvan-  
tur omnia  
de verbo.

fit intellectio intellecta, ex memoria foecunda genita, necessariò includit, habitudinem producti ad producentem, quà notitia genita est; intellecti ad intelligentem, quà obiectum intellectum est; intelligentis ad rem intellectam, quà intellectio formaliter est. At habitudines hæ tres saluantur vnicâ formâ ab intellectu productâ, mediâ actione dicendi: ergo non sunt multiplicandæ plures, alterâ quâ intelligat, & verbum immediatè producat; altera quæ sit verbum productum. Minor probatur: non repugnat, vt eadem forma sit & ratio cognoscendi, & simul ratio cognita; scilicet vt eadem forma sit & actus vitalis ex parte potentiz, & naturalis expressaque imago ex parte obiecti; at talis forma, vt ab intellectu producta includeret primam habitudinem; vt imago obiecti includeret secundam; vt informans & actuans potentiam includeret tertiam; ergo saluaret omnia, quæ sunt propria verbi. Confirm. altera sent. ad minimum duas admittit formas realiter distinctas; 1. quâ intellectus intelligit; 2. quâ obiectum repræsentatur. Hanc nostram sententiam indicat *cit.* Augustin. *Formata cogitatio verbum est, quod in corde dicimus.* Si verbum est cogitatio, non igitur ab eâ realiter distinguitur, cum nulla res possit esse id, à quo realiter distinguitur. Eadem colligitur ex *S. Thom. 1. parte quæst. 34. artic. 2. ad 3. & quæst. 4. de Veritate artic. 2.*

Ad 10. Sat est si illud contineat intentionaliter, scilicet per suam propriam & naturalem imaginem. Quæ conuenientia maior est ad repræsentandum obiectum, quàm quæcumque in essendo: magis enim in essendo conuenit vnum album cum alio, quàm species albi cum albo, & tamen magis species albi repræsentat album, quàm vnum album aliud album. Lege *Scot. in 2. dist. 3. quæst. 9.* Ad confirmationem concedo, verbum esse ad instar picturæ, sed naturalis, non artificialis; quæ non est ab ipsa re, quam repræsentat, naturaliter producta: idèd nequit rem ad viuum exprimere, sicut naturalis, quia quæ producitur ab ipsa re, illam exprimit per propria rei; quæ producitur ab artifice, rem exprimit per aliena, nec potest, nisi abstractiue illam repræsentare.

Ad 11. nego sequel. nam ad intuitiuam cognitionem requiritur, vt res videatur in verbo per propriam speciem rei producto: at non omne verbum producitur per propriam speciem rei: igitur non omnis cognitio est intuitiua, esto omnis cognitio rem cognoscat in verbo præsentè.

Infertur 1. verbum formaliter distingui ab intelligere: est enim verbum, quâ expressiuum est obiecti; est intelligere, quâ est actus intellectus, & ratio percipiendi obiectum in verbo expressum: est verbum, quâ manifestatiuum est obiecti in memoria latentis, eiusque naturale signum: est intelligere, quâ est forma, quâ fit talis manifestatio obiecti, ipsi intelligenti, vt verbum est, magis se tenet ex parte obiecti, cuius est expressa imago, & virtute cuius producitur, quàm ex parte intellectus: vt intellectio, magis se tenet ex parte intellectus, cuius est vitalis actus, & ratio ipsa percipiendi obiectum, vt verbum, comparatur ad intellectum, vt terminus obiectiue terminans ipsum intelligere, vt intellectio, comparatur vt forma actu informans, & actiue tendens ab obiectum cognoscendum, vt verbum obiectum exprimens, illudque in prospectu mentis proponens, est prius ratione ipso intelligere, quia obiectum vt cognoscendum præsupponitur ad cognitionem; vt actu intellectum, est posterius ratione ipso intelligere, comparatum ad

intellectum, vt producentem vtrumque habet rationem effectus; sed vt verbum habet rationem prolis, quia procedit, vt imago ad exprimendum obiectum, quod vt parens mediâ specie veluti femine vnâ cum memoria, vt matre gignit verbum sibi simile: deficit autem à perfecta ratione prolis, quia non procedit in consubstantialitate eiusdem naturæ cum adæquato principio producente, quæ est tota natura intellectualis, comparatum ad dicere, vtrumque est posterius, vt terminus actione; eodem quippè dicere, vt actione procedit & verbum, & intelligere, cum à parte rei sit vna & eadem indiuisibilis forma.

An autem dicere sit distinctum ab ipso intelligere, & verbo, sicut reliquæ actiones à termino producto, negatiua pars probabilior aliquando est visa: quia actus vitalis dicit essentialem dependentiam à potentia vitali, cum sit actualis tendentia ipsius; non diceret eam si ab illa procederet mediâ actione distincta: quia tunc posset idem terminus per aliam actionem à solo Deo fieri, sicut reliqui effectus, qui ab actione distinguuntur: ex *S. Thom. quæst. 4. de verit. art. 2. ad 5. vbi docet, in nobis dicere significare intelligere cum expressione cõceptionis, & ipsum dicere.* Verùm re maturius considerata, opposita probabilissima est, & meis principijs conformior, scilicet dicere distingui à verbo vt actionem vitalem à termino vitali: quàm fusè probò *tom. 3. edit. 2. disp. 2. sect. 5.*

Infertur 2. verbum esse proprium partum intellectus, non aliarum potent. nam licet aliæ obiecta percipiant in imagine, virtute speciei in seipsis producta, illud tamen non vocatur propriè verbum, sed idolum: quia verbum propriè est terminus locutionis, atque adèd solius potentiz intellectiue, cuius tantum est loqui, tam sibi per expressionem verbi manifestatiui rei in memoriâ latentis, quàm alteri per prolationem verbi vocalis manifestatiui mentalis: quod notat *Ferrar. 1. cont. Gent. c. 53. & ex S. Thom. 1. p. q. 85. art. 2. ad 3.*

Infertur 3. non solum dici verbum respectu intellectus à quo producitur, sed etiam respectu obiecti, quod repræsentat: lapis enim intellectus, dicitur verbum lapidis in intellectu, & homo intellectus, verbum hominis, vt *S. Thom. 4. cont. Gent. c. 11. & Anselm. cit.*

Infertur 4. non solum formari verbum quando concipimus res perfectè, etiam quando eas concipimus imperfectè: quia verbum est necessarium, vt in eo obiectum cognoscamus siue perfectè, siue imperfectè.

Dico 2. Repugnat species expressa, seu verbum intelligibile diuinæ essentiz: Est *S. Thom. 1. part. q. 12. art. 2. & alibi, negatis omnem similitudinem diuinæ essentiz, tenentem se ex parte rei visæ; & communior Thom. & antiquior. Schol. Fundam. species expressa vt exprimat obiectum prout est in se, ipsum debet exprimere in esse intèntionali, secundum omnem perfectionem, quam habet in esse reali: nulla autem species creata exprimere valet essentiam Diuinam, secundum omnem perfectionem, quam illa continet in esse reali: igitur nulla habilis est species expressa Diuinæ essentiz; Maior prob. species expressa gerit vicem obiecti, in cuius locum substituitur: igitur debet illud quoad omnia exprimere, alioqui per eam non posset totum obiectum secundum omnem perfectionem cognosci, sed solum secundum eam, secundum quam exprimeretur; cum obiectum non videatur in se ipso, sed in eius specie expressum. Confirm. species expressa debet esse talis, vt obiectum etiam non existens in eâ possit totum*

Eadem forma est ratio cognoscendi & cognita.

65. Continet obiectum intentiona-liter.

66. Ad ult.

Verbum & intelligere distinguuntur.

68. Dicere ab vtroque disting.

59.

70. Verbum est partus proprius.

71.

72.

73. Verbum de Deo exprimi implicat.

Gereret enim vicem obiecti infiniti.

74. Etiam non existens,

conspici, ac si in se ipso existens conspiceretur, cum in obiecto representando non pendeat ab eius existentia, aut locali presentia. Vnde concedit *Vasquez* 1.2. *disp.* 7. *num.* 8. quod si per impossibile Deus non existeret, & adhuc in beato conseruaretur visio Diuinæ essentia, illum fore beatum; quia per eam videret Deum, sicuti est, eodem prorsus modo, quo illum videt nunc in se ipso existentem & presentem. Maior syllog. 1. ostend. sequeretur, talem speciem fore infinitæ perfectionis, esset enim tantæ perfectionis in esse intentionali, quantæ obiectum in esse naturali: quia species expressa per suum esse intentionale supplet esse naturale obiecti, cum in eâ conspiciendū sit naturale esse obiecti: in ea enim mensura crescit species in esse intentionali & representatiuo, quā obiectum in esse naturali. Confir. implicat, formam finitam prestare posse effectum formalem infinitum: cum hic sit ipsa in subiecto posita; videre autem Deum obiectum infinitū, esset effectus formalis speciei expressæ solius: nam eâ tantum in intellectu posita, & omni alio, etiam obiecto, è rerum natura per impossibile sublato redderet intellectum beatum, & videtē Deum, vt concedit *Vasquez*, & concedere debent omnes, qui nobiscum sentiunt, destructo visibili, & manente tantum visione in oculo, adhuc nos videre obiectum visibile; quia sublata causā, vel concausā non potest integer effectus manere. Vnde non cohæret *Torrez* 1. p. q. 27. *art.* 1. in p. p. sua *disp.* docet, verbum esse id, in quo vt in imagine obiectum cernitur, & tamen in 2. p. eiusd. *disp.* *dub.* 4. probabiliter affirmat, à beatis formari verbum de Diuinā essentia.

*Obijcies* 1. Potest species accidentalis representare obiectum substantiale: ergo & species finita obiectum infinitum. 2. de facto videtur Deus à beatis, vt est in se ipso obiectum infinitum: ergo non implicat, videri obiectum infinitum actu finito. 3. potest intellectus finitus videre Deum infinitum: ergo poterit species finita representare Deum infinitum.

*Resp.* Ad 1. nego conseq. quia potest dari accidens, quod sit adæquata proprietates substantia finitæ: non, quod sit adæquata proprietates substantia infinitæ; & adæquate representet substantiam infinitā; licet enim vt species representet substantiam, non sit necesse, vt sit substantia, vt patet in specie angelicā representante substantiam, est tamen necesse, vt sit tantæ perfectionis in esse accidentali, quantæ est substantia representata in esse substantiali; quia species per suum esse accidentale debet exprimere totum esse substantiale obiecti: vnde quāto crescit esse substantiale obiecti, tantō crescere debet esse accidentale speciei; species creata nequit crescere infinite in esse accidentali, vt exprimere possit infinitum esse substantiale Dei.

Ad 2. Concedo, de facto Deum videri à beatis, vt est in se obiectum infinitum; nego tamen videri in aliquā specie aut verbo creato, sed in se ipso immediate: non implicat autem, videri obiectum infinitum actu finito, qui tantum sit ratio videndi: implicat videri obiectum infinitum actu finito, qui sit ratio in qua videatur obiectum. Nam in 1. casu infinitas se tenet tantum ex parte obiecti; in 2. etiam ex parte actus: & solum actus creatus infinitus implicat, non Deus obiectum infinitum.

Ad 3. nego conseq. nam obiectū est intrinsecum intellectui; est enim extrinsecus tantum terminus illius; speciei verò est intrinsecum, saltem secundum esse intentionale; quia debet in illa representatiue contineri: ex infinitate autē termini extrinseci nulla colligitur infinitas in potentia: sicut colligitur ex infinitate obiecti intrinseci infinitas intentionalis in actu.

Inferitur, nec dari posse speciem expressam experimentem aliquod attributum Diuinum, vt in se est: *Herna. tract. de verbo quest.* 3. *art.* 4. & *Capreol. in 1. dist.* 27. *qu.* 2. *art.* 3. ad 8. solum affirmant de specie, quam beati de attributis formare possunt cognitione abstractiua extra verbum, quia quodlibet est in suo genere infinitum; & caret termino: sapientia enim in ratione sapientia est illimitata, bonitas in ratione bonitatis, potentia in ratione potentia, & reliqua: at infinitum nequit per speciem finitam adæquate representari.

*DICO* 3. Beati vident Deum visione creata, quæ est sola vitalis tendentia, & intentionalis vnio intellectus creati cum Deo proximè & immediate intelligibili. Quæ dici potest dissimilitudo qua, & verbum largo modo, quatenus vnit potentiam intelligibiliter cum Deo, & producitur ab intellectu beati medio lumine gloria, quæ est aliqua similitudo Dei, vt *infra*. Est *Palud. in 4. dist.* 49. *quest.* 1. *art.* 2. *fine*, & omnium, qui nobiscum negant in patria produci verbum à beatis. Fundam. hic modus possibilis est, imò ab aduers. qui hoc speciem expressam explicant, admissus: in nostra sententia deficit à naturā speciei expressæ, & verbi mentalis proprie dicti, quia non exprimit intentionaliter obiectum, vt in eo proximè, & immediate cerni possit. Vnde, si per impossibile Deus, vel non esset præsens intellectui beatorum, vel non existens, beati Deum non viderent per huiusmodi vitalem tendentiam; hoc autem est contra naturam speciei expressæ, quæ obiectum absens, & non existens potentia representat, vt præsens atque existens, vt aduersarij etiam admittunt, non cohæret: quia, si species expressa non debet per ipsos obiectum in se ipsa exprimere, sed solum potentiam ducere ad illud, in se ipso videndum, non existente obiecto, non poterit intellectus, vi solius speciei illud intueri, quia species, vt ab ipsis explicatur, nō aliter facit obiectum videre, nisi, quia intellectum vitaliter ducit ad illud in se ipso videndum: igitur si in se ipso non existit, impossibile est, vt possit videri; quia non videtur, nisi quod est aut in se aut in alio: quando igitur obiectum neque existit in se, neque in sua specie, nequit simpliciter videri. Eò quod non esset terminus, qui terminare posset actum visionis, sine quo implicat visio, quæ essentialiter est alicuius obiecti visio.

Alioqui daretur realis effectus formalis sine formā reali: daretur enim terminatio obiecti, qui est realis effectus formalis obiecti terminantis actum potentia cognoscentis ad se, sine obiecto reali: cum illud nec esset in se secundum esse naturale, nec in sua specie expressum secundum esse intentionale: ergo non posset dare hunc effectum formalem terminationis realis.

Ad fundam. primæ sententia, dist. anteced. de similitudine qua, vel in qua; neg. de in qua, conced. de qua, de hac Scripturæ, & Patres, docent, beatos videndo Deum formare verbum, & similitudinem Dei. recte ex verbo creato probant increatum, non in ratione causæ finalis, sed formalis: etenim finalis causa producendi verbum increatum, non est, vt suppleat absentiam obiecti, sed vt natura Diuina subsistat in tribus suppositis; quia vt *Aug.* verbum Diuinum non producitur ex necessitate, aut indigentia; cum eodem modo æternus Patens suam naturam, & reliqua omnia intelligeret per actum intelligendi absolutum, communem reliquis Diuinis personis, atque illam intelligit per verbū, & in verbo; sed ex fecunditate naturæ, quæ essentialiter postulat esse in tribus personis: quarum, quia secunda vi suæ processionis debet esse filius intellectualis;

esse infinita perfectionis;

Supplet esse naturale Dei.

75.

76.

Obijc. 1.

2.

3.

77.

Ad 1.

Species per obiecto in esse accidentali representatiuo.

78.

Ad 2.

79.

Ad 3.

80. Nulla species attribuitur diuini.

81. Datur Dei similitudo qua.

82.

83. Nulla in qua.

Explicatur Scriptura, Patres.

Etualis, qui esse non possit, nisi in seipso intelligibiliter exprimat adæquatè naturam Parentis. & omnia quæ sunt in memoria fecunda ipsius, ideò necessariò procedit vt Verbum, in quo hæc omnia perfectissimè relucent. Quare non est in Deo necessarium Verbum, vt in eo Pater intelligat seipsum & omnia, cum independenter ab illo intelligat omnia in sua specie expressa, imò neque respectu sui necessaria esset Deo species expressa, quia cum sit sibi intimè præsens, posset seipsum cognoscere, absque specie expressa, quæ tantum substitui solet loco obiecti absentis, sed solum ponitur ad maiorem perfectionem Diuinæ cognitionis, quæ non tantum est ratio qua, sed etiam in qua cognoscitur Diuina essentia: vtramque enim perfectionem includit increata cognitio respectu obiecti primarij. At verò causa finalis producendi verbum creatum est, vt suppleat obiecti absentiam, quæ nec supplenda est in obiecto beatifico, nec suppleri potest, in ordine ad intellectum creatum, ob rationem supra. Cæterum in ratione causæ formalis rectè probatur Verbum increatum ex creato. Nam sicut creatum producit ab intelligente, in eoque vt in propria imagine cernitur obiectum: ita increatum producit à Patre intelligente, in eoque vt in propria & naturali imagine cernitur natura Patris, quam verbum Diuinum perfectissimè in se ipso exprimit.

SECTIO IV.

An sit possibilis species impressa Diuinæ essentia.

**P** R I M A sent. *Vasquez* 1. p. disput. 43. cap. 7. de facto eam in beatis concedentis, quam sequitur Theod. *Smising.* de Deo tract. 2. distinct. 6. num. 69, probabilem putat *Richard.* in 3. dist. 14. a. 1. qu. 3. concedere videtur *Aureol.* quodlib. 8. art. 2. vbi docet Deum à beatis videri per similitudinem creatam, quæ est actus ipse intelligendi. Explicans autem, quid sit ipsum intelligere formaliter, ait esse ipsam receptionem speciei, eo quòd ex *Philosopho* 3. de Anima, intelligere est quoddam pati; non esset, si in alio, quàm in receptione speciei formaliter consisteret. Fundam. in omnium sent. infunditur beatis lumen gloriæ, vt comprincipium visionis beatæ: sed tale lumen est species impressa Diuinæ essentia; nullus ex antiquis Schol. lumen gloriæ distinguit à specie impressa: *S. Tho.* 1. p. q. 12. a. 2. & 3. con. *Gent.* c. 54. lumen gloriæ appellat similitudinem Dei, quod est proprium speciei: lumen gloriæ determinat intellectum beati ad videndum Deum, nullo alio addito; ergo tale lumen erit species impressa Dei.

**S** E C V N D A *Scoti* in 2. dist. 3. q. 9. §. ad 4. admittentis in angelis speciem abstractiuam, distinctè representantem essentiam Dei, non in se, sed in suo representatiuo: notitia intuitiua immediatè producit, & terminatur ad obiectum in se: abstractiua nec ab obiecto producit, nec ad ipsum immediatè terminatur. *ibid.* docet, speciem hanc non esse Angelo ratione cognoscendi in qua, sed iantum qua: an coherenter. *præced. disp.* mouetur quia naturalis beatitudo angeli excedit naturalem beatitud. hominis, etiam existentis in statu innocentia: sed homo habebat distinctam notitiam Dei vltimi finis; ergo distinctiorem habere debebat angelus, per speciem abstractiuam &c.

**T** E R T I A negat de facto speciem impressam Diuinæ essentia, concedit de possibili; *Argent.* in 3. d. 14. quest. 1. art. 1. ad 3. *Mayro.* quodlib. 4. in fine, *Mo-*

*lina* 1. part. quest. 12. art. 1. disput. 1. conclusio 4. *Valent. punct.* 2. fine, *Suarez* lib. 2. de Diuinis attributis. cap. 13. *Inclinat Scotus* in 2. distinct. 3. quest. 9. §. ad rationes. & in 4. distinct. 49. quest. 11. §. Resp. fine vbi soluit rationes in oppositum. Prima pars sent. constat; nam species impressa eatenus requiritur, quatenus nequit obiectum, vel propter absentiam, vel propter sui materialitatem ad cognitionem concurrere: at Diuina essentia per se ipsam summè immaterialis & præsens est. 2. pars prob. 1. datur species expressa, quia perfectiùs Deum representat: ergo possibilis est impressa eiusdem. 2. Quoties in ordine ad vnum effectum non repugnat vnū principium, non debet repugnare & alterum, ad eundem effectum requisitum. sed in ordine ad visionem Dei non repugnat principium, tenens se ex parte potentia, quod est lumen gloriæ; ergo nec principium tenens se ex parte obiecti, quod est species impressa.

**Q** V A R T A huiusmodi speciem negat etiam de possibili; *Henrici* in summa artic. 33. quest. 2. ad 3. & quodlib. 4. quest. 7. *S. Thom.* 1. part. qu. 12. art. 2. & 3. con. *Gent.* cap. 49. & 51. quest. 8. de verit. artic. 1. & quest. 10. artic. 11. quodlib. 7. art. 1. & in 4. dist. 49. qu. 2. art. 1. *Durand.* quest. 2. à n. 12. *Capre.* q. 5. a. 1. *Sot.* q. 2. art. 3. concl. 2. *Palat. dist.* 1. fine, *Basso.* 3. dist. 14. quest. 1. art. 1. §. dico, *Marfil.* quest. 10. art. 2. dub. incid. conclusione 2. *Ferrari.* 3. con. *Gent.* c. 49. *Caiet.* *Bannes.* *Sylui.* 1. part. loco citato, *Zumel* *ibid.* disputat. 2. *Gonz.* a. disp. 25. sect. 3. *Arrub.* disp. 16. cap. 4. *Barth.* *Torrez* q. 27. art. 1. disp. 5. p. 2. dub. 4. Quæ sent. vera est. Difficultas est in assignanda implicantiã.

**P** R I M A sit *Ferrari.* 1. con. *Gent.* c. 43. §. quinta est, vbi probabiliter sustinet opini. de specie expressa Diuinæ essentia; nimirum expressa immediatè producta à Deo, vt à forma actuante intellectum beati, simul cum ipso Deo supplente vicem speciei, habet rationem vnus perfecti & totalis representatiui rei intellectæ; non autem species impressa creata, vel expressa producta ab impressa.

Sed contrã; eodem modo dici posset, quòd species impressa creata simul cum Deo, supplente vicem speciei impressæ, haberet rationem vnus perfecti, & totalis representatiui obiecti intelligibilis in actu primo. 2. sicut species impressa se sola debet representare obiectum in actu primo, ita expressa se sola debet representare obiectum in actu secundo, debet enim se sola supplere vicem & absentiam obiecti.

**S** E C V N D A *Soti*, 1. impressa species representat obiectum efficienter, expressa formaliter: implicat principium creatum effectiuum visionis Dei, non formale. eo quòd implicat, creaturam insufficienter beare hominem. Hanc sequitur *Torrez*. 2. species impressa, cum substituatur loco obiecti, debet esse in eodem ordine immaterialitatis cum ipso; non expressa, quæ solum se tenet ex parte potentia.

Sed contrã 1. implicantiã: non repugnat, hominè efficienter beari à principio creato, vt constat de lumine gloriæ. Contra 2. non minùs species expressa, quàm impressa tenet se ex parte obiecti, substituiturque loco illius. illa in ratione principij effectiui; hæc in ratione vitalis imaginis, formaliter exprimentis obiectum: ergo vtraque seruare debet proportionem immaterialitatis cum obiecto.

**T** E R T I A est quorund. apud *Zumel*: Species impressa Dei, si daretur, necessariò esset infinita: nec limitari posset ex causa, quæ infinita est; nec ex obiecto, quod infinitum, nec ex peculiari idea, cum nullam haberet ideam, neque ex libero concursu Dei,

Nisi in creatura.

84. 1. Sent.

85. Fundam. Vasquez.

86. 2. Sentent.

Distinguit.

Docet.

87. 3. Sentent. Negat de facto.

88. Concedit de possib.

89. Neganda etiam de possibili.

91. Implicantiã Ferrarien.

92. Contrã.

93. Implicantiã Soti duplex. 1.

2.

94. Contrã 1.

2.

95. Apud Zumel.

su Dei, quia naturaliter à Deo emanaret, vt emanant ceteræ species à suis subiectis; cùm species sit naturalis imago obiecti. Confir. illa talis esset naturæ, vt eadem numero inuariata apta esset determinare intellectum, etiam infinito lumine præditum, ad visionem Dei, etiam infinitam, si possibilis esset, quod est euidentis signum infinitæ perfectionis.

96. *Contrà.* Sed contrà: sicut per aduers. limitatur expressa ex potentia finita, à qua producitur; ita impressa à libero concursu Dei, vt constat de speciebus angelicis, quæ liberè à Deo producuntur: & ab actu finito, ad quem per aduers. talis species ordinaretur. & sicut per aduers. Deus peculiarem ideam habet de specie expressa, ita de impressa; nullam de obiecto, quod est Deus per talem speciem repræsentatus. Ad confirmationem 1. id proueniret vel ex infinitate luminis, vel Dei principalis agentis. 2. sicut species creata est determinatæ perfectionis, ita determinato modo repræsentat obiectum.

97. *Implican-  
tia Arub.*

QUARTA Arub. Purus actus species impressa dari non potest: est enim de se essentialiter intelligibilis perfectiori modo, quàm per speciem creatam; cùm hoc sit perfectio, nullam includens imperfectio- nem, sed obiectum, per essentiam proximè intelligibile, & intimè unitum potentia, non potest per impressam similitudinem repræsentari. Implicat forma, quæ essentialiter ordinatur ad perficiendum agens eâ ratione, quæ agens est tale per essentiam; vt implicat accidentia, quæ essentialiter ordinantur ad efficiendam substantiam operatiuam, si substantia ipsa ex se sit proximè & completè operatiua: Implicat qualitas, quæ ordinatur ad facilitandam potentiam ad operandum, si potentia per se ipsam summam habet in operando facilitatem; at species impressa essentialiter ordinatur ad reddendum obiectum proximè intelligibile, vt sic possit determinare potentiam ad cognitionem sui; hæc enim est essentia speciei, scilicet esse vicariam obiecti. Ergo implicat species impressa Dei, qui per suam essentiam est proximè intelligibilis, & se ipso unitus cuiuscumque potentia intellectiua, vt illam determinare possit ad cognitionem sui. Prob. maior quod est essentialiter tale, nequit fieri tale per formam accidentiæ; quia cùm talis forma nullum alium haberet effectum, esset essentialiter superflua; atque aded repugnans: ex vna parte ordinaretur ad perficiendam aliud, quia hæc esset natura ipsius; ex alia non ordinaretur, quia res, ad quam ordinaretur, non esset capax talis effectus, quia supponeretur per se essentialiter talis. Non est eadem ratio de specie expressa, quia hæc tenet ex parte potentia; nec effectus ipsius, est facere obiectum intelligibile, sed intellectum: Deus autem, licet per suam essentiam sit actu intelligibilis, non est actu à creatura intellectus.

98. *Contrà.* *Angelus proximè intelligibilis potest cognoscere se ipsum per speciem impressam.*

Sed contrà, quod est per se operatiuum, potest fieri per aliam formam operatiuum: constat 1. in substantia angelica, quæ respectu proprii intellectus est proximè intelligibilis, & determinatiua eiusdem ad cognitionem sui, cùm tamen non repugnet, intellectum angelicum determinari ad cognitionem sui per speciem distinctam. nam certum est, eand. substantiam respectu alterius intellectus esse intelligibilem, & proximè determinatiuam ad cognitionem sui per speciem distinctam: at posset Deus, talem speciem producere in intellectu eiusdem angeli, cuius esset species, & cum ea concurrere ad notitiam eiusdem angeli, non concurrere cum substantia eiusdem ad notitiam sui ipsius: quæ cognitio, cùm fiat ex propria specie angeli, erit ex-

pressiua sui, non minùs quàm cognitio producta à propria substantia.

99. *Causa æ-  
quiuoca se-  
ri potest  
productiua  
per virtutem  
vniuocam.* Constat 2. in omni causa æquiuoca, quæ productiua effectus per suam substantiam, fieri potest productiua eiusdem per virtutem vniuocam additam: sic piper calefactiuum virtualiter per se ipsum, fieri potest calefactiuum formaliter per calorem superadditum: ergo & Deus intelligibilis per se ipsum fieri potest intelligibilis per speciem superadditam: nam dicitur Deus intelligibilis per efficientem vim determinatiuam, quam habet respectu intrinsecus creati ad visionem sui: sed hæc virtus æquiuoca est cùm sit virtus productiua ad extra: species verò impressa Dei esset vniuoca repræsentatiuè respectu visionis eiusdem, nam vtraque esset creata similitudo Dei accidentalis. Confir. Deus est per se ipsum potens in omnem effectum, & tamen non repugnat, hanc virtutem communicari creaturæ: ergo licet Deus sit per se ipsum potes determinare intellectum creatum ad visionem sui, non repugnabit, communicari hanc vim speciei impressæ. 3. ex hoc, quod fieret Deus intelligibilis per speciem creatam, non tolleretur, quin maneret intelligibilis per se ipsum. Nec sequeretur contradictio in specie ipsa: siquidè ordinaretur ad efficiendum obiectum intelligibile extrinsecè; non ordinaretur ad efficiendum id intelligibile intrinsecè.

100. *A priori  
impugnatur 3.*

101. *Resp.  
In formâ.* Igitur posset actus purus intelligibilis per se, fieri intelligibilis per aliud à se distinctum; esset enim hæc maior perfectio Dei, si aliunde non implicaret; implicat, rem essentialiter ordinari ad perficiendum subiectum eâ ratione, quæ subiectum est tale essentialiter, ex intrinseca natura & exigentiâ subiecti, non ex libera voluntate Dei; cùm non implicet, agens eundem effectum operari per varias formas, quarum vna sit intrinseca, altera extrinseca. Iuxta hanc distinct. soluendæ instantiæ de accidentibus, & qualitate facilitante: nam possent hæc ordinari ad perficiendum subiectum, non ex intrinsecâ naturâ & exigentiâ subiecti, sed ex liberâ voluntate, Dei: nam potest accidens ordinari ad subiectum, esto subiectum ab intrinseco non exigat tale accidens, vt constat de accidente supernat. quod essentialiter ordinatur ad subiectum naturale, esto hoc non exigat illud. Nec talis species foret superflua, nam esset vniuocè determinatiua intellectus creati ad visionem Dei, & denominaret Deum extrinsecè & vniuocè intelligibilem, in ordine ad intellectum creatum, quam denominationem non habet Deus à propria essentia.

102. *Implican-  
tia Amb. Ma-  
chin.* QUINTA Ambrosij Machin. 1. part. disp. 15. sect. 1. Implicat instrumentum connaturale illius effectus, qui natura sua petit esse à Deo, vt à causa proxima: id enim essentialiter ordinatur ad supplendum aliquem defectum principalis agentis, velut impotentiam, distantiam, vel improportionem; quæ Dei principalis agentis visionis beatæ nulla supplebilis: At visio beatæ, vt intuitiua cognitio, naturâ suâ petit esse à Deo, vt à causa proxima, seu obiecto, non solum vt à terminante, sed etiam vt à mouente; nam ex obiecto, & potentia partitur notitia.

103. *Contrà.* Sed contrà, essentialiter ordinari ad supplendum defectum principalis agentis, esto reperciatur in instrumentis causarum 2. non est tamen essentialiter instrumentum vt sic. Neque instrumentum dicitur naturale ex eo, quia supplet agentis imperfectio- nem, sed quia proportionatur effectui producendo. 2. falsum est, speciem esse instrumentum, verum causam principalem, partialis cognitionis, cùm in ratione obiectiua repræsentationis ab illa non excedatur.

104. *Implicatio.*  
6. *Fundam.*  
SEXTA: Deum esse intelligibilem. est ratio prima incommunicabilis creaturæ; sicut esse causam primam, competit Deo incommunicabiliter: intelligibilitas sequitur ad ens, sicut Deus est primum ens, & in ratione talis incommunicabilis est creaturæ, ita est primum intelligibile, & in ratione talis, incommunicabilis est eidem creaturæ. Si autem posset producere speciem impressam sui, posset communicare creaturæ rationem primi intelligibilis, nam per omnia gerit vicem obiecti, vt substituta illius: species expressa non se tenet ex parte obiecti, sed potentia, quam informat, & reddit formaliter intelligentem.

105. *Contra.*  
*Ratio.*  
Sed contra: sicut Deus cōmunicat creaturæ esse causæ, non communicando illi esse primæ causæ, ita communicare posset esse intelligibile, non communicando illi esse primi intelligibilis. Confirm. non minus Deus est primum intellectuum sui, quàm primum intelligibile: Sed potest communicare esse intellectuum sui, medio lumine gloriæ, non communicando primum intellectuum sui; ergo communicare poterit esse intelligibile sui, mediâ specie creatâ, non communicando primū intelligibile sui. Ratio: primitas perfectionis Diuinæ in eo consistit, vt sicut ipsa est prima in essendo à nullo dependēs, ita sit prima in operando, à qua cætera in operando pendeant: sed communicando Deus aliquam intelligibilitatem sui, non necessariò communicaret hanc primitatem in operando; nam adhuc talis species in actiua determinatione potentia creatæ, penderet à primâ intelligibilitate & determinatione Dei, vt ceteræ causæ 2. in productione suorum effectuum: vnde neg. minor fundam. ad prob. nego, speciem impressam per omnia gerere vicem obiecti, sicut nec causa 2. per omnia gerit vicem causæ 1. in producendo effectum, sed solū dicitur vicaria obiecti, in determinatione potentia ad cognitionem obiecti, non in modo illam determinandi dependenter, vel independenter à superiore determinatiuo.

106. *Instas.*  
*Resp.*  
Instabis: Implicat Deum communicare creaturæ passiuam intelligibilitatem sui: ergo & actiuam. Resp. neg. conseq. nam passiuam intelligibilitatem consistit in ratione causæ formalis obiecti; actiuam in ratione causæ efficientis: est enim obiectum actiue intelligibile, quâ potens est actiue mouere, seu determinare intellectum ad cognitionem sui; est passiuè intelligibile; quâ aptum est per se ipsum, in genere causæ formalis obiecti terminare cognitionem sui. Potest creatura participare virtutem actiuam Dei, non formam Dei, quia illam participare potest media entitate distinctâ ab ipso, hanc non potest, nisi participando essentiam Dei, quod implicat.

107. *Implicatio.*  
7.  
SEPTIMA: Species intelligibilis supplet vicem obiecti; ergo naturaliter requirit absentiam obiecti; propterea enim intellectus angelicus ad notitiam sui speciem intelligibilem, à propria substantia distinctam non requirit, quia semper illam præsentem habet: sed quotiescumque implicat terminus qui naturaliter exigitur, vt absentia Dei à quouis intellectu, implicat res exigens: naturalis enim exigentia rei non distinguitur ab ipsa re: implicat termino, implicat naturalis exigentia rei, vt implicante risibilitate, quæ est proprietas, quam naturaliter exigit homo, implicaret homo: implicante extensione locali; quæ est proprietas quantitatis, implicaret quantitas. Species expressa non supplet vicem obiecti, cum sit actus potentia, quæquè naturaliter stare potest, cum præsentia, ac cum absentia obiecti, vt patet de notitia angeli respectu sui, & aliorum.

108. *Contra.*  
Sed contra; licet implicante termino primario, & positiuo. penes quem res specificatur, implicet res ipsa talem terminum exigens, non implicabit, implicante solum termino negatiuo & secundario, qualis est absentia obiecti respectu speciei intelligibilis; cum enim hæc sit pura negatio præsentia obiecti, nequit esse terminus formaliter specificans speciem impressam, sed sola conditio, sine qua species esset naturaliter superflua. Cæterum terminus formaliter specificans speciem impressam, est obiectum ipsum, vt exprimentum per actum.

109. *Implicatio.*  
8. *Contra.*  
OCTAVA: posito lumine gloriæ in intellectu beati, Deus necessariò & adæquatè determinat illum in ratione speciei ad visionem sui; nam munus speciei est se ipsa formaliter potentiam determinare ad notitiam obiecti; Deus sua immensitate, est intellectui beati intimè præsens; ad visionem sufficit dispositio ex parte potentia, & obiectum proximè intelligibile vnitum potentia. At repugnant eiusdem visionis duæ causæ totales: ergo implicat species impressa. Sed contra: hæc ratio supponit speciem impressam formaliter, non effectiue determinare potentiam, cuius oppositum suppono ex Philosophia.

110. *Implicat.*  
*Marsil.*  
*Contra.*  
NONA Marsilij: si species Dei foret possibilis, cum ea finita esset, creari posset alia essentialiter perfectior; id nequit, tam enim visio Dei, quam obiectum, ad quod ordinatur, est essentialiter vnum. Sed falsa sequela maioris, vt constat de lumine gloriæ, quod est unitum sit, nequit tamen perfectius & perfectius essentialiter creari. Sufficit igitur, vt illa creari possit perfectior intensiue.

111. *Implicans.*  
*Palat.*  
DECIMA Palatii: Species rerum eminentius esse habent, quàm res ipsæ: nulla autem creatura habere potest eminentius esse Deo: igitur nulla species creata Diuinæ essentia dabilis est. Maior prob. species rei materialis habet esse spirituale, & intentionale, *auth. Philos. 2. de anim. text. 121.* vbi docet sensum suscipere formas sine materia, vt cera sigilli figuram absque auro. Ergo si species rei materialis est eminentior, quàm sit res ipsa, à qua producitur, etiam aliæ erunt eminentiores rebus, quarum sunt species. Nec obstat, inquit, quod species producantur à rebus ipsis: & nulla res producere possit effectum nobiliorem se: quia non tantum producantur à rebus, sed etiam à lumine, & reliquis influentijs cœlestibus.

112. *Contra.*  
1.  
2.  
*Priori.*  
Sed contra, 1. hæc ratio militat etiam contra speciem expressam, quam ipsum nō videtur negare. 2. falsum est, speciem habere esse eminentius obiecto; Deus enim est tum impressa, tum expressa species sui, cum tamen, vt species, non sit eminentior se ipso, vt obiecto: species substantia spiritualibus est eminentior substantia spirituali, cum illa sit accidens, hæc substantia: species est naturalis proprietas rei cognoscibilis: est enim naturale complementum cognoscibilitatis rei; dicuntur res cognoscibiles per actiuam virtutem mouendi cognitiuam potentiam ad notitiam sui, quod præstant medijs speciebus à se naturaliter productis: sed cognoscibilitas est naturalis proprietas rei; ergo & species, quæ talis cognoscibilitas formaliter completur. Subsumo: nulla naturalis proprietas est eminentior re ipsa, cuius est proprietas, quia proprietas est proprius & adæquatus effectus rei, qui nullus potest esse eminentior re ipsa, alioqui effectus excederet suam causam.

113. *Palatius.*  
Nec satisfacit Palatius, dicendo, species sensibiles produci mediante luce, aut influentiâ cœlesti: 1. quia species ipsius lucis non producantur mediante

*A priori.*

diante aliâ virtute, distinctâ à veritate cognoscibilitatis ipsius lucis. 2. substantia spiritualis angelica non producit in se ipsa speciem expressam, quâ perfectior est impressa, eminentiorê, quàm sit sua ipsius substantia. 3. species est naturalis proprietas rei cognoscibilis: nulla autem naturalis proprietas, vt ab instrumento alterius, sed à re ipsa vt à causa principali. Vnde nego, species esse spirituales. Ad Aristot. dico, mentem eius eo loco tantum fuisse docere, sensum non suscipere in se ipso res, quas debet cognoscere, sed typos tantum, & imagines ipsarum.

114.

Hæ sunt implicantiæ, quæ impugnant speciem impressam: Inter eas, quæ etiam expressam impugnant, vnam tantum reperio impugnatione dignâ apud *Henriq. est.* & sit,

115.

*Implicantiæ*

11.

VNDECIMA: Si species impressa, vel expressa Dei possibilis esset, naturali vi cognosci posset ab Angelo; cum autem hæc esset naturalis imago Dei, naturaliter per eam posset Deus ab Angelo cognosci. Sed contrâ; cum talis species esset supernaturalis, vt potè Deum in se ipso repræsentans, nulli intellectui creato foret naturaliter debita; proinde à nullo intellectu creato esset naturaliter cognoscibilis.

116.

*Vera implic.*

11.

Vera & vlt. implic. hæc est; Species impressa essentialiter ordinatur ad expressam, vt principalis causa ipsius. Implicat expressa; *ex sent. preced.* igitur & impressa: quia implicante primario termino specificante, seu specie expressâ; implicat res ipsa specificabilis, seu species impressa. Maior probat, species impressa cum sit virtualis & effectiua similitudo obiecti, essentialiter ordinatur ad exprimendam formalem similitudinem obiecti. Quod sit Princeps causa, sic ostendo: species impressa est suppletiva totalis concursus obiecti: sed obiectum non est instrumentum, sed princeps causa speciei expressæ; quia in ratione repræsentationis non excedit perfectionem obiecti. Maior. prob. species impressa supplet absentiam obiecti; ergo & totalem concursum ipsius, quia nec species expressa produci potest sine totali concursu obiecti, nec obiectum absens, & non existens concurrere potest ad effectum præsentem. Neque dicas, in absentia obiecti principalem concursum ipsius suppleri à Deo, vt supplet in reliquis instrumentis naturalibus, absente causâ principali: nam reliqua instrumenta naturalia non requirunt per se, & ex natura sua absentiam causæ principalis; vnde non est mirum, si interdum per accidens, separatis à causa principali, Deus suppleat concursum causæ principalis: at species impressa per se, & ex intrinseca natura sua requirit absentiam obiecti; nam præsentem obiecto proximè intelligibili, nulla producit species. Deinde inter speciem impressam est perfecta conuenientia in ratione imaginis, & obiecti repræsentationis. Dicitur autem à Philosophis species instrumentum obiecti, non in ratione concursus, sed supplementi: quo pacto interdum vna causa principalis, substituta vice alterius, dicitur instrumentum illius. Si igitur species impressa est principalis causa speciei expressæ in esse repræsentatiuo, in eodem esse repræsentatiuo continere debet in actu 1. quidquid species expressa continet in actu 2. sed species expressa continere debet totam perfectionem obiecti in esse actuali repræsentatiuo; ergo eandem continere debet species impressa in esse repræsentatiuo virtuali.

*Ex intrinseca à natura.**Est princ. causa.*

117.

Hanc rationem supponit *S. Thom. 1. p. quest. 12. art. 2.* vbi ideò negat speciem creatam Dei, quia deberet habere perfectionem Dei, & esse in eodem

ordine immaterialitatis cum Deo: Quæ ratio necessariò supponit tam speciem impressam, quàm expressam, debere esse adæquatam similitudinem obiecti: & in expressa, vt in propria imagine, videri obiectum, alioqui si supponeret expressam esse solam rationem *Qua*, & impressam principium huius, facile negari posset, vel impressam, vel expressam Dei, debere continere perfectionem ipsius Dei.

DICES: de facto datur cognitio, quâ Deus videtur in se ipso; ergo dabile est principium creatum productiuum talis cognitionis ex parte obiecti: sed esse determinatiuum potentie ex parte obiecti est proprium munus speciei impressæ; igitur possibilis est species impressa Dei. *Resp.* esse determinatiuum potentie ad obiectum, per expressionem obiecti intra potentiam cognoscentis, intra quam debet virtute speciei impressæ intentionaliter produci obiectum, esse proprium munus speciei: impressa enim essentialiter ordinata est ad supplendam absentiam obiecti, atque aded debet illud virtualiter effectiue continere, non quidem in esse reali, sed in esse intentionali.

Ad argum. primæ sent. *Resp.* Ea tantum concludere, lumen esse aliquo modo principium visionis Dei, quod vltro concedo; non quod sit principium per modum speciei; nam ad hoc requiritur vt sit principium per modum experimentis & producentis obiectum intra potentiam cognoscentis. Cæterum falsum est, quod *Aureolus* docet, intelligere esse solam speciei receptionem; potius est vitalis actus à propria potentia elicitus, concurrente aliquo determinatiuo ex parte obiecti. Nuncupatur autem à Philosophis *quoddam pari*, quia fit per actionem immanentem, qua manet & recipitur in ipso agente.

Ad 2. sent. *Scoti*, nego huiusmodi speciem abstractiuam diuitiæ essentia esse possibilem; contra quam militant omnes rationes, quibus negatum est, possibilem esse speciem impressam, vel expressam Diuinæ essentia. Ad fundam. poterat naturalis beatitudo Angeli esse perfectior naturali beatitudine hominis per clariorem, & expressiorem notitiam obiectiuam Dei, ortam ex perfectiore cognitione intuitiua creaturarum.

Ad 1. Tertiæ, quæ probat possibilitatem speciei impressæ Diuinæ essentia, neg. antec. Ad 2. neg. maior. quia potest vnum principium implicare, non implicante altero, ad eundem effectum requisito, ob specialem rationem.

## SECTIO V.

*An Deus sit cognoscibilis potentia aliquâ corporea?*

**F**uit error Anthropomorphitarum, qui Deum corporeum fingebant, & corporis oculis visibilem. Catholica sententia licet Deum incorporeum prædicat, ita corporis sensu incorruptibilem. Dubitandi ratio: Deus eleuare potest creaturam ad quemcumque effectum, sicut ignem ad torquendos spiritus, & intellectum creatum ad videndum ipsum; ergo licet potentia corporea naturaliter sit incapax cognoscendi Deum, non vt ad id Diuinâ virtute eleuari possit. Confirm. auct. *Aug. 22. de Ciuit. Dei cap. 29.* Valdè, inquit, credibile est, sic nos esse visuros mundana tunc corpora, vt Deum ubique præsentem, & vniuersa gubernantem per corpora, qua gestamus, clarissima perspicacitate videamus.

Impli-

118.  
*Dices.**Resp.*119.  
*Lumen principium visionis Dei*120.  
*Ad sentent. Scoti.*121.  
*Ad primâ*122.  
*Anthropomorph. Error. Ratio dubito.*

123.  
Deus est extra obiectum corporea potent.

Implicantia sufficit hæc: nulla potentia cognitiua ferri potest extra suum obiectum: sed Deus est extra obiectum cuiuscumque potentia cognitiua corporea; quia cum Deus sit purus spiritus, nequit potentiam corpoream, quæ essentialiter ordinatur ad aliquod materiale, specificare. Maior prob. potentia cognitiua debet habere formalem proportionem cum actu cognitionis, eoque mediante cum obiecto cognoscibili, in eodem genere proximo vitæ. Implicat autem formalem proportionem à Deo extrinsecè suppleri re ipsa immutatâ: nam proportio formalis non distinguitur à re ipsa. Maior prob. potentia cognitiua non est tantum productiua & receptiua cognitionis: (nam hoc præstare posset lapis) sed etiam perceptiua obiecti mediâ notitiâ rei hoc, ut imagine illius: repugnat autem, absque formali proportionem in eodem genere proximo vitæ cum ipsa cognitione.

124.  
Oculus subiectum in idoneum.

Ratio: imago non confert suum effectum formalem representandi imaginatum, nisi subiecto idoneo & proportionato, ut patet de visione, quæ posita in lapide non faceret lapidem videntem, nulla aliâ ratione, nisi, quia lapis non est subiectum proportionatum in genere vitæ cum ipsa visione. Sicut nec auditio posita in oculo redderet oculum audientem, quia oculus non est proportionatum subiectum in eodem genere proximo vitæ auditivæ cum ipsa auditione: sed Deus non potest representari, nisi per intellectionem, quæ est actus vitæ intellectualis: ergo non potest effectum suum formalem representandi Deum, ut obiectum intelligibile conferre potentia corporea, quia hæc non est in eodem genere vitæ intellectivæ cum ipsa intellectione. Minor prob. repugnat, obiectum spirituale representari cognitione sensitivâ; nam hæc essentialiter postulat specificam ab aliquâ ratione formali sensibili: igitur, cum Deus non possit representari cognitione sensitivâ, non poterit vllâ potentia corporea cognosci, quia hæc elevari non potest ad obiectum percipiendum, nisi medio actu vitali eiusdem vitæ, in quâ est potentia. Confirm. 1. cognitio est actuale exercitium vitæ, quo mediante potentia vitalis percipit suum obiectum: Implicat, ut potentia sensitiva per actuale exercitium vitæ intellectivæ percipiat obiectum intelligibile. 2. Non potest substantia materialis per potentiam spiritualem percipere obiectum spirituale: ergo nec potentia materialis per actum spiritualem percipere obiectum spirituale: cum sit eadem proportio potentia ad actum & obiectum, quæ est substantia ad potentiam. 3. Nequit potentia vegetativa per actum vitæ sensitivæ percipere obiectum sensibile: ergo nec potentia sensitiva per actum vitæ intellectivæ percipere obiectum intelligibile: cum sit eadem proportio inter vitam sensitivam, & actum vitæ intellectivæ, quæ est inter vitam vegetativam, & actum vitæ sensitivæ, imò & maior, quia hæc conveniunt in eodem gradu materialitatis.

125.

126.

127.

128.

Vis incompleta in genere causa formalis suppleri non potest.

*Obijcies*, ut aqua elevari possit ad producendam gratiam, sufficit, ut habeat virtutem remotam producendi illam in ratione entis: ergo ut oculus elevari possit ad videndum Deum, sufficit, ut habeat potentiam videndi remotam in ratione cognoscentis. Resp. nego conseq. nam virtus incompleta aquæ producendi gratiam compleri potest per extrinsecum concursum Dei, vel per additam qualitatem: vis autem incompleta oculi ad cognoscendum suppleri non potest, nec per extrinsecum concursum Dei, cum non debeat suppleri in genere causæ efficientis, sed formalis; nec per additam qualitatem; quia nulla, quæ non est vitalis, & ab intrinseco in-

nata, est idonea forma, quâ natura intellectualis percipiat obiectum. Vnde lumen gloriæ, quæ est qualitas addita intellectui beatorum ad complementam virtutem ipsorum, non complet vim perceptivam intellectus; nam hæc supponitur intrinsecus innata in beato, sed tantum complet vim productivam visionis.

129.  
Dices.

DICES: Hinc sequeretur, intellectum creatum esse completam potentiam perceptivam videndi Deum, siquidem hæc per lumen gloriæ non completur: at hoc falsum est, nam hinc sequeretur, intellectum creatum esse causam principalem visionis Dei, eamque naturaliter exigere. Resp. neg. 1. sequel. potentia enim perceptiva essentialiter includit vim productivam sui actus, sita in principio vitali, quod ut sic essentialiter importat vim productivam sui actus, qui ut vitalis essentialiter dependet actuè à principio intrinseco vitæ. Ad 2. sequelam, nego absolute, intellectum creatum esse causam principalem perceptivam Dei; quia licet ex se habeat proportionem formalem in eodem genere vitæ intellectivæ, non tamen ex se habet proportionem effectivam visionis Dei, quæ proportio essentialiter includitur in principio perceptivo.

Resp.

130.  
Oculus spirituum nequit attendere.

Hinc collige, potentiam corpoream implicare ferri in quodcumque obiectum spirituale: quia hoc est extra spheram potentia corporea. Dices: hinc sequeretur, neque intellectum creatum elevari posse ad videndum Deum; cum plus distet à Deo actu puro visibili in se ipso, quam potentia corporea à quocumque obiecto spirituali creato. Resp. nego sequel. ad prob. dico, intellectum creatum plus distare à Deo actu puro, in ratione entis, & perfectionis essentialis, non in ratione potentia & obiecti, seu cognoscentis & cognoscibilis. Nam Deus sub ratione cognoscibilis aliquo modo continetur intra spheram intellectus creati, cum possit ipsum saltem abstractivè cognoscere: substantia spiritualis nullo pacto continetur intra spheram potentia corporea; vnde nullo modo, neque intuitivè, neque abstractivè potest illam cognoscere. Porro inter potentiam, & obiectum non tam est attendenda proportio commensurationis entitatis ad entitatem, quam proportio commensurationis habitudinis ad terminum, quæ potest esse maior etiam inter entitates, quæ magis inter se distant in ratione entis, ut sic. Ratio: hæc proportio non fundatur immediate in ipsa entitate, ut sic, sed in certo quodam genere & gradu entis vitalis: non repugnat autem, ut inter duas entitates plus distantes in ratione entis, sit maior proportio in certo gradu vitæ, quam sit inter duas alias entitates magis convenientes in ratione entis, ut sic.

131.  
Ad rationem dubit.

Ad 1. inst.

Ex his patet ad rationem dubit. repugnat, Deum elevari creaturam ad effectum contradictionem involuentem, qualis esset potentiam corpoream ferri in obiectum spirituale. Ad 1. instantiam, ignis eleatur ad torquendos spiritus in genere causæ efficientis; in quo genere suppleri potest extrinsecè, quod agenti deest intrinsecè, in ordine ad effectum producendum.

Ad 2.

Ad 2. quia intellectus creatus est in eodem genere proximo vitæ intellectivæ cum Deo obiecto intelligibili, cum eleatur ad videndum Deum, non eleatur per actum alterius vitæ, quam sit obiectum representabile; nam sicut Deus est intelligibilis à se actu vitæ intellectivæ, ita est intelligibilis à beatis actu eiusdem vitæ; Vnde non extrahitur extra suam spheram, cum eleatur ad videndum Deum. Nec refert, quod Deus sit intelligibile supernat. proinde supernat, actu vitæ representabile, qui naturaliter

Intellectus non extrahitur à sua sphaera.



Nec supernaturalitas actum à genere vitæ.

lem proportionem non habent cum intellectu creato, non videtur ei posse formalem effectum representandi Deum conferre. Nam supernaturalitas non extrahit actum aut potentiam ab eodem genere vitæ intellectiua; cum tã vitæ naturalis, quam supernaturalis sit in eodem genere proximo vitæ; eò quòd supra intellectiuam, non datur alia superior vitæ. Neque actus vitalis aliud essentialiter requirit, quàm procedere ab eodem genere proximo vitæ. Nec potentia aliud essentialiter postulat, quàm ferri in obiectum representabile per actum vitæ eiusdem generis: vnde tam potentia visiva ferri potest ad visibile supernaturale, quàm visibile supernaturale representari actu visionis supernaturalis, ut ostend. de Euchar. Cum igitur intellectus eleuatur ad intelligendum Deum, obiectum supernaturale non extrahitur ad obiectum disparatum, sed ad perfectissimum obiectum intra eandem rationem intelligibilis.

131. Etenim potest obiectum ad potentiam comparari, ex S. Thom. 3. cont. Gent. c. 54. Primò, vt illi adæquatè commentum, sic comparatur ens naturale ad intellectum creatum, quia tantum intelligibilitatis habet illud, quantum intellectiuitatis habet iste. 2. vt disparatum & omninò extra rationem formalem obiecti; sic comparatur audibile ad visum, & visibile ad auditum, quia nec audibile participat formalem rationem obiecti visus, nec visibile formalem rationem obiecti auditus. 3. vt excedens intra eandem rationem formalem obiecti; sic comparatur Deus, in se ipso visibilis ad intellectum creatum; est enim Deus supremum intelligibile, intellectus creatus infimus intellectiuus; vnde, cum eleuatur ad intelligendum Deum, eleuatur quidem ad obiectum excedens propriam virtutem, non ad genus vitæ disparatæ. Quare dum potest, Deum in se ipso visibilem esse quidem supra obiectum naturale intellectus creati, non extra: obiectum spirituale esse omninò extra quamcumque potètiã corpoream.

Ad August. Ad confirm. Resp. ibi August. loqui tantum disputatiuè, ex quo ad summum colligitur, in eã re fuisse dubium. Cæterum idem August. 1. de Trinit. cap. vlt. expressè docet, essentiam Dei esse ipsis oculis corporeis inuisibilem: sic enim scribit: *Ille visio Dei, quã contemplabimur incommutabilem atque humanis oculis inuisibilem Dei substantiam.*

133. Potentiam materiale[m] attingere obiectum spirituale, non est disendum.

Ex dictis apparet, quàm periculosè philosophentur ij, qui possibilem admittunt potentiam materiale[m], quæ petat ferri in obiectum spirituale: tales enim sensim viam sternunt ad asserendum, posse oculum aut phantasiam de facto diuinitus eleuari ad Deum cognoscendum, hoc pacto. Si potest potètiã materialis naturã suã cognoscere obiectum spirituale; cur eadem eleuari non poterit ad cognoscendum Deum contentum intra eandem spheram obiecti spiritualis, esto intra eundem ordinem supernaturalitatis infinite excedat quodlibet aliud obiectum spirituale? quemadmodum quia Deus continetur intra spheram obiecti intelligibilis, esto intra eundem gradum intelligibilitatis infinite excedat omne aliud intelligibile, poterit ad illum intelligendum intellectus creatus eleuari. Quod si ad id talis potentia eleuari posset, cur non etiam potentia materialis cognitiua oculi, vel phantasie, quæ de facto in nobis est? cum in ratione potètiã materialis cognitiua conueniat cum eã potètiã, quæ ab aduers. asseritur possibilis, esto intra eundem gradum potètiã materialis cognitiua illa foret perfectior: eò quòd excessus eiusdem gradualis perfectionis, non impedit eleuabilitatem ad obiectum contentum intra eundem cognoscibilitatis gradum.

Quòd si de facto potest oculum, vel phantasia hominis, propter conuenientiam cum eã potètiã, quæ possibilis asseritur, eleuari ad videndum Deum, cur non pari quoque modo poterit oculum vel phantasia bruti, cum inter oculum phantasiãve hominis & bruti vnioca sit conuenientia in ratione cognoscentis? ac proinde non modò homines per oculum & phantasia[m], verum & bruta ipsa per easdem potètiã attingere poterunt summam illam beatitatem, quam fide diuinã instructi, non nisi intellectui humano communicabilem credimus. Quin vterius sequitur eadem bruta esse capacia amicitie & filiationis adoptiue Dei: siquidem, ex 3. tom. eadem visio Dei est summa amicitia, & intima familiaritas creaturæ cum Deo, nec non filiatio adoptiua eiusdem. Viden' cui tandem opinatio hæc ludibrio exponat summa fidei nostræ arcana, dum ea cum brutis communia efficit? Huc absurdi ducit falsa persuasio, quòd possibilis sit potentia materialis, quæ suã naturã ferri petat in obiectum spirituale. At quia horum omnium principia apud quosdam recentiores legi, ne ex huiusmodi falsis principijs posterius, naturali quãdam curiositate noua semper docendi ducti, hæc in lucem reuocare tentarent, à maiori potestate tradita sunt iuridicè ac mature examinanda. Theologis Romanis, quorum hæc fuit concursus censura: *Ha propoitiones deprimentes eleuationem gratie diuinae & gloria beatifica ad bruta animalia, exponunt Christianam spem summi boni aternæ beatitudinis ludibrio; atheis presertim hominibus: & cum per se absolum sit amicitiam & adoptionem, quã filij Dei nominamur & sumus, Paradisumque, quo beati perfruuntur, posse esse bonum & asinorum, si Deus illos eleuet, sicut eleuat beatos, censemus propositiones illas cum stomacho reijciendas à nostris scholis, cuiuscumq; demum auctoris sint.* Hæc ex mandato R. P. Mutij Vitelleschi.

Theologorū Rom. & Societ. N. censura grauis & recens.

Aliqui dicentes, talem potètiã ex intrinsecã naturã suã fore addictam vni tantum obiecto spirituali, vt nullã ratione eleuari possit ad aliud, multò verò minus, ad infinitum & increatum; sicut nec implicat, inquit, intellectus vnus tantum Angeli cognitiuus; Non satisfaciunt: nam hoc ipso, quòd talis potentia haberet intra suam spheram cognoscibilitatis obiectum spirituale, non implicaret eleuari ad cognoscendum aliud obiectum participans eandem rationem genericam spiritualitatis; esto hoc esset perfectius obiectum, neque quoad vltimam differentiam contineretur intra spheram obiecti materialis talis potètiã. Sicut ex eo quòd intellectus creatus habet intra suam spheram cognoscibilitatis obiectum intelligibile, non implicat eleuari ad cognoscendum intelligibile increatum; esto hoc sit infinite perfectius, neque quoad vltimam differentiam cognoscibilitatis per modum actus puri contineatur intra spheram obiecti naturalis intellectus creati: nam quidquid sit de possibili, de facto fides docet, Deum visibilem in se per modum actus puri esse extra spheram obiecti naturali intellectus creati, & tamen ad illum cognoscendum eleuari potest. Eadem ratio foret de intellectu, qui fingitur vnus tantum Angeli cognitiuus: nam esto non posset naturaliter alterum cognoscere, saltem non repugnaret supernaturaliter ad illum cognoscendum eleuari: Talis enim intellectus cognosceret Angelum, quem intra naturalem spheram haberet, secundum omnem rationem entis, quam in se contineret: in quã ratione, quia cum quouis alio conueniret, posset ad quemuis alium cognoscendum eleuari; quia non eleuaretur omninò extra spheram sui obiecti formalis, quæ esset ratio entis eadem

134. Nec talis potètiã potest fingi addicta vni tantum obiecto spirituali.

Aut vnus tantum Angeli cognitiuus.

eadem existens in omnibus. Confirm. Non obstante, quòd dari possit, & de facto per me detur lumen gloriæ suâ naturâ determinatum ad hanc numero visionem beatam producendam, non implicat quin diuinitus eleuari possit ad aliam numero visionem producendam: ergo neque ex eo quòd possibilis sit potentia materialis ad vnum tantum obiectum spirituale naturaliter cognoscendum, implicabit eleuari ad aliud obiectum spirituale, eandem rationem spiritualitatis vniuocè participans, diuinitus cognoscendum. Nec est eadem ratio de potentijs & obiectis disparatis, quæ neque in modo cognoscendi, neque in obiecto cognoscibili vniuocè conueniunt, vt sunt potentia visiva & auditiva.

SECTIO VI.

An possibilis sit creatura, cui connaturalis sit visio intuitiua Dei, aut quæuis alia forma supernaturalis?

**D**E Fide est, nullam de facto talem creaturam productam esse; cum de fide sit, de facto beatos egere lumine gloriæ, ipsos eleuante ad videndum Deum. Vt autem videamus, an ea saltem possibilis sit, notandum triplex genus operationum in Deo. 1. est omninò incommunicabile creaturæ, vt posse in se ipso producere distinctam personam cum omnimodâ identitate naturæ producentis & producti: esse causam 1. & cætera, quæ in suo conceptu requirunt illimitationem in omni genere perfectionis, & independentiam in essendo: nam vtraque perfectio pugnat cum ente creato. 2. genus communicabile est creaturæ, etiam naturaliter, & vt causæ principali, vt intelligere & amare res creatas, & Deum ipsum medijs effectis creatis; producere dependenter à subiecto. 3. genus de facto communicatum est creaturæ, sed per gratiam, & supra exigentiam ipsius, vt videre Deum actum purum in se ipso; diligere eundem propter se ipsum immediatè; operari indefectibiliter.

Controuersia est, an hæc eadem communicari possint alicui substantiæ per naturam? vt de facto beati Deum vident, & amant in se ipso medio lumine gloriæ, & charitate eis supernaturaliter infusa, ita videri & amari in se ipso ab aliqua creatura possit per naturalem facultatem, aut per hæc ipsa dona ipsis naturaliter debita? Et quoniam hoc genus operationum est proprium Dei, quo Deus dicitur ens supernaturalis, quia per illud operatur supra omnem naturam creatam, idè substantia, quæ talem modum operandi participaret, diceretur supernaturalis; quia per talem modum in operando, & in essendo excederet reliquas omnes substantias creatas. Etsi controuersia solum agitetur de visione Dei, eam ad reliquas supernat. operationes extendam, vt doctrina sit vniuersalior in ordine ad quamcumque formam supernaturalem.

PRIMA sententia affirmat, possibilem esse creaturam, cui connaturalis sit intuitiua visio Dei. In eam inclinât Maior in 4. dist. 49. q. 4. fine. Molina 1. p. q. 12. art. 5. disp. 2. Becanus 1. p. c. 9. q. 5. Argumenta sunt hæc, 1. nulla est implicantiæ. 2. participabilis est hic modus operandi Dei medio accidente supernaturali, vt constat de lumine, & reliquis habitibus infusis, qui suâ naturâ ordinantur ad talem modum operandi proprium Dei; ergo & mediâ substantiâ supernat. alioqui Deus perfectiori modo participari posset ab accidente, quod est ens imperfectius,

quàm à substantiâ ente perfectiore. Confirm. sicut inter entia naturalia creata nobilior est substantia, quouis accidente naturali, ita inter creabilia producibilis est substantia nobilior quouis accidente supernat. vt tota latitudo substantialis perfectionis creabilis superet totam latitudinem accidentalis perfectionis producibilis. 3. Coniunctum ex intellectu beati & lumine gloriæ, cui connaturalis est visio Dei, est quid finitum: ergo potest Deus creare intellectum tantæ virtutis, vt illud adæquet; nam dato quocumque intellectu, semper dabilis est perfectior & perfectior. Igitur possibilis est intellectus, qui per sua naturalia Deum videat. Neque dicas, intellectum creatum esse diuersæ rationis à lumine gloriæ, proinde etsi crescat in virtute intelligendi, nunquam attingere visionem Dei: sicut visus nunquam attingere poterit sonum. Quia est potentia alterius rationis ab auditu, cuius tantum est sonum percipere. Nam Deus comprehenditur sub obiecto intellectus creati, alioqui non posset ad illum intuendum eleuari: sonus verò non comprehenditur sub obiecto visus. Confirm. non modò Deus creare potest vnum intellectum alio intensiue, sed etiam essentialiter perfectiorem. Esto igitur coniunctum ex intellectu creato, & lumine gloriæ sit alterius perfectionis essentialis, adhuc creari poterit intellectus, qui illud in essentiali perfectione adæquet. 4. Quidquid Deus potest intellectui conferre, per qualitatem additam, potest per essentiam: vnde illum gradum vigoris, quem Deus conferre posset oculo nocturæ ad intuendam rotam solis, de facto contulit oculo aquilæ per naturam: igitur dari potest intellectus creatus, cui per naturam competat videre Deum. 5. Non repugnat, eandem rem esse proprietatem plurium, vnius in gradu intenso, alterius in gradu remisso, vt splendor in gradu intenso est proprietas solis, in gradu remisso aliorum à sole. Esto igitur lumen gloriæ in summo gradu vt est comprehensuum Dei, sit proprietas solius Dei; in gradu tamen remisso, vt est tantum repræsentarium Dei in se ipso, poterit esse proprietas creaturæ. Confirm. non minus intellectus creatus est participatio intellectus increati, quàm lumen gloriæ creatum sit participatio luminis increati: ergo sicut lumen gloriæ increatum est proprietas intellectus increati; ita lumen gloriæ creatum erit proprietas intellectus creati; nam sicut participatur subiectum, ita participari poterit proprietas ipsa subiecti. 6. participabilis est Deus quoad reliquas perfectiones supernaturales potentia, charitatis, sanctitatis, iustitiæ, cæterarumque supernaturalium vnitatum; ergo & quoad perfectionem supernaturalis substantiæ. Confirm. non repugnat substantiæ creatæ supernaturalitas, quæ substantia est, quia conuenit Deo; nec quæ creata est, quia conuenit lumen gloriæ, cæterisque habitibus infusis; nec quæ substantia creata est, quia si non implicant extrema, nec implicabit coniunctum ex extremis. 7. Vnio hypost. est alterius ordinis, quàm lumen gloriæ, quia per illam sit homo Deus; per hoc tantum videns Deum: at vnio hypostatica est aliquid substantiale: ergo si hæc non repugnat, multò minus repugnabit substantia supernaturalis eiusdem ordinis cum lumine gloriæ. 8. Datur accidens supernaturale: ergo possibilis est substantia supernat. nam accidens supernaturale essentialem ordinem dicit ab subiectum; non ad naturale, hoc enim non est illi proportionatum; ergo ad supernaturale: hoc autem nequit esse Deus ipse, quia Deus est incapax accidentis: igitur erit substantia supernat. creata. Confirm. visio Dei est actus vitalis; ergo alicui po-

135. Dogma fidei.

Triplex genus operationum Dei.

136. Status controuersia.

137. Affirmant.

Prob. 1. 2.

Confirm.

138. Prob. 3.

Confirm.

139. Prob. 4.

140. Prob. 5.

Confirm.

141. Prob. 6.

Confirm.

142. Prob. 7.

143. Prob. 8.

Confirm. tenuit

144. *Prob. 9.*  
 145. *Negant.*  
 146. *Scoti. Implican-  
tia expendi-  
tur.*  
 147. *Contra.*  
 148. *Expenditur  
ratio.  
Vasquez.*

tentia vitali connaturalis est: hæc autem potentia alicui substantiæ debet esse connaturalis; non igitur repugnat substantia creata cui visio Dei connaturalis sit. Maior probat. actus vitalis essentialiter pendet à principio vitali intrinseco & connaturali. Minor constat; omnis potentia vitalis sibi vendicat aliquam substantiam proportionatam, cuius sit propria passio & instrumentum. 9. Etiam si daretur intellectus creatus, cui connaturale esse lumen gloriæ, visioque ipsa beatifica, adhuc proprius modus effendi Dei excederet proprium modum effendi talis intellectus: ergo excessus quoad modum effendi obiecti cogniti supra modum effendi potentia cognoscentis non impedit, quin talis potentia possit tale obiectum naturaliter cognoscere. Confirm. de facto intellectus creatus cum lumine gloriæ non eleuatur ad eundem ordinem actus puri cum Deo in se ipso visibili: & tamen intellectus creatus cum lumine gloriæ naturaliter videt Deum: ergo vt aliquis intellectus creatus naturaliter videat Deum actum purum, non est necesse, vt sit in eodem ordine actus puri cum ipso Deo.

SECUNDA sentent. negat possibilem esse substantiam, cui connaturalis sit visio intuitiua Dei: S. Tho 1. p. q. 12. art. 4. & 5. ad 3. 3. cont. Gent. cap. 53. Caiet. & Ferrar. ibid. Scot. in 4. dist. 49. q. 11. §. resp. ergo, & quodlib. 14. art. 2. Richard. in 2. dist. 23. art. 1. q. 1. ad 1. & in 3. dist. 14. art. 1. quest. 2. Capreol. in 4. dist. 49. q. 4. art. 1. concl. 1. Aureol. quodlib. 9. art. 3. fine, Scot. in 4. dist. 49. q. 2. art. 4. ad 3. Zumel 1. p. q. 12. art. 4. disp. vnic. Vasq. disp. 44. c. 1. Suar. l. 2. de attrib. c. 9. Valent. punct. 3. fine, Gonsal. disp. 26. Albert. tom. 1. coroll. 2. ex princ. 1. Phil. punct. 1. Arrub. disp. 21. c. 2. & reliq. Difficultas est in assignanda implicancia.

PRIMA Scoti. Visio clara Dei prærequirit Deum naturaliter presentem in ratione obiecti, vel in propria existentia, si sit intuitiua, vel in aliquo perfecte representatiuo, si sit abstractiua: neutro modo potest Deus esse naturaliter præsens; non primo, quia nec sub propria ratione Deitatis est naturaliter, sed tantum voluntariè, motius intellectus creati, nec vlla creatura potest esse naturaliter actiua talis visionis, & perfectæ præsentia Dei, cum nulla creatura continere possit essentiam Dei, & consequenter intelligibilitatem ipsius. Non 2. quia nullum creatum potest esse causatiuum perfecti representatiui. Dei sub propria ratione Deitatis, nec continere Deum, propria intelligibilitate ipsius.

Sed contra; cum Scotus dicit, Deum nunquam posse naturaliter, sed tantum voluntariè mouere intellectum creatum ad claram visionem sui; aut per voluntariè, intelligit liberè, & hoc non tollit naturalem exigentiam ex parte creaturæ; nam posita quacumque exigentia & connaturalitate ex parte creaturæ, semper Deus liberè mouet illam ad suos actus. Aut per voluntariè, intelligit quod non sit illi talis visio connaturalis actiue, & hoc non tollit connaturalitatem simpliciter; Nam neque anima rationalis actiue producitur ab homine, & tamen connaturalis est corpori humano: & species abstractiua Dei, sub propria ratione Deitatis est connaturalis intellectui angelico, & tamen illa à nullo agente creato produci potest. Aut demum per voluntariè, intelligit, quod talis motio ad claram visionem Dei nullam possit in creaturâ supponere naturalem exigentiam; & hoc vertitur in controuersiam, cum queritur, an sit possibilis intellectus, cui sit connaturalis intuitiua visio Dei.

Implicancia Vasquez: Aut substantia hæc diceretur supernaturalis, quia superior esset alijs substantijs creatis, & sic innumera substantia essent supernaturales; aut

quia à solo Deo produceretur per creationem, & ita omnes substantia spirituales essent ordinis supernaturalis, superest igitur vt soli forma accidentaria ratio supernaturalis conueniat; nam ei soli conuenit perficere subiectum supra id, quod ipsius essentia & naturalis constitutio postulat, penes quod tantum attenditur ratio supernaturalitatis.

Sed contra: talis substantia diceretur supernaturalis, quia participaret proprium modum operandi Dei; per quem consequenter haberet, vt comparata ad reliquas substantias creatas esset superioris ordinis; sicut à priori dicitur accidens supernaturale, non quia perficit subiectum supra naturalem exigentiam ipsius; nam etiam si perficeret subiectum iuxta naturalem exigentiam ipsius, vt esset respectu substantiæ supernaturalis, si daretur, adhuc esset supernaturale; sed dicitur supernaturale, quia participat proprium modum operandi Dei, per quem consequenter habet, vt omnem substantiam, cui talis modus operandi non competit, perficiat supra naturalem exigentiam; similiter diceretur à priori talis substantia supernaturalis, non quia produceretur, à solo Deo per creationem, vel quia foret superior alijs substantijs, sed quia participaret proprium modum operandi Dei; per quem consequenter haberet, vt esset cæteris superior. Vnde falsum est, supernaturalitatem formaliter defumi penes excessum formæ ad quodlibet subiectum creatum; nam hæc tantum ratio est à posteriori, & ex suppositione, quod substantia supernaturalis implicet; quod non debet, contra aduers. in argum. assumi.

Implicare substantiam, cui connaturale sit lumen gloriæ, aut visio beatifica, probo 1. Si talis substantia possibilis esset, de facto ea producta esset; nam Deus, quæ sua est perfecta prouidentia, quoad fieri potest, semper operatur iuxta naturalem inclinationem rerum: ageret autem Deus contra, si producta non esset: quia contra naturalem inclinationem accidentis ac propriæ passionis est, eam nunquam produci in proprio subiecto, cum quodlibet accidens ac passio naturaliter petat esse in proprio subiecto: si autem possibilis esset hæc substantia, lumen gloriæ, & visio Dei essent naturales proprietates talis substantiæ, alterum vt principium, alterum vt actio vitalis propria. Igitur contra naturam ipsorum ageretur, si nunquam illa in proprio, sed semper in alieno atque extraneo subiecto producerentur: sicut contra naturam potentia risuæ esset, si ea nunquam in homine, cuius est propria passio, sed semper in aliâ ab homine diuersâ naturâ produceretur. Cum igitur certum sit nullum beatum de facto Deum naturaliter videre, sed medio lumine gloriæ ipsis indebito, contra naturalem inclinationem, & perfectam prouidentiam Dei hæc accidentia à proprio & connaturali subiecto perpetuò exularent.

Implicancia 2. sequeretur Deum non fore inuisibilem omni creaturæ, nec lucem habitare inaccessibleem, cum Paulus 1. ad Timoth. 6. absolutè pronunciet, Deum à nemine videri posse, quod Patres explicant viribus naturæ. 2. creaturam fore suâ naturâ beatam, hæredem cœlestis gloriæ, amicam Dei, & filiam adoptiuam; proinde naturaliter impeccabilem, idque non ex dono addito, sed ex beneficio creationis, cui non posset Deus absque violentiâ claram sui visionem denegare, cum ad illam naturalem haberet inclinationem, & exigentiam, nec vllum esset impedimentum, quod minus ad illam toto naturæ conatu ferretur.

Contra

157.  
Impeccabi-  
litas natu-  
ralis ad-  
struitur in  
substant.  
supernat.

2. Obiect.

Resp. ad 1.  
ad quib.  
suor prob.

Resp. ad 2.  
obiect.

Ve ostendi  
tom. 3. d. 32.

Contra impeccabilitatem arguunt recentiores.  
1. Non implicat creatura sua natura impeccabilis (ergo ex hoc capite non prob. implicare creaturam, naturaliter exigentem videre Deum) vt intellectu-ua, & non volitiua: naturaliter auersa à malitia morali, & solùm inclinata ad bonum morale, cui proinde non posset Deus dare concursum indifferen-tem ad bonum & malum, sed tantum ad bonum, vt dat humanæ voluntati Christi; aggregatum ex homine & visione beata est aliquid creatum libe-rum intellectuale, & tamen incapax peccati: ergò non repugnat creatura capax operationis liberæ circa actus bonos, & non circa malos: potest pro-ducì intellectus limitatus ad vnum tantum obie-ctum intelligendum; ergò & voluntas ad vnum tantum obiectum amandum. 2. Non repugnat creatura naturaliter exigens visionem Dei, quæ ta-men peccare posset: quia visionem Dei, per quam tantum fieret formaliter impeccabilis, non neces-sariò haberet ab instanti creationis; & posset ad videndum Deum indigere vel habitu ex parte po-tentiæ, vel specie ex parte obiecti, quæ licet forent naturaliter debita, non tamen necessariò, vt constat in angelis, qui non necessariò habent omnes spe-cies rerum, quarum sunt capaces. Resp. ad 1. nego anteced. vt tom. 2. disp. 20. Ad prob. neg. anteced. cum enim quodlibet ens essentialiter inclinè ad sui conseruationem, datus est vnicique appetitus, qui inclinè ad prosequenda, quæ proprio esse con-ducunt, & fugienda, quæ à proprio esse abducunt. Quis capiat, intellectum videre Deum, & ad illum vt summum suum bonum nõ inclinare? vel è con-uerfo, ab eo separari summo perè non abhorre-re? Cumque nullum bonum creatum necessitet volun-tatem ad prosecutionem sui, quodlibet bonum crea-tum morale omitti poterit per liberam omissionem. Inde neg. conseq. nam visio beata vniendo intelle-ctum creatum cum Deo summo bono in seipso vi-so, reddit voluntatem auersam ab omni malo mo-rali; cum nequeat voluntas creata Deum in suspso visum vel in minimo offendere. Denique neg. an-teced. de quo cit. loco.

Ad 2. argum. neg. anteced. Ad vtramque prob. Resp. esto talis creatura non necessariò visionem beatam eliceret in instanti suæ creationis, quippe quæ ad eam eliciendam egeret saltè specie ex parte obiecti; adhuc nego, eam ante elicitam visionem Dei peccare posse: talis enim creatura esset perfectior participatio naturæ diuinæ, quàm de facto sit gra-tia habitualis sanctificans: at implicat cum hac con-iungi peccatum lethale; vt tom. 3. disp. 32. ergo & à fortiori cū tali creatura. Maior demonstrat, idè cum eà gratiā implicat coniungi lethale, quia, vt S. Th. ait, est singularis & augusta participatio naturæ di-uinæ, cuius consortes effici-mur; proinde non po-tesse Deus, qui res necessariò amat iuxta suam ama-bilitatem, eam habentem non necessariò amare amo-re supernaturalis amicitia: implicat autem creatu-ram à Deo amari amore supernaturalis amicitia, & simul odio haberi, odio supernaturalis inimici-tia; amando enim gratiā, illam conseruaret; & odio habendo peccatum, illam destrueret; cum nequeat Deus amorem supernaturalis amicitia conseruare absque termino talis amicitia ad extra conseruato, nec peccatum odisse absque subtractione termini supernaturalis amicitia; impossibilis cum oppo-sita inimicitia. Sed talis creatura esset longè perfe-ctior participatio naturæ diuinæ, quàm de facto sit gratia habitualis, cum hæc sit tantum participatio accidentalitatis, illa substantialitatis; proinde perfectiori amore amicitia diligeretur illa, quàm hæc; ergo si

De Deo. Tom. 1.

cum hac coniungi non potest peccatum, nec cum illa poterit. Imò licet cum gratia non possit com-poni peccatum, potest tamen habens gratiam pec-care, quia peccando amitteret gratiam: & conse-quenter peccatum non componeret cum gratia: At non posset ea substantia peccare, cum quia pec-cando deberet destrui, ne peccatum cum ipsa com-poneret: tum quia repugnat talem substantiam esse principium peccandi, & sanè magis, quàm accidens supernat. quippe quæ altiori modo participet per-fectiones naturæ diuinæ. Imò antequam Dei visio-nem eliceret, iactis principijs conformius est, eam neque venialis peccati capax fore: nam si huius nõ est capax gratia qualitas supernaturalis, è quòd licet cum gratia stare possit veniale, haud tamen poterit ipsa esse principium peccandi venialiter: à fortiori nec erit capax substantia supernaturalis.

Cæterum consensio cum iisdem recent. imme-diatè & per locum intrinsecum non sequi, talem naturam fore filiam Dei naturalem, ex eo quòd per suam substantiam esset hæres gloriæ cælestis, quod non competit, nisi soli filio Dei naturali; vel non fore seruam Dei, eo quòd teste Arist. 8. Ethic. cap. 11. nequit inter seruum & dominum esse amicitia. Nam prima ratio summum probat, talè creaturam fore filiam Dei adoptiuam, nõ naturalem: tum quia non produceretur à principio coniuncto, quod ad generationem filij naturalis requiritur: vnde etiam si esset in naturam similis Deo, vt fuit Eua similis Adamo producta ex Adami costâ, adhuc defectu huius conditionis non esset filia naturalis. Tum quia esse naturalem hæredem gloriæ; solùm di-cit habere participationem cum naturam diuinam, in modo eam cognoscendi & diligendi, quod non in-fert immediatè identitatem vel specificam, vel in-diuidualem eum eadem naturam, quæ ad naturalem filiationem requiritur. Nec 2. ratio ab Arist. ducta aliud probat, quàm quòd inter seruum vt seruum, & dominum vt dominum, non quod inter eos vt homines, amicitia esse non possit, vt ipse *ibid.* expli-cat; quia, quæ seruus nihil habet cum domino com-mune, in quo amicitiam fundare possit: sed quidquid habet, vel est, domini est; est enim, vt *ibid.* animatū instrumentum sui domini: At quæ homo ius habet erga quemcumque eum quo & legis, & fœderis, & amicitia particeps esse potest. Esto igitur talis na-tura, quæ serua, amica Dei esse nõ posset, vt sic enim quidquid esset, vel haberet, Dei esset; proinde iuxta Arist. nihil com-mune cum Deo haberet, in quo suam cum Deo amicitiam fundare posset: posset tamen esse amica, quæ in libera sua potestate haberet ali-quid, quod efficere posset com-mune cum Deo, nepe actus liberos virtutū, præsertim charitatis & amoris, qui in ea naturam, vt pote participante singularè mo-dum operandi Dei, condigni essent mutuam redama-tione Dei, non minùs quàm nunc: cum in eo ordine poneretur talis natura, in quo de facto sunt habitus supernat. gratia & charitatis: Etenim sicut hi accide-ntaliter, ita illa substantialiter participaret singularè modum essendi & operandi Dei. Vnde sicut non obstante seruitute, quam cum gratia & charitate re-tinet nunc homo, amicitiam cum Deo fundare po-tesse; poterit & illa natura, quæ æquivaleret homini gratia & charitate prædito, non obstante naturali seruitute, ex sua naturam esse capax naturalis ami-citia cum Deo: nemo quippe negabit, tam ange-lum, quàm hominem in pura vel integrâ naturam naturalis amicitia cum Deo capaces fore.

DICES: implicantiã non esse, quòd creatura sua naturam exigat amicitiam naturalem cum Deo, sed quòd exigat supernaturalem. Sed contra: 1. ra-tio ex

Notandum  
discrimen.

Talis ami-  
citiã redde-  
ret creatu-  
ram natu-  
raliter im-  
peccabilem

Licet non  
filiam Dei  
naturalem.

Posset per  
Arist. esse  
amica Dei  
& serua.

Posset exi-  
gere amici-  
tiam super-  
nat. vt na-  
tural.

tio ex *Arist.* quâ auctores se fundant, probat de quâuis amicitia. Nam idè creatura non potest naturaliter exigere amicitiam cum Deo, quia essentialiter est serua, inter quam & dominum nequit esse amicitia: ergo nec poterit exigere amicitiam naturalem cum de eâ militet eadem Philosophi ratio. 2. Falsum supponitur, talem amicitiam fore tali creaturæ supernaturali; quia qui eam creaturam possibilem adstruunt, dicunt futuram ordinis supernaturalis, eo quòd participaret singularem modum essendi & operandi Dei perfectius, quàm gratia & charitas: ac proinde exigendo amicitiam ordinis supernaturalis, non exigeret aliquid sibi indebitum & supra suam naturam: non secus ac aggregatum ex homine & gratiâ exigendo amicitiam supernaturali Dei: non exigit aliquid sibi indebitum & supra totum aggregatum. 3. Ad amicitiam naturalem requiritur & sufficit mutuus amor non latens, & similitudo aliqua in moribus & natura, vt docet *Arist.* 8. *Ethic. cap. 2. 3. & 8.* sed inter eam creaturam & Deum posset esse mutuus amor non latens, cum aliquâ similitudine in modo essendi & operandi: non secus ac inter eandem & Deum potest esse mutuus amor naturalis fundatus in similitudine naturæ intellectualis, & modi operandi eiusdem. Dicere autem quòd hæc sit possibilis, quia est ordinis naturalis; illa impossibilis, quia ordinis supernaturalis est, illam non amplius negare ex impossibilitate seruitutis cum amicitia Dei simpliciter, sed ex seruitute & amicitia Dei superioris ordinis: & huius quæritur ratio, quare possit seruitus stare cum amicitia inferioris ordinis, & non cum ordinis superioris? 4. Sicut creatura prædita gratiâ amore supernaturali diligens Deum, exigit mutuo amore supernaturali redamari à Deo: ita amore naturali diligens Deum, exigit mutuo amore naturali diligi à Deo: cum non minùs amor intra ordinem naturæ à creaturâ elicitus exigit redamationem intra eundem ordinem naturæ à Deo, quàm amor intra ordinem gratiæ elicitus à creaturâ exigit redamationem intra eundem ordinem gratiæ à Deo. Deus enim necessariò amat res omnes iuxta earum amabilitatem, sicut necessariò odit mala iuxta eorum odibilitatem: & amor naturalis amicitia eo amore exigit à Deo redamari, quo ipse est: hoc est, etsi Deus absolutè non teneatur amore amicitia naturalis, amare creaturam intellectualem, tenetur tamen ex suppositione quòd ab illa ametur amore amicitia naturalis: sicuti nec absolutè tenetur Deus amore amicitia supernaturalis amare creaturam eleuatam ad finem supernaturalem, tenetur tamen ex suppositione quòd in illâ suam gratiam & amorem supernaturalem infundat. Igitur si ex hoc cap. repugnaret substantia supernat. quia coniungi non possit naturalis seruitus & amicitia cum Deo. neque homo posset cum gratiâ & charitate esse còdignus amicitia Dei. Quia quamdiu non tollitur id, quod impedit amicitiam serui cum domino, non potest esse amicitia inter seruum & dominum: sicuti si rusticitas impedit amicitiam rustici cum rege, quamdiu rusticitas à rustico non tollitur, non poterit inter rusticum & regem esse amicitia: sed per gratiam & charitatem nõ tollitur ab homine naturalis seruitus in Deum, cum nequeat seruitus tolli per id, quod auget seruitutem; sicut non potest tolli albedo per id, quod auget albedinem. Nam gratia & charitas sunt ens creatum à Deo essentialiter dependens proinde subeunt eandem conditionem seruitutis: igitur non possunt illam tollere, sed augere magis, augendo dependentiam hominis ad Deum.

DICES: esto gratia & charitas non tollant ab homine naturalem seruitutem, addunt tamen in illo singularem fauorem Dei, merito cuius, & non ex naturâ suâ petit homo amicitiam supernaturalem Dei. Sed contrâ; esto amicitia supernaturalis Dei sit indebita homini, non tamen habenti gratiam, seu toti coniuncto ex homine & gratia: sicut esto intellectui creato sit indebita visio Dei, non tamen habenti lumen gloriæ, seu toti coniuncto ex intellectu & lumine. Deinde, si creatura haberet tantam perfectionem, quâtam habet coniunctum ex homine & gratiâ, esset condigna eadem amicitia, quâ condignum est hoc coniunctum: sed qui talem creaturam concedit, minimùm illam adstruit tantæ perfectionis, quantæ est coniunctum ex homine & gratiâ: ergo si coniunctum ex homine & gratia condignè exigit amicitiam supernaturalem Dei, etiam talis creatura possibilis illam exigeret.

TERTIA à priori, *S. Thom. I. p. quæst. 12. art. 4. & 3. cont. Gent. cap. 52.* Modus naturalis cognoscendi obiectum adæquatè sequitur modum essendi virtutis cognoscentis, vt videlicet sub quo abstractio- nis ordine fuerit principium cognoscens, sub eodem naturalis cognitio ab ipso producta, ei obiectum repræsentet, & non sub altiori: vt si principium cognoscens fuerit materiale, cognitio naturalis ab ipso elicitâ, non potest illi nisi materiale obiectum repræsentare; si principium cognoscens fuerit potentiale, pariter cognitio ab eo naturaliter producta, non poterit nisi potentiale obiectum vel per modum potentialis ipsi repræsentare. Atqui nulla creatura participare potest eundem modum essendi Dei: necessariò enim est immersa potentialitati, vt potè ex non esse ad esse traducta, ex naturâ & supposito, ex subiecto & accidente composita: Deus emerfus est ab omni potentialitate in supremo ordine puri actûs constitutus: ergo nulli creaturæ poterit esse connaturale videre Deum in seipso. Maior prob. 1. quia sensus affixus est certo ac determinato organo, non potest nisi singulare ac determinatû obiectum percipere: quia intellectus humanus habet esse vnitum corpori, non potest, nisi ad modû corporis naturaliter cognoscere: quia intellectus angelicus habet esse immersum potentialitati, non potest viribus proprijs Deum intelligere ad modum actûs puri, sed per modum potentialis, & per effectus creatos. Nec alia afferri potest ratio, cur de facto nequeat Deum naturaliter videre, nisi talis improportio, quæ necessariò reperitur in omni creaturâ possibili. Demum quia intellectus Diuinus est actus purus, ab omni potentialitate emerfus, naturaliter intelligit seipsum ad modum actûs puri. 2. Idem principium prob. à priori; non potest intellectus elicere visionem actûs puri, nisi in seipso præhabeat obiectum, vel speciem actûs puri: nullus autem intellectus creatus naturaliter in seipso præhabere, aut præexigere potest obiectum, vel speciem actûs puri: igitur nullus intellectus creatus naturaliter elicere potest visionem actûs puri. Maior constat; omnis notitia, cum sit expressio obiecti, essentialiter postulat fieri ab obiecto cuius est notitia: repugnat quippe obiectum exprimi vt in se est, ipso aut ipsius propriâ specie non concurrente, cum formalem exprimendi rationem habeat actus ex obiecto. Minor prob. nulla potentia præhabere, vel præexigere potest obiectum, aut speciem in modo operandi perfectiorem se: sed actus purus in ratione obiecti habet modum operandi perfectiorem quânis potentia creatâ; quippe

Nulla in-  
compossi-  
bilitate ser-  
uitutis.

Qui diligit  
Deum ex  
parte suâ  
necessariò  
diligitur ex  
parte Dei.

Per gratiâ  
augetur  
seruitus er-  
ga Deum,  
& depen-  
dentia.

152.  
Modus co-  
gnoscendi  
sequitur  
modum es-  
sendi.

Inductione  
prob. certâ.

153.  
Intellectus  
nequit em-  
gere speciẽ  
actûs puri.

quippe qui modum operandi emersum ab omni potentialitate; potentia creata immersum in potentialitate. Maior ostend. potētia præexigit obiectum vel speciem obiecti, vt complementum sui ad producendum actum sibi proportionatum; nulla autem potentia naturaliter præexigere potest complementum altioris ordinis ad eliciendum actum sibi proportionatum: ergo nulla potentia creata potest naturaliter præexigere obiectum, vel speciem actus puri. Minor constat inductione; neque potentia corporea, neque intellectus humanus, aut angelicus, naturaliter præexigit, aut præexigere potest obiectum, aut speciem altioris ordinis: tum ratione; non minus species, quam potentia est connaturale instrumentum substantiæ ad eliciendam vitalem operationem naturaliter perfectam eiusdem substantiæ: at nulla substantia creata naturaliter præexigere potest potentiam altioris ordinis, cum omnis substantia naturaliter sibi vendicat potentiam eiusdem ordinis & perfectionis; alioqui posset causa principalis, cuiusmodi est substantia respectu suæ potentia, naturaliter exigere instrumentum altioris ordinis, quod implicat: ergo nec exigere poterit obiectum vel speciem altioris ordinis, quam sit ipsa. Non igitur dari poterit substantia, quæ naturaliter exigat videre Deum per modum actus puri. Confirm. non minus cognitio est effectus obiecti in esse representatiuo, quam potentia in esse subiectiuo: sed repugnat, cognitionem naturalem excedere suam potentiam in esse subiectiuo; ergo & obiectum in esse obiectiuo.

*Obijcies 1.* Non implicat forma creata, quæ naturaliter per modum causæ principalis exprimat Deum actum purum: vt visio beata, quæ formaliter, atque adeo principaliter, cum nequeat forma esse instrumentum, connaturaliter exprimit Deum actum purum: ergo nec potentia quæ per modum causæ vitalis principalis naturaliter attingat actum purum: 1. quia semper actus est similior obiecto, quam potentia; semper actus obiecti supernaturalis est supernaturalis, non semper potentia percipiens obiectum supernaturale, est supernaturalis: 2. semper actus specificatur ab obiecto quod exprimit, non semper potentia specificatur ab obiecto, quod percipit. Resp. nego antecedens: falsum enim est, visionem beatam, vt causam formalem principalem exprimere Deum actum purum, sed tantum esse viam, & tendentiam ad illum; non enim est forma in qua, sed qua Deus videtur: vnde non exprimit illum, vt *Quod*, sed vt *Quo*; proinde non debet in modo essendi conuenire cum obiecto; est enim pura vnio intentionalis potentia cum obiecto: de ratione vnionis non est participare eundem modum essendi extremorum, vt constat de vnione hypostatica, quæ vnit increatum, cum increata non sit. Potentia verò vel est principalis causa sui actus, vel connaturale instrumentum suæ substantiæ, atque adeo debet illi in modo essendi & operandi proportionari. Ad 1. prob. conseq. Resp. actum esse similem obiecto in ratione representandi, potentia naturalis est similior in modo essendi. Quod semper actus obiecti supernaturalis sit supernaturalis, ea est, quia cum actus sit ipsa actualis tendentia ad obiectum, non potest aliunde specificari, quam ab obiecto, ad quod actu tendit: potentia verò, cum non sit actualis perceptio, sed principium percipiendi obiectum, aliunde specificari potest, quam ab obiecto, quod actu percipit. Ad 2. concedo, actum specificari ab obiecto, sed in ratione tendentiæ; vnde non oportet participa-

De Deo. Tom. 1.

re modum essendi ipsius, sicut nec vnio participat modum essendi extremorum.

*Obijcies 2.* Visio beata est immersa potentialitati; est enim accidens à subiecto dependens; ergo potest esse connaturalis intellectui creato. Resp. esse immersam potentialitati subiectiuè, non obiectiuè, in quo debet actus proportionari potentia, vt non sit ipse eleuatur in representando, quam sit potentia in essendo; vt inductio ostendit.

*Obijcies 3. Scotus;* sequeretur, Angelum inferiorem non posse naturaliter cognoscere superiorem, eo quod modus essendi superioris excedit modum essendi, atque adeo modum cognoscendi inferioris. Resp. neg. sequel. nam vt rectè *Ferrar. cit.* omnes Angeli conueniunt in eodem gradu potentialitatis; omnes quippe componuntur ex essentia, & existentia, ex natura & supposito, ex subiecto & accidente: quod autem vnus perfectius, & plura cognoscat, quam alius, non arguit maiorem simplicitatem in substantia Angeli, sed in actibus dumtaxat: nam eò vnus actus est simplicior alio, quò ad plura se extendit.

*Obijcies 4.* Sequeretur, quòd nec intellectus cum lumine gloriæ posset Deum videre, quia exceditur à Deo actu puro. Resp. cum eodem neg. sequel. nam esto, adhuc potest illum videre vt est in se, quia nò videt illum naturaliter, & viribus proprijs, sed per gratiam & virtutem Dei; ratio autem solum probat, non posse Deum à creatura videri naturaliter, & viribus proprijs.

*Obijcies 5.* inter potentiam & obiectum non requiritur proportio æqualitatis in perfectione entitatiuâ, sed solius habitudinis mobilis ad motiuum: sed talis proportio est inter intellectum creatum & Deum actum purum; alioqui non posset intellectus eleuari ad intuendum Deum, cum nequeat potentia eleuari ad obiectum, ad quod nullam habet proportionem mobilis ad motiuum. Resp. neg. minor. non enim inter intellectum creatum & Deum in seipso visibilem, est naturalis proportio mobilis ad motiuum; idque defectu proportionis in modo essendi potentia intellectiua, & obiecti intelligibilis, quæ per se attenditur inter potentiam & obiectum. Ad prob. nego sequel. quia licet intellectus creatus non habeat proportionem naturalem cum Deo, in seipso visibili, habet tamen obedientialem; quia cum illo conuenit in eodem genere proximo vitæ intellectricis, quo representari potest intellectui creato confortato lumine gloriæ. Vnde *Caiet. 1. p. quæst. 12. art. 4. sine docet*, Deum non esse omnino extra obiectum adæquatum intellectus naturalis, sed solum extra adæquatum, intensiuè, eo quòd non est ab ipso cognoscibilis modo obiecti; est tamen intra adæquatum extensiuè, quia est ab ipso cognoscibilis modo cognoscantis.

Deducitur, non posse dari substantiam creatam cui connaturalis sit intellectus supernaturalis, aut lumen gloriæ, vel vnio cum Diuinâ essentia vt specie intelligibili: nam hæc omnia sunt complementum & comprincipia altioris ordinis ad actum excedentem perfectionem substantiæ creatæ. Vnde in substantia intellectuuali, hæc omnia vt instrumenta proportionantur substantiæ, ad quam perficiendam ordinantur. Præterea natura intellectuualis vendicat sibi obiectum proportionatum, quod primò & adæquatè respiciat; hoc autem est propria natura: ad instar cuius superiora cognoscit. Sicut intellectus humanus pro adæquato obiecto respicit quidditatem corpoream, ad instar cuius spiritualia cognoscit: Angelicus propriam substantiam

Nec substantia potentiam, alioquin ordinis.

254.

Resp. visio non exprimit actum purum sed ad illum tendit.

155.

156.

Obijcies Scotus.

Resp.

157.

Obijcies 4.

Resp.

Ferrariens.

158.

Obijcies 5.

Resp.

159.

tiam immerfam potentialitati, per modum cuius Deum contemplatur.

160.  
Ratio uniuersalis à priori.

Proprium unius nequit fieri proprium alterius.

Ratio uniuersaliter probans implicare substantiam supernaturalem, cui debita sit quæcumque forma supernaturalis. Implicat quod est proprium unius naturæ, fieri proprium alterius, nisi natura unius commutetur in naturam alterius, cuius fit proprium: sed omnis operandi modus supernaturalis est proprius Dei: ergo implicat fieri proprium creaturæ. Minor constat inductione per omnes operandi modos supernaturales, quorum vnusquisque supponit peculiarem aliquam perfectionem propriam Dei: vt modus videndi Deum, vt actum purum; modus producendi rem independentem ab omni subiecto, supponit in vidente & creante puritatem; modus diligendi Deum immediatè propter seipsum, supponit immediatam coniunctionem cum bono increato, atque ad eò primariam specificationem appetitûs ab ipso bono increato; modus cognoscendi res supernaturales intuitiue per cognitionem infusam, vel assentiendi mysterijs reuelatis per infallibilitatem & certitudinem scientiæ naturalis, supponit in cognoscente perfectionem primæ veritatis, atque ad eò omnimodam in cognoscendo infallibilitatem; modus operandi indefectibiliter supponit immediatam coniunctionem cum Deo vltimo fine. Et sic de cæteris, vt *infra*. Maior ostend. inductione: Implicat risibile, quod est proprium hominis, fieri proprium equi, vel alterius naturæ diuersæ ab homine: implicat calorem proprium ignis, fieri proprium aquæ, & sic de cæteris: quia proprium, vt nomen indicat, est proprietas certæ naturæ addicta, à quâ tantum petit fluere, vt adæquata passio; nam quælibet natura, sicut propriam sibi vendicat constitutionem, quâ distinguatur à quâlibet aliâ, ita & propriam passionem; quâ distinguatur à propriâ alterius passione. Hanc rationem tangit *S. Thom. 1. quæst. 12. art. 5. ad 3. & 3. cont. Gent. c. 52. vbi Caiet. & Ferrar.*

A priori.

161.  
Operatio Dei propria eius, principium proprium communicabile non remotum.

Ratio à priori.

Deducitur 1. posse communicari creaturæ aliquam operationem propriam Dei, imò & principium proximum accidentale talis operationis, non remotum substantiale, vt potest calefactio, & proximum principium calefactionis communicari aquæ, non substantiale radicale calefactionis, absque eo quod natura aquæ mutetur in naturam ignis; quia principium accidentale, adhuc communicatum extraneo subiecto manet cum relatione ad proprium, cuius est propria passio, non principium substantiale: quia cum substantia essentialiter sit ad se & propter se, nequit naturaliter manere ordinata ad aliud, vt propria passio alterius: contra verò accidens, cum non sit ens ad se & propter se, sed propter aliud, est enim teste *Philosopho*, entis ens, adhuc communicatum extraneo subiecto retinebit intrinsecum respectum ad proprium: ac proinde poterit in accidente saluari ratio proprii modi operandi Dei, non in substantiâ; nam hæc statim fit propria eius, cui communicatur, eiusque naturam essentialiter constituit, distinctam ab omni alio, definit esse proprietas alterius; cum implicet, aliquid esse propter se, & simul etiam proprietatem alterius, & vnum excludat aliud. Confirm. quæ sunt propria naturæ superiori, nequeunt communicari naturæ inferiori substantialiter, queunt accidentaliter, vt inductione constat: igitur quæ sunt propria naturæ increatæ, nequeunt communicari naturæ creatæ substantialiter, queunt accidentaliter.

Deducitur 2. non posse produci substantiam, cui connaturalis sit gratia, charitas, aut quiuis alius habitus infusus: nam hæc omnia dona, aut formaliter aut dispositiue coniungunt immediatè creaturam, cum Deo bono increato; ita coniungi est proprium Dei: nam propterea hi habitus dicuntur Theologici, quia habent pro immediato obiecto Deum: est enim gratia immediata participatio naturæ diuinæ, cuius, teste *Petro, epist. 2. cap. 1. confortes & comparticipes efficiuntur*: Charitas est peculiaris participatio illius inclinationis, & appetitus, quo Deus naturaliter seipsum diligit; vtque Deus, nullo alio mediante bono creato prius dilecto, cum seipso immediatè coniungitur per charitatem, vt cum proprio bono; ita creatura per hæc dona, nullo mediante bono creato prius amato, immediatè coniungitur cum Deo, vt cum bono increato: ergo si creaturæ connaturales essent huiusmodi habitus, connaturalis illi foret immediata coniunctio cum Deo vt cum bono increato: quod autem hoc sit proprium Dei, incommunicabile connaturaliter creaturæ patet; nam immediata coniunctio seu propensio naturalis appetitus cum aliquo supponit adæquatam commensurationem cum illo; quia appetitus naturalis consequitur adæquatè naturam, cuius est appetitus; ergo non potest immediatè & naturaliter inclinare, nisi ad bonum commensum propriæ naturæ; alioqui si posset naturaliter inclinare ad bonum excedens perfectionem propriæ naturæ, posset naturaliter inclinare ad aliquid excedens seipsum; quia cum ipse sit maximè adæquatus & commensus propriæ naturæ, si posset naturaliter inclinare ad bonum perfectius, inclinare posset ad aliquid excedens seipsum. Hæc ratio militat de reliquis habitibus infusis: fides tendit ad obiectum, sub motiuo diuinæ veracitatis, per certitudinem excedentem omnem naturalem certitudinem: spes sub motiuo diuinæ promissionis, per firmitatem superantem omnem naturalem firmitatem.

DICES 1. De facto creaturæ naturaliter inclinant ad Deum, vt ad proprium finem, & bonum, nam finis & bonum coincidunt. 2. esto creatura non possit immediatè inclinare ad bonum increatum, posset mediante bono creato, amando Deum propter seipsum amore amicitiae: ergo potest creaturæ esse connaturalis habitus charitatis. Resp. ad primum, negando, creaturas inclinare ad Deum, vt ad proprium finem immediatè, sed tantum mediatè, quem singulæ respiciunt vt finem vltimum mediante proprio, à quo immediatè specificantur; quia appetitus per se primò specificatur ab appetibili immediato, quod respicit, vt adæquatum obiectum suæ naturalis inclinationis, eoque mediante appetibile commune: ob hanc enim rationem repugnat intellectus creatus, qui per se primò respiciat Deum intelligibile increatum, quem tamen non repugnat respicere mediante intelligibili creato; repugnat, naturalem appetitum creaturæ per se primò specificari à bono increato; sicut & intellectum ab intelligibili increato. Ad secundum nego, creaturam per habitum gratiæ & charitatis inclinare posse ad Deum mediante bono creato. Ratio; hi habitus essentialiter respiciunt per se primò bonum increatum, à quo immediatè specificantur. Cæterum de facto creaturæ rationales possunt naturaliter diligere Deum dilectione amicitiae naturalis, non immediatè, vt illum diligunt per charitatem, sed mediante bono creato prius dilecto: sicut & cognoscere possunt medio ente creato prius cognito; sic enim natu-

163.  
Gratia nullo substantia connaturalis.

Hoc inductione constat.

164.  
Dices 1.

Ad 1.

165.  
Ad 2.

Natura diligit Deum medio bono creato.

naturalis dilectio, & cognitio ad Deum tendit limitata & specificata à proprio appetibili & intelligibili.

166. Deducitur 3. repugnare creaturam naturaliter impeccabilem; quia repugnat substantia, cui connaturalis sit immediata coniunctio cum Deo ultimo fine: quæ necessaria est ad naturalem impeccabilitatem; cum enim peccatum sit auersio ab ultimo fine, ea coniunctio necessaria est ad impeccabilitatem, quæ opponitur peccato; hæc est sola coniunctio cum Deo ultimo fine; ratione cuius debita essent creaturæ omnia media, quæ ad talem coniunctionem conferuandam necessaria forent; inter cætera essent peculiaria auxilia, quibus omnia & singula peccata vitanda forent.

Nulla natura impeccabilis:

167. Nulli connaturalis vnio hypostatica cum persona increata; quia nihil est ita proprium Dei, quàm suæ ipsius personalitates; igitur implicat illas fieri connaturales naturæ creatæ; & quod est proprium vnus, non potest fieri proprium alterius: & nulla natura potest habere repugnantiam ad propriam personalitatem; haberet autem, si naturaliter inclinaret ad alienam; eo quòd, ut tom.

168. Nulli aternitas,

169. Nulli cognitio mysteriorum gratia.

170. Nulli vis creatiua.

171. Responso ad oppositas rationes.

Ad confirm. neg. paritas.

172. Ad 3.

6. implicat naturam creatam subsistere in propria & aliena subsistentia simul: eo ipso autem, quòd inclinaret ad alienam, repugneret ad propriam: imò aliena non esset amplius aliena, sed propria; nam propria est, ad quam substantia naturaliter inclinatur. Deducitur 5. implicare creaturam, cui sit connaturalis Aternitas, eo quòd essentialiter affert immutabilitatem per infinitam durationem, quæ est propria Dei, ut disput. 7. Deducitur 6. implicare substantiam, quæ naturaliter exigit intuitiue, cognoscere mysteria gratiæ, donorumque supernaturalium: quia nequeunt hæc intuitiue cognosci, nisi per notitiam infusam, quæ in certitudine superat omnem certitudinem scientiæ naturalis, estque propria Dei, quæ res creatas cognoscit cum omnimodâ certitudine & infallibilitate: quæ in cognoscendo non est debita creaturæ, ut potè mutationi naturaliter subiectæ. 7. Non posse produci substantiam, cui sit connaturalis vis creatiua; nam hæc supponit in create perfectionem actûs puri; supponit enim actionem immanentem, per quam se determinat ad creandum, independentem à subiecto, ut potè causam transeuntis perfectiorem, aut saltem non imperfectiorem transeunte: at actio creatiua est independentem à subiecto, saltem mediato & inhærensionis; ergo & actio immanens, à quâ transiens, ut à causa exemplari proficiscitur.

Ad 1. oppositæ sententiæ patet ex dictis; etiam ad 2. quia potest ens supernaturale accidentaliter participatum retinere proprium modum operandi Dei, non participatum substantialiter: eo quòd accidens, adhuc extraneo subiecto communicatum, retinet respectum ad proprium: nec propterea, quòd illi communicatur, fit proprium illius: sicut substantia fit statim propria illius, cui communicatur: eo quòd substantia essentialiter sit ad se, accidens verò ad aliud. Ad confirm. inter entia naturalia non repugnat substantia, quæ sit princeps causa accidentium naturalium: at inter entia supernaturalia repugnat substantia, quæ sit princeps causa accidentium supernaturalium. Ad 3. nego consequ. ad quòd bene responsum est, intellectum creatum esse diuersæ rationis à lumine gloriæ; proinde solum crescere posse intra suum ordinem: nam, ut Scotus in 2. dist. 23. sine, perfectibile numquam attingit ad perfectionem sui perfectiui, nisi crescat infinitè; nam tunc eminenter con-

De Deo. Tom. 1.

tineret per identitatem perfectionem sui perfectiui. Nec instantia de visu aliud probat, quàm diuerso modo comparari visum ad audibile, quàm intellectum creatum ad Deum in seipso intelligibilem; ille enim ad audibile comparatur, ut potentia ad obiectum omninò disparatum; hic ad Deum in seipso intelligibilem, ut potentia ad obiectum excedens, excessu eiusdem ordinis in ratione vitæ, proinde eleuabilis ad illud; diuersi in ratione entis; quia Deus in seipso intelligibilis, est in supremo ordine actûs puri, ac proinde proportionabilis per lumen altioris ordinis. Ad confirm. concedo, Deum creare posse intellectum non modò intensiue, sed etiam essentialiter perfectiorem, semper tamen intra ordinem perfectionis naturalis. Ad 4. nego antec. nam potest Deus conferre aquæ esse calefactiui per qualitatem additam, non per essentialitatem. Ad prob. vis intuitiua Solis non repugnat cum aliqua potentia visiuâ naturali: repugnat cum quocumque intellectu naturali vis intuitiua Dei. Ad 5. nego antec. quando talis res est propria vnus in quarto modo: nam tunc neque in gradu remisso participari potest connaturaliter ab alio, nisi simul participetur natura, ex qua illa fluit: risibilitas enim, quæ est propria hominis, ne remissè quidem potest ab alia natura, quàm ab homine, naturaliter participari; quia tunc quocumque gradu essentialiter respicit naturam, cuius est proprietas. lumen autem gloriæ est proprium naturæ diuinæ, ut à cæteris distinctæ; ergo ne remissè quidem participari poterit connaturaliter à creaturâ; quia in quouis gradu includit proprium modum operandi Dei, excedentem proprium modum operandi creaturæ.

Cæterum dicuntur accidentia supernaturalia proprietates naturæ diuinæ, non quæ accidentia sunt formaliter, sic enim respiciunt substantiam creatam, ut subiectum, à quo sustententur; sed quia formaliter includunt proprium modum operandi Dei. Nam sicut Deus immediate intelligit, & diligit seipsum, nullo medio creato prius intellecto, aut dilecto: ita hæc accidentia immediate tendunt ad Deum cognoscendum, & diligendum, nullo alio medio creato prius cognito, & dilecto. Dicuntur etiam formales participationes Dei, non quoad ipsum esse formale participatum, sic enim sunt entia & participationes creatæ, sed quoad modum operandi, & attingendi obiectum. Nam sicut Deus attingit seipsum per modum actûs puri: ita lumen gloriæ attingit Deum per modum actûs puri; & quoniam ratio, cur id competat Deo est, quia purus actus est, quæ est ipsius propria natura & essentia; ideo lumen gloriæ attingens Deum per modum actûs puri, dicitur proprietas & formalis participatio naturæ & essentiæ diuinæ; quia in modo operandi imitatur illam in operatione sibi maxime propria. Ad confirm. si non minus, dicat participationem in suo genere, scilicet ut intellectus creatus est participatio in genere naturali, ita lumen gloriæ in genere supernaturali, concedo antecedens; nego consequ. quòd sicut lumen gloriæ increatum, est proprietas intellectus increati; ita lumen gloriæ creatum sit proprietas intellectus creati: nam hoc, siue consideretur ut est in Deo, siue ut communicatum creaturæ, semper est in ordine diuino, quia semper includit proprium modum operandi, atque adeò indebitum creaturæ. Si non minus, dicat æqualem participationem eiusdem generis, falsum est antecedens, nam prior est participatio intellectus diuini, non quæ diuinus est formaliter, hoc est quæ formaliter distinguitur à creaturis; sed

Ad confirm.

173. Ad 4.

174. Ad 5.

175. Accidens supernatur. proprietas Dei, includens proprium modum operandi Dei.

176. Ad confirm.



sed quæ conuenit cum illis in analogâ perfectione intelligendi.

177.  
Ad 6.  
Perfectio  
actus puri,  
independ.  
Etc.  
Impartici-  
pabilis.

Ad 6. primum nego, Deum participari posse accidentaliter quoad omnes suas perfectiones; nequit enim participari quoad perfectionem actus puri, independentis, &c. 2. assigno discrimen; quoad reliquas perfectiones supernaturales potest participari, absque eo quod talis perfectio supernaturalis participata fiat propria & connaturalis creaturæ: quoad perfectionem verò substantiæ supernaturalis nequit participari, quin talis perfectio participata fiat connaturalis creaturæ, ob rationem *supra*.

178.  
Ad 7.

Ad confirm. dico, repugnare illi supernaturalitatem, quæ substantia creata est, nec valet: Non repugnant extrema seorsim sumpta; ergo nec coniuncta: quia possunt vt coniuncta inuoluerè repugnantiam, quam non inuoluunt vt seorsim sumpta.

179.  
Ad 8.

Ad 7. nego, vnionem hypostaticam esse substantiam, sed modum, dumtaxat substantialem, longè imperfectiorem substantia supernaturali, si daretur: ex quo non licet inferre, possibilem esse substantiam naturaliter visiuam Dei; nam hæc esset substantia perfecta diuini ordinis, longè perfectior modo substantiali. Ad 8. nego conseq. & retorqueo argum. si de facto datur accidens supernaturale, & non datur substantia supernaturalis, signum est, quod hæc non sit possibilis: alioqui, vt *supra*, daretur accidens sine suo proprio & connaturali subiecto. Ad prob. dico, accidens supernaturale, quæ accidens est, naturaliter ordinari ad substantiam creatam, vt subiectum sustentationis; quæ verò operationum est operationis diuinæ, essentialiter respicere Deum vt obiectum specificatiuum: neque ex hoc, quod accidens supernaturale naturale respiciat substantiam creatam, sequitur, quod vicissim hæc naturaliter respiciat accidens supernaturale, quia potest superius, cuiusmodi est accidens supernaturale respectu substantiæ creatæ, naturaliter respicere inferius, absque eo quod inferius naturaliter respiciat superius: eo quod superius ad plus se extendit, quàm inferius. Adde, quod accidens supernaturale non respicit substantiam naturalem, vt potentiam naturalem, sed vt obedientialem. Ad confirm. dico, visionem Dei considerari tripliciter, 1. quæ visio Dei est; 2. quæ creata & vitalis est; 3. quæ supernaturalis: 1. modo soli Deo cōnaturalis est: 2. soli intellectui creato: 3. Soli lumini gloriæ; quare neg. simpliciter, eam connaturalem esse intellectui creato, sed solum quoad vitalitatem. Ex quo patet ad prob. maior. quia ad actum vitalem sufficit, vt quoad vitalitatem pendeat ab intrinseco & innato principio, etiamsi quoad reliqua pendeat à principijs extrinsecis. Ad 9. ex eo impossibili vtrumque cōtradictorium sequi, & proprium modum operandi Dei non excedere proprium modum operandi talis intellectus, siquidem poneretur in eodem ordine abstractionis cum Deo; nam eo ipso, quod illi esset debita visio intuitiua Dei, poneretur in ordine abstractionis actus puri, qui est proprius Dei: & rursus proprium modum operandi Dei excedere proprium modum operandi talis intellectus: nam eo ipso, quod poneretur creatus, poneretur potentialis, ac proinde infra ordinem abstractionis actus puri. Ad confirm. neg. intellectum creatum, adhuc cum lumine gloriæ naturaliter, sed tantum obedientialiter videre Deum. Ratio; lumen gloriæ non proportionat intellectum creatum, in ratione perceptiui, cum Deo actu puro in seipso perceptibili, sed tantum in ratione purè productiui visionis creatæ: vnde non redditur naturaliter visiuus Dei; quia ad videndum natura-

Accidens  
supernatur.  
respicit po-  
tentiam  
obedient.

180.  
Ad 9.

Ad confirm. dico, visionem Dei considerari tripliciter, 1. quæ visio Dei est; 2. quæ creata & vitalis est; 3. quæ supernaturalis: 1. modo soli Deo cōnaturalis est: 2. soli intellectui creato: 3. Soli lumini gloriæ; quare neg. simpliciter, eam connaturalem esse intellectui creato, sed solum quoad vitalitatem. Ex quo patet ad prob. maior. quia ad actum vitalem sufficit, vt quoad vitalitatem pendeat ab intrinseco & innato principio, etiamsi quoad reliqua pendeat à principijs extrinsecis. Ad 9. ex eo impossibili vtrumque cōtradictorium sequi, & proprium modum operandi Dei non excedere proprium modum operandi talis intellectus, siquidem poneretur in eodem ordine abstractionis cum Deo; nam eo ipso, quod illi esset debita visio intuitiua Dei, poneretur in ordine abstractionis actus puri, qui est proprius Dei: & rursus proprium modum operandi Dei excedere proprium modum operandi talis intellectus: nam eo ipso, quod poneretur creatus, poneretur potentialis, ac proinde infra ordinem abstractionis actus puri. Ad confirm. neg. intellectum creatum, adhuc cum lumine gloriæ naturaliter, sed tantum obedientialiter videre Deum. Ratio; lumen gloriæ non proportionat intellectum creatum, in ratione perceptiui, cum Deo actu puro in seipso perceptibili, sed tantum in ratione purè productiui visionis creatæ: vnde non redditur naturaliter visiuus Dei; quia ad videndum natura-

Ad confirm.

liter Deum, non sufficit naturalis proportio producendi visionem, sed præterea requiritur naturalis proportio percipiendi Deum; quæ, cum sit intrinseca & formalis, nequit ab extrinseco suppleri per lumen. Vnde eo posito, adhuc manet intellectus beati respectu Dei, in seipso visibilis, improporcionatus naturaliter: quippe qui à lumine non mutuat, nisi solam proportionem effectiuam producendi actum visionis.

Contra venerandam antiquorum Schol. auctoritatem leuibus rationum momentis insurgunt Recentiores nonnulli: vti nam scopus istorum sit, nobilissimam scientiarum supellectilem, tanto studio à maioribus partam, nouis ingenij lucubrationibus locupletare, potius quàm cuniculis euertere; ne videri velint apud posteros de scientiarum patrimonio gloriari; quasi modum inuenerint eas dediscendi, non confirmandi: saltem aliquid firmi ac solidi Theologo seruetur ad hæreses erroresque Ethnicorum confutandos. Arguunt 1. axioma, *modus cognoscendi sequitur modum essendi*, non est ex terminis notum: quia deficit in angelo, cuius modus essendi est substantialis, cum tamen modus cognoscendi ipsius sit accidentalis; & in animâ rationali, quæ est spiritalis, cum tamen probabiliore sentent. percipiat per actus materiales: deinde si illud esset verum, probaret, neque abstractiue posse Deum à nobis cognosci, neque per visionem supernaturalem, cum hæc etiam sit immersa potentialitati: nec refert, quod sit immersa potentialitati subiectiue, non obiectiue; nam pariter dicitur substantia fore immersa potentialitati subiectiue, non obiectiue: cum hoc aliud non significet, quàm obiectum esse emersum è potentialitate, non substantiam cognoscentem: sicut quod visio sit emerfa è potentialitate obiectiue, non infertur, quod ipsa sit emerfa subiectiue, sed quod solum obiectum, quod repræsentat, sit emersum. 2. Adhuc saluaretur dictum axioma, etiamsi visio Dei esset naturalis creaturæ: nam axioma non dicit, obiectum cognitum, sed modum cognoscendi, debere sequi modum essendi cognoscentis. At etiamsi visio Dei esset naturalis creaturæ, modus cognoscendi ipsius sequeretur modum essendi eiusdem: nam adhuc talis visio esset immersa potentialitati, & capax compositionis, non minùs quàm ipse cognoscens: quia sicut ea visio componeret cum cognoscete, ita & cognoscens cum visione. Resp. ad 1. esto hoc axioma non sit ex terminis ita notum, quin à proteruo negari possit; tamen cum modus cognoscendi sit proprietas cognoscentis, nullaque proprietas excedere possit perfectionem naturæ, cuius est proprietas, euidenti discursu sequitur, modum cognoscendi non debere excedere modum essendi naturæ cognoscentis. Excederet autem, si modus cognoscendi sub altiori abstractione repræsentaret obiectum, in quâ sit ipsum cognoscens, vt per se patet. Nec prima instantia de modo cognoscendi angeli est ad rem: nam axioma non intelligitur, quod modus cognoscendi debeat conformari modo essendi in entitate; certum enim est, proprietatem non debere esse substantiam, sed accidens; sed in modo repræsentandi obiectum, abstractius, vel minùs abstractè à materia, vel potentialite, quàm sit ipsum cognoscens. Vnde impertinenter se habet, quod modus cognoscendi sit accidentalis, modò in repræsentando non excedat perfectionem essendi naturæ cognoscentis. Nec valet secunda: nam licet anima rationalis quoad se sit spiritalis, exigit tamen, dum est in corpore, potentias organicas materiales, ratione quarum petit modum cognoscendi, non

181.  
Modum sci-  
entiam Theol.  
assequendi  
ad accens  
Recentiores  
nonnulli.

1. Instan.

2.

3.

4.

Arguunt 2.

Resp. ad 1.

Ad 1. instan.

Ad 2.

non

non excedentem modum essendi principium proximum cognoscentis. Ad 3. neg. sequel. nam modus, quo Deus in hac vita abstractiue cognoscitur, non excedit modum essendi nostri intellectus, quia non repræsentat illum per modum actus puri emersum ab omni potentialitate, sed instar entis potentialis per effectus creatos. Vnde non nisi confuse & arguitiue, ac per modum negationis cognoscimus Deum actum purum, negando illi omnem potentiam passiuam; non positiue, cognoscendo perfectionem ipsam actus puri. Ad 4. neg. sequel. Et enim conformitas inter cognoscentem & modum cognoscendi non debet attendi penes cognoscentem & cognitionem subiectiue sumptam, sed obiectiue consideratâ, quâ repræsentatiua est formaliter, & obiectum cognoscenti obijcit: hoc enim inductio, in quâ cit. axioma fundatur, demonstrat, vt nunquam cognitio obijciat cognoscendi obiectum in abstractiori ordine, quàm sit ipsum cognoscens. Sic visio corporea non nisi obiectum materiale & indiuiduum obijcit oculo: sic intellectio humana non nisi rei quidditatem ad instar corporis obijcit intellectui hominis corpori vnito: sic cognitio angelica non nisi obiectum per modum potentialis exprimit intellectui angelico. Cùm igitur nulla creatura sit possibilis, quæ in modo essendi abstrahat ab omni potentialitate, nulla erit possibilis, cui connaturalis sit visio repræsentans illi Deum per modum actus puri. Cur possit cognitio subiectiue immersa potentialitati, esse obiectiue immersa, non autem ipse cognoscens, ea est ratio: visio intuitiua Dei, cùm neque sit perceptiua, neque expressiua obiecti in se ipsa, sed pura duntaxat tendentia, & ratio, quæ incognita intellectum ducit ad obiectum in se ipso existens cognoscendum, non debet quoad abstractionem sequi modum essendi obiecti vnde etiamsi subiectiue sit potentialis, poterit intellectum ducere in obiectum actum purum in seipso cognoscendum. At verò cognoscens, cùm sit obiecti perceptiuus, non potest naturaliter exigere cognoscere obiectum abstractius, quàm sit ipse in essendo: Quis dicat, posse oculum naturaliter ferri in obiectum materiale abstractum à conditionibus indiuiduantibus, aut phantasiam in obiectum spirituale, aut animam rationalem vnitam corpori in obiectum abstractum ab omni materia, aut intellectum angelicum in obiectum emersum ab omni potentialitate? Cùm igitur nulla sit possibilis creatura, quæ non sit potentialis, & compositionis capax, nulla erit naturaliter perceptiua obiecti emersei ab omni potentialitate, & consequenter cui visio Dei actus puri sit naturaliter debita. Eadem est ratio de cognitione, quæ in seipsa debet obiectum intentionaliter exprimere: quia cùm debeat illud secundum modum, quem habet in se obijcere potentia, debet illud exprimere secundum modum abstractionis, quem habet obiectum in se: ergo si obiectum in se est actus purus, debet illud in seipsa intentionaliter exprimere vt actum purum. Quia cùm talis cognitio non ducat intellectum ad cognoscendum obiectum in seipso existens, sed illud in seipsa intentionaliter expressum obijciat potentia nisi illud intentionaliter exprimat per modum actus puri, non obijciat vt est in seipso: atqui implicat, vt cognitio potentialitati immersa in seipsa exprimat obiectum per modum actus puri; non implicat potentialitati immersa, quæ tantum est ratio quâ intellectum ducat in obiectum actum purum. Ad 2. nego. in eo euentu seruatum iri axioma: non enim dicit, cognitionem in ratione abstractionis confor-

mandat esse cognoscenti quoad entitatem, sed quoad præsentationem & obiectum repræsentatum, in quo & cognoscentem seruanda est proportio perceptiui & perceptibilis, vt vnum non excedat alterum, quoad abstractionem à materia, vel potentialitate.

Instant; omnes nostras rationes reduci ad hanc vnâ, quid res inferioris ordinis nequeat naturaliter cognoscere res superioris ordinis: at hoc vel nimium probat, vel nil probat. Nimirum, quia sicut per nos ne diuinitu quidem potest potentia materialis eleuari ad cognoscendum spirituale: ita nec intellectus creatus etiam lumine instructus, ad intuendum Deum cùm etiam lumine instructus magis distet à Deo visibili in se, quàm potentia materialis ab obiecto spirituali creato. Nil probat 1. quia visio beata, cùm sit accidens valde distat à Deo cùm tamen sit ipsa formalissima repræsentatio rei. Nec refert, quod visio sit tantum vnio potentia cognoscentis cum Deo cognoscibili, potentia verò extremum immediatè vnitum Deo: quia non minus cum Deo vnitur visio, quàm potentia cognoscentis: deinde hâc inter vnibilia requirimus eundem ordinem: iam anima rationalis ordinis spiritualis physicè vnitur corpori ordinis materialis, & persona diuina humanitati, & intellectus beati Deo: anima inferioris ordinis naturaliter cognoscit angelum ordinis superioris: angelus cognoscit chimæram & asinum ordinis inferioris: & nos naturaliter amamus Deum immediatè propter seipsum ordinis superioris. 2. Lumen gloriæ est ordinis inferioris, & tamen naturaliter tendit in Deum ordinis superioris. Nec iuuat, quod lumen gloriæ sit proprium Dei, adeoque possit illi hæc perfectio communicari, eo quod illam sibi communicatam non retinet vt suam, sed vt propriam Dei; non possit autem communicari substantia, quia cùm hæc sit ens ad se & per se, illam sibi appropriaret: tum quia est abusus vocis, vocare lumen gloriæ proprietatem Dei; alioqui & creaturæ productiua appellari possint proprietates Dei; eo quod eius productiuam virtutem imitentur; & vnus angelus proprietas alterius, quia tendit ad cognoscendum immediatè se, sicut ipse seipsum cognoscit: Tum quia pari modo dici posset substantia creata esse proprietas Dei, non minus quàm lumen; quia posset sicut lumen immediatè tendere in Deum actum purum. Anteced. prob. tam substantia, quàm lumen respicit Deum vt causam efficientem: ergo si lumen ex eo est proprietas Dei, quia respicit illum vt causam efficientem, non vt subiectum, non minus substantia, quàm lumen, dici posset proprietas Dei; cùm non minus vnum quàm alterum æqualiter respiciat Deum vt causam efficientem. Tum quia in solutione petitur principium. Nam ideo dicitur lumen esse proprietas Dei, quia potest Deum videre, & rursus ideo potest Deum videre, quia est proprietas Dei. Tum quia vel ideo dicitur esse proprium Dei, quia supponitur à nulla substantia creata posse immediatè videri, & iam supponitur quod est probandum: vel hoc non supponitur; & tunc dici non potest, videre immediatè Deum, esse proprium luminis, cùm iam supponatur esse commune cum alijs. 3. Falsum est, esse principium cognitionis infallibilis non posse naturaliter competere creaturæ: nam de facto naturaliter competit creaturæ esse principium huius cognitionis infallibilis: *Deus existit: Totum est magis sua parte.* Vltimò displicet aduers. quod obiectum appellamus formam intelligibilem respectu potentia, cùm obiectum non sit nisi terminus cognitionis; alioqui

Ad 3.

Ad 4.

Inductio demonstrat.

Visio quæ obiectiue immersa potentialitate.

Fundam.

Ad 2. argum.

182. Instant vltioris Recent.

Axioma nil probare probant, 1. instant.

Exempla 3.

Probant 2.

1. Instant.

2. Instant.

3. Instant.

Probant 3.

Prob. vltimo.

En capus  
rationis  
omnis.

Quod ni-  
mum non  
probat;

Nihil pro-  
bare, magis  
falsum.

Ad primam  
instantiam.

Ad 2.

Ad exem-  
plum de  
anima.

De personam  
Christi.

De anima,

De Angelo,

& creaturæ à Deo cognitæ essent formæ intelligibiles, & in eodem ordine cum ipso; & chimæ atque æfinus à nobis cognitæ, formæ intelligibiles, & in eodem ordine cum nostro intellectu. Ad primam objectionem concedo, nostras rationes, educi ab vna; scilicet quod res inferioris ordinis, quoad abstractionem à materia, & potentialitate subiectiuâ non possint naturaliter cognoscere res superioris ordinis quoad abstractionem à materia & potentialitate subiectiuâ. Cæterum nego, hoc nimium probare; nam inter potentiam materialem & obiectum spirituale nulla est proportio in ratione perceptiuæ & perceptibilis, quam inter cognituum & cognoscibile requiri, inductione ostendi. Quæ proportio, non naturalis, sed obediens est inter intellectum creatum & Deum in seipso cognoscibilem, cum vterque sit in eodem genere proximo vitæ intellectivæ; cum infinitâ tamen distantia in eodem genere intellectualis vitæ. Inter potentiam autem materialem & obiectum spirituale nulla supponitur proportio in eodem genere proximo vitæ, cum illa supponatur in genere vitæ sensitivæ, hoc intellectivæ; vbi autem deficit proportio in genere proximo vitæ inter potentiam cognitivam & cognoscibile, neque Diuinitus eleuari poterit ad cognoscendum, quod est extra genus suæ vitæ: cum nequeat hæc proportio, quæ formalis est, efficienter suppleri. Vnde lumen gloriæ non supplet in intellectu creato proportionem vitæ intellectivæ, quam ex se habet, sed principij supernaturaliter effectiuæ. Vnde in ratione perceptiuæ & perceptibilis magis distat potentia materialis ab obiecto spirituali, quam intellectus creatus à Deo in seipso cognoscibilis; quia illa distat per negationem vitæ intellectualis ab extrinseco insupplebilis; hæc per infinitum excessum eiusdem vitæ intellectivæ, qui effectiuè suppleri potest, cum non debeat suppleri aliquis gradus vitæ, sed solùm effectiuitas supernat. vitæ. Quod axioma nil probet, nego: cum nec visio Dei sit representatiua in qua, nec perceptiua obiecti, sed puratendentia, quâ intellectus ducitur ad cognoscendum Deum in seipso existentem. Ad 1. instantiam nego, eodem modo vniri visionem, atque intellectum beati cum Deo, nam visio vnitur vt pura tendentia, & ratio quæ, intellectus verò, vt principium perceptiuum quod. Ad 2. nego inter extrema naturaliter vnibilia, non requiri proportionem eiusdem ordinis. Ad 1. exemplum; nego, animam rationalem vt continentem virtualiter perfectionem vitæ vegetantis & sentientis, non esse eiusdem ordinis cum corpore: vt sic enim exigit potentias & dispositiones organicas materiales. Secundum non est ad rem: tum quia humanitas non vnitur personæ diuinæ naturaliter, sed obediens: tum quia, vt possit vniri obediens cum extremo diuersi ordinis ad faciendum vnum substantiale, sufficit si vnatur vt perfectibile substantiale cum perfectiuo substantialiter: vt autem cognoscens etiam obediens vniri possit cum cognoscibili in ratione perceptiuæ & perceptibilis, requiritur idem genus vitæ. Ad 3. exemplum: si anima rationalis sumatur vt vnita corpori, nego eam naturaliter cognoscere angelum, vt est in se per modum spiritus, sed per modum corporis: Si vt separata, nego eam esse diuersi ordinis in ratione abstractionis à potentialitate: nam esto vt separata retineat ordinem ad corpus, non tamen intelligit per modum corporis, quia non intelligit dependenter à potentijs corporis, ministrantibus species dependentes à materia. 4. exemplum

ad summum probat, posse cognituum superioris ordinis cognoscere obiectum in ratione abstractionis inferioris ordinis: quod non est contra nos, qui solùm contendimus, non posse cognituum inferioris ordinis in ratione abstractionis cognoscere obiectum, in ratione abstractionis ordinis superioris. 5. exemplum supponit, posse appetitum naturalem hominis, vel angeli ferri in Deum amore naturali immediatè specificato ab ipso bono increato, nullo mediante bono creato per se ac primario specificante, quod supra ostendi, esse falsum. Ad 2. Resp. lumen non tendere in Deum perceptiuè, sed intellectum vnâ cum lumine; & quidem intellectum vt instrumentum obediens, lumen vt instrumentum naturale, non perceptionis, sed productionis. Cæterum instrumentum naturale semper producit in virtute suæ causæ principalis, sic & lumen visionem beatificam producit in virtute Dei, cuius est instrumentum: substantia autem eam produceret virtute propria, vt causa principalis, vt seq. sect. Ad 1. instantiam, nego esse abusum vocis, lumen gloriæ vocare proprietatem Dei. Etenim cum lumen gloriæ participet proprium modum operandi Dei, rectè dici potest proprietatem Dei. Nec est par ratio de creaturis productiuis; quia hæc non participant proprium modum operandi Dei, siquidem producere dependenter à subiecto & spatio, vt producant creaturæ, non excedit modum essendi creaturarum. Falsum etiam est, vnum angelum dici posse proprietatem alterius, cum ad rationem proprietatis requiratur, vt naturaliter emanet à natura, cuius est proprietatem. Ad 2. neg. anteced. ob rationem supra: nec dicimus, ideo lumen esse proprietatem Dei, quia respicit eum vt causam efficientem simpliciter, sed quia respicit Deum secundum proprium modum operandi, qui creaturæ competere non potest; substantia autem etsi respiceret Deum vt causam efficientem, non tamen respiceret illam secundum proprium modum operandi ipsius, cum nequeat substantiæ communicari proprius modus operandi Dei, vt communicari potest accidenti. Ad 3. neg. anteced. de-  
buisse aduersarius aduertere, nos non gratis assumere illam propos. *lumen est proprietatem Dei, quia est principium productiuum visionis Dei*, sed id nos ostendisse ex citato axioma in vniuersali inductione iudato, quod modus cognoscendi sequitur modum essendi; & cum dicimus, lumen esse proprietatem Dei, nos supponere, nulli substantiæ creatæ posse naturaliter competere tendere immediatè in Deum actum purum; sed aliunde probatum. Ad 3. negandum, principium infallibilis cognitionis excedentis omnem naturalem infallibilitatem, cuiusmodi est principium supernaturalis cognitionis, de facto esse naturaliter communicatum, aut communicari posse vlli creatæ substantiæ. Exempla quæ afferuntur solùm probant de infallibilitate naturali, non attingente infallibilitatem cognitionis supernaturalis. Certum namque est, vt 4. tom. cognitionem fidei, quam de existentia Dei habemus, certiore esse quâcumque cognitione naturali, quam de eodem per effectus naturales habere possumus. Habet igitur Deus in thesauro suæ sapientiæ maiorem in cognoscendo infallibilitatem, quod nemo negabit, quàm non habet, nec habere potest secundum principia naturalia vlla creatura: atque hanc dicimus non posse communicari substantialiter creaturæ, cum sit propria Dei, esto possit accidentaliter. Pro vlt. argum. aduersarios remitto ad Scholasticos, apud quos nihil vtilius, quàm obiectum esse formam intelligibilem nostri intellectus: quas

De amore  
natur.

Ad 2. prob.

Ad primam  
instantiam.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 3. prob.

Ad vlt.

quas

quia cum obiectum, præsertim adæquatum & primarium, sit specificatum potentia, tribuens illi certam speciem (potentia enim per habitudinem ad sua obiecta specificantur) rectè dici potest forma intelligibilis potentia: quia sicut forma physica specificat materiam, illam in certâ specie potentia receptiva constituendo: ita forma intelligibilis potentiam, illam in certa specie potentia activa ponendo. Vnde, quia specificans trahit specificatum ad suum ordinem, si forma specificans intellectum creatum, esset actus purus, traheret illum in eundem ordinem. Nec instantia facta de Deo contra hanc doctrinam vim habet: quia intellectus diuinus non specificatur à creaturis, cum illa non sint primarium obiectum ipsius, sed ipsum sit ipsius propria essentia.

SECTIO VII.

*An possibilis sit substantia, cui saltem ut Instrumento naturali debita sit Visio Dei, aut alia forma Supernaturalis?*

183. **R**atio dubit. de facto datur connaturale instrumentum visionis Dei in genere accidentis, quod est lumen gloriæ: ergo non repugnabit in genere substantia; quia si quid obstar, esset potentialitas talis substantia: at hæc non obstat de facto in lumine: ergo. Confirm. instrumentum non debet esse eiusdem ordinis, vel cum causa principali, vel cum effectu, ad quem instrumentaliter producendum ordinatur, vt de quouis instrumento naturali constat: Hanc controuers. non reperio apud Schol. negatiua tamen pars ex eorum principijs colligitur, dum negant substantiam supernat. cum quibus sentio. ad sententia confirm. tres affero rationes;

184. *Negatiua sent. colligitur.*

185. *Instrumentum naturale est in eodem ordine cum causa princip.*

186.

PRIMA: Instrumentum naturale debet esse in eodem ordine cum sua causa principali: sed causa principalis cognitua actus puri debet esse in ordine actus puri; ergo & ipse naturale instrumentum. Maior probat. inductione in omni instrumento naturali, tum vitali, omnis quippe potentia vitalis, quæ est instrumentum naturæ cognoscentis, est in eodem ordine cum sua principali causa cognoscentia, & obiecto cognoscibili: tum non vitali; siquidem omnes qualitates, quæ sunt instrumenta rerum sensibilium, sunt in eodem ordine cum rebus ipsis. 2. à priori; instrumentum naturale est connaturalis proprietate causæ principalis; calor, qui est instrumentum ignis, est simul proprietate ipsius: proprietate autem debet esse in eodem ordine cum subiecto, à quo debet vt propria passio emanare, & ad quod finaliter perficiendum ordinatur. Confirm. potentia cognitua est principium productiuum actus, & perceptiuum obiecti: ergo maiorem proportionem habere debet cum obiecto perceptibili, quàm instrumentum cum effectu producibili; scilicet in genere causæ efficientis, & formalis, quia debet cum cognoscente principali percipere obiectum. Hæc ratio efficaciter probat, nullum dari instrumentum substantiale respectu illius modi operandi, qui formaliter in Deo supponit actum purum, qualis est modus cognoscendi Deum in seipso, vt actum purum, & modus producendi aliquid independenter ab omni subiecto; neque instrumentum accidentale, cum nullum dari possit accidens supernaturale ordinis actus puri, cum omne accidens essentialiter sit immersum subiecto, cui est aptum inherere, vnde im-

plicat intellectus creatus, vt naturale instrumentum perceptiuum Dei actus puri, nec non vis connaturalis instrumentaria creatua.

DICES. Lumen gloriæ est connaturale instrumentum visionis Dei & tamen non est in ordine actus puri: Phantasma est naturale instrumentum intellectus agentis ad producendas species intelligibiles, & tamen non est in eodem ordine spiritus cum intellectu: igitur non est necessarium, instrumentum naturale sit eiusdem ordinis cum sua causa principali. Resp. Lumen gloriæ non esse instrumentum perceptiuum Dei, sed productiuum dumtaxat visionis Dei; vnde non debet proportionari visioni obiectiue (quia hæc formalitate non respondet visio, nisi tantum principio perceptiuo) sed solum subiectiue: quo pacto visio est eiusdem ordinis cum lumine, quia sicut lumen est supernaturale, & immersum potentialitati subiecti: ita & visio est supernaturalis, & immersa subiecto, cui inhæret; quia obiectum non comparatur vt forma intelligibilis ad principium pure productiuum, sed ad principium cognitiuum, quod tantum est capax effectus formalis illius: igitur non debet seruare proportionem ordinis cum principio naturali pure productiuo, sed cognitiuo. Confirm. maior proportio requiritur inter perceptiuum obedienciale & perceptibile, quàm inter productiuum obedienciale & producibile; nam quodlibet productiuum obedienciale eleuari potest ad quodlibet producibile: at non quodlibet perceptiuum obedienciale eleuari potest ad quodlibet perceptibile: ergo maior requiritur proportio inter perceptiuum naturale & perceptibile, quàm inter productiuum naturale & producibile: nam eadem proportio est obedienciale ad obedienciale, ac naturalis ad naturale. Vrges; ergo saltem possibilis est substantia, vt naturale instrumentum productiuum visionis, sicuti est lumen. Sed contra; implicat, naturam intellectualem esse naturaliter productiuam visionis, & non esse naturaliter perceptiuam obiecti; nam productio cognitionis in natura intellectuali est obiecti perceptio, cum in ea supponatur principium vitale proportionatum: quare si est naturaliter productiuam cognitionis in alieno subiecto, à fortiori erit naturaliter productiuam eiusdem in seipsa, vt in proprio subiecto, nec est eadem ratio de lumine, quia hoc non est principium vitale. Ad 2. negõ minor. nam phantasma est naturale instrumentum animæ, quæ est forma corporis, à quo pendet in operari; quæ ratione phantasma est eiusdem ordinis cum intellectu agente, & speciebus intelligibilibus, saltem obiectiue: quo tantum pacto debent seruare proportionem: nam sicut phantasma est materiale obiectiue; ita & species intelligibiles sunt etiam materiales obiectiue, quia debent representare quidditates & essentias rerum, ad instar corporis, iuxta modum intelligendi animæ vt formæ corporis; ac proinde etiam intellectus agens in producendis talibus speciebus se habet vt causa principalis, corporea, quia producit illas vt causa corporea obiectiue.

187.

*Resp. lumen gloria est instrument productiuum non perceptiuum.*

*A priori.*

*Vrges.*

*Contrã.*

190.

*Phantasma est naturale instrument. anima, quæ forma est.*

191.

*Substantia illa non esset instrumentum sui.*

SECUNDA ratio. Implicat substantia, vt connaturale instrumentum visionis Dei: nam vel ea esset instrumentum sui, vel aliorum; non sui, quia cum ipsa esset principalis finis suarum operationum, non posset esse instrumentalis, sed principalis causa efficiens visionis Dei: nam finis & efficiens, quando in eandem rem coincidunt, sibi mutuò commensurantur: vnde si esset principalis finis, esset etiam principalis efficiens: Quod esset principalis finis, patet; quia in ratione finis proximi non ordinaretur ad

Nec alio-  
rum.

tur ad aliud: at de ratione instrumenti est, ad aliud ordinari, eo quod instrumentum non est ad perficiendum se, sed aliud à se; non aliorum; implicat enim substantiam in hoc genere actionis per se primo ordinari ad perficiendam aliam substantiam, absque eo, quod sit primario perfectiva sui: nam vel esset perfectiva alterius substantiæ in ordine ad visionem Dei, ut species intelligibilis saltem quæ diuinæ essentiæ; vel ut principium cōpletivum potentiæ intellectivæ: utrovis modo esset perfectiva alterius, à fortiori esset etiam perfectiva sui; quia non posset aliam naturaliter perficere: nisi in seipsa contineret & speciem diuinæ essentiæ, & virtutem supernaturalis potentiæ intellectivæ: igitur posset naturaliter seipsam determinare ad visionem Dei: quia magis ipsa, quàm alia substantia ab ea distincta, esset à seipsa determinabilis ad cognitionem obiecti, cuius principia in seipsa contineret, scilicet magis ipsa esset ad talem visionem proportionata.

192.  
Continet  
principium  
radicale  
sua operat.Hoc est cau-  
sa princip.193.  
Vniuers. ra-  
tio.

192. TERTIA ratio deducitur ex *praced. sect.* omnis substantia necessario continet radicale principium suæ operationis: ergo implicat substantia, quæ sit tantum instrumentalis causa operationis supernaturalis, quia principium radicale necessario est causa principalis, prima radix operationis, ultra quam non est assignanda prior in eo genere, quod est proprium causæ principalis. Ratio à priori: radix operationis est ipsa essentia rei: essentia, si substantialis est, semper est causa principalis suæ operationis, quia cum per eam non ordinetur res ad perficiendum aliud, sed seipsum, non potest habere rationem instrumenti respectu talis operationis. Deducitur, cur implicet substantia supernaturalis per modum instrumenti connaturalis, scilicet omnis supernaturalitas includit aliquem modum operandi proprius Dei, aut supponit immediatè & formaliter actum purum, & nullo modo communicabilis est creaturæ; aut non supponit immediatè & formaliter actum purum, & saltem incommunicabilis est substantialiter creaturæ; eo quod nulla substantia potest esse instrumentum suæ propriæ operationis, cum ipsa sit principalis finis, atque ad eam principalis efficiens suarum operationum, nec poterit esse instrumentum alterius; quia nulla substantia, cum essentialiter sit ad se, potest primario ordinari ad perficiendum aliud à se; quia destrueretur essentialis conceptus substantiæ, quæ primario est ad se. Igitur possibilis non est substantia, quæ sit connaturale instrumentum operationis supernaturalis.

124.

Ad rationem dubit. nego conseq. Ad prob. nego conseq. nam ideo potentialitas non obstat in lumine, obstatet autem in substantia, quia lumen, cum sit purè productivum, non debet proportionari visioni obiectivè, quo pacto visio beata emergit à potentialitate, & requirit in cognoscente puritatem actus, sed subiectivè, quæ ratione immergitur potentialitati subiecti, & non requirit in proximo producente puritatem actus. Substantia verò, quia non solum esset productiva, sed etiam perceptiva obiecti, deberet proportionari visioni etiam obiectivè. Adde, quod cum lumen sit accidens, potest ut connaturale instrumentum ordinari ad aliud perficiendum; non substantia, quæ essentialiter est ad se. Ad confirm. nego anteced. iuxta 1. rationem; quia licet instrumentum semper sit imperfectius causa principali, non tamen est inferioris ordinis illà; iuxta 2. & 3. rationem, nego substantiam posse esse naturale instrumentum visionis Dei.

## S E C T I O VIII.

An necessarium sit aliquod lumen, ut intellectus creatus Deum videre possit?

PRIMA sententia negat: *Durand. in 4. dist. 49. q. 2. nu. 24.* probat 1. quotiescumque virtus potentiæ extendit se ad aliquod obiectum, eo præsentate, & excluso omni impedimento causante obscuritatem, necessario sequitur cognitio clara, & intuitiva, qualis inter talem potentiam & obiectum est possibilis: at intellectus creatus de se potens est in essentiam diuinam, ut in obiectum intelligibile, totumque impedimentum, quod eum clarè non cognoscat est, quia naturali cursu cognoscit per medium creatum inferioris ordinis: ergo, eo sublato, & diuina essentia illi immediatè præsentata, &c. possibilis est. 2. Vel hoc lumen additur, ut intendat vim intellectivam: & contrà est, tum quia intellectus non suscipit magis & minus; tum quia, ut habitus intendat id, cui additur, debet esse eiusdem rationis cum illo: at lumen gloriæ non est eiusdem rationis cum intellectu creato, alioqui non eleuaret illum ad aliquid superioris ordinis: vel additur ut concausa visionis simul cum intellectu: & contrà est, quia quando duo agentia partialia integrant vnum totale, quodlibet per se sumptum habet similem virtutem in effectum, quem producant: at lumen gloriæ non habet similem virtutem in actum visionis, quam habet intellectus, alioqui illud esset quædam vis intellectiva. 3. hoc lumen ponitur ad proportionandum intellectum creatum cum obiecto: sed adhuc eo posito, intellectus creatus in infinitum distat à Deo obiecto increato: ergo superuacaneum est.

SECUNDA sententia affirmat, *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 5. & communis Scholast. in 3. dist. 14. in 4. dist. 49.* & definitur in Concil. *Vien.* ut refertur in *Clemen. de hæreticis, Ad nostrum*: neque aduersatur *Scotus in 3. dist. 14. q. 2. In prima q. & dist. 31. §. Resp. & in 4. dist. 49. quest. 1. §. Resp.* in quibus locis vel solum negat lumen gloriæ, ut necessarium de potentia absolutà; vel tantum ad recipiendam visionem; vel quod illud sit per modum habitus, quo pacto non est contra *Concil. nam in 4. cit. & quodl. 14. art. 2.* docet, impossibile esse, Deum videri solius naturæ viribus; imò ait oppositum dicere, peiorem esse hæresim, quam Pelagij. Fundam. omnis creatura est essentialiter immersa potentialitati: ergo quotique extrinseco impedimèto sublato, semper manet naturaliter impotens ad videndum Deum actum purum: nã radix, vnde in creatura oritur connaturalis existentia cognoscendi Deum per medium creatum, in modo essendi propriæ naturæ commensum, & non in seipso, est ipsa potentialitas, quæ cum sit essentialis, per nullius impedimenti sublationem tolli potest. Confirm. ex opin. *Durand.* sequitur, omnes beatos æqualiter videre Deum, si æquali vi intellectiva polleant: quin etiam perfectius videre Deum, qui pauciora habet merita, modò perspicaciorem habeat vim iutelligendi: & quod absurdus est, quemlibet Angelum clarius Deum cognoscere, quàm animam Christi; cum quilibet Angelus nobiliorem habeat intellectum; Respondet 1. in æqualitatem gloriæ non mensurari penes obiectum essentialia, quod æqualiter cernitur ab omnibus, sed penes obiecta secundaria, quæ Deus extra beatitudinem essentialem successivè reuelat beatis; penesque dotes corporis, & gradus quorundam dignita-  
tis, in

195.  
Negat.  
Prob. 1.196.  
Prob. 1.

Prob. 3.

197.  
Affirmat.198.  
Fundam.  
Huius Ca-  
thol. veri-  
tatis crea-  
tura im-  
mersa po-  
tentialita-  
ti.199.  
Resp. 1.  
Durand.

200. *Contrà.* tis, in quibus anima Christi, & Virginis excedunt reliquos beatos. At hæc resp. vt ipse fatetur, secura non est, cum ex Patribus & Scripturis constet, inæqualitatem gloriæ positam esse in præmio essentiali. Respondet 2. inæqualitatem gloriæ in præmio essentiali prouenire ex eo, quod Deus perfectiorem actum intelligendi influit vni, quam alteri. Sed *Contrà:* sic Deus non concurreret cum beatissimis iuxta naturalem exigentiam ipsorum, nempe cum perspicacioribus ad clariorem, cum minus perspicacibus ad minus claram notitiam sui.

201. *Ad 1.* Ad 1. argum. Resp. maiorem esse veram, quando potentia naturaliter ordinatur ad cognoscendum obiectum, non quando tantum ordinatur obedientialiter: vnde falsum est, totum impedimentum, cur Deum clarè non cognoscat, esse, quia illum cognoscit per medium creatum, sed quia potentialis est; ex quo vt radice oritur, vt illi talis modus cognoscendi sit debitus & connaturalis. Ad 2. dico, lumen addi intellectui, non vt illum intendat, sed vt comprincipium diuersæ rationis, ex quo & intellectu fit vnum principium completè, & proximè productiuum visionis beatificæ. Nego autem semper agentia partialia debere habere similem virtutem in effectum, quem producant, nisi sola homogenea, qualia non sunt lumen, & intellectus, quorum alter est vitalis, & non supernaturalis, alterum supernaturale, & non vitale. Ad 3. Resp. Lumen gloriæ non requiritur ad proportionandum intellectum mathematicè, & in ratione entis, sed geometricè seu habitudine, & in ratione potentie, non perceptiue, sed productiue visionis erga Deum, ad quod sufficit qualitas finita alioris ordinis. Prætereà requiritur lumen ad proportionandum intellectum ex parte obiecti proximè determinantis potentiam ad obiectum percipiendum, vt *scilicet* seq.

204. *Controuertunt*, an hoc lumen sit per modum habitus? Affirmant aliqui esse per modum actus, seu specialis concursus, vel antecedentis motionis. Fundam. hoc sufficit ad saluandum Concil. etiam actus eleuat intellectum formaliter ad videndum Deum. Communis sententia esse per modum habitus; eo quod connaturalius est, vt potentia vitalis fiat intrinsecè potens ad eliciendos suos actus, per aliquid sibi intrinsecè inhærens; propterea dantur habitus infusi, vt intrinsecè proportionent potentias ad actus supernaturales licet hæc sit verior, non tamen à Concilio definita: finis enim Concilij non fuit, dirimere controuers. quæ de lumine gloriæ tunc agitabatur; sed damnare errorem Beguard. & Beguin. asserentium, quamlibet creaturam intellectualem in seipsa naturaliter beatam esse, eamque ad Deum videndum gloriæ lumine non egere: ad quem damnandum sufficit quodlibet lumen, etiam actuale, formaliter eleuans creaturam in Deum.

## SECTIO IX.

*Ad quid lumen gloriæ deseruiat Beatis?*

205. *Ad ad or-* **P** RIMA sententia affirmat deseruiare ad solum ornatum potentie; *Mayro. in 30. dist. 12. quest. 2. Basso. dist. 14. q. 1. art. 1. Rubi. q. 2.* Fundam. sicut in patria manet character ad solum ornatum anime; ita infunditur lumen gloriæ ad solum decorem potentie. Sed *Contrà;* hæc sententia est contra *Scotum*

*in 4. dist. 49. q. 11. §. Respon. contra Concil. Vien. cit. ponens lumen ob indigentiam & necessitatem: tum quia intellectus incompletus ad actus supernaturales, eget lumine etiam ad complementum suæ virtutis, vt eget reliquis habitibus infusis. Nec est par ratio de characterè; nam hic fuit in hac vitâ impressus, vt morale principium sacrarum operationum; & quia ex se indelebilis est, manet etiam in beatis ad gloriam accidentalem, in signum perfunctorum operationum, sicut in damnatis ad pœnam accidentalem, & ignominiam malè functi ministerij.*

206. *SECUNDA* sententia docet, deseruiare ad recipiendam visionem; *Richard. in 4. dist. art. 3. quest. 1. An ad recipiendam visionem?* *Maiores. quest. 4. Marsil. in 3. qu. 10. art. 2. dub. incid. conclus. 1. Caiet. 1. p. qu. 12. art. 5. §. circa prima consequ. Valent. ibid. pu. 3. Gonzalez. disp. 27. sec. 2. Fundam. aut* lumen non est productiuum visionis, cum non sit vitale; atque adeo si requiritur non requiritur nisi ad recipiendam visionem: aut certè intellectus non tantum est incompletus ad producendam, sed etiam ad recipiendam visionem, & consequenter quoad vtrumque eget compleri lumine. Vnde Concilium docet, animam egere lumine ad *videndum: videre* autem vtrumque essentialiter includit, & producere & recipere visionem. Sed *Contrà;* anima de se capax est ad recipiendam formam supernaturalem vt causa obedientialis principalis; siquidem de se est subiectum aptum ad sustentandum: quælibet autem substantia de se apta est sustentare quodcumque accidens. Confirm. de facto per aduers. intellectus recipit lumen sine aliâ supernaturali disponente. Nec valet, quod visio Dei est vltimus terminus & perfectio in patria; ita enim gratia habitualis est vltimus terminus & perfectio in via: sed hæc nullam per se requirit dispositionem, vt constat in paruulis, in quibus absque vllâ præuiâ dispositione infunditur; ergo nec illa in patria. Confirm. perfectior forma est vnio hypost. quam visio beata; sed hæc nullam postulat in subiecto dispositionem; recipitur enim in nudâ substantiâ humanitatis, vt cum *S. Thom. fatetur Caiet. 3. p. quest. 2. art. 10.* ergo nec illa. Ad fundam. in recipiendo non debet subiectum communicare formæ, nisi seipsum vt receptaculum: ad producendum effectum supernaturalem debet potentia obedientialis communicare aliquid perfectius se; quod, cum ipsa non habeat in se, eget intrinsecò, vel extrinsecò principio, vt compleatur & adiuuetur ad talem effectum. Ad Concilium dico, non eod. modo illud intelligi de eleuatione actiua, & passiuâ; sed de actiua, per qualitatem additam; de passiuâ verò, per formam indebitam: dicitur enim subiectum cleuari, quando recipit formam indebitam.

209. *TERTIA* asserit, lumen gloriæ in beatis exerceat munus solius speciei intelligibilis, suppledo concursum obiecti. Est aliquor. apud *Bassol. in 3. dist. 14. quest. 1. art. 1. & Vasquez 1. p. disp. 39. c. 43.* quam sic probat cap. 5. quoties ad effectum influunt plures causæ proximæ, assignari debet in effectum peculiaris ratio vnicuique causæ respondens, alioquin frustra tales causæ ad talem effectum requirerentur: sed nulla ratio assignari potest in actu visionis, quæ reduci non possit ad intellectum & lumen, quatenus habet rationem speciei. nam vitalitas reducitur ad intellectum; claritas & expressio quidditatiua Dei ad lumen, vt habet rationem speciei; supernaturalitas ad idem, quæ forma supernaturalis est: frustra igitur præter lumen, quæ habet

*Lumen est per modum habitus.*

206. *An ad recipiendam visionem?* *Fundam.*

207. *Contrà.*

208. *Ad fund.*

209. *An exerceat munus solius speciei?*

bet rationem speciei, requiritur aliud tenens se ex parte potentiae. Quod autem illud potius teneat se ex parte obiecti, quam potentiae, probat *sine cap.* 4. quia virtus, quam intellectus habet ad videndum Deum, non est instrumentalis, sed principalis; proinde, non eget virtute addita quae illum perficiat & compleat in ratione potentiae, cum nullam additamqueat magis proportionari, quam sit ipsa suo nativo lumine proportionata. Solum igitur eget specie impressa Diuinae essentiae, cum qua compleat integrum principium clarae visionis Dei.

210. *Displicet 1.* Haec sententia displicet 1. quia contra communem Thomist. *excepto Victoria*, admittit in sententia *S. Thom.* speciem impressam diuinam essentiae.

*Displicet 2.* quod praeter speciem, nullam aliam admittit virtutem ex parte potentiae, contra *S. Thom.* saepe docentem, lumen gloriae requiri ex parte potentiae, & habere rationem habitus roborantis potentiam.

*Argum. 1. ratione.* Vnde arguo 1. quod lumen non sit species diuinam essentiae. Confirm. si Deus in rerum natura non existeret, adhuc vi talis speciei per ipsum representaretur eodem prorsus modo, quo representatur nunc; & beatus eodem modo foret beatus per notitiam, virtute ipsius speciei producta, ac est beatus nunc: hoc autem esse non potest, nisi species contineat in esse intentionali, quidquid Deus ipse continet in esse reali, quod manifestam arguit infinitatem in specie, quam infinitatem ipse non admittit.

211. *Argum. 2.* Adhuc ea posita, intellectus creatus non esset completum principium ad intuendum Deum: siquidem ad intuendum obiectum non solum requiritur species intuitiva obiecti, sed etiam potentia completa: at intellectus non est completa potentia ad intuendam Dei essentiam: ergo adhuc, posita specie diuinam essentiae, compleri debet in ratione potentiae. Maior constat: quoties ad effectum per se requiruntur plures causae, singulae debent compleri in proprio genere; nec potest vna compleri per complementum alterius, quando sunt heterogeneae, quales sunt potentia & species in ordine ad cognitionem, quia vnaquaeque completur complemento sibi proportionato: sed ad visionem Dei per se requiritur & species diuinam essentiae, & potentia intellectiva: ergo vtraque debet esse completa in suo genere. Minor prob. paritate habituum supernat. qui formaliter dantur ad complendas potentias in ratione potentiae, vt habitus fidei, spei, & charitatis: at non minus est incompletus intellectus ad eliciendam visionem Dei, quam ad eliciendum actum fidei, & voluntas ad eliciendum actum charitatis: ergo a fortiori indigebit compleri ad eliciendam visionem Dei.

*Intellectus non est potentia completa ad videndum Deum.*

212. *Dices.* Compleri intellectum in ratione potentiae supernaturalis ad visionem Dei per speciem supernaturalem diuinam essentiae, quo modo non completur ad actum fidei intellectus, quia ad talem actum, non infunditur species supernaturalis, nec etiam per eam completur voluntas ad actum charitatis; quia ad nullum actum voluntatis effectiue concurrat obiectum. Sed contra: cum species sit causa diuersi generis, non potest potentiam in ratione potentiae formaliter complere: vnde, etiam posita specie supernaturali ad actum fidei (vt nonnulli putant) necessarius esset habitus ex parte potentiae. 2. repugnat, causam esse proximam completam in suo genere, & esse inferioris ordinis cum effectu: totum enim complementum causae est in ordine ad effectum: sed visio Dei est ordinis supernaturalis, intellectus ordinis naturalis: nam licet per speciem diuinam essentiae fiat supernat. in ratione speciei, non in ratione potentiae. Ratio: causa proximam

*Contra. Nec completur per speciem.*

completa debet effectum in suo saltem genere naturaliter continere; non potest, nisi sit eiusdem generis cum illo. 3. Nunquam instrumentum est completum, nisi euehatur ad ordinem causae principalis; quia conaturale debet esse in eodem ordine: sed intellectus ad visionem Dei se habet vt instrumentum connaturale Dei; ergo euehi debet ad ordinem diuinum: non euehitur in ratione potentiae per solam speciem: nam tunc euehitur, quando in ratione potentiae formaliter participat ordinem intellectus diuini: non participat in ratione potentiae formaliter, nisi per lumen intellectuale, tenens se ex parte potentiae; quia per illud formaliter assimilatur intellectui diuino, qui non solum diuinus ratione essentiae, gerentis vicem obiecti, sed etiam ratione intellectus, habentis rationem potentiae: igitur quoad vtramque rationem debet intellectus assimilari Deo causae principali. Confirm. magis improportionatus est intellectus ad visionem Dei, quam oculus noctuae ad visionem solis; sed hic non potest ad solem videndum eleuari per solam speciem solis, nisi etiam vigoretur in ratione potentiae; ergo nec ille ad Deum intuendum per solam speciem diuinam essentiae, nisi etiam roboretur in ratione potentiae.

Ad fundam. Vasquez, neg. maior; si intelligatur de ratione peculiari formaliter diuersa: nam saepe ad eandem rationem formalem integram plura requiruntur principia, vt ad eandem naturalitatis concurrat agens principale, & instrumentum; potentia, & habitus naturalis; species impressa & potentia vitalis: ergo ad eandem supernaturalitatis concurrere possunt lumen & species, illud ex parte potentiae, haec ex parte obiecti: nam tam vitalitas respondens intellectui, quam expressio & intuitio obiecti, respondens speciei, debet esse supernaturalis: sicut tam vitalitas visionis corporae, respondens potentiae, quam expressio & intuitio obiecti, respondens speciei, debet esse naturalis. Concedenda maior de ratione formali, si intelligatur partialiter tantum distincta, quia vtraque causa partialis, vt sit completa, debet esse in eodem ordine cum effectu, vnde nego intellectum esse completum principium visionis Dei, sine lumine, tenente se ex parte potentiae: nam per illud completur in ratione productiui, quod essentialiter includitur in ratione perceptiui.

QUARTA communis Thomist. docet lumen gloriae duo in mentibus beatorum praestare; alterum complere simul cum intellectu principium productiuum visionis; vt constat: alterum disponere intellectum ad recipiendam essentiam diuinam, per modum speciei intelligibilis, vltimò determinantis ad actum visionis Dei: nam ad actum visionis gloriosae duo concurrunt, sufficiens virtus ex parte potentiae, & species ex parte obiecti: sed virtus praesupponitur ad speciem, vt determinabile ad determinatum: igitur lumen complendo intellectum in ratione potentiae, simul disponit illum ad recipiendam diuinam essentiam in ratione speciei intelligibilis, quae vltimò determinet potentiam ad visionem Dei iuxta perfectionem luminis. Sed contra hanc 2. partem: vel lumen disponit ad recipiendam essentiam Dei, vt supplet vicem speciei impressae, quae sit principium speciei expressae; at hoc impossibile est, ex *sect. 3. & 4. & S. Thom. I. p. 9. art. 5. ad 2. vbi docet, lumen istud non requiri ad videndam Dei essentiam, vt similitudinem, in qua Deus videatur, sed vt perfectionem intellectus, ipsum confortantem ad Deum videndum: vel quae sit proxima causa notitiae, quae Deus immediate videatur*

213.

*Euehi debet ad ordinem diuinum.*

*Et roborari in ratione potentiae.*

214. *Ad fund. Vasquez.*

Ratio.

215. *4. Sentent. Thomist.*

216. *Contra.*

*S. Thom. I.*

videatur in seipso; & hoc melius, & connaturalius refundi potest in lumen, *ut mox.*

217. *Vera sent. Lumen est perfecta participatio increati luminis.*  
 QUINTA & vera sent. lumen gloriæ tria præstare, 1. complet intellectum in ratione potentiæ productivæ visionis Dei. 2. determinat ex parte obiecti ad immediatam notitiam Dei, ut obiecti primarij. 3. supplet speciem impressam harum, vel illarum creaturarum, ut obiecti secundarij connexi cum primario, ut effectus cum causa. Fundam. lumen gloriæ est perfecta participatio luminis increati; sed lumen increatum hæc omnia præstat in intellectu diuino: non modò tenet se ex parte diuini intelligentis, sed etiam ex parte obiecti intelligibilis, tum primarij suæ essentiæ, tum secundarij creaturarum. Est enim hæc triplex perfectio debita luminis increato, quæ est adæquata proprietas essentiæ diuinæ, quæ non minùs est sui & aliorum intelligibilis, quàm intellectiua. Maior prob. lumen debet ab intellectu participari omni perfectione, quæ is eget, & ipsum est connaturaliter participatum: at intellectus non solum eget lumine, ut comprincipio ex parte potentiæ, sed etiam ut proximè determinatio ex parte obiecti, tam primarij, quàm secundarij, ut constat ex dictis; & lumen est vtriusque perfectionis connaturaliter participatum: 1. quia nulla est implicantia, ut lumen creatum participet increatum, quoad rationem intellectiui, & intelligibilis: Sicut enim visio beata ab increata participat vtramque perfectionem claræ intellectiōis, & obiecti intelligibilis, quatenus est vitalis tendentia ad primarium, & species expressa secundarij: ita non implicat principium participans vtramque perfectionem in ordine ad eandem visionem.

218. *Prob. paritate intellectus Angel.*  
 Probat. 2. à pari: intellectus Angelicus, quia est adæquata proprietas, & accidentalis participatio suæ substantiæ quæ non minùs est intelligibilis, quàm radicaliter intellectiua, est formaliter intellectiua, & intelligibilis respectu suæ substantiæ; adeò ut ad intelligendam propriam substantiam non egeat specie, aut peculiari concursu obiectiuo propriæ substantiæ, sed seipso sit vltimò determinatus, per modum intellectiui, & intelligibilis ad propriam substantiam intelligendam, ut sequenti tom. ergo dabilis est accidentalis participatio diuinæ substantiæ, quæ respectu eiusdem sit intellectiua, & intelligibilis; ita ut sine peculiari concursu obiectiuo diuinæ substantiæ intellectum beati vltimò determinet ad claram visionem eiusdem. Cæterum, quia lumen gloriæ non participat perfectam similitudinem intelligibilem diuinæ essentiæ; participat perfectam creaturarum, non est respectu diuinæ essentiæ species intelligibilis, sed tantum habitus immediatè determinans intellectum beati ad Deum intuendum; est species respectu creaturarum, quarum intelligibilitatem perfectè continet in actu primo.

219. *S. Thomas explicatur.*  
 Hanc sententiam colligo ex Richard. in 4. dist. 49. artic. 3. quæst. 1. ad 2. vbi lumen vocat speciem, & Dei similitudinem: ex S. Thom. 1. part. quæst. 12. art. 5. & 3. cont. gent. cap. 53. vbi lumen appellat Dei similitudinem, quia intellectum determinat ad visionem Dei; augmentum virtutis intellectiue, quia potentiam complet in ratione potentiæ. Cùm docet, lumen intellectum disponere ad recipiendam diuinam essentiam per modum speciei intelligibilis, intelligit de specie expressa, scilicet diuinam essentiam in visione beata supplere vicem verbi & speciei expressæ, immediatè terminantis notitiam beati. Nec obstat, quòd 3. contra gentes cap. 51. & quæst. 8. de verit. articul. 1. affirmet, diuinam essentiam esse quod & quo videtur: nam id dixit ad exclu-

Tomus 1. De Deo.

dendum ab intellectu beatorum verbum creatum, cuius vicem gerit Dei essentia, quæ videtur in seipso, nullaque media obiectiuâ similitudine est ratio, quæ in seipso immediatè videtur.

221. *Obiecti.*  
 Obiecti, necessariò requiritur concursus obiecti: ex cognoscente enim & cognito, teste Augustin. 9. de Trinit. cap. ult. paritur notitia. Secundo, superfluum est determinatiuum ex parte obiecti, vbi adest obiectum per seipsum intelligibile, & intimè vnitum potentiæ: nam determinatiuum substituitur loco obiecti. Confirmatur, connaturalius est, ut obiectum per seipsum determinet potentiam, quàm per aliud à se distinctum: quia concursus obiectiuus est propter terminatiuum: terminatiuus est proprius obiecti: ergo & obiectiuus. 2. quia concursus obiectiuus est à virtute determinatiuâ, quam habet obiectum ad determinandam potentiam cognitiuam ad notitiam sui: at hæc virtus est propria obiecti, à quâ dicitur intelligibile: ergo & concursus à tali virtute promanans. Resp. ad 1. concedo requiri concursum obiecti, vel alicuius participantis naturam obiecti: lumen autem gloriæ, etsi non sit obiectum, participat naturam obiecti, tam primarij diuinæ essentiæ, quàm secundarij creaturarum, iuxta quantam responsionem intelligendus Augustinus. Ad 2. nego assumptum. Ad probationem, esto substituat loco obiecti, non tamen eo præsentè est superfluum; quia requiritur, ut connaturalius compleat potentiam ad obiectum cognoscendum. Quare nego, obiectum connaturalius per seipsum, quàm per aliquid à se distinctum potentiam ad sui notitiam determinare: quia ille modus est connaturalior, qui magis perficit ab intrinseco potentiam, penes quam attendenda est connaturalitas operandi.

222. *Ad 1. prob. Confirm. Ratio discriminis.*  
 Ad 1. probationem concedo; concursum obiectiuum esse propter terminatiuum; & terminatiuum esse proprium obiecti; nego, obiectiuum esse obiecti tantum proprium, nisi originaliter seu radicaliter: quia concursus terminatiuus est in genere causæ formalis, quod non potest alteri communicari: obiectiuus est in genere causæ efficientis, quod communicabile est alteri, etiam connaturaliter.

224. *Ad 2.*  
 Ad 2. disting. minor; est propria obiecti originaliter & radicaliter; concedo; formaliter & participatiuè, nego: formaliter enim & participatiuè potest esse propria alterius ab obiecto, ut constat de specie impressâ, cuius proprium est, determinare potentiam ad cognitionem obiecti, cuius est vicaria.

## SECTIO X.

Quo pacto intellectus beati ad visionem Dei concurrat?

225. **H**ic duæ controuersiæ; an intellectus creatus ad visionem concurrat actiuè? 2. an ut causa principalis; Quoad priorem.

226. **P**RIMA sentent. negans: Nominal. Rubio. in 3. dist. 14. quæst. 2. §. Ad cuius euidens. Fundament. præmium debet totaliter à præmiante, alioqui qua parte esset à recipiente, non esset præmium; quia præmium est donum præmiantis: sed visio Dei est præmium beatorum, quod illis datur pro mensura meritum; ergo totaliter est à Deo, non coagentibus beatis. Cõfir. Visio Dei est perfectior quolibet dono



supernaturali, cum in ea consistat summa felicitas creaturæ rationalis: sed ad multa alia dona minus perfecta creatura se habet merè passivè, ut ad gratiam & habitus infusos: ergo & ad visionem Dei; quia quod non potest in minus, non potest in maius.

227.  
Affirmant Thomistæ  
verius, intellectu  
concurrere  
actiue:

SECUNDA sententia affirmans Thomistæ. verior est. Fundamentum: implicat, actionem vitalem non actiue procedere à principio vitali: nam actio vitalis est, quæ viuens ab intrinseco principio seipsum mouet ad operationem sibi intrinsecam, & immanentem: ergo implicat, eam ab extrinseco tantum principio procedere: quia repugnat, actionem esse ab extrinseco, & simul per eam viuens ab intrinseco seipsum mouere; nam seipsum mouere, est seipsum agere. Antec. est *S. Thom. 1. p. q. 18. art. 1. & 3.* quod viuentia seipsa ab intrinseco mouent; non viuentia ab extrinseco tantum. Confirmatur, *intelligere, appetere, &c.* formaliter non important recipere, sed elicere intellectionem & appetitionem; important enim attentionem & conatum potentia in suum obiectum: idem quippe est attendere, & intendere in obiectum. Implicat igitur, intellectum *intelligere*, aut voluntatem *appetere* per intellectionem, & appetitionem ab alio productam; nam per eam non saluaretur formalis ratio intelligentis & appetentis, hoc est ab intrinseco se mouentis.

228.  
ut dicit ordinem incompletum & obedientem.

*Obiicies 1.* Intellectus creatus nullum dicit ordinem ad obiectum supernaturale; ergo nullam habet erga tale obiectum actiuitatem; igitur totam sumit ab habitu supernaturali. Resp. Nulum dicere ordinem completum, perfectum, naturalem, concedo; incompletum, imperfectum, obedientialem, nego. Consistit hic ordo incompletus & inchoatus in eo, quod quæ ratione concurrat intellectus cum intelligibili supernaturali in ratione generica & remota, eadem in intellectu est ordo quasi genericus incompletus & remotus, qui completur per complementum specificum habitus supernaturalis. Dicitur ordo obedientialis, & non naturalis; quia suam specificationem non habet ab obiecto supernaturali, ad quod diuinâ virtute euehitur, sed ab obiecto naturali, per ordinem ad quod commensuratur.

229.  
Obiicies.

Resp.  
Disparitas.

*Obiicies 2.* Non minus propria & intrinseca est naturæ intellectuali potentia, quàm actio vitalis; sed potest illa ab extrinseco produci; potest enim Deus se solo in animâ vitalem potentiam producere; ergo & hanc. Resp. potètia vitalis est intrinseca & propria per modum actus primi, quo natura sit tantum potens ad operandum; actio est intrinseca & propria per modum actus 2. quo natura per seipsam agit. implicat autem, naturam actu per seipsam agere actione extrinsecâ, non implicat fieri intrinsecè potentem ad agendum potentia extrinsecus recepta.

230.  
Ad fund.

1.

Ad confir.

Ad fundam. primæ sent. neg. maior. quando præmium essentialiter requirit actionem præmiandi. Sufficit igitur ad præmium, ut principaliter procedat à præmiante, à quo præmiandus accipit virtutem illud producendi. Ad confir. nego. conseq. nam alia dona non postulant essentialiter actionem creaturæ. Falsum est, creaturam non posse actiue obedientialiter concurrere ad productionem gratiæ, & habituum supernat. ceterum ad visionem actu influit, non ad alia dona; eò quod hæc essentialiter postulat, ut actio vitalis, productionem creaturæ; non cetera dona, quæ vitales actiones non sunt.

231.  
Intellectum concurrere ut causam.

Quoad post. controu. Prima sent. affirmat, concurrere ut causam principalem. 1. quia repugnat, aliquid concurrere vitaliter, & nõ principaliter; quia concurrere vitaliter, est concurrere per formam

proportionatam potentia. Confirm. operari instrumentaliter, est operari ultra sphæram sui obiecti. 2. Visio denominat videntem causam principalem, non instrumentalem: at intellectus denominatur videns; ergo est causa principalis.

SECUNDA sent. docet, intellectum ad visionem beatificam concurrere ut instrumentum, vel obedientiale, ut *Suar. lib. 2. c. 16. vel naturale*, ut *Ambros. Machin. disp. 16. sect. 3.* Fundam. illius; visio Dei est effectus supra naturalem capacitatem intellectus creati; ergo nequit ad illam concurrere *naturaliter*. Fundamentum huius; intellectus ad visionem Dei concurrat, ut potentia vitalis; ergo ut instrumentum connaturale viuentis; quo seipsum ab intrinseco mouet: obedientiale enim non est instrumentum proprium creaturæ, sed creatoris vtentis illo ad omnem effectum, commune viuentibus & non viuentibus. 2. per eam potentiam beatus concurrat ad visionem Dei, quæ respicit illam ut contentam intra suum adæquatam obiectum: alioqui non posset eleuari ad illam; hæc autem est potentia obedient. quia non respicit certum effectum, sed omne non implicans: Nam ut obedientialis non est operatiua, ut instrumentum creaturæ, sed Dei. Dico, intellectum Beati ad visionem Dei, quæ supernaturalis est, concurrere ut instrumentum obedientiale, ut *tom. 7. disput. 5.* quæ vitalis, ut causam principalem: visio enim Dei, quæ vitalis est formaliter, dicit esse à virtute innatâ, à quâ intrinsecè viuens seipsum mouet ad actum immanentem, in eodem genere proximo vitæ cum ipsa virtute sibi intrinseca & innatâ: vnde potius importat modum operandi, quàm substantiam operationis: sed intellectus beati eodem modo operatur, quantum ad hoc, ut seipsum moueat per virtutem innatam in eodem genere proximo vitæ per actum, ad quem se mouet, quando elicit visionem Dei, ac quando elicit actum naturalem: ergo. ratio: potentia vitalis, ut sic essentialiter limitatur ad certum modum operandi, à quo ne per diuinam quidem potentiam extrahi potest. Confirmatur, operari *obedientialiter*, est operari modo propriæ naturæ indebito: sed intellectus beati, ut vitalis potentia, non operatur modo propriæ naturæ indebito, dum elicit visionem Dei, quia ut vitalis non elicit illam, nisi à principio intrinseco, qui est modus sibi maximè connaturalis. Nec refert, quod egeat compleri lumine extrinseco, quia non eget illo, ut vitalis est formaliter, hoc est ut ab intrinseco & innato principio operatiuus, sed tantum ut productiuius est. Iuxta hanc doctrinam conciliantur citatæ sentent.

232.  
Instrumentalem,

233.

Obedientialem:  
Quæ vitalis est, Principalis.

234.

## SECTIO XI.

*An lumen gloriæ sit causa principalis visionis beatæ?*

PRIMA sentent. affirmat: *Vasquez 1. p. disput. 47. num. 38. Arrub. disput. 19. cap. 7. Machin. disput. 16. sect. 6. Zumel disput. 2. post 3. conclus. Bannez, & Gonzalez cit.* Fundamentum: lumen gloriæ proportionatur visioni, eamque producit per concursum sibi debitum. Confirm. reliqui etiam habitus infusi sunt causæ principales actuum supernaturalium, quorum sunt productiui.

SECUNDA *Suar. tom. 2. Metaph. disp. 30. nu. 45.* asserentis, lumen gloriæ comparatum ad Deum, cui subordinatur, esse instrumentum; comparatum ad effectum, quem producit, esse causam proximam in suo genere principalem; sicut calor respectu

235.

236.

Et ignis, cui in agendo subordinatur; est instrumentum, respectu caloris, ad quem producendum ordinatur, est causa principalis.

Dicendum, lumen gloriæ esse causam principalem visionis beatæ, entitatiuè, non representatiuè considerata. Etenim visio beata considerari potest, secundum entitatem, vel modum, quo obiectum representat: considerata 1. modo, lumen gloriæ est causa principalis, non secus ac reliqui habitus infusi respectu suorum actuum supernaturalium: quia ut sic visio non excedit lumen: considerata 2. modo lumen est instrumentum, quia ut sic non proportionatur visioni, quæ in modo representandi obiectum, est in ordine actus puri, cum lumen sit quid potentiale: est instrumentum remotum, non proximum, quia non attingit vnà cum intellectu obiectum, visione representatum, sicut quæuis potentia cognitiua vitalis vnà cum substantiâ viuientis attingit obiectum cognitione expressum; sed solum producit actum visionis quoad supernaturalitatem: vnde remotè tantum dicitur ad obiecti representationem concurrere, sicut habitus naturalis.

Ex quo elicio, lumen gloriæ non debere esse eiusdem ordinis cum visione terminatiuè considerata, uti sunt reliquæ potentiæ cognitiuæ naturales cum suis actibus naturalibus, eo quod non est proximum instrumentum respectu illius ratione representationis, quo pacto deberet esse eiusdem ordinis cum termino representato, ut inductio ipsa ostendit in omnibus potentijs cognitiuis; sed solum ratione entitatis, sub qua ratione est eiusdem ordinis cum illa: iuxta hanc sentent. conciliari possunt reliquæ.

DICES: Si lumen gloriæ, sicut & reliqui habitus infusi, est causa principalis respectu actuum supernaturalium, igitur proprius modus operandi Dei fieri potest connaturalis creaturæ; eum habitus sit quædam creatura, si illi, ut principi causæ est connaturalis operatio Dei, cuius ipse est naturaliter productiuus. Resp. dist. conseq. proprius modus operandi Dei fieri potest connaturalis creaturæ accidentali, concedo; substantiali, nego: accidens enim siue ut instrumentum, siue ut princeps causa semper operatur ut proprium Dei, non ut proprium creaturæ: ut patet de calore, qui communicatus aquæ, siue agat ut instrumentum, siue ut principalis causa, semper agit ut proprietas ignis, ad quem semper dicit respectum: substantia verò, cum sit ens ad se, & propter se, statim communicata alteri, fit propria illius: vnde non retinet neque in essendo, neque in operando relationem proprii respectu alterius naturæ, cuius est participatio: quo fit, ut propria operatio Dei communicata principio accidentali, adhuc maneat propria Dei: quia sicut principium accidentale, siue sit operatiuum ut instrum. siue ut causa principalis, semper operatur ut proprietas Dei; ita & operatio à tali principio manans semper dicitur propria operatio Dei: contra verò eadem operatio propria Dei communicata principio substantiali non maneret amplius propria Dei, sed creaturæ. Quia sicut principium substantiale fit proprium creaturæ; ita & operatio à tali principio promanans.

Ex dictis definitur alia quæstio, an visio beata dicenda sit connaturalis intellectui creato, informato lumine gloriæ? Negat Sotus in 4. dist. 49. q. 2. art. 4. §. Dubitatur: quia cum non sit intellectui connaturale lumen, neque ei erit connaturalis visio, quia nulli subiecto est connaturalis actus, cui non est connaturalis potentia. Affirmat Caiet. 1. p. q. 12. art. 5. cuius

Tomus 1. De Deo.

sentent. magis arridet: quia licet visio non sit connaturalis intellectui, per se est illi connaturalis ratione luminis: quod ad eam concurrat productiuè: nam ut actus dicatur connaturalis subiecto sufficit, ut proximè producat à forma, quæ inest tali subiecto, etiam si talis forma non sit connaturalis subiecto: quia iuxta logicos, ut aliquid possit affirmari de subiecto; sufficit, ut sub aliquâ ratione illi conueniat: contra verò, ut possit aliquid negari de subiecto, debet sub nullâ ratione illi conuenire: quia negatio, cum sit malignantis naturæ, distribuit per omnia. Ut igitur visio Dei possit affirmari, ut connaturalis de intellectu creato, sufficit ut illi sit connaturalis ratione luminis; contra verò, ut possit simpliciter negari, quod sit illi connaturalis, debet sub nullâ ratione illi esse connaturalis.

SECTIO XII.

An potentia absolutâ possit intellectus creatus videre Deum sine lumine in-hærente?

PRIMA sentent. communis Thomist. negat, Capreol. in 4. disp. 49. q. 4. art. 1. conclus. 2. & art. 3. ad 1. Scoti Palud. q. 1. art. 3. concl. 3. vbi quamuis affirmet posse beatos de potentia absolutâ Deum videre sine lumine, id tamen docet, supponendo visionem creatam effici posse à solo Deo. Caterum si debeat intellectus actiuè concurrere ad illam: Oportet, inquit, praeintelligere, quod promoueat à Deo ad illam eliciendam: Soti in 4. d. 49. q. 2. art. 4. §. Quod si arguatur: quamuis, ut ibid. fatetur, iunior aliter senserit: Ferr. 3. cont. gent. c. 54. ad 1. Caiet. 1. p. q. 12. art. 5. ad 1. Bannez ibid. dnb. 3. Gonzal. d. 27. sect. 3. Zumel disp. 2. Qui tamen diuisi sunt: nam alij putant, necessarium esse lumen habituale permanens; alij sufficere fluens per modum dispositionis facile transeuntis, coadiuuantis intellectum ad productionem actus beatifici.

Probant 1. auctor. S. Doct. 2. 2. q. 175. art. 3. ad 2. Dicendum, inquit, quod diuina essentia videri ab intellectu creato non potest, nisi per lumen gloriæ, quod dupliciter participari potest, vno modo per modum forme immanentis, & sic beatos facit sanctos in Patria, alio modo per modum cuiusdam passionis transeuntis, ut fuit in Paulo: & 3. contra gent. c. 53. Impossibile est, quod essentia Dei fiat intelligibilis forma alicuius intellectus creati, nisi per hoc, quod aliquam diuinam similitudinem intellectus creatus participet. Hac igitur diuina similitudinis participatio necessaria est, ad hoc quod Dei substantia videatur: hæc ille. Est autem hæc diuinæ similitudinis participatio, ut ibid. lumen gloriæ roborans intellectum in actu 1. ad Dei visionem. 2. ratione. Implicat intellectum intelligere, absque intrinseca virtute intelligendi; est enim principium vitale: sed intellectus ex se caret virtute intelligendi Deum in seipso: ergo implicat illum in seipso intelligere, absque addita virtute inhærente: quia si ex se non habet hanc vim intuendi Deum, eam recipere debet ab extrinseco, ut per illam fiat potens ad videndum Deum. Confirmatur, esto Deus possit se solo facere, quidquid potest cum causa secunda; non potest facere, ut causa secunda agat, sine intrinseca virtute agendi: ergo licet possit Deus se solo producere visionem sui in mentibus beatorum, non tamen facere potest, ut beati ipsum videant sine intrinseca virtute videndi; hæc enim est causa formalis, quæ sine intrinseca formâ suppleri non potest. 3. Visio Dei est quoad substantiam supernaturalis: sed ut sic debet effectiuè ab intel-

217.  
Lumen est causa princip.

Et instrum.

238.  
Eiusdem ordinis entitatis.

239.

Modus operandi Dei sit connaturalis accidenti.

240.

241.  
Negant Thomistæ

242.  
Prob. 1.  
S. Thomæ

243.  
Prob. 2.

244.  
Prob. 3.

lectu procedere: igitur cum in eo non supponatur vis innata supernaturalis, debet ab extrinseco infundi, & præsupponi tanquam actus 1. ad actum 2. essentialiter requisitus.

245. *Prob. 4.* Quartò. In visione beata dari debet ratio *sub Qua* intellectus tendat ad Deum; sed hæc non potest esse naturalis, sed supernaturalis: igitur necessariò in intellectu beati supponi debet forma supernat. actiua inhærens. Confirm. per rationem *sub Qua*, tenentem se ex parte potentia distinguitur vnus actus ab alio, quando vterque procedit ab eadem potentia, & vterque distinguitur specie: sed visio beata, vt procedit ab eadem potentia intellectiua habet distinctum modum genericum ab eo, quem habent reliqui actus naturales: ergo ex parte potentia dari debet ratio *sub Qua*, genericè distincta ab ijs, quæ sunt principia actuum naturalium.

246. *Affirmans verius.* SECUNDA affirmat: *Scoti in 3. distinct. 14. quest. 2. §. quantum ad 2. Lychei ibid. Bassoli quest. 1. artic. 1. Mayroni dist. 12. quest. 2. Baconi quest. 1. art. 2. & in 1. distinct. 17. art. 6. vbi licet requirat aliquid præuium ad actum visionis, illud tamen non requirit per modum actus primi influentis in visionem, sed per modum excitantis & applicantis potentiam ad operandum: Aureoli quodlib. 9. art. 3. Argent. in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. concl. 1. Maioris q. 4. cont. 3. concl. Durandi q. 2. nu. 24. Molina 1. p. q. 12. art. 5. dict. 1. Suar. hb. 2. de Diuinis attrib. cap. 16. Valent. 1. p. quest. 12. punct. 3. Vasquez ibid. disput. 46. cap. 2. Arrubalis dist. 20. c. 3. Machin. dist. 16. sect. 7. quæ prior est sequenda.*

247. Fundament. pendet ex tribus principijs. 1. quod lumen gloriæ non complet intellectum beati in ratione potentia vitalis, quod ferè ab omnibus conceditur, & patet, quia lumen non percipit obiectum: nec est intrinsecum principium fluens à substantia viuientis, nec aptum fluere ab ipsa, quod essentialiter requiritur ad potentiam vitalem; sed ab extrinseco tantum infusum. 2. quod lumen solum absque concursu intellectus, non est integrum principium productiuum visionis, alioqui non saluaretur vitalitas in actu, quæ essentialiter includit actiuam dependentiam ab intrinseco principio vitæ. 3. quod potest Deus in causis 2. efficienter supplere omnem defectum virtutis actiua.

247. *Solum vitale principium suppleri non potest.* Ex his, ab aduersarijs admissis, deducitur sententia. Solum principium vitale à Deo suppleri non potest; ergo cum intellectus creatus ex se sit potentia vitalis intellectiua, cum solo concursu Dei speciali supplente vim luminis, poterit visionem beatam in seipso elicere, atque ad eò sine lumine inhærente Deum videre: nam vt causa producat, vel producere possit effectum, non requirit in seipsa totam vim producendi, sed aliquam tantum per quam possit cum adiutorio alterius causæ in actum exire: sicut per aduersarios potest intellectus sine specie inhærente, diuino tantum concursu supplente defectum inhærentis speciei, notitiam obiecti in seipso producere: cum non minus per aduersarios intellectus fiat potens ad producendam visionem beatam per speciem, quam per lumen. Neque ex eo quod non solus ipse per integram virtutem inhærentem, sed simul cum extrinseca causa assistente & coagente producat visionem, dicendus est, aut illam non producere, aut non producere vt supernaturalem: nam vt verè producat, sufficit vis innata, inchoata & imperfecta; vt supernaturalem illam producat, aut producere possit, sufficit specialis concursus, & virtus diuina, supernaturalis proximè per decretum Dei intellectui creato assistens, eique extrinsecè coniuncta, ad instar causæ adiuuantis & coagentis: namper hanc fit potens in actu 1. produ-

cere; per illum verò actu producens visionem supernaturalem, quia quando duæ causæ ad cauandum concurrunt, semper superior trahit inferiorem ad assimilandum sibi effectum, vt constat de instrumento & causa principali.

Ad argum. 1. oppositæ, fateor Doctorem S. in ea fuisse sent. vt 7. tom. disp. 5. manifestè ostendo, licet aliquando in nostrâ fuerit, vt *qm. 10. de verb. art. 11. corp. & fatentur Capreol. cit. art. 3. fine, & Durand. in 4. dist. 49. q. 2. num. 23.*

Ad 2. disting. minor. caret intellectus virtute proximâ & completâ, concedo; remota & incompleta, nego, quæ virtus non solum compleri potest qualitate intrinsecè inhærente, sed etiam virtute extrinsecè assistente, vt constat in sententia eorundem de specie impressa, sine qua non minus est impotens intellectus creatus videndi Deum quam sine lumine: cum tamen hæc suppleri possit, & de facto in eorum sententia suppleatur per extrinsecum concursum. Ad confirm. nego, Deum supplendo concursum luminis, facere vt intellectus videat sine virtute videndi: nam supponitur in eo vis innata, quæ per concursum non suppletur, sed completur; sicut completur omnis vis innata instrumenti per concursum principalis agentis.

Ad 3. dist. minor. debet visio supernatur. procedere ab intellectu creato seorsim, nego; vt coniuncto cum Deo agente supernatur. concedo: sicut nec de facto procedit ab intellectu, vt seiuncto à lumine, sed vt coniuncto cum lumine. Nam hoc est proprium causarum partialium, vt effectus non procedat à singulis seorsim, sed ab omnibus coniunctim; quia non in singulis, sed in omnibus simul continetur adæquatè effectus producendus. Vnde concedo, ad quemlibet actum 2. præsupponi primum, non tamen adæquatè in vnaquaque causa, sed adæquatè in omnibus simul, inadæquatè in singulis.

DICES, vis innata intellectus per solam extrinsecam assistentiam virtutis supernaturalis manet intrinsecè immutata: ergo non potest ab ea proficisci actio supernaturalis, cum nulla causa communicare possit alteri, quod non habet in seipsa. Resp. manere immutatam intrinsecè, mutari extrinsecè per ordinem ad actum; quod sufficit, vt ab ea, vt coniuncta cum virtute superiore agendi egredi possit actio supernaturalis. Nec putandum, hunc concursum diuidi vt partim sit ab intellectu, partim à Deo agente supernaturali, dico iudiciabiliter proficisci ab vtroque coniunctim, vt tam vitalitas actus sit à Deo concurrente cum intellectu, quam supernaturalitas ab intellectu coagente cum Deo supernaturaliter. Ad probat. consequent. intellectus creatus, licet proximè non contineat in se concursum supernaturalem, continet tamen remotè, quæ coniunctus cum causa supernaturali potest illum attingere.

NOTA, in quolibet ente naturali productiuo dari vim intrinsecam innatam actiuam, quæ si coniungatur cum concursu naturali sibi debito determinatur ad concursum & effectum naturalem; si coniungatur cum concursu supernaturali sibi indebito, determinatur ad concursum & effectum supernaturalem. Nam sicut inter ens naturale & ens supernaturale est aliqua conuenientia in ratione entis, quæ vtrumque participat veram rationem entis: ita in virtute actiua naturali & supernaturali est aliqua conuenientia in ratione actiuitatis: vnde potest effectus supernaturalis aliquid accipere à virtute naturali, nempe ipsam communem & ge-

& genericam rationem entis. Nam sicut in hac conueniuntens naturale & supernaturale, ita effectus supernaturalis illam accipere potest ab ente, & virtute actiuâ naturali, hoc sensu dicitur virtus naturalis remotè, & inchoatè continere effectum; seu concursum supernaturalem, non quòd aliquid supernaturalitatis contineat, sed quia continendo rationem entis, quæ communis est naturali & supernaturali, illam communicando effectui supernaturali, dicitur aliquo modo genericè & remotè illum continere.

Neque dicas rationem entis in virtute naturali esse contractam tantum ad ens naturale, sicut rationem entis in virtute supernaturali esse contractam tantum ad ens supernaturale, ac proinde non posse virtutem naturalem communicare effectui supernaturali communem rationem entis, præcisam à naturali, & supernaturali, quia hæc ratio communis sic præcisa nec datur in virtute actiuâ, nec in effectui qui producitur. Nam licet hæc ratio, vt sic præcisa non detur, sed semper à parte rei coniuncta sit, cum differentia naturalitatis, vel supernaturalitatis, coniungi tamen potest cum virtute supernaturali in ordine ad eundem effectum, & vtraque inadæquatè agere; virtus naturalis solâ ratione entis, supernaturalis ratione supernaturalitatis; & sic poterit effectus supernaturalis ab vtraque virtute aliquid accipere, & effectiuè pendere. Vt fusi-  
tom. 7. disp. 5.

Quæ doctrina confirm. 1. in instrumento naturali, cuius concursus scorsim spectatus, est accidentalis; coniunctus cum concursu substantiæ causæ principalis, est substantialis, quia accidens habet aliquid, quod potest influere & communicare effectui substantiali scilicet genericam rationem entis: & quia vnus est influxus vtriusque, sicut vnus est effectus vtriusque, totus influxus substantialis re ipsa tribuitur accidenti; quamuis reduplicatiuè vt substantialis, sit à substantia, vt entitatius ab accidente. 2. in lumine gloriæ inhaerente: negari enim non potest, ad eandem visionem concurrere intellectum & lumen totamque visionem non solum esse à lumine, sed etiam ab intellectu. Quæro ergo quo pacto ab intellectu naturali procedat visio supernaturalis? nec sat est respondere, illam procedere ab intellectu informato lumine: nam sicut in eodem principio adæquatè sumpto est distinguere & innatam vim intellectus per quam vitaliter se mouet ad actum vitæ intellectiuæ, & supernaturalem virtutem luminis, quæ complet inchoatam vim productiuam intellectus: ita & in actu visionis aliquid respondet intellectui, aliquid lumini; scilicet ratio generica intellectiois respectu intellectus, specifica supernaturalitatis respectu luminis: quæ, quia ambæ rationes possunt in eodem effectui simul conuenire, ambæ causæ possunt in eodem actu influere, non distincto influxu, sed eodem indiuisibili, sicut est effectus: atque ad eò totus influxus, sicut totus effectus tribuitur intellectui coniuncto lumini, totus lumini coniuncto intellectui; etsi reduplicatiuè ratione intellectiois, (non quidem naturalis, cum ea non attingatur influxu commenso virtuti naturali, sed genericè, vt intellectio est, præscindens à naturalitate, & supernaturalitate,) sit ab intellectu; ratione supernaturalitatis, à lumine. Vnde concedendum, quòd totus actus sit supernaturalis, quia ratio intellectiois & supernaturalitatis non distinguuntur in actu, & vt supernaturalis specificatiuè procedit ab vtroque efficienter. Ne ego per hæc debere vtrumque supponi in actu 1. supernatura-

Tomus I. De Deo.

le, sed sat erit si alterutrum tantum, vt constat de accidente, & substantiâ in productione substantiæ.

AD 4. ratio sub Qua, altera in actu, & hæc in visione beata supernaturalis est, siue illa sit à lumine inhaerente, siue à virtute assistente: altera in potentia, & hæc in intellectu nequit esse intrinsicè supernaturalis, sed obedientialis, quia non est per intrinsicam specificationem & ordinem ad obiectum supernaturale, sed per extrinsecam dumtaxat connotationem, iuxta ea quæ de potentia obedientiali.

Cæterum distinctio illa de lumine permanente; & fluente cum eorum doctrina non cohæret: quia, cum visio beata sit permanens, conseruari non potest, nisi à lumine permanente: nam fluens cum transeat non potest effectum permanentem conseruare, sed solum primò producere. Vel certè si potest visio beata absque lumine conseruari, poterit & absque lumine produci, cum non minus sit necessarius influxus causæ ad conseruandum, quàm ad producendum: nisi dicant (quod in hac sententia debet cohærenter dici) visionem patriæ; quia permanens est, produci, aut saltem conseruari non posse nisi à lumine permanente: visionem viæ (qualem in sententia multorum habuerunt Paulus, & Moyses,) quia fluens est, posse à fluente lumine produci & conseruari.

SECTIO XIII.

An lumen gloriæ in ratione doni accidentalis sit omnium maximum?

Dixi in ratione doni accidentalis, vt excluderem vnionem hypostaticam; quæ est donum substantiale, omnium maximum, quod Deus ad extra communicare potest; quia per hoc Deus substantialiter se communicat creaturæ, faciendo illam substantialiter Deum.

PRIMA sentent. Gonzalez disp. 27. sect. 1. & 2. affirmantis. Fundamentum, lumen gloriæ de facto excedit omne donum supernaturale accidentale, à Deo creaturæ communicatum; longè perfectius est charitate: nam visio beata, ad quam ordinatur lumen, est essentialis & suprema felicitas creaturæ intellectualis, Hac est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum: perfectius gratiâ, quia lumen est principium proximè effectiuum gloriæ, quæ est gratia consummata; gratia & reliqua dona remotè tantum ordinantur ad gloriam, vt media ad finem, & vt dispositio ad vltimam formam; Vnde S. Thom. 2. 2. quæst. 24. artic. 3. ad 2. gratiam appellat inchoationem gloriæ, & quæst. 27. de verit. art. 5. ad 6. ait, gratiam patriæ discriminari à gratia viæ, ob diuersam perfectionis mensuram. Nec altius donum est communicabile: de facto enim illud communicatum fuisset humanitati Christi, cui merito vnionis personalis cum Deo debitum est omne donum creatum: & omnis habitus specificatur ab actu; sed non est possibilis perfectior actus visione clara Dei: actus enim specificatur ex obiecto & modo tendendi ad illud: sed nec dari potest obiectum perfectius Deo in seipso visibili; nec modus tendendi altior, quàm elatè & intuitiuè ad Deum tendere.

SECUNDA Nauarreti controu. 39. §. 2. Granadi to. 2. tract. de Diuina potent. disp. 9. sect. 4. affirmantium de facto, ex fundam. præced. & negantium de possibili; nam Deus in seipso visibilis, est obiectum infinitæ intelligibilitatis; ergo terminare potest visiones distin-

254. Dices.

Resp.

255. Confirm. in instrum. natur.

256. In lumine gloriæ;

à quo totus actus est supernat.

257. Ad 4.

258.

259.

260. Affirmat.

De facto.

Ioan. 17.

261. Et de possibili maximum esse.

262. Negant de possibili.

distinctæ speciei: Igitur possibilis est visio perfectioris speciei; & lumen, quod ab actu visionis specificatur. Confirm. visio Dei est diuersæ rationis à quâcumque visione creatâ, etiamsi sit eiusdem obiecti: ergo sub eodem altissimo modo, quo Deus videt seipsum, multiplicabiles sunt infiniti modi videndi Deum, vnus alio specie perfectior. Quod etiam Granadus docet de gratia & vnione hypostatica.

263.  
An maior  
charitas?

1. Cor. 13.

TERTIA docet, de facto dari habitum perfectiorem lumine. Nam 1. habitus gratiæ est perfectior lumine, vt mox constabit. 2. Etiam charitas est perfectior lumine; quia *August. vlt. de Trin. c. 18.* nullum Dei donum, ait, esse excellentius charitate; Paulus, *Maiores horum est charitas*, scilicet ille habitus est perfectior, qui perfectius & formalius attingit summum bonum: at charitas attingit eo modo, quo obiectum est in se; lumen eo modo, quo est in cognoscente: Deus perfectiori modo est in seipso, quàm in intellectu beati: 2. charitas attingit summum bonum, quâ summum bonum est formaliter; lumen quâ summum verum est formaliter. Confirmatur, visio ordinatur ad Deum per actum charitatis; Deus enim à beato diligitur amore amicitia: visio verò, quâ beatitudo nostra est, amore concupiscentiæ: is actus est perfectior, qui habet rationem finis, & vltimò intenti: talis est actus charitatis, non visionis, quia hæc ordinatur ad charitatem, non charitas ad visionem.

264.  
Lumen præ  
stat in ra-  
tione entis.

DICO 1. Lumen gloriæ est perfectius charitate in ratione entis: charitas est perfectior lumine in ratione moris. Prima pars probatur, in ratione entis perfectior est cognitio, quàm amor; quia per cognitionem primò acquirimus obiectum, illudque intentionaliter possidemus: per amorem solum tendimus ad obiectum, iam acquisitum & possessum per actum cognitionis. Vnde beatitudo nostra formalis principaliter consistit in visione. Dices: Etiam per amorem tendimus ad possidendum obiectum sub ratione boni, sub quâ per cognitionem illud non possidemus. Sed contrà; hæc non est possessio obiecti simpliciter, sed secundum quid: tum enim simpliciter acquirimus aliquid, cum primò illud capimus & possidemus, non cum iam possessio fruimur: intellectu autem quasi manu primò obiectum capimus; voluntate tantum acquisito fruimur. Secunda pars assertionis constat; nam charitas, non lumen est in patria principium obsequendi & gratificandi Deo: igitur in ratione moris charitas est perfectior lumine.

Charitas  
in ratione  
moris.

265.  
Gratia sim-  
pliciter per-  
fectior.

DICO 2. Gratia est simpliciter perfectior lumine, licet lumen sit perfectius secundum quid gratiâ. Primum probo; gratia est participatio Diuinæ naturæ, quâ illa est fundamentum omnium diuinarum perfectionum: lumen est participatio solius cognitionis Diuinæ: perfectior est effectus, qui perfectius suam causam participat. 1. per gratiam efficiamur consortes Diuinæ naturæ; regeneramur in nouam creaturam: filij Dei nominamur & fumus: filius autem dicitur, qui eandem, vel penè eandem naturam parentis imitatur: Et quamuis etiam per visionem beatam efficiamur filij Dei, non tamen participantes naturam Diuinam in esse reali, vt fundamentum est omnium operationum Diuinarum, sed tantum in esse intentionali, vt principium est cognoscendi Deum. 2. gratia quasi altera natura, à Diuinâ exemplata, exigit, vt proprietates sibi debitas, omnes habitus supernaturales, inter quos est ipsum lumen gloriæ, vt per eos, tanquam per potentias proportionatas operetur

omnes operationes Dei proprias, & à creaturâ participabiles. Dices: etiam lumen est adæquata participatio naturæ diuinæ, cum sit principium elicitiuum cognitionis totius esse Dei, secundum omnia, quæ formaliter continentur in ipso. Sed contrà; hoc est solum participare adæquatè naturam diuinam in esse intelligibili & obiectiuo; non reali, & in ordine ad alias operationes diuinas.

Explico secundum: lumen supponit gratiam & reliquos habitus infusos, cum ipsa visione Dei naturaliter compossibiles, & est proximum principium effectiuum supremæ ac perfectissimæ operationis, quam creatura rationalis participare potest: ergo saltem secundum quid lumen est perfectius gratiâ, quæ non supponit, sed potius exigit omnes habitus supernaturales, pro varietate status diuersos, alios in Patria, alios in via. Præterea gratia non est immediatè operatiua, sed mediantibus habitibus infusis, vt proprietatibus sibi debitis.

Obicies, Cum gratiâ non pugnat peccatum veniale; pugnat cum visione beata: ergo simpliciter perfectior est visio beata, & consequenter lumen, quàm gratiâ: nam perfectior est forma, quæ subiectum reddit sanctius, & in operando rectius. Confirmatur, visio beata in modo representandi obiectum est in ordine actus puri, in quo non est gratia. Respond. nego consequentiam: nam ad hoc sufficit, vt visio sit tantum perfectior secundum quid: ex eo enim quòd visio est per modum actus, gratia verò per modum habitus, pugnat cum visione veniale, non pugnat cum gratiâ. Cum hoc tamen stare potest, quòd gratiâ sit perfectior in esse, quàm visio; nam hæc maior repugnantia oriri potest, non ex perfectiore esse, quòd habet visio, sed ex maiore contrarietate & oppositione; quam habet vnus actus respectu alterius; vt actus intemperantiæ magis pugnat cum actu opposito temperantiæ, quàm cum ipsius habitu & potentia operantis; cum tamen perfectior sit habitus & potentia operantis, quàm actus temperantiæ. Ad confirmat. est visio beata in ordine actus puri terminatiuè & intentionaliter, non subiectiuè, & realiter; in quo tantum procedit comparatio cum gratiâ.

DICO 3. Non est possibilis habitus specificè perfectior lumine gloriæ. (Assertio est de habitu operatiuo, cuiusmodi non est habitus gratiæ,) quia vbi non est possibile principium specificæ diuersitatis, non est possibilis specifica diuersitas: at respectu luminis gloriæ id non est possibile principium specificum ex obiecto, perfectius Deo, clarè in seipso visibili; neque altior atque eleuatiore modus tendendi ad ipsum, quàm per modum actus puri nullo interueniente medio creato vt ratione in qua: ergo. Confirm. si hic modus esset possibilis de facto, communicatus fuisset humanitati Christi. Nec obstat quòd illi non sit communicatus habitus luminis aut charitatis intensiuè perfectior: quia cum tales habitus nequeant communicari quoad intensionem infiniti, debuerunt quoad intensionem à Deo determinari: modus verò ille altior tendendi ad Deum, cum esset finitus, communicari potuisset Christo. Hæc sententia, est *Caiet. 3. p. quæst. 10. art. 4. §. Ad hoc dicitur, sine. Suarez libr. 2. de attributis cap. 19. & lib. 3. cap. 9. num. 26.* & iuxta illam concilian-  
tur præced. sententiæ. Nam prima quæ  
affirmat lumen esse perfectius gratiâ, intelligenda est  
de perfectione secundum quid, iuxta assert. nec plus  
probat illius arg. Dicitur autem gloria, gloria con-  
summata; quia præter gratiam, quam connaturaliter  
suppo-

266.  
Lumen se-  
cundum  
quid perfo-  
ctius.

267.  
Dices.

Resp.

268.  
Habitus  
operatiuum  
perfectiss.  
Fundam.

269.

Concilian-  
tur sent.

supponit, addit præstantissimum ipsius fructum; unde non est perfectior ut conditua ab illa, sed ut includens illam: sicut dicitur natura consummata, quando est in sua ultimâ & præstantissimâ perfectione: dicitur autem gratia ordinari ad gloriam, non ut dispositio ad formam, velut medium ad finem, sed ut semen ad fructum, & ut natura ad præstantissimam operationem. Nec *S. Tho.* est contra nos; appellat enim gratiam *inchoationem gloria*, quia continet illam, ut fructum in semine, & comparata ad illam, dicitur imperfecta; quia caret potissimo effectu, quem hic ratione status habere non potest.

*Obij.* *S. Thom.* 3. parte quæst. 10. articul. 4. ad 2. affirmat, sublimiorem gradum diuinæ visionis per Dei potentiam dari posse. Resp. cum *Casiet.* explicandum esse de altiori gradu, non specifico, sed intensiuo, proueniente, non ex diuersitate intellectuum, ut *Casiet.* putat, sed intensioris & intensioris luminis.

At instant recen. dari potest lumen, quod compleat potentiam ad videndum, & simul suppleat vicem speciei impressæ ex parte obiecti; ergo dari potest lumen perfectius; 2. per nos gratia est perfectior lumine: ergo incongruè negamus lumen possibile perfectius. At nonne *num.* 216. aperte doceo, lumen, quod de facto est, non modò compleat potentiam ad visionem producendam, sed etiam per modum speciei impressæ eandem determinare ex parte Dei obiecti primarij, & creaturarum obiecti secundarij? Hanc sent. esse nostram non ignorant, qui ipsi alibi eam impugnant. Quod 2. nihil consequentius hoc argum. *Expresse concedimus, gratiam habitualement esse perfectiorem lumine: ergo inconsequenter negamus lumen possibile perfectius.* Quali verò non possit vnumquodque ex his esse in suo genere perfectissimum, quo perfectius in eodem dumtaxat genere esse non possit.

*Ad fund. 2.* Ad fundamentum secundæ pro 2. parte, nego consequentiam: nam cum omnis specifica diuersitas actus oriri debeat vel ex obiecto, vel ex modo tendendi diuerso: si erga Deum, in seipso visibilem, nequit assignari modus tendendi altior, non videtur talis specifica diuersitas visionum possibilis. Ad confirm. nego consequ. nam visio, quam Deus de seipso habet, est longè diuersæ rationis, cum tendat ad obiectum modo comprehensiuo & increato: Cæterum, quia omnis visio infra visionem Dei ad Deum tendit modo limitato & creato, differt essentialiter à visione Dei, & conuenit eum quâcumque visione creatâ.

*Ad 3.* Ad fundamentum tertiar, quæ probat, charitatem esse perfectiorem lumine, concedo de perfectione in genere moris, de quâ locuti Patres, nego, charitatem perfectius attingere summum bonum, quàm attingat lumen; ad 1. probationem dico, tam charitatem, quàm lumen attingere Deū, ut est in se: lumen primò apprehendendo ac possidendo, charitatem fruendo. Ad 2. esto charitas Deum attingat sub ratione summi boni, lumen sub ratione lumini veri, quia tamen hoc attingit primò possidendo, perfectius est charitate. Ad confirmationem: Respond. id tantum probare de maiore perfectione in genere moris & amicitiar, non in genere entis.

SECTIO XIV.

*An beati inæqualiter videant Deum?*

**P**RIMA sent. error *Iouiniani*, quem sequuntur *Lutherani*, affirmantis omnes beatos æqualiter Deum visuros; quia putabat, opera iustorum in hac vita non valere ad promerendū maius præmium gloriæ, sed solum ad continuandum idem præmium, quod acceperunt; ex parabola de denario diurno, *Matth.* 20. in qua idem denarius, qui præmium essentiale significat, æquè primis ac nouissimis in vineâ laborantibus soluitur. *Lutherani* id asserunt, quia opinantur omnem iustitiam ab extrinseca imputatione meritorum Christi in nos derivari: Christus autem æquè pro omnibus meruit: igitur æquè omnes futuri sunt beati. Hanc sent. probabilem censet *Durand.* in 4. dist. 49. qu. 2. *num.* 27.

**SECUNDA** *Palud.* in 4. dist. 4. quæst. 1. asserentis, omnes beatos esse inæquales in beatitudine essentiali. Fundamentum: omnes Angeli eò sunt in gloria sublimiores, quò sunt: naturâ perfectiores: omnes sunt diuersæ naturæ: & homines electi sunt ad restaurandas sedes Angelorum: igitur etiam homines futuri sunt tam inter se, quàm cum Angelis in gloria inæquales.

**TERTIA** communis Scholasticorum affirmantium, nec omnes beatos esse æquales, nec omnes in gloria inæquales. Quæ vera est: quoad 1. partem definita in *Concil. Floren. decretode Purgat.* vbi statuitur, beatos intueri clarè ipsum Deum Trinum & unum, sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: ex *Ioan.* 14. *In domo Patris mei mansiones multe sunt: nec rectè Iouinianus explicat de Ecclesia militante: nam aperte Christus loquitur de loco, quem erat suis discipulis propriâ morte in cælis præparaturus; Matth.* 16. *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui, & tunc reddet unicuique secundum opera eius: I. Corinth.* 3. *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*

Prob. Deus non minùs est iustus in retribuendo, quàm in puniendo: sed in puniendo seruat æqualitatem pœnæ ad culpam, iuxta *Apocal.* 18. *quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illa tormentum & luctum: ergo in retribuendo seruat æqualitatem præmij ad meritum; hoc enim poscit ratio distributiue iustitiæ, & lex bene institutæ Reip. ut quantitas præmij respondeat quantitati meritorum.* Posterior sent. pars constat in paruulis baptizatis, qui ex hac vita decedunt ante vsum rationis. Certum enim est, eos æqualem in baptismo gratiam suscipere, quicquid *Palud.* contendat, cum omnes æqualiter dispositi ad illum accedant: sed gratiæ baptismali respondet gloria, non ut præmium, ut in adultis, sed ut hæreditas, solo Christi labore parta: non igitur omnes beati impares sunt in gloria.

Ad fundamentum *Iouin.* ductum ex parabola de denario diurno, æqualiter omnibus operarijs; quamuis diuersâ horâ in vineâ conductis, soluto. Resp. vel nomine eiusdem denarij intelligi beatitudinem obiectiuam, quæ eadem manifestatur omnibus; vel certè eandem beatitudinem formalem, non quoad perfectionem intensiuam, quæ varia est in varijs, iuxta meritorum varietatem, sed, ut *August.* explicat, quoad extensiuam durationis, quæ eadem respondet omnibus. Quæ responsio si non satisfacit ob-

270.  
Obij.  
Resp.

Mira impug-  
nandi cu-  
pido:

271.  
Ad fund. 2.

272  
Ad 3.

273.  
Erroris  
Fundam.  
diuersum.

274.  
Sententia:

275.  
Vera sent.  
non omnes  
æquales:

276.  
Ratio.

Net omnes  
inæquales.

277.  
Ad Iouin.

cit obmurmurationi operariorum de pari præmio imparibus laboribus soluto, eo quòd hæc æqualitatem beatitudinis formalis potius, quàm obiectiuæ; & intensiuæ magis, quàm extensiuæ significare videatur: dicitur, in ea parabola solui præmium, impar laboribus, non meritis; quia potuerunt, qui nouissimâ horâ ætatis in vineam Dei vocati sunt, vberiore gratiâ & auxilio efficaciore compensare diuturnos labores eorum, qui primâ horâ ætatis vocati sunt. Quia verò totum hoc fundatur in gratiâ, & liberalitate Dei, vberiora auxilia conferentis nouissimis, quàm primis, idèò Christus in eâ parabolâ operarijs obmurmurantibus noluit pro ratione afferre æqualitatem meritorum, sed beneplacitum suæ voluntatis, à quâ originaliter pendet, vt qui nouissimâ horâ vocati sunt, imparibus laboribus, paribus meritis, sed par præmium contendant.

278. Ad fundamentum Lutheri, nego maior, quippe quæ damnata est à Trident. sess. 6. can. 11.

279. Ad Palud. Ad fundamentum Palud. nego vltimam consequentiam, quia potuerunt homines eligi ad restaurandas sedes Angelorum, absque eo, quòd futuri essent illis in gloria æquales: quippe qui eorum sedes restaurare debebant; iuxta mensuram priorum meritorum, quæ, quia in multis futura essent æqualia, per æqualem etiam gloriam eas restaurarent.

## SECTIO XV.

*An hæc glorie diuersitas in beatis sit tantum individualis, an & specifica?*

180. PRIMA sent. Maior. in 4. distinct. 49. quæst. 11. opinantis, visiones elicitas à diuersis specie intellectibus, esse specie diuersas, quod probabile censet Medina in 1. 2. quæst. 5. artic. 4. ad 1. de visione causata à lumine permanente, qualis est visio patriæ, & à lumine fluente, qualis fuit visio Pauli in raptu. Fundamentum: visio non solum specificatur ab obiecto, sed etiam à principio: nam diuersa est notitia hominis & Angeli respectu eiusd. obiecti: sed intellectus hominis & Angeli sunt diuersæ speciei; sunt enim proprietates fluentes à diuersis essentijs, habentes modum cognoscendi longè diuersum: ergo & visio ab illis elicita. Nec obstat, quòd visio Dei sit supernat. nam etiam assensus fidei est supernat. & tamen diuersus specie est in Angelo & homine. Confirm. diuersa obiecta creata repræsentant in verbo visio vnus, atque alterius beati: ergo etiam ex parte obiecti visio vnus differt specie à visione alterius.

261. SECUNDA Durandi in 3. dist. 14. quæst. 1. num. 8. Marsili quæst. 10. artic. 2. dub. incid. post 2. concl. Mayron. in 2. distinct. 3. quæst. 1. Scoti in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 2. §. His non obstantib. & omnium recent. affirmantium, visiones beatas esse eiusdem speciei in omnibus beatis, dubius Scotus in 2. dist. 1. quæst. ult. Ad 1. licet eam supponere videatur in 4. dist. 50. quæst. 6. Quæ sentent. vera est. Fundamentum: nulum potest assignari principium, quod specificet vnâ visionem ab alia: Non diuersitas luminum, quia, vt scilicet 13. implicat; cum nec fingi possit obiectum perfectius, quàm Deus in seipso immediate visibilis; nec modus ad ipsum tendendi altior, quàm per modum actûs puri in seipso attingibilis: Non diuersitas potentiarum; quia potentia ad visionem beatam non concurrunt specificâ differentiâ, sed genericâ conuenientiâ, quâ intellectiuæ sunt formaliter, vt infra: potest autem idem esse

visio beata  
eiusdem speciei  
in omnibus

et us produci à principijs diuersis, non quâ diuersa sunt formaliter, sed quâ conueniunt in vnâ ratione communi: Non diuersitas creaturarum, quæ per diuersas visiones simul cum Deo obiecto primario repræsentantur; quia illæ solum repræsentantur vt obiecta secundaria, & termini materiales; Confirm. vt rectè Durand. visio beata animæ Christi excedit in perfectione visiones omnium Angelorum, non posset, si foret inferioris speciei; quia nulla species inferior, quantumuis in suo gradu intensa attingere potest perfectionem superioris speciei, quia quilibet gradus speciei superioris est physicè incompensabilis quocunque gradu speciei inferioris. Nec satisfacit Maior dicens, posse specificam perfectionem visionis Angelicæ communicari intellectui humano: quia cum visio, vt potè vitalis, debeat actiuè procedere ab intrinseco principio videntis, non poterit specifica perfectio, proueniens ex specificâ naturâ intellectus superioris communicari intellectui inferiori.

Ad fundamentum primæ sententiæ, concedit 1. Scotus visionem Angeli differre specie à visione hominis subiectiuè, non obiectiuè. 2. Negat, potentias actiuè se habere ad visionem beatam, sed tantum receptiuè: receptiuæ autem non distinguunt formas, quas recipiunt. Mayron. negat, potentias Angeli & hominis differre specie. At nego maior, quando principium, non vt diuersum formaliter, sed vt idem est cum alio, ad actum concurrat: porro intellectus Angelicus & humanus, non vt diuersi sunt formaliter, sed vt iidem in ratione communi & vniocâ intelligendi ad actum visionis concurrunt: proinde visiones non sortiuntur ab ipsis specificam differentiam, sed tantum genericam conuenientiam intellectiōis vt sic. Vnde concedo, intellectum Angelicum, & humanum habere diuersum modum intelligendi, quando intelligunt, vt diuersi formaliter; nego, quando intelligunt, vt conuenientes in vnâ ratione formali intelligendi: quomodo se habent respectu visionis Dei. Cuius signum est, quia neuter intellectus visione beatâ intelligit suo proprio modo intelligendi, sed modo proprio Dei, qui est intelligere per modum actûs puri, absque vllò discursu, & compositione vel potentialitate. Nec est eadem ratio de assensu fidei, quia hic seruat proprium modum cognoscendi in vtroque intellectu Angelico & humano. Ad Confirm. constat ex dictis.

282

283

visio non diuersa: actus à principio.

## SECTIO XVI.

*An ex perfectiore intellectu oriatur perfectior visio Dei?*

PRIMA sent. Alex. Alen. 1. part. 9. 7. me. 2. Scoti in 3. dist. 13. qu. 3. & 4. ad 3. 9. & in 4. dist. 50. qu. 6. §. Resp. concl. 5. Ruchar. in 4. dist. 49. a. 2. qu. 8. & a. 3. 9. 2. Durand. in 3. dist. 14. quæst. 1. num. 12. Caiet. 3. part. quæst. 10. art. 4. ad 2. supplem. in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 2. propos. 4. Olchor. relati à supple. quæst. 1. art. 3. dub. 2. Maioris quæst. 10. ad 7. Molina 1. part. quæst. 12. a. 6. disputat. 2. affirmantium: quod probabile putat secundum principia Philosophiæ, licet non Theologiæ Becanus tract. 1. cap. 9. qu. 10. Fundamentum: perfectior causa perfectiorem producit effectum: sed nobilior intellectus cum æquali lumine gloriæ est perfectior visionis causa; quia perfectior causa confurgit ex perfectiore concausa: nam sicut ex perfectiore lumine perfectior confurgit causa, ita ex perfectiore intellectu. Confir. intellectus perfectior Confir. 1.

284

Affirmant.

285

Confir. 1.

fectior magis influit in actum: sed maior influxus intensiorem efficit actum, quia maiori influxui, maior, seu intensior respondet in actu perfectio. 2. quia cum æquali habitu fidei, & charitatis, & maiore conatu potentia intensiorem elicimus actum fidei, & charitatis in via: ergo & in Patria.

286. *Negant vtrius.* SECUNDA Soti in 4. dist. 49. quest. 3. art. 2. Palat. disput. 1. Ferrar. 3. con. Gent. cap. 58. §. sed circa, Medina in part. 2. qu. 3. art. 2. ad 4. Bannez in 1. part. qu. 12. art. 6. Zumel disputat. 1. Valent. punct. 4. Vasquez disputat. 47. cap. 7. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 21. Arub. disputat. 22. Gonzalez disputat. 29. sect. 2. Fasoli dub. 3. negantium, sed totam inæqualitatem visionis oriri ex lumine magis, aut minus intenso. Quæ probabilior est, & S. Thom. 1. part. quest. 12. articul. 6. 3. con. Gent. cap. 58. Intellectus, inquit, plus participans de lumine gloriæ, perfectius Deum videbit. Nec contrarium docet, 3. part. quest. 10. articul. 4. ad 2. scilicet gradus in visione Diuinæ essentia magis attendi ordine gratia, quam natura, (quod fuit Caiet. occasio declinandi in oppositam sentent.) particula enim magis, explicanda est, non comparatiuè, sed aduersatiuè, vt idem sit ac potius.

287. *Ratio. Intellectus concurrunt vt genericè conuenientes.* Ratio à priori. Intellectus beatorum ad visionem non concurrunt vt specificè, & individualiter diuersi, sed vt genericè conuenientes: igitur inæqualitas visionum, desumi non potest ex inæqualitate intellectuum ad visionem concurrentium. quia inæqualitas effectuum desumenda est ex inæqualitate causa formaliter, non materialiter sumptæ: ergo si causa non influit vt diuersa formaliter, non potest ex ipsius diuersitate sumi diuersitas in effectû; quia non potest diuersus effectus oriri à causa, nisi per influxum diuersum: non est diuersus, vbi causa non influit vt diuersa formaliter. Antecedens probò. Causa eâ ratione influit in effectû, quâ illum sibi assimilât: intellectus beatorum non assimilant sibi visionem Dei, nisi genericâ ratione intellectionis: igitur eâ tantum ratione influunt. Maior patet; causa præsertim efficiens influit in effectum, communicando aliquid sui: ergo nec potest in illum influere, quin aliquo modo sibi assimilet; nec potest illum sibi assimilare, nisi eâ ratione, quam influendo communicat. Minor prob. visio Dei tria dicit, rationem intellectionis, supernaturalitatis, repræsentationis diuinæ essentia: postrema duo habet formaliter à lumine; primum ab intellectu scilicet solam genericam rationem intellectionis. Igitur diuersi intellectus ad visionem concurrunt vt conuenientes in genericâ ratione intellectiui.

288. *Non secundum proprium modum intelligendi.* Explico: Intellectus humanus & Angelicus non concurrunt ad visionem beatam proprio modo intelligendi ipsorum, magis vel minus abstractè; magis vel minus vniuersaliter, sed modo intelligendi Dei proprio, ad instar actûs puri emersi ab omni potentialitate, & sine vllâ compositione & discursu: ergo non concurrunt, vt diuersi formaliter; quia diuersi intellectus non differunt inter se, nisi in modo intelligendi magis aut minus abstractè, magis aut minus vniuersaliter; magis aut minus compositè; per discursum aut sine discursu. Confirm. ab illa causa desumenda est inæqualitas claritatis actus, à qua desumitur claritas actus; nam eadem est causa rei & intensio rei: sed tota claritas visionis Dei desumitur à lumine; cum nequeat intellectus creatus naturali sua virtute clarè videre Deum: ergo & intensio eiusdem claritatis desumenda est ex lumine dumtaxat clariore & intensiore.

289. DICES. Perfectior ratio intellectionis est in visione elicita ab intellectu nobiliore, quam ignobi-

liore. Respond. neg. assumptum cum ratio intellectionis non attingatur ab intellectu nobiliore secundum specificum modum intelligendi ipsius, ratione communi intellectionis, quâ vterque æquè, ac vniocè conuenit, maior enim aut minor perfectio intellectionis non attenditur penes genericum, sed penes specificum modum intelligendi. Instas: Si intellectus humanus ad visionem beatam non concurrat ratione specifica; igitur non concurrat vt humanus, ac proinde non beatificatur vt humanus, quia non beatificatur, nisi vt actiuè concurrerit ad visionem. Respond. non concurrat vt humanus specificatiuè, nego; reduplicatiuè, concedo: ergo non beatur vt humanus; nego consequ. nam ad hoc sufficit, vt ad visionem concurrat, vt humanus specificatiuè: sicut qui putat, animam non concurrere immediatè ad visionem, sed solum intellectum, adhuc debet dicere totam animam beari. Ratio; vt totum suppositum dicatur operari, sufficit, vt per aliquam sui potentiam operetur: ergo, vt tota potentia dicatur operari, pariter sufficit, vt per aliquam sui rationem operetur: præsertim, cum in mea sententia, gradus genericus non distinguatur à specifico: atque ad eam etiam genericus in re ipsa est proprius hominis, vel Angeli, & solum dicitur communis communitate non rei, sed rationis, quatenus ratione conuenit in gradu & perfectione intellectiui cum alio.

Impugnant hanc rat. cit. recent. 1. Lumen gloriæ est immersum potentialitati, non minus quàm intellectus: ergo nulla in eo est imitatio proprii modi cognoscendi Dei per modum actus puri, emersi ab omni potentialitate: ergo si perfectius lumen potentialitati immersum perfectiorem potest visionem elicere, poterit & intellectus. 2. Deus emersus è potentialitate non semper æqualiter operatur: nam vt creans operatur vt emersus, & tamen creatio angeli est perfectior creatione materia: ergo posset intellectus perfectior imitari perfectiorem modum operandi Dei, adeoque perfectiorem elicere visionem. 3. Cur non poterit vnus intellectus eundem modum operandi Dei melius imitari; ac proinde perfectior intellectus perfectiorem elicere visionem? 4. De fide est, esto non à perfectiori intellectu, saltè absolute, visiones posse esse inæquales: ergo sicut non obstante, quod omnes operentur iuxta proprium modum Dei, emersi ab omni potentialitate, potest vna visio esse alterâ perfectior saltè individualiter: cur eadem imitatione non obstante, non poterit à perfectiori intellectu perfectior visio individualiter elici? 5. Falsum est, intellectum beati ad visionem concurrere solum in ratione intellectiui vt sic: tum quia concurrat vt causa necessaria totâ suâ virtute specifica & individuali: tum quia à parte rei non dantur eiusmodi præcisiones, intellectiui vt sic, & vt talis: ergo si physicè influit, totâ suâ virtute influit, cum hæc sit physicè indiuisibilis.

Resp. ad 1. neg. consequ. nam esto lumen, non minus quàm intellectus sit immersum potentialitati, ac proinde nequeat vt sic imitari proprium modum operandi Dei, vt tamen est causa naturaliter productiua visionis, quæ repræsentat Deum actum purum emersum ab omni potentialitate, imitatur proprium modum operandi Dei, non quidem proximè, cum ipsum non sit perceptiuum, sed remotè, quâ naturaliter productiuum visionis obiectiuè emersæ ab omni potentialitate, atque vt sic participantis proprium modum visionis diuinæ: lumen enim ad visionem concurrat vt causa naturalis, in ratione productiui illi commensata, ac

Nec secundum specificum.

290. Instas.

Resp.

Impugnans.

291. Resp. ad 1. Recen.

Intell. est instrument. obediens in ratione percipiendi.



si, ac proinde tota sua virtute; quia tota ei proportionatur: intellectus concurrat ut instrumentum obedientiale eleuatum per lumen tam in ratione producendi, quam percipiendi; in neutra commensus visioni: proinde concurrat per lumen determinatus solum in ratione intellectui ut sic, non ut talis: quia cum ut intellectuum tale habeat proprium modum intelligendi distinctum a proprio modo intelligendi alterius intellectus perfectioris, cumque nullus creatus in videndo Deo imitetur modum cognoscendi proprium, sed Dei; talis eleuatio non erit necessaria; nam eatenus esset necessaria, quatenus deberet in visione producere proprium modum cognoscendi obiectiue immersum potentialitati: cum autem intellectus angelicus, humanusque; per visionem beatam imitetur proprium modum cognoscendi Dei obiectiue emersum ab omni potentialitate, nullus intellectus eleuatur secundum proprium modum cognoscendi specificum, sed solum genericum, in quo omnes creati coherunt. *Confirm.* Intellectus beati quoad eleuationem potest vna ratione, & non alia actu subijci Deo: non secus ac species angelica plurium obiectorum representatiua potest quoad representationem vnius obiecti, & non alterius actu subijci angelo: potest enim angelus determinare suam speciem ad concurrentem vna, & non alia obiecti representatione: ergo & Deus intellectum beati ad concurrendum vna ratione, & non alia determinat autem illum mediante lumine, quo utitur ut causa principali quoad productionem visionis, & ut instrumento remoto quoad representationem obiectiue emersum ab omni potentialitate, quam solus Deus producit ut causa principalis. *Ad 2.* neg. consequ. quia cum intellectus ad visionem non concurrat ut causa naturalis, sed ut instrum. obed. determinatum per lumen non tota sua virtute, sed sola ratione generica intellectui ut sic, non poterit perfectior intellectus melius imitari eundem modum cognoscendi Dei. Ex quo patet ad 3. *Ad 4.* concedo, de fide esse, visiones in patria posse esse inaequales, non quoad eleuationem obiectiuam, (omnes enim representant Deum ut actum purum) sed quoad maiorem vel minorem intensionem & claritatem: & dico, hanc inaequalitatem non provenire ab intellectu, sed a lumine, quia concurrat ut causa naturalis tota sua virtute, intellectus ut instrum. eleuatum, generica dumtaxat ratione intellectui ut sic. *Ad 5.* negatur antec. ad 1. prob. Resp. concurrere ut causam necessariam, non tota sua virtute, sed ea tantum, qua a Deo per lumen eleuatur. *Ad 2.* ut possit intellectus vna ratione, & non alia ad visionem concurrere, necesse non est, ut ex sint inter se distinctae: v. g. ut species angelica ad actum cognitionis concurrat vna representatione, & non alia, necesse non est, ut haec ex natura rei distinguantur in specie, sed sufficit, ut non adaequata sua virtute, quam habet, in actum concurrat.

dici etiam potest de actione, quod non semper perfectior causa perfectiorem producat actionem. Nec refert, quod actio respiciat hanc determinate causam, ad quam dicit transcendentalem respectum: nam etiam virtus causae respicit hunc specie effectum, & effectus dicit transcendentalem ordinem ad suam causam; causa tam est extrinseca actioni, quam effectui, & tam effectus quam actio constituitur non per ipsum esse causae, sed per suum esse condistinctum a causa. 2. quis dicat, non posse ab angelo perfectiorem cognitionem naturalem de Deo elici, quam ab homine, vel ab anima separata? certe quod perfectiores sunt angeli, eo perfectiores species eis debentur, cognitioni commensae. *Aduers. diff. solunt.* Difficultas modo est, cur perfectior intellectus cum aequali lumine perfectiorem visionem non producat, cum illam producat ut causa necessaria tota sua virtute, & ea quam habet independentem a lumine, & ea quam accipit a lumine; Nec enim lumen impedit, vel coarctat propriam virtutem, quo minus illa secundum totum suum posse cum lumine concurrat; sed potius physice praedeterminando, trahit illam ad producendam visionem tota sua virtute: si intellectus angelicus habet perfectiorem virtutem ad perfectiorem cognitionem naturaliter producendam, quam humanus, quod a nemine negari potest, cur, si ad visionem concurrat ut causa necessaria tota sua virtute, cum aequali lumine perfectiorem visionem non producat? huius rei rationem non assignant; nos assignamus, quia angelicus perfectior ad visionem concurrat determinatus a lumine in ratione intellectui ut sic, in quo non est perfectior humano, non in ratione talis intellectui, in quo tantum est humano perfectior; idque ex eo, quod angelicus, uti & humanus in visione Dei elicienda non imitatur modum cognoscendi proprium, obiectiue emersum potentialitate, sed Dei a potentialitate emersum. Nec iuvat aduers. quod haec visio non respiciat hunc determinate intellectum; Nam 1. falsum supponunt, posse visionem ab alio intellectu produci, quam ab eo, cuius est propria. 2. Etiam hoc concessio, recurrit difficultas. Interrogo enim, an visio humana, producta ab angelo, producat secundum totum posse intellectus angelici; & est conuersio visio angelica producta ab homine, producat secundum totum posse intellectus humani? Si non; urget difficultas, sitam angelicus visionem humanam quam humanus angelicam producit ut causa necessaria, cur illam non producat tota sua virtute? si vero ab utroque intellectu producat tota virtute, & visio humana producta ab angelico erit perfectior, quam producta ab humano, & angelica producta ab humano erit imperfectior, quam producta ab angelico. Vnde ex hoc potius contrarium concluditur, perfectiorem nimirum intellectum cum aequali lumine perfectiorem producere visionem: *Quod potius concludere fas est.* nam etiam visio imperfectioris intellectus, si producta fuisset a perfectiori ut a causa necessaria secundum tota virtutem, fuisset per aduers. perfectior; & vice versa: ergo de facto cum vnaquaque visio a suo intellectu producat necessariò tota virtute, sequitur, a perfectiori perfectiorem, ab imperfectiori imperfectiorem produci visionem. Nec exemplum de gratia est ad rem: nam haec liberè producitur a solo Deo, qui potuit eandem producere in angelo, quam produxit in homine; & est conuerso; visio autem non a solo Deo, sed actiue influente intellectu beti, qui cum influat ut causa necessaria perfectior, perfectius influet, nisi ratio nostra assignetur, quam tacite videntur supponere; & alijs verbis propo-

*Confirm.*

*Ad 2.*

*Ad 3. 4.*

*Ad 5.*

*292. Modus Aduers.*

*Refellitur. 1.*

*Aduers. diff. solunt.*

*Quod potius concludere fas est.*

*Contrarium potius concludere fas est.*

proponunt, dum dicunt, non semper perfectiorem causam perfectiorem producere effectum; nisi quoddam huiusrationem non reddunt.

Prob. 2. hæc sent. ab absurdo: sequeretur ex opposita sent. beatitudinem non dari iuxta proportionem meritorum; siquidem habentibus æqualia merita, & inæquales vires naturales, inæqualis responderet visio beata. Confirm. sequeretur, minuendum esse habitum charitatis in eo, qui per æqualia merita æqualem habitum charitatis acquisit in via, si nobiliorem haberet voluntatem, vt excessus perfectioris voluntatis compenferetur diminutione habitus charitatis. Respondent 1. nullum esse absurdum in visione Dei admittere gradum beatitudinis prouenientem ex naturali actiuitate potentia ultra illum, qui ex meritis debetur. Sed contra; tota beatitudo datur filiis Dei ex meritis Christi, vt corona; ergo tota respondet meritis: & cum iste gradus sit quoad substantiam supernaturalis, nequit prouenire à potentia naturali, nisi vt eleuata à lumine supernaturali. Respondent 2. Solam visionem conferri iuxta proportionem meritorum; nam in ea consistit formalis beatitudo: lumen quod tantum est medium ad beatitud. formalem, conferri iuxta conditionem potentia in ordine ad visionem causandam, vt plus luminis accipiat, qui cum æqualibus meritis hebetiorem; minus, qui nobiliorem habet intellectum. Sed contra; hæc eadem compensatio facienda esset in habitu charitatis, vt intensiorem habitum recipiat, qui imperfectiorem; remissiorem; qui cum æqualibus meritis perfectiorem habet voluntatem. Ex quo vterius sequitur, remissiorem habere gratiam, qui remissiorem habet charitatem, nam hæc proportionem seruat cum gratia. 1. non solum visio, sed lumen datur beatis in præmium; vt in via, non tantum auxilia per modum actualis illustrationis, sed etiam habitus per modum principij, in præmium meritorum. Respondent 3. Deum per immediatum concursum compensare inæqualitatem virium naturalium, quantum sufficit, vt effectus in habentibus æqualia merita sit æqualis; ita visio, amor & eorum principia tribuuntur iuxta proportionem meritorum. Sed contra; si maior concursus est commensus potentia ignobiliori, habenti æquale lumen, minor qui exhibetur nobiliori, habenti æquale lumen, non est commensus ipsius virtuti, sed infra ipsius exigentiam; & Deus non concurreret cum potentijs gloriosis iuxta connaturalem exigentiam ipsarum, vt cum reliquis causis 2. & cum huiusmodi potentia agant in patria necessariò requirunt concursum adæquatam toti actiuitati ipsarum. Si non est commensus maior iste concursus; cum tribuatur in præmium meritorum ad compensandum perfectiorem influxum potentia nobilioris, maius erit præmium exhibitum ignobiliori, quam nobiliori; quia illud excedit hoc per concursum supernatur. nobiliorem.

Ad fundam. primæ sent. dist. maior, de causa formaliter, & materialiter sumpta: cæterum intellectus nobilior cum æquali lumine gloriæ non est perfectior causa visionis formaliter, sed tantum materialiter, quia non producit illam, vt formaliter perfectior, sicut lux non producit nobiliorem ignem, quam calor; quia non producit illum vt perfectior formaliter, sed vt conuenit in eadem vi productiuâ ignis cum calore. Nec est eadem ratio de lumine, hoc enim est causa proxima tum claritatis, tum supernaturalitatis visionis: sicut nec de instrumento naturali, vel artificiali; nam hæc saltem materiam præparando conducunt ad meliorem, in-

tensioemque effectum. Ad confirm. nego maior. cum perfectior intellectus non concurrat, vt formaliter perfectior. Ratio: visio beata non requirit ab intellectu creato, nisi solam rationem intellectiōis, quia hæc sola ratio sufficit, & compossibilis est cum visione beata, quæ perlumen gloriæ contrahitur ad visionem supernat.

Ad 2. nego antec. nunquam enim potentia siue in via producere potest saltem connaturaliter actum supernat. intensiorem, quam sit habitus supernaturalis. Cæterum, quia non semper potentia in hac vita operatur quantum potest cum habitu; cum non operetur necessariò, sed liberè, sæpe ex maiore conatu potentia melior sequitur operatio, non tam potentia, quam habitus, intensius concurrentis cum potentia, habitu melius vtente; quod non contingit in patria, in qua potentia operantur necessariò & secundum vltimum posse habitus.

## SECTIO XVII.

An Beati Videant, omnia quæ formaliter sunt in Deo?

**D**Vplex perfectio est in Deo, altera necessaria, qua in suo esse diuino, siue absoluto natura, siue relatiuo personarum constituitur; altera libera, qua liberè vult has, vel illas creaturas, dicunturque libera decreta & consilia interna Dei, quibus Deus liberè se determinat ad hæc vel illa obiecta. In hac & seq. sect. de priore.

PRIMA sent. *Ocham. in 4. quest. 13. artic. 1. negantis*, beatos videre omnia attributa, quæ in Deo sunt formaliter; quia hæc sunt infinita, ad quæ videnda requiritur visio infinita: nam quod plura in Deo videntur, eò perfectior requiritur visio: ergo ad videnda infinita, requiritur visio infinita. Confirm. idè non videntur omnes Diuinæ Ideæ à beatis, quia sunt infinita.

SECUNDA *Ferrariensis. 3. con. Gent. cap. 56. ad 2. Alber. tom. 1. princip. Coroll. 4. punct. 7. & 8. negantium*, Deum à beatis videri, aut videri posse secundum omnes gradus virtuales perfectionis, secundum quos potest magis, & magis ab intellectu creato penetrari. Fauent *Alens. 1. part. quest. 7. memb. 1. & 2. Richard. in 3. distinct. 14. artic. 1. quest. 4.* Ad vlt. vbi aliquid, inquit, de eius profunditate latet omnem intellectum, feruntque fuisse sent. *Victoria. Prob. 1.* si totus Deus, & quoad perfectiones extensiuas, & quoad gradus perfectionales intensiuos videretur à beatis, comprehenderetur, quia nihil ex parte obiecti lateret videntem, qui distinctè videret omniam potentiam, & scientiam omni modo, & gradu perfectionis, quo in Deo existunt, distinctè videret omnes creaturas, ad quas illæ terminantur: penetratâ potentia, vel scientia omni gradu perfectionis in Deo existentis, penetratur omnis respectus, quæ dicunt ad sua obiecta; atque adeo distinctè viderentur obiecta ipsa; qui distinctè penetraret immensitatem, & æternitatem, distinctè videret respectus ad infinita spatia, & tempora possibilia, ad quæ huiusmodi respectus terminantur: Qui penetraret eminentiam, qua Deus continet infinitas creaturas, distinctè cognosceret omnes. Prob. 2. Deus est infinitus in essendo: igitur implicat secundum totum esse penetrari.

TERTIA *S. Thom. 1. part. quest. 12. artic. 7. ad 2. & 3. & 3. con. Gent. c. 55. & quest. 8. de ver. art. 2. Scot. in 4. dist. 49. quest. 3. art. 3. conclus. 1. Zumel 1. part. quest. 12. art. 7.*

293. Aliiter non proportio meritorum.

Resp. 1.

Contra.

294. Resp. 2.

Resp. 3. Scotus Molina.

Contra.

295. Intell. nobilior est causa visionis perfectior materialiter.

296. Ad 1.

297.

298. 1. Sentent. Negat. Fundam.

Confirm.

299. 2. Sentent.

Per singula attrib. distinctus.

300. Affirmans verum procul dubio.

12. art. 7. disputat. 1. Molina art. 8. disputat. 3. Vasquez disputat. 48. Suarez lib. 2. de attributis cap. 22. Arrub. disputat. 24. Gonzalez disputat. 32. Fasoli dub. 1. affirmantium, totum Deum, quoad omnem modum & gradum perfectionis in ipso existentem, à quo vis beato videri; nec quicquam quod se tenet ex parte Dei, latere beatos: quod ut certum supponunt Schol. in 4. dist. 49. & 50. ex illo 1. Ioan. 3. Videbimus eum, sicuti est. Ad quod alludens Floren. in decre. de Purgat. docet, animas beatas intueri clarè ipsum Deum Trinum & unum, sicuti est: visio autem clara Dei, sicuti est, exprimit omnem perfectionem in Deo existentem, alioqui non repræsenteret ipsum, sicuti est. Quæ sent. verior. Fundamentum: quod in se simplex est, & unum, atque ad eò indivisibile formaliter ut Deus, implicat videri, quin totum; ac totaliter ex parte obiecti videatur: nullam enim distinctionem perfectionum in se habet, sed est vna formalis, & simplex perfectio: ergo implicat videri, ut est in se, quin totum, ac totaliter videatur. nam si aliqua perfectio, vel modus in Deo existens non videretur, non tota Dei essentia videretur, cum quicquid in Deo est, de essentia Dei sit. Confirmat Vasquez; si posset videri vnum attributum vno gradu, & non alio, à fortiori posset vnum attributum videri sine alio; quia magis identificantur gradus cum attributo, quam vnum attributum cum alio: quia magis intrinseci sunt gradus attributo, cum omnes pertineant ad eandem rationem formalem homogeneam, & explicitam attributi, quam vnum attributum alteri. Dicit Albertinus; idè totum attributum, totamque eius virtuales intensionem, etiam si huiusmodi perfectionales gradus minùs distinguantur inter se, & ab attributo, non posse à beatis videri, quia intensus requiritur lumen ad penetrandam virtuales ipsius diuisibilitatem, quam ad videnda omnia attributa extensiuè: nam hæc videntur eodem lumine, quo videtur essentia ipsa. Non satisfacit: nam ratio, cur omnia attributa videantur, visa essentia, est formalis identitas attributorum cum essentia: sed eadem, vel maior est idètitas graduù cù quolibet attributo: ergo. Nec obstat, quòd quodlibet attributum ob sui plenitudinem dicatur diuisibile virtualiter: nam hæc virtualis diuisibilitas nullam ponit diuisibilitatem formalem in Deo, ad quem formaliter terminatur visio, sed tantum connotatiuè in effectibus, quos potest producere, & in visione, quâ potest clariùs cognosci ex parte videntis.

DICES. Potest Deus perfectiùs cum vno intellectu, quam cum alio per suam vim determinatiuam ad sui visionem concurrere: igitur potest vnus intellectus perfectiùs alio ex parte rei visâ Deum cognoscere: eò quòd non potest cognitio obiecti exprimere, nisi eo gradu perfectionis, quo ab obiecto effectiuè determinatur. Resp. neg. consequentiam ad prob. concedo antec. quod obiectum est diuisibile in se; secus quando est in se indiuisibile.

Ad fundamentum primæ sent. nego attributa in Deo esse infinita extensiuè. Ratio. licet in Deo ratione cum fundamento in re distinguantur infinitæ perfectiones, vel per ordinem ad infinitas creaturas ut producibiles, vel per ordinem ad infinita obiecta ut expressibilia: quia tamen nomine attributi non venit quælibet perfectio diuina, ratione, & cum fundamento in re à cæteris distincta, sed sola perfectio in modo essendi ratione ab alijs distincta, idè attributa in Deo non sunt infinita, sed finita extensiuè; quia perfectiones in modo essendi diuersæ, non possunt nisi finitæ in Deo per

rationem distinguantur. Vnde omnes illæ infinitæ perfectiones, conceptæ per ordinem ad infinitas creaturas producibiles, non constituunt, nisi vnum attributum omnipotentis in Deo, quia omnes conueniunt in eodem modo essendi per virtutem productiuam: Item infinitæ illæ perfectiones, conceptæ per ordinem ad infinita obiecta expressibilia, non constituunt nisi vnum attributum scientiæ, quia omnes conueniunt in eodem modo essendi per vitalem expressionem obiecti, & sic de cæteris.

DICES: argumentum saltem urget, de perfectionibus illis infinitis, in ordine ad creaturas producibiles infinitas, & obiecta expressibilia infinita: quòd plures cognoscuntur in Deo, eò visio Dei est perfectior: igitur visio, quæ infinitas cognoscit perfectiones, erit infinite perfecta. Resp. neg. assump. ad prob. conced. antec. quando perfectiones cognoscendæ sunt distinctæ; nego, quando non sunt distinctæ, sed vna potiùs simplex perfectio, fundamentum præbens intellectui imperfecto in eâ distinguendi plures formalitates, per ordinem ad varios terminos possibiles. Dixi intellectus imperfecto, ut est intellectus viatoris; nam intellectus comprehensoris, quia videt illam, ut est in se, nullas in ea distinguit perfectiones per ordinem ad creaturas possibiles; sed vno intuitu videt totam perfectionem, ut est in se, simplicissimam: & solum inæqualitas videndi illam se tenet ex parte modi cognoscendi clariùs, vel minùs clarè eandem perfectionem, ut fufius infra.

Patet ad prob. calculationem non procedere in ijs quæ Deo sunt formaliter; nã ea nō sunt plura, sed vnum; sed tantum in ijs, quæ in Deo sunt eminenter, scilicet infinitæ perfectiones possibiles exemplabiles à diuina essentia, in ordine ad quas concedo requiri visionem infinitam; Ad confirm. resp. non idè ideas non videri omnes, quia sunt infinitæ fundamentaliter, sic enim tota ratio idealis in Deo videtur, sed quia sunt infinitæ terminatiuè: Vnde ad videndas omnes ideas, requiritur ut videatur scientia Dei cum ordine ad infinitos terminos.

Ad 1. secundæ sent. nego sequel. nam ad comprehensionem non fatis videre quicquid est in obiecto formaliter, sed eâ claritate, quâ postulat obiectum cognosci. Ad prob. nego, ex cognitione attributi secundum omnem gradum perfectionis in eo existentis, sequi distinctam notitiam eorum, ad quæ attributum ipsum virtualiter se extendit: Sed ad summum ex cognitione in claritate adæquata cognoscibilitati ipsius. Ratio: ea, ad quæ attributum virtualiter se extendit non sunt formaliter in Deo: Vnde posset videri totum attributum, verbi gratiâ omnipotentis, nullo viso effectu distinctè, ad quem illa potest se extendere. Dixi distinctè, nam sub ratione entis possibilis totum obiectum omnipotentis abstractiuè, & in confuso cognoscitur; sicut & totum obiectum scientiæ sub ratione scibilis.

Ad 2. dist. conseq. implicat penetrari totum esse Dei perfectione formali, nego; eminentiali, concedo. Urget, perfectio eminentialis est formaliter in Deo: ergo si non potest penetrari perfectio eminentialis, nec poterit formalis. Sed disting. antec. est formaliter in Deo perfectio eminentialis entitatiuè & fundamentaliter, concedo; terminatiuè, nego: Et quia eminentialis vtrumque esse includit, idè simpliciter dicitur, quòd ut talis nequit penetrari.

DICES: In Deo non videntur distinctè omnes resp.

307.  
Totum Deū  
quoad modum  
&  
gradū perfecti-  
onis videtur;  
quia simpliciter

308.

Albertinus.

Contra.

309.  
Dices.

Resp.

304.  
Attributa  
finita extensiuè.

305.  
Dices.

Resp.

306.  
Quæ in  
Deo formaliter  
non sunt  
plura.

307.  
Ad compre-  
hensionem  
claritas fa-  
ciat.

308.

Urget.

Resp.

309.

Dices.

respectus ad creaturas possibles, alioqui distinctè viderentur omnes creaturæ: ergo non videtur distinctè quidquid est in Deo formaliter, siquidem si respectus sunt in Deo formaliter. Resp. negando, in Deo esse vllum intrinsicum respectum ad creaturas, cum sit omninò absolutus & independens à creaturis. Est igitur sola extrinseca connotatio creaturarum, quas non est necesse videri, visâ essentia.

SECTIO XVIII.

An de potentiâ absolutâ videri possit essentia Diuina sine attributis vel vna persona sine alijs?

& alij recent. Pro qua olim putavi fuisse Gulielm. Rubionem in 1. dist. 1. question. 6. artic. 1. verum ibi tantum loquitur de cognitione abstractiua, quam beati distincto actu formare possunt de Deo clarè viso, vt colligitur ex art. 2. sine, vbi negat, posse beato communicari cognitionem intuitiuam essentia, & non personarum.

Prob. sententia 1. Potest aliqua cognitio intelligentem certificare, quòd Deus sit vnus, & non certificare, quòd sit trinus; vel quòd sit sapiens, & non certificare, quòd sit omnipotens, esto hæc à parte rei non distinguantur: 1. quia sunt aliqua propositiones, quæ verificantur de essentia, & non de personis, vt quòd essentia communicetur, persona non communicetur: aliæ contrà de personis, & non de essentia; vt quòd persona producat, & producat; essentia nec producat, nec producat. Sed nulla harum posset esse vera, nisi posset significari & intelligi essentia, non significatis & intellectis personis; aut contrà: quia cum dicitur, essentia communicatur; si subiectum in hac propositione æquè primò significaretur, & conciperetur persona, & essentia, falsa esset propositio, quia personæ non communicatur; vt igitur sit vera, debet concipi & significari essentia, & non persona: Et non obstante omnimodâ identitate inter colorem & albedinem, potest oculus certificari, quòd obiectum à longè visum sit coloratum, & non certificari, quòd sit album: ergo non obstante formali identitate attributorum, & personarum cum essentia, potest intellectus certificari, quòd Deus sit vnus vel sapiens, & non certificari, quòd sit trinus, vel bonus. 2. Deus communicatur ad intra, vt natura; non communicatur, vt persona; producit vt persona, non producit vt natura; ergo poterit videri vt natura, non videri vt persona; & contrà. 3. Filius terminat humanitatem assumptam, absque eo, quòd illam terminent reliquæ personæ: ergo poterit terminare cæteræ personæ, absque eo, quòd illam terminare cæteræ personæ. 4. Sequeretur, non posse videri substantiam creatam, quin in ea videretur potentia obediens, cum ipsa identificata, ac proinde omnes effectus supernaturales, quorum talis potentia est capax. 5. Sub ea ratione obiectum terminat visionem, sub qua illam originat: atqui potest Deus sub sola ratione Deitatis, & non personarum, vel attributorum visionem originare: ergo potest sub ratione solius Deitatis, & non personarum, vel attributorum visionem terminare. Maior constat; visio non minus producit ab obiecto, quàm ab intellectu, cum non minus sit obiecti expressio, quàm intellectus actio; exprimit autem obiectum quatenus ab illo originatur: ergo si potest vnâ ratione ab obiecto produci, & non aliâ, poterit terminari ad vnâ, & non ad aliam. Minor prob. potest Deus temperare concursum, & solùm cum intellectu influere, vt vnus, non vt trinus, sicut temperat concursum influendo in effectum vnâ perfectione, & non aliâ: quia est diuisibilis effectiue. Visio non fertur in obiectum, nisi eâ ratione, quâ formaliter ab obiecto producit, nam eâ tantum obiectum exprimit.

TERTIA sententia Aureoli in 1. distinct. 1. artic. 2. Baconi question. 2. artic. 1. in artic. 3. Argent. question. 3. artic. 2. 3. & 4. Gabrielis question. 5. Caictan. 2. 2. quæst. 2. artic. 8. & 3. parte quæst. 3. artic. 3. Durand. in 4. distinct. 49. question. 3. numero 5. Soti question. 3. art. 3. conclus. 2. Ochami in 1. dist.

316. Prob. 1.

317. Prob. 2. & deinceps.

318.

319.

320. Prob. 5. fortius.

321. Negant vtrius.

310. Affirmant. Fundam. falsum.

311. Arguit 1.

312. Arguit 2.

313. Arg. 3.

314. Arg. 5.

319. Affirmant esse dist. formalem negent.

PRIMA sententia affirmat: Scoti in 1. dist. 1. quæst. 2. §. Quantum, Lychet. ibid. Mayro. quæst. 4. Scotista. Fundam. est formalis distinctio attributorum, & personalitatum ab essentia; scilicet quæ sunt à parte rei distincta, possunt distinctis actibus intuitiue cognosci: nam quæ habent distinctas quidditates, distinctas quoque habent intelligibilitates: igitur potest vnum independentem ab alio cognosci. Sed speciatim arguit Scotus primò: Pater prius origine, quàm generet filium, perfectè intelligit suam essentiam: sed in eo priori essentia nondum est communicata Filio & Spiritui sancto; igitur potest intelligi essentia, non cointelectis personis: quia in illo priori intelligitur essentia, non cointelectis personis, nondum productis. Maior prob. quilibet persona intelligit intellectu, vt in se ipsa existente, & non vt alteri communicato: ergo intelligit essentiam, in se existentem, & non vt alteri communicatam: quia ad intellectionem non minus requiritur intelligibile, quàm intellectus: sed perfectum intelligens non minus requirit, vt habeat intelligibile in se, quod intelligat, quàm intellectum, quo intelligat. 2. Si Pater bearetur cognitione essentia, vt communicatæ Filio & Spiritui sancto suam beatitudinem reciperet à Filio & Spiritu sancto; ergo non omnem perfectionem haberet Pater à se, vt est prior origine personis productis: non omnis perfectio absoluta esset prior relatiuis, sed cognitio essentia, vt communicatæ Filio & Spiritui sancto esset posterior. 3. Per intellectionem Patris Filius producit: igitur non potest per eam Filius intelligi. 4. omnis actus terminari potest ad obiectum primarium, à quo essentialiter pendet, & abstrahere à secundario, à quo non essentialiter pendet: relationes sunt tantum obiectum secundarium. 5. Cognito intuitiue vno relatiuo, non oportet intuitiue cognoscere & alterum: siquidem dæmon intuitiue cognoscit dependentiam creaturæ à Deo, non cognito intuitiue Deo: ergo intuitiue cognito Patre, non oportet intuitiue cognoscere Filium. Confirmat. Pater non est correlatiuum Spiritus sancti, ergo cognosci potest, non cognito Spiritu sancto.

SECUNDA affirmat, posse vnum attributum videri sine alio, & essentiam sine personis, & vnâ personam absque reliquis, etiam si nulla sit attributorum & personalitatum distinctio: Salas tom. 1. in 1. 2. quæst. 3. tract. 2. disputat. 4. sect. 2. Granad. in 1. parte tomo 1. controuers. 1. generali tractat. 5. disputat. 7. Hurtadus in Metaph. disputat. 6. sect. 6. De Deo. Tom. 1.

in 1. *dist. 1. quest. 5. Sylvi. omnium Thomist. in 1. p. quest. 12. art. 8. negantium; ex S. Thom. 2. 2. quest. 2. art. 8. ad 3. & 3. p. quest. 3. art. 3. in quorum primo docet, Deum, prout intelligitur à beatis, non posse absque Trinitate personarum cognosci: in 2. impossibile esse, vt qui cognoscit Deum sicuti est, aliquid à Deo per intellectum circumscribat. Hæc sententia; communis est, & magis fauet principijs fidei. Difficultas est in assignanda ratione efficaci, quæ oppositas evertat; non enim videtur sola identificatio attributorum, & personarum cum essentia satis esse ad hanc veritatem concludendam.*

322.  
Ratio communis.

323.  
Impugnatur.

PRIMA ratio. Visio intuitiua est visio rei, vt est in se; existentis vt existentis: Sed Deus nullam in se dicit distinctionem attributorum, & personarum ab essentia; ergo non potest videri visione intuitiua, vt est in se, non visis omnibus, quæ formaliter sunt in ipso: alioqui videretur aliter ac est in se. Sed contra; si videretur Dei esse absolutum, & non relatiuum, videretur, vt est in se, licet non adæquatè: nam eâ perfectione, quâ videretur, non videretur aliter ac est in se. Quod si videri, vt est in se, intelligatur, videri omni perfectione absolutâ, & relatiuâ, aduersarius ait ad visionem intuitiuam sufficere, si videatur, vt est in se inadæquatè: & rogat implicentiam, quare nequeat dari visio repræsentans perfectionem absolutam in Deo, absque relatiuâ, quidquid sit, an talis visio sit dicenda intuitiua, necne.

324.  
Ratio.  
Suarez.

SECUNDA P. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 23. aut visio, quâ videretur essentia absque personis, vel contra, non esset eadem numero cum visione, quâ nunc de facto beati Deum vident; visio enim exprimit obiectum formaliter, necessariò: nec foret diuersæ speciei; hæc enim possibilis non est, quia possibile non est lumen gloriæ diuersæ speciei; nec diuersa numero sufficit ad tantam diuersitatem. Sed contra; dici posset, quod talis visio esset diuersa numero heterogeneè, intra eundem gradum specificum visionis beatæ, vel quod esset diuersæ speciei, imperfectæ, reducibilis ad speciem perfectam visionis beatæ, eo quod non repræsentaret omnia, quæ pertinent ad beatitudinem obiectiuam.

Contra.

325.  
Alicuiusdem.  
Contra.

TERTIA eiusd. de essentia intuitiuæ cognitionis est, exprimere omnia, quæ formaliter sunt in obiecto. Sed contra; huius rei quæritur ratio. Neque concludit, quod addit, Deum manifestari beatis in genere causæ formalis obiectiuæ, qui concursus diuidi, aut impediri nequit: Nam hæc obiectiua manifestatio proportionatur visioni; visio id tantum obiectiuè manifestat, à quo formaliter producitur.

326.  
Ratio.  
Gonzalez.

QUARTA Gonzalez *disp. 32. sect. 1. & 2.* implicat rem videre clarè & quidditatiuè, vt est in se, & non videre clarè & quidditatiuè omnia prædicata essentialia, quæ ei actu & formaliter competunt: Hoc enim est essentiam clarè cognoscere: ergo implicat Dei essentiam clarè & quidditatiuè, sicuti est, cognoscere, non cognitio eius attributis, nam ea sunt de essentiali conceptu naturæ diuinæ; & personis, quia de essentia naturæ est communicabilitas ad personas: Sed hoc prædicatum nequit cognosci, non cognitio personis: ergo. Sed contra 1. hæc ratio supponit, quod visio intuitiua debeat adæquatè rei essentiam attingere; esse clara & quidditatiua rei, vt est in se adæquatè: quod est probandum. 2. non concludit de relationibus, quæ in eius sententia non sunt de essentia naturæ: & ex intui-

327.  
Contra 1.

2.

tiuâ cognitione naturæ, vt communicabilis personis, sequitur tantum abstractiua cognitio personarum: sicut ex intuitiua cognitione fundamenti, abstractiua termini; ex intuitiua creaturæ, abstractiua creatoris.

QUINTA *Bacconi articul. 2.* obiectum naturaliter mouet potentiam vltimò dispositam; ergo mouet quantum apta est moueri: intellectus creatus per lumen gloriæ dispositus aptus est à primo intelligibili moueri omni perfectione in ipso existente: ergo. Confirm. si posset beatus videre essentiam non visis personis, posset per talem visionem iudicare, quod Deus subsisteret in supposito absoluto, ac proinde posset beatus falsum iudicium ferre. Sed contra; cum talis motio fiat influxu effectiuo; hic ad extra liberè à Deo procedat, non poterit esse naturalis; naturalis est terminatiuus, at supponit effectiuum, cui proportio natur. Ad confirm. esto per talem visionem beatus, non videret personas relatiuas, quia tamen nec videret absolutam, non posset iudicare, in Deo esse personam absolutam.

329.  
Ratio  
Bacconi.

Contra.

Ratio vera sit 1. Si posset vna perfectio in Deo videri absque alijs, sequeretur visionem, quâ de facto videtur, esse infinitam: si enim posset Deus videri vna perfectione, & non secundum omnes, intensior foret illa visio, quæ in Deo plures cognosceret perfectiones, quàm quæ pauciores; ergo quæ cognosceret infinitas, seu repræsentaret infinitas, vt beata visio, deberet esse infinite intensa. Neque dicas perfectiones extensiuas in Deo esse finitas; quia saltè hoc argum. fieri potest de perfectionibus infinitis intensiue, quæ à singulis beatis videntur, vt infinite perfectæ ex parte obiecti: Ad videndum, exempli gratiâ, sapientiam Diuinam, vt duo ex parte obiecti, requiritur certa intensio visionis: ergo ad videndam illam infinite perfectam ex parte obiecti requiritur infinita intensio visionis. Tum quia in hac sententia non necessariò, visâ diuinâ essentia, videntur omnes perfectiones, quæ in eâ possunt ratione distingui, per respectum ad infinitas possibles, ab eadem exemplabiles & producibiles: at hæc sunt infinitæ extensiuè: ergo. Anteced. ostend. Si videri posset vna perfectio sine alijs, non quælibet visio naturâ suâ repræsentaret totum Deum: ergo, quæ repræsentaret totum, esset infinite perfectior visione, quæ repræsentaret Deum finita tantum perfectione, nam ita se haberet visio repræsentans Deum finita perfectione, respectu visionis repræsentantis Deum secundum infinitas, sicut se habet perfectio finita respectu infinitarum: igitur posito, quod visio non necessariò repræsentaret infinitas in Deo, ad eas repræsentandas opus foret infinita visio: ita necessitas videndi totum Deum, vt infinitum non nascitur ex infinita intensioe visionis, sed ex naturâ obiecti, quod quia indiuisibile est, implicat quacumque visione videri, & non totum videri. 2. Intelligibilitas, quam vnaquæque res habet ad mouendam potentiam intellectiuam ad intellectionem sui, immediate fundatur in tota entitate rei: ergo implicat, si res est indiuisibilis, quod possit mouere intellectum ad intellectionem, quæ non repræsentet ipsam secundum totam entitatem, & intrinsecam perfectionem, quam habet: quia nulla potentia mouere potest, nisi modo sibi proprio: ergo si potentia motiua obiecti immediate fundatur in tota entitate & intrinseca perfectione rei, modus proprius ipsius erit, mouere seu determinare intellectum ad totam entitatem, & intrinsecam perfectionem sui cognoscendo.

330.  
Duplex ratio auctor.  
Prima ab absurdo & à poster.

Visio esset infinita.

331.  
Ratio à priori, ex natura intelligibilitatis.

*A postor.* cognoscendam. Anteced. constat 1. obiecta sensibilia, cum nequeant ipsa ob diuisibilitatem sui, per quamlibet sui partem determinare potentiam ad visionem totius suae entitatis, id praestant per species sui vicarias, quarum quaelibet minima pars, quia producta est ab omnibus partibus obiecti sensibilis, vim habet representandi totum obiectum. ergo a fortiori id praestabit obiectum ipsum, quando est indiuisibile. 2. ex intrinseco & primario sine talis potentiae, qui est determinare intellectum ad sui representationem, ne potentia cognitiua possit circa proprium obiectum falli: ad hoc autem necessaria fuit potentia productiua representationis totius entitatis obiecti; quae alia non est, quam cognoscibilitas eiusdem obiecti, fundata in tota entitate obiecti. Confirm. 1. idem potentia generatiua uiuentis fundatur in tota entitate uiuentis, nec potest, nisi ad totum uiuens communicandum concurrere, quia ex intrinseco & primario sine ordinatur ad totam naturam specificam uiuentis realiter producendam; ergo, quia cognoscibilitas rei ordinatur ad totam naturam, etiam indiuidualem rei intentionaliter producendam, fundari debet in tota entitate rei; nec debet posse, nisi ad totius rei representationem concurrere. 2. cognoscibilitas rei habet pro termino suae specificationis seipsam; est enim virtus determinatiua potentiae cognoscentis ad cognitionem suae entitatis; ergo ipsius concursus essentialiter tendit ad representandam propriam entitatem: sed finis talis representationis est representare totam entitatem rei cognoscibilis: ergo ad totam illam representandam tendit, quando est indiuisibilis. 3. Implicat non videri totum obiectum indiuisibile, quando illud immediate in seipso videtur; quia quando videtur immediate in seipso, & non in aliquo medio cognito, cognitionem immediate terminat per suam entitatem: nec habet a quo possit limitari, quin totum seipsum manifestet cognoscenti: at nisi forma habeat a quo limitetur, nequit ipsa suum effectum formalem limitare; quia cum ille non distinguatur a forma ipsa, implicat esse totam formam in subiecto vel potentia capaci, & non esse totum effectum formalem ipsius. Cum igitur obiectum in seipso visum sit forma obiectiua potentiae cognoscentis, immediate per propriam entitatem, implicat ipsum limitare suam obiectiuam praesentiam, qui est effectus formalis ipsius, nisi ab aliquo limitetur; si enim quid illud limitaret, quo minus se totum manifestaret cognoscenti, esset concursus obiectiuus, limitate procedens ab obiecto: at hic necessariò procedere debet a potentia motiua obiecti, quae fundatur in tota entitate rei. 4. Intelligibilitas est adaequata passio rei intelligibilis sequens immediate naturam entis, intimè imbibita in omni ratione; implicat autem, adaequatam passionem non fluere a tota natura, cuius est passio: alioqui non esset adaequata passio, si ab una tantum ratione procederet: ergo implicat intelligibilitatem non procedere a tota natura rei intelligibilis.

336. *Obijcies* 1. Si potentia motiua obiecti fundatur in tota entitate intrinseca rei, sequitur visionem beatam non solum obiectiue originari ab essentia Dei, sed etiam a Diuinis relationibus: quia etiam sunt intrinsecae Deo, & necessariò cum essentia videntur; quidquid autem videtur, debet obiectiue originare visionem. At consequens est falsum; nullus enim effectus ad extra originatur a Diuinis relationibus, sed a sola essentia: quia non sunt actiuae; & nullus effectus ad extra habet similitu-

dinem cum diuinis relationibus, alioqui posset per illum Trinitas personarum cognosci: sed visio beata est quidam effectus ad extra: ergo. Resp. neg. minor. probatio concedenda est de effectus causae pure effectiuae neganda de effectus obiectiuae; quia hic cum debeat representare totam entitatem obiecti, ad quam exprimendam essentialiter ordinatur, debet a tota entitate obiecti originari; reliqui effectus, cum non ordinentur ad entitatem causae representandam, non debent a tota entitate causae indiuisibiliter originari. Vnde nego, in ordine ad claram visionem sui, Diuinis relationes non esse actiuas. Nam quae ratione sunt intelligibiles, sunt etiam motiuae intellectus ad claram notitiam sui. 2. esto non sint motiuae immediate, possunt esse motiuae ad intellectionem sui mediate per essentiam diuinam, quae est species intelligibilis, sui ipsius, & diuinarum relationum.

*Obijcies* 2. Esto potentia motiua obiecti fundatur in tota entitate rei adhuc non implicat, illam limitari ad concurrendum inadaequate cum potentia cognitiua ad visionem sui, sicut de facto limitatur ad concurrendum intensiue. Confirm. omnis concursus ad extra est Deo liber, & attemperabilis iuxta ipsius beneplacitum. Resp. neg. assumpt. quia cum talis potentia indiuisibiliter fundatur in tota entitate obiecti, implicat ipsius concursum limitari ad entitatem obiecti representandam. Quare implicat, Deum concurrere per potentiam obiectiuam, & non concurrere ad totam sui entitatem representandam. Nec est eadem ratio de concursu intensiue; nam hic potius se tenet ex parte cognoscentis, quam ex parte obiecti cogniti: finis autem cognoscibilitatis obiecti non est ut quouis modo a cognoscente cognoscatur, sed ut cognoscatur totum; & patet in speciebus visuis, quarum quaelibet vel minima pars representat totum obiectum extensiue, non autem totum intensiue. Ad confirm. concedo, omnem concursum ad extra esse Deo absolute liberum, posse tamen aliquem ex suppositione esse necessarium. Talis est concursus obiectiuus essentiae diuinae, qui indiuisibiliter fundatus in tota Deitate, implicat limitari ad solam essentiam, vel relationes representandas.

Ad fundam. primae sententiae neg. assumpt. Ad 1. Scoti. neg. minor: etenim sicut prioritas originis non infert prioritatem durationis, penes quam tantum cognitio prior aut posterior dicitur: ita ex eo, quod Pater ut prior origine intelligit suam essentiam, non sequitur, quod in aliquo priore in quo, illam intelligat non communicatam Filio: sed tantum sequitur, quod illam intelligat, ut prior origine, hoc est, ut non habens illam ab alio; contra verò Filius, & Spiritus sanctus intelligunt illam ut posteriores origine, hoc est, ut habentes illam ab alio: simul tamen aeternitate illam intelligunt omnes, quia prioritas originis est tantum a quo, siue independentiae, quae simul stare potest cum simultate durationis, in quo: igitur potest aeternus Pater ut prior origine, & independenter a Filio & Spiritu sancto intelligere suam essentiam, & nihilominus simul duratione & aeternitate illam intelligere cum ijs; nam sicut in nullo signo, in quo Pater habet esse, in quo eodem signo idem esse ij non habeant; licet Pater habeat a se, Filius & Spiritus sanctus ab alio: ita in nullo signo, in quo Pater intelligit suam essentiam, in quo eandem ij non intelligant. Ad prob. quod sicut quaelibet persona Diuina intelligit intel-

Relationes non sunt causa efficiens.

Sed obiectiua

Motiuas saltem mediate.

Resp.

338. Ad 1. Scoti.

Ad prob.

ctu, vt in se existente, ita intelligit essentiam, vt in se existentem, negatur paritas. quia cum intellectus sit principium vitale, non intelligibile, maiorem coniunctionem postulat cum intelligente intellectus, quàm intelligibile: nam hoc intelligi potest etiam separatim ab intelligente, cum tamen nequeat intelligens intelligere per intellectum separatim à se. Concedo igitur, ad intellectionem vtrumque requiri, sed non eadem coniunctione. Quamuis si intelligibile consideretur in ratione principij mouētis, omnes personæ Diuinæ in ratione obiecti mouētis sunt sufficienter coniunctæ cum intellectu Patris, pro quouis signo in quo. Ad 2. dist. 1. & 2. conseq. aliquam beatit. habet Pater à Filio originatiuè, nego; obiectiuè; concedo. Nam personæ productæ, earumque processiones complent obiectum beatificum Patris. Dist. etiam 3. conseq. cognitio essentialis est prior ratione relatiuis in ratione constituentis essentiam, eo quòd essentia prius ratione constituitur per absoluta, quàm per relatiua. Cæterum possunt relatiua esse ratione priora cognitione in ratione obiecti: in diuinis enim eadem perfectio est prior, & posterior considerata diuersâ ratione. Ad 3. nego conseq. nam potest Filius eadem intellectione produci, & simul intelligi, vt *infra*. Ad 4. nego cum *Calet.* personas non pertinere ad obiectum primarium beatitudinis. 2. esto non pertineant, adhuc nego, cognitionem intuitiuam abstrahere posse ab omni obiecto secundario, sed tantum ab illo, quod ex naturâ rei distinguitur à primario. Ad 5. nego conseq. etenim cur intuitiuè cognosci nequeat Pater, non cognito intuitiuè Filio, & Spiritu sancto non est, quia cognito intuitiuè vno relatiuo, intuitiuè cognosci debet & alterum, sed quia cum tota Trinitas sit eadem formalis perfectio cum natura diuina, nequit naturâ cognosci, quin tota Trinitas personarum cognoscatur: & quia cognita intuitiuè personâ Patris, necessariò cognoscitur intuitiuè natura ipsius; cum quâ, quia identificantur formaliter reliquæ personæ, necessariò cognita intuitiuè personâ Patris, cum eâ intuitiuè cognoscuntur & reliquæ personæ. Ex quo patet ad Confirm.

Ad 1. secundæ sententiæ, nego anteced. Si sermo sit de cognitione intuitiuâ; & ad prob. nego minor. nam vt illæ propos. possint à beatis formari, sufficit, si cognoscatur Deus perfectione absolutâ, & respectiuâ; & vnâ videatur & affirmetur vt communicabilis, aliâ vt incommunicabilis. De obiecto visibili Resp. aliud esse, non videri totum seu omnes rationes indiuisibiliter identificatas; aliud propter remissum lumen, vel cognitionem non posse potentiam de singulis obiecti rationibus certò, ac distinctè iudicare. Primum est falsum; quia oculus non percipit tantum colorem in communi, cum ille non sit obiectum visus, sed in specie, & in indiuiduo. Secundum concedo contingere in visione corporeâ, ob defectum claritatis luminis, vel visionis: nego id in visione beatâ, ob excellentiam luminis gloriosi, cuius vel remississimus gradus, ex eo quòd sit perfecta participatio luminis increati beatum distinctè certificat de omnibus perfectionibus diuinis. Ad 2. & 3. nego conseq. nam omnis communicatio fit ad exigentiam subiecti, cui communicatur: sed nec Filius est capax paternitatis, ergo licet natura diuina sit eadem cum paternitate, & vna persona cum alijs in natura, non propterea communicatâ naturâ Filio, communicatur ei simul & paternitas: aut vnità personâ Verbi humanitati, vniuntur reliquæ; si nec natura humana sit capax plurimum suppositantium adæquatè. At

verò intellectus est capax tam visionis essentiæ, quàm personarum: ergo non est, vnde possit limitari ad solam visionem essentiæ, vel personarum: quia ratio formalis, sub quâ intellectus tendit ad Deum cognoscendum est intelligibilitas, quæ quia immediatè & proximè fundatur in ipsa ratione entis vt sic, totum Deum secundum totam entitatem, & intrinsecas perfectiones manifestat beato. Contra verò, quia ratio formalis, sub quâ persona tendit ad communicandam naturam, est communicabilitas, quæ est proprietas solius naturæ; & ratio formalis, sub qua tendit ad producendam personam, est producibilitas, quæ est, solius personalitatis propria, ideo Pater communicando Filio naturam, non communicat illi personalitatem propriam: nec producendo illius personam, producit simul & naturam. Consimiliter, quia ratio formalis, sub quâ Verbum tendit ad suppositandam naturam, est adæquata sustentatio creatæ naturæ, quâ præstita, natura vel non potest vel non exigit vterius sustentari. Ad 4. concessâ sequelâ anteced. nego conseq. nam ad intuitiuè cognoscendam potentiam obedient. cum quolibet ente creato suâ naturâ operatiuo identificatam, non est necesse distinctè, & in particulari cognoscere aliquem effectum supernat. cuius illa est capax: sed sufficit in confuso, & in communi cognoscere, posse in eâ, & per eam à Deo effici, quidquid contradictionem non inuoluit. Nam ex vi cognitionis intuitiuæ non cogimur distinctè cognoscere, nisi quæ formaliter, & intrinsecè sunt in re cognita. Resp. 2. negando, eum, qui intuitiuè cognoscit creaturam, debere etiam cognoscere potentiam obedientialem, cum hæc non consistat in intrinseco ordine, aut respectu, sed in sola extrinseca connotatione ad effectus supernat. excedentes propriam naturam, qua connotatione completur formaliter potentia obedient. Ad 5. constat ex dictis.

SECTIO XIX.

*An, & quo pacto Beati videant libera consilia & decreta in Deo?*

Nihil ferè de hac controuers. antiqui: pauca recentiores, *Molina 1. p. q. 12. artic. 8. disp. 5. memb. 5. Bannez, ibid. §. His postis: Zumel ibid. art. 7. quest. 1. ad argum. ad 1. Granad. tract. 6. disp. 1. sect. 7. Fasol. 1. p. q. 12. art. 8. dub. 3. obiect. 5. Suar. lib. 2. de Atrib. cap. 24.* Ratio dubit. actus liber nullam perfectionem intrinsecam addit supra necessariam in Deo, siquidem Deus non vult per intrinsecam terminationem actus, sed per extrinsecam dumtaxat mutationem obiecti. Ergo aut omnes actus liberi necessariò in Deo cognoscuntur, cognita eius substantiâ & actu necessario, quo seipsum & creaturas possibles diligit, aut nullo modo illi cognosci possunt in seipsis. quia vt possint in seipsis cognosci diuersâ cognitione, quâ cognoscitur actus necessarius, deberent aliquid addere actui necessario, si nihil addunt eo ipso, quo videtur actus necessarius, videntur etiam liberi, cum ad videndos actus liberos in Deo, non sit opus videre perfectionem diuersam ab ipsa actus necessarij. In contrarium est, multi ex his actibus videntur à beatis in Verbo, cum non omnes à quolibet beato: scilicet multa futura libera videntur à beatis in verbo; nec nisi visis actibus liberis diuinæ voluntatis, à quibus vt à proxima causa liberè determinante pendent: sicut nequeunt videri possibilia in Verbo, nisi visâ omnipotentia Dei, à

339.  
Ad 2.

340.  
Ad 3.

341.  
Ad 4.  
*Caletatus.*

342.  
Ad 5.

343.

*Ad exempl.  
de obiecto  
visib.*

344.  
Ad 2.  
Et 3.

*A priori.*

345.  
Ad 4.  
*Potentia  
obedien. co-  
gnoscitur in  
confuso.*

346.

347.  
*Ratio dubi-  
tandi.*

348.

*Decreta li-  
bera viden-  
tur à pluri-  
bus plura.*

Dei, à qua ut à causa eminenti productiua pendet. At cum actus liberi in Deo sint connexti cum effectibus futuris, si visã substantiã, aut actu necessario diuinã voluntatis, necessario etiam viderentur omnes actus liberi, cum iisdem etiam viderentur omnia futura libera; cum nequeat distincte & in particulari videri actus liber diuinã voluntatis, quin simul etiam videatur effectus futurus, cuius connotatione actus liber in Deo essentialiter constituitur. Vnde non est eadem ratio de potentia, quã videri potest clare & distincte, nullo viso effectu in seipso: nam potentia diuina non constituitur formaliter per connotationem effectus in particulari, sed per omnium in communi: actus verò liber diuinã voluntatis formaliter constituitur per connotationem huius, vel illius effectus in particulari. Ratio: potentia est principium vniuersale non magis huius, quã illius effectus productiuum: actus liber est particulare liberè determinatiuum huius vel illius effectus in particulari: comparatur enim actus liber ad effectum futurum, sicut actio ad terminum: vnde sicut nequit cognosci distincte actio, quin simul distincte cognoscatur terminus; ita neque actus liber diuinã voluntatis, quin simul cognoscatur effectus futurus, cuius est libera volitio. His certis, controuersia est, de modo, quo actus liberi in Deo cognoscuntur.

Actus liber Dei est determinatiuus huius effectus.

349. An cognoscitur per intrinsecam terminationem.

PRIMA sententia docet, eos à beatis cognosci in seipsis per intrinsecam terminationem liberam, quam in seipsis habent ad obiecta contingentia, ratione diuersam à terminatione necessariã, quam habent ad obiecta necessariã, quã libera terminatio actus, etsi cognosci nequeat sine cognitione obiecti, ad quod terminatur, re tamen ipsã perfectio cognoscitur per terminationem in actu libero, quã non cognoscitur in actu necessario. Fundam. hęc libera terminatio in actu libero, est aliquid reale & intrinsecum, utpotè vitale actui: at hęc potuit non esse in actu libero diuinã voluntatis: igitur aliquid reale, ratione saltem distinctum cognoscitur in actu libero, quod non cognoscitur in necessario: atque aded poterit in seipso cognosci, diuersã cognitione, quã cognoscitur actus necessarius, cum in se habeat aliquid, per quod possit diuersam cognitionem terminare. Hęc sententia sequitur ex opinione illorum, qui affirmant, actus liberos diuinã voluntatis supra actum necessarium addere perfectionem realem intrinsecam, ratione saltem diuersam à perfectione actus necessarij, quã potuit in Deo non esse: quam *infra cum suo fundamento impugno.*

350. An cognitio effectibus?

SECUNDA affirmat, libera decreta Dei cognosci non posse à beatis, nisi à posteriori, cognitio nimirum effectibus, quorum sunt libera decreta. Fundam. cum liberum decretum Dei nullam intrinsecam perfectionem addat actui necessario, impossibile est, illud videri in seipso, ut quid diuersum ab actu necessario: si enim non videtur, ut quid diuersum ab actu necessario, non poterit in seipso videri, ut formaliter liberum; quia ut formaliter liberum dicit aliquam formalitatem, quam non dicit ut formaliter necessarium: atque aded si debet in seipso videri, ut formaliter liberum, debet in seipso videri cum aliqua perfectione, cum quã non videtur, ut formaliter necessarium. Sed neque hęc sent. placet: nam eo modo, quo decretum diuinum constituitur in seipso liberum, poterit à beato cognosci: ergo non tantum à posteriori, & per effectus futuros, sed etiam in seipso poterit à beato cognosci, nempe per illud, quo in seipso constituitur, quidquid illud sit.

351. Contrã.

De Deo, Tom. I.

TERTIA verior asserit, liberum decretum Dei posse in seipso à beatis cognosci, non tamen sine cognitione effectus, per cuius connotationem constituitur in ratione liberi formaliter. Nota, actum liberum in Deo formaliter distingui ab actu necessario, per connotationem productionis, vel non productionis liberè à se dependentis: idem quippe actus, quã connotat productionem effectus, vel non productionem effectus liberè à se dependentis, ex necessario fit liber: & sicut talem productionem, vel non productionem connotare potest absque vllã mutatione sui, per solam mutationem effectus; ita absque vllã mutatione sui poterit ex necessario fieri liber; & cognosci ut liber, distinctus à necessario, absque eo, quod aliqua perfectio intrinseca realis in eo cognoscatur, quã non cognoscitur in actu necessario. Confirm. cum hęc libera connotatio non sit per respectum intrinsecum, sed per puram connotationem extrinsecam, fundatam in essentiali dependentiã effectus creati à libera voluntate Dei, non potest mutare intrinsecè actum diuinã voluntatis. Prob. hęc sententia & modus. Potest Deus peculiari lumine determinare intellectum beati ad notitiam sui actus, quã est actuale principium liberum huius, vel illius effectus, & simul ad claram notitiam talis effectus, ut liberè dependentis à tali actu: igitur potest peculiari notitiã manifestare beatis sua libera consilia & decreta. Anteced. prob. licet ad cognoscendum actum liberum Dei in seipso subiectiuè, non sit necessarium diuersum lumen ab eo, quo idem actus cognoscitur, ut necessarius, quia ut sic non differt à necessario, est tamen necessarium ad cognoscendum illum terminatiuè, secundum essentialem connotationem effectus liberè à se dependentis; ut sic enim inuoluit aliquid, quod non inuoluit ut necessarius nempe liberam productionem effectus, quam essentialiter connotat, ut liber formaliter est; atque aded poterit ut liber cognosci cognitione diuersã, quã cognoscitur, ut necessarius.

352. Verior sent.

353. Nota.

Actus liber connotat productionem effectus.

354. Prob. modus, quo possit actus liber in Deo cognosci.

Obijcies 1. Actus liber diuinã voluntatis supra necessarium non addit, nisi solam connotationem effectus futuri, liberè à se dependentis: ergo ad illum videndum, ut distinctum formaliter ab actu necessario, sufficit videre effectum futurum. Resp. posse hunc videri, vel in seipso, & per ipsum velut à posteriori simul cognosci actum diuinã voluntatis, ut proximam causam ipsius; vel ut terminum diuinã voluntatis, per cuius connotationem formaliter constituitur liber eius actus. 1. modo supra negauimus, effectus futuros videri à beatis, nõ 2. modo.

355. Obijc. 1.

Resp.

Obijcies 2. Multa sunt libera decreta in Deo, quibus nulla respondet productio ad extra, ut conditionata, quibus Deus promittit aliquid futurum, sub conditione, quã non secutã nihil producit ad extra: hęc enim decreta realiter sunt in Deo, nulla tamen illis respondet productio ad extra, ob defectum conditionis non adimpletã. Confirm. decretum Dei non solùm est liberum in producendo hoc vel illo effectu, sed etiam in producendo effectu propter hunc vel illum finem; atqui hęc libertas, nequit à beatis cognosci per connotationem alicuius productionis ad extra: cum idem omnino effectus inuariatus quoad suam productionem, fieri potuisset propter alium finem: & sæpe Deus finem, propter quem vnam rem producit, nõ manifestat per actionem extrinsecam. Resp. negando, esse vllum liberum decretum actu existens in Deo, cui aliqua non respondeat realis productio, aut negatio realis productionis ad extra, ut infra.

356. Obijc. 2.

Prob.

Confirm.

Resp.



357.  
Ad prob.

Ad prob. dicendum, decreta conditionata, actu existentia in Deo, fundari in decreto absoluto de ipsa promissione rei sub conditione futuræ. Idem enim decretum, vt connotans promissionem liberè à se dependentem, est decretum absolutum & formale in Deo; vt verò connotans rem ipsam promissam sub conditione futuram, si conditio ponatur, est conditionatum & virtuale, vt *fufius infra*.  
Ad confirm. specialem finem, propter quem Deus solet rem producere, cognosci per ordinem ad mutationem alicuius rei, dependentem à quâ, vt à fine & motiuo rem producit; vt specialis finis, propter quem Deus voluit Verbum incarnari, fuit remedium peccati, quo non existente, Verbum incarnatum non fuisset, atque adeò liberum decretum de incarnando Verbo propter talem finem connotat permissionem peccati, dependentem à quo Verbum fuit incarnatum: atque adeò nullum assignatur liberum decretum in Deo, cui aliqua realis mutatio ad extra non respondeat.

SECTIO XX.

*An Beati ex vi visionis Dei videant aliquas creaturas in Verbo?*

358.

**H**Actenus de obiecto primario visionis beatæ, qui est Deus, nunc de secundo, quæ sunt creaturæ secundum proprium esse ipsarum, vt distinctum ab esse increato Dei: possunt creaturæ videri in Deo secundum esse eminentiale, quod habent in Deo, vt in causa eminentiali, & primo exemplari rerum omnium; quo modo videre creaturas in Deo, est videre creatricem essentiam; quia hoc modo non differt esse creaturarum ab increato Dei: possunt secundum esse proprium creaturarum, vt distinctum ab increato Dei: quo modo creaturæ non sunt formaliter in Deo, sed tantum virtute, quatenus possunt ab ipso secundum tale esse causari: hoc sensu proponitur quæstio propter Patres, sæpe docentes à beatis videri creaturas in Verbo. Non quòd in eo tantum, vt distincto à reliquis personis, videantur, sed per appropriationem: sicut Verbum procedit per intellectionem Patris, ita opera supernaturalia ad extra, pertinentia ad intellectum, attribuuntur Verbo; vt quia Spiritus sanctus procedit per voluntatem, opera supernaturalia spectantia ad voluntatem creatam, attribuuntur Spiritui sancto: sicut & opera diuinæ potentie ad extra tribuuntur soli Patri, eò quòd ipse per potentiam fecundam ad intra est primum principium omnium diuinarum processionum. Quæstio igitur est, an eadem visione, quâ videtur Dei essentia, simul videantur aliqua obiecta creata.

*Creatura videntur vel secundum esse eminentiale,*

*Vel propriu:*

359.  
Per appropriationem in Verbo.

360.  
Negant.

PRIMA sententia negat: *Aureol. quodl. 10. q. 4. Maior. in 3. dist. 14. q. 3. concl. 2. & in 4. dist. 49. q. 16. §. Teneo igitur, Ocha. in 4. q. 13. art. 3. Gabriel. in 3. dist. 14. Notab. ult. Aliacens. in 1. q. 12. art. 3. §. His premiss. Vasqu. 1. p. disp. 50. c. 7.* Fundam. licet non repugnet, eadem visione videri Deum, & creaturas, saltem concomitanter cum Deo, tamen facilius saluantur reuelationes, quæ successu temporis fiunt beatis, si dicamus, has reuelationes fieri distinctâ notitiâ ab ipsa visione beatâ: est enim inuariabilis, & quidquid repræsentat, totum à principio repræsentat; alioqui aut oporteret per nouas reuelationes variari visionem Dei, aut non omnia, quæ visio Dei repræsentat, statim à principio repræsentare, sed successiue ad beneplacitum Dei; vtrumque au-

tem est absurdum: igitur dicendum est, distinctis actibus videri Deum & creaturas.

SECUNDA affirmat: *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. & 9. & 3. cont. Gent. cap. 60. Caiet. & Ferrar. i. s. d. locis. Bonan. in 3. dist. 14. art. 2. quest. 1. Richar. art. 2. quest. 2. Bacco. dist. 13. q. 2. art. 3. §. 2. Durand. dist. 14. q. 2. & in 4. dist. 49. Capreo. quest. 6. Argent. quest. 2. art. 4. Soti quest. 3. art. 3. concl. 4. Molina in 1. p. q. 12. disp. 1. memb. 1. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 25. Arrub. disp. 25. Sylui. & omnium interp. S. Thom. cit loco 1. p. Quæ sententia verior. Nec contrarius est Scotus in 3. dist. 14. quest. 2. §. Sed ista via: vbi docet, animam Christi per vnum actum videre Verbum, & omnia relucientia in Verbo habitualiter & in actu 1. in actu 2. modò videre vnum, modò aliud obiectum creatum: etenim per actum 1. intelligit visionem beatam, quæ sine vllâ mutatione sui potest intellectui successiue manifestare diuersa obiecta, per solam aduertentiam intellectûs; putat enim, vt constat ex 1. dist. 1. q. 3. quamlibet cognitionem abstrahere posse ab obiecto secundo, non à primario; de quo infra.*

361.  
Affirmant.

Veridi:

Primum fundam. ex *August. lib. 11. de Ciuit. Dei c. 7. & 29. & lib. 4. de Gene. ad litt. cap. 22. & 23. vbi distinguit in Angelis beatis notitiam, creaturarum in Verbo, quam matutinam alteram in propria natura, quam vespertinam vocat. Nec per primam, intelligere potuit notitiam creaturarum, secundum esse, quod habent in Deo, & sunt Deus & vita Dei, vt *Aureol. & Vasqu.* interpretantur: tum quia est contra expositionem Scholast. in 2 & 4. contra *S. Thom. 1. p. quest. 58. art. 6. & 7. & quest. 8. de Verit. art. 16. & 17.* Tum quia aduersatur verbis *August. qui cit. cap. 7. sic scribit: Cognitio creatura in seipsa decoloratior est, quàm cum in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte, quâ facta est.* Idem repetit *cap. 29. creaturam melius videri in Sapientia Dei, vt in arte, quâ facta est, quàm in seipsa; quia illic clariore, hâc obscuriore cognitione. Vnde illam appellat cognitionem matutinam, hâc vespertinam. At si de cognitione creaturarum solum secundum esse eminentiale, quod habent in Deo, loqueretur, improprie dixisset, eam videri in arte Dei, quâ facta est: Nam secundum hoc esse non distinguitur ab arte, & Sapientia Dei. Vnde idem est ac artem Dei videri in arte Dei; igitur *August. de creatura loquitur, non secundum esse eminentiale, sed formale, per quod distinguitur ab arte Dei. Tum quia discrimen creaturæ in seipsa & in Deo visæ, non assignat ex parte obiecti visi, sed ex parte modi videntis; quia in Deo, inquit, clariore, in se obscuriore cognitione videtur: cum tamen, si de esse eminentiali loqueretur, aptius discrimen assignaret ex parte obiecti, quia nimirum in Deo nobilius; in se ignobilius habet esse. Apertius de triplici habitaculo c. ult. docet, ex visione Dei trinam nasci scientiam, hominis videntis, Dei visi, & creaturarum, quæ videntur. Sicut per speculum trina nobis, inquit, visio administratur, quia & nos ipsos, & speculum, & quidquid præsens adest, videmus: Sic per speculum diuina claritatis & ipsum Deum, vt est videbimus, & nos ipsos, & ceteros, verâ & certâ scientiâ cognoscemus: cum hæc trina scientia non distinguatur ratione actus; nam hic vnus est hominis videntis, & Dei visi, distinguenda est ratione triplicis obiecti; non secundum esse eminentiale, quod in Deo vnum est, & idem esse Dei & creaturarum. Cæterum, si quando *Aug.* hanc notitiam matutinam appellat cognitionem creatoris, per eamque aliter creaturas videri, quàm in seipsis, id non dicit ex eo, quòd putet, eam ad solum esse increatum Dei terminari, sed quia ad il-***

362.  
Fundam.:

Notitia matutina, vespertina.

363.  
Ex visione Dei trina scientia.

ad illud terminatur primario, & in eo incommutabiliter videntur reliqua, quia videntur vt termini diuinæ omnipotentiae, cum qua necessariam connexionem habent.

364. *Videntur, vt in obiecto primario cognito, seu eadem cognitione, qua Verbum.*  
 Secundum fundam. ex modo loquendi Patrum, quo docent, creaturas videri in Verbo: scilicet vt in obiecto primario cognito, proinde eadem cognitione, qua videtur Verbum Aduersarij explicant *causaliter*, & improprie Patres, propter particulam *in*, quæ formalem, non efficientem causam significat: nec saluant discrimen cognitionis *matutinae* & *vespertinae* ab Aug. assignatum; nam semper cognitio creaturæ visæ in propria natura est eiusdem rationis, siue causetur ab obiecto per propriam speciem, siue à Deo supplete speciem obiecti. Sed distinguit *Aureol. art. 4.* cognitionem creaturarum, alteram per proprias causas & principia, alteram originatam à Diuina essentia visæ in se ipsa, vt causâ exemplari creaturarum; primam appellat *vespertinam*, 2. *matutinam*; quia per hanc non solum cognoscitur quod quid est creaturæ, sed etiam propter quid ipsius creaturæ, quia cognoscitur illa, vt exemplata à prima causa; sicut notitia effectus per causam, est nobilior notitiâ eiusdem secundum se. Sed contra; tunc notitia effectus per causam est clarior, quando eadem notitiâ cognoscitur effectus, & causa simul: at quando distincta, non potest notitia effectus ex hoc capite præcisè, quod supponat cognitionem causæ in eodem intellectu, esse clarior notitiâ effectus, quæ nullam causæ cognitionem supponit, nam cognitio effectus non variatur intrinsecè per cognitionem causæ, quam solum connotat in eodem subiecto.

365. *Deus & creatura possunt una videri.*  
 Tertium fundam. nulla est repugnantia, quin eadè cognitione videatur Deus & creatura in Deo: igitur de facto talis cognitio concedenda est beatis: quia visio beata est perfecta participatio visionis increatæ: ergo si talis cognitio non repugnat, non est deneganda beatis: Anteced. prob. Deus eadem cognitione intuetur se ipsum & creaturas: igitur talis cognitio ex natura sua non repugnat. Nec afferri potest peculiaris ratio, propter quam potius repugnet in creaturâ, quam in Deo.

366. *Dices.*  
 DICES: repugnat cognitionem simul esse rationem, in qua videatur creatura, & rationem qua videatur Deus: ergo repugnat eadem cognitione videri Deum & creaturam simul; quia repugnat, aut Deum videri in cognitione, vt in ratione in qua, aut creaturas non existètes, vel absentes, vt ratione qua: nam quidquid est absens, & non existètes, non potest per se ipsam terminare notitiâ cognoscētis. Anteced. prob. eadem cognitio simul esset directa respectu Dei, & reflexa respectu creaturæ: 2. prius terminaretur ad creaturas, quam ad Deum, quia prius ad se ipsam, vt est expressa imago creaturarum, tum ad Deum, quem beatus cognosceret mediante eadem cognitione, vt expressa imagine creaturarum. Resp. neg. anteced. cum *Casert. 1. p. quæst. 12. art. 2. §. aduerte*, vbi negat in beatis verbum expressum de Deo, concedit autem de his, quæ videntur in Deo. Et ad 1. prob. nego assumpt. nam eadem cognitio, vt exprimit creaturas, est intellectui directa imago creaturarum; vt est tendentia ad Deum, est directa notitia ducens intellectum ad Deum, in se ipso existentem cognoscendum. Nec repugnat eandem cognitionem esse naturalem imaginem, in qua videatur vnum, & simul viam, qua tendatur ad aliud: sicut eadem cognitio naturalis angeli est via, qua cognoscit propriam substantiam, & simul abstractiua imago, in qua cognoscit Deum. Ad poster. nego anteced. nam prius ratione beatus

cognoscit Deum, quam suam visionem, & consequenter prius ratione cognoscit Deum, quam creaturas in suâ visione expressas: quia Deum cognoscit directè, suam visionem quali reflexè. Maior controuersia de modo; sit

## SECTIO XXI.

Quo modo creaturæ videantur in Verbo?

369. *Verbum medium videndi creaturas.*  
**C**reaturas videri in Verbo, est Verbum aliquo modo esse medium videndi creaturas: medium videndi aliud; vnum formale, est ipsa cognitio, qua vel in qua videtur obiectum per illam expressum & representatum; alterum obiectiuum, quod cognitum in se, est simul medium & ratio cognoscendi aliud, ob aliquam connexionem, quam habet cum illo; aloqui si nullam haberet, non potius diceretur videri in illo, quam cum illo: sicut videntur plura obiecta disparata per eandem speciem expressam ab angelo, aut plura obiecta visibilia per eandem visionem ab oculo corporeo, quæ solum important simultaneitatem concomitantiam; non connexionem causalem inter se: igitur, non quærimus, an Verbum sit medium formale, quo, vel in quo videantur creaturæ; hoc enim est actus creatus visionis gloriosæ, quo informatus intellectus beati, tendit ad creaturas cognoscendas; sed, an sit medium obiectiuum, quod cognitum in se, sit simul ratio cognoscendi creaturas, non in Verbo existentes, sed in se ipsis, secundum proprium esse, quod haberent, si extra Verbum existerent; idque propter connexionem, quam habet cum creaturis, vel vt causa cum effectis, vel vt idea cum ideatis. Cæterum potest Verbum increatum esse medium cognoscendi creaturas, proximè & immediatè, vt hoc ipso quod cognoscitur in se, sit medium cognoscendi creaturas; vel remotè & radicaliter, vt non hoc ipso quod cognoscitur in se, sit medium cognoscendi creaturas, sed hoc tantum exigat connaturaliter, vt causa est, vel idea creaturarum. Præterea cum quærimus, an verbum visum in se sit medium videndi creaturas, non quærimus, an verbum sit medium cognoscendi creaturas abstractiuè, & sub ratione tantum communi & genericâ entis, sed intuitiuè & distinctè secundum proprias rationes & notas uniuscuiusque. Præsens igitur controuersia in eo potissimum versatur, an verbum siue Diuina essentia, vt proximè visæ in se vt causa, vel vt idea creaturarum, sit simul medium necessariò ducens intellectum ad intueudas creaturas secundum proprium esse, quod participare possunt in se ipsis extra Deum.

370. *Intuitiuè distinctè.*  
 PRIMA Sententia affirmat: *Bonauen. in 3. dist. 14. art. 2. quæst. 1. Richar. art. 2. quæst. 2. Durand. in 4. dist. 49. q. 6. Capreol. quæst. 6. Soti quæst. 3. art. 3. Ferrar. 3. cont. Gent. cap. 56. Molina in 1. p. q. 12. art. 8. disp. 5. memb. 1. Bannez, Zumel, Gonzalez, Fasoli, ibid. Suarez lib. 2. de attrib. c. 25. Grana. tom. 1. controuers. 1. tract. 6. disp. 1. sec. 3. Prob. 1. Aucl. S. Doct. 1. p. q. 12. art. 8. & 3. Prob. 1. cont. Gent. c. 56. & quæst. 8. de verit. art. 4. & 5. & alibi affirmantis, creaturas videri in Deo, vt effectus in causa, sicut conclusiones in principio: sicut qui perfectius cognoscit principium, plures cognoscit conclusiones ex eo deducibiles: qui altius penetrat causam, perfectiores videt effectus ab eâ producibiles; & 1. p. quæst. 12. art. 9. docet, creaturas videri à beatis, non per species ipsarum, sed per essentiam Dei, eorum intellectui unitam, & q. 8. cit. de verit. art. 5. affirmat, creaturas videri per eandem speciem, qua*

372.  
Prob. 2.

Deus videtur, sicut per eandem imaginem videtur imago & imaginatum. 2. Deus cognoscit creaturas in se ipso ut in causa; ergo etiam beati. quia cognitio beatorum est exemplata à cognitione Diuina, Anteced. prob. Dionys. cap. 7. de Diuinis nom. Per causam, inquit, rerum omnium habet Deus in se omnium rerum anticipatam scientiam. & hic modus cognoscendi effectus per causam est perfectior, quia non solum cognoscitur effectus, sed etiam connexio cum causa. 3. Implicat, intuitiue cognoscere virtutem productiuam, non cognitis effectibus ab ea producibilibus: videri rem in se ipsa, & non videri essentialem connexionem, quam habet cum suo termino: id est omnipotentia cum possibilibus &c. 4. Angelus intuendo essentiam alterius Angelis, in ea videt omnes proprietates, nec per aliam speciem videt essentiam, per aliam proprietates ab essentia fluentes: ergo & beati videntes essentiam Dei, in ea vident creaturas ab ea producibiles; nec per aliam speciem vident essentiam, per aliam creaturas ab ea producibiles, nam maiorem connexionem habent creaturæ cum Deo, quam creata proprietates cum natura. 5. Beati cognoscunt creaturas ut effectus Dei; alioqui non cognoscerent dependentiam creaturarum à Deo: nequit autem effectus perfecte cognosci, nisi per suam causam, ut per rationem formalem cognoscendi: nam sicut effectus non habet esse nisi per causam, ita nec perfectam cognoscibilitatem nisi per causam. Confirm. nequit conclusio, ut conclusio perfecte cognosci, nisi per suam principium, ut per rationem formalem cognoscendi; ergo nec effectus, nisi per suam causam. 6. quod creaturæ videantur in Diuina essentia, ut ideata in ideâ probant, tum auct. August. creaturas videri in arte Dei; ars Dei sunt creaturarum ideæ: Tum rationis; Deus per suas ideas distincte in se ipso exprimit omnes creaturas, secundum proprias notas vniuscuiusque: ergo qui videt intuitiue Deum, videt distincte ipsius ideas, atque aded creaturas in eis distincte expressas. Anteced. patet, nam Deus per ideas cognoscit distincte creaturas, ut infra, eas in se ipso exprimendo obiectiue. Conseq. prob. idea essentialem connexionem habet cum ideato: igitur qui videt ideam, necessariò videt ideatum.

373.  
Prob. 3.

SECUNDA negat, creaturas videri in Deo, ut in causa, vel idea proximè visa, sed tantum remotè & radicaliter, eadem tamè visione, quâ videtur Deus, non eadem indiuisibili motione & intelligibilitate, sed diuersa virtualitate: scilicet quamuis respectu visionis eadem sit entitatiua motio ad Deum, & creaturas, cum vnica sit realis visio Dei, & creaturarum in Deo, potest tamen Deus respectu alterius visionis separare cognitionem sui à cognitione creaturarum, & tantum mouere intellectum beati ad visionem sui, non mouendo illum ad visionem creaturarum: Valentia 1. p. 9. 12. pu. 6. §. Patet 2. Arrubal. disp. 25. cap. 3. & disp. 26. cap. 4. 5. & 6. ex Aliac. in 1. quest. 2. art. 3. §. His præmissis, asserente creaturas videri in Verbo, quia Verbum supplet vicem obiecti quoad efficaciam; quæ mihi probabilior est.

374.  
Prob. 4.376.  
Prob. 6.377.  
Sens. probabilior.378.  
Creatura non videtur in verbo ut in causa vel idea proximè visâ:

Prior pars negatiua sententiæ prob. 1. ex PP. & Scholast. affirmantibus, creaturas videri in Deo, in speculo voluntario; ita August. lib. de vidend. Deo, Concil. Senonense, Scholasticis passim: non ut, Scotistæ explicant, quia beati per eandem visionem gloriosam inuariatam in se, modò possunt ad has, modò ad illas creaturas in Verbo relucens aduertere, cum impossibile sit eadem visione inuariata ad noua, & noua obiecta aduertere, cum idem

omniò sit ad obiecta aduertere, & obiecta videre; sed dicitur speculum voluntarium respectu ipsius Dei, qui ita manifestare se potest mentibus beatorum, ut nullam certam ac determinatam creaturam illis simul cum suâ essentiâ manifestet. Quod fieri non posset, si eadem indiuisibili motione, quâ mouet mentes beatas ad videndum se ipsum, simul necessariò moueret ad videndas creaturas in se ipso. Cæterùm dicitur Deus speculum creaturarum; quia sicut speculum, præter sui, aliarum etiam rerum imagines imprimit in oculum videntis: ita Diuina essentia, præter speciem sui, supplet etiam species creaturarum in intellectu beatorum, cum quadruplici discrimine; 1. speculum creatum imprimit species à rebus acceptas; Deus supplet species creaturarum, non quas à creaturis accipit, sed quas ipse eminenter continet. 2. diuina essentia non necessariò, ut speculum creatum, sed liberè huius, vel illius creaturæ speciem supplet. 3. Ex eo quod speculum creatum non habet intrinsecam connexionem cum obiectis, quorum species in se ipso recipit, non possunt propriè dici ea videri ex vi visionis speculi: creaturæ, quia connexionem habent cum Deo, ut effectus cum causa, propriè dicuntur videri ex vi visionis Dei, ut causæ eminentialis earum. 4. Species creaturarum non continentur in Deo formaliter, & distincte secundum propriam vniuscuiusque naturam, uti continentur species rerum sensibilium in speculo materiali; sed eminenter, & vnità in vnâ simplicissimâ formalitate, æquivalente infinitis speciebus creaturarum.

Prob. 2. ut obiectum visum in se, sit simul medium proximè videndi aliud, debet illud formaliter in seipso continere; quia debet eadem omniò motione & intelligibilitate, quâ mouet potentiam cognitiuam ad cognoscendum se ipsum, mouere etiam ad cognoscendum aliud; nec posse mouere ad visionem sui, quin simul necessariò moueat ad visionem alterius; alioqui non foret medium proximè, sed tantum remotè videndi aliud. At nequit obiectum per eandem omniò motionem formalem mouere potentiam ad visionem sui & alterius à se, nisi illud alterum formaliter contineat in se; sicut Deus non continet creaturas: quia obiectum non mouet ad intuitiuam cognitionem sui, nisi per concursum proprium, assimilatiuum obiecti ut est in se; sed concursus obiectiuus proprius, assimilatiuus Diuinæ essentiæ, ut sic formaliter non est assimilatiuus creaturarum, secundum proprium & formale esse earum: ergo non est idem indiuisibilis concursus obiectiuus, quo intellectus beati intelligibiliter mouetur in Deum, & creaturas, sed diuersus ratione est, quo mouetur in Deum, & in creaturas. Minor. subsumpt. ostend. eius rei, & perfectionis tantum est cõcursum obiectiuus proximè assimilatiuus, à quâ originatur, & accipit esse; cû per suum esse obiectum representet; sed cõcursum obiectiuus assimilatiuus Diuinæ essentiæ, non originatur ab esse formali creaturarum, sed tantum ab esse eminentiali earum; ut patet: igitur non poterit esse assimilatiuus creaturarum secundum esse formale, sed tantum eminentiale earum. Confirm. si per impossibile visio beata originaretur ab vna perfectione Diuina, & non ab alijs, vnã tantum representaret, & non alias.

3. Ex oppositâ sententiâ sequeretur, non posse videri Deum, non visâ aliquâ creaturâ in Deo: impossibile enim est, videri Deum, non visâ eius omnipotentia: at implicat per aduers. videri causam ut causam, non visâ aliquo effectu in causa: igitur implicat, videri omnipotentiam, non visâ aliquo effectu om-

379.

Deus supplet species creaturarum.

380.

Eminenter continet creaturas.

Hic nodus contra

381.

Prob. 3. Consequens est contra Aduers.

Et omnipotentia; Deus enim est causa creaturarum per suam omnipotentiam. Maior prob. implicat videri Deum, non visa omni intrinseca perfectione Dei: sed omnipotentia est perfectio intrinseca Dei. Respondent, implicare videri omnipotentiam Dei, non visis creaturis abstractivè sub ratione entis possibilis, non intuitivè & distinctè sub ratione talis, vel talis entis; quia ad hoc non sufficit quævis cognitio causæ, sed requiritur notitia sub certa intensione, quâ penetraretur causa cum connexionione ad talem effectum: sicut quævis cognitio principij sufficit ad cognoscendum confusè conclusiones ex eo deducibiles: ad distinctè verò cognoscendam hanc, vel illam conclusionem requiritur cognitio sub certâ intensione: Sed contrâ; quia vna est indivisibilis motio, quâ Deus intellectum beati movet ad intuitivam cognitionem suæ essentia, & personarum simul, implicat movere illum ad visionem suæ essentia, quin simul etiam moveat ad visionem personarum: At non minùs per advers. intelligibilis motio essentia, vt causæ creaturarum habet necessariam connexionem cum creaturis, vt cum effectibus, quàm intelligibilis motio eiusd. essentia habet cum personis, vt cum proprijs terminis, & suppositis. Ratio: quando intelligibilis motio tendit indivisibiliter ad vtrumque obiectum, ita vt vna non sit separabilis ab alia, tunc eadem omninò cognitione, quâ cognoscitur vnum, cognoscitur & alterum; alioqui si vnum cognosci possit intuitivè, aliud abstractivè, motio, quæ esset ad vnum, non esset formaliter ad aliud: cum implicet, vt eadem sit indivisibilis motio ad vtrumque, & tamen ad vnum tendat intuitivè, ad alterum abstractivè: cum notitia intuitiva, & abstractiva differant penes proprium, & improprium concursum obiectivum: implicat autem, vt vnus & idem sit concursus obiectivus causæ, & effectus, & tamen respectu causæ sit intuitivus, respectu effectus abstractivus: nam hoc ipso ille idem concursus obiectivus, qui esset ad causam, non esset ad effectum. Neque maior intensio, quam requirunt ad penetrandam perfectiùs causam, vt in illa videatur intuitivè effectus, intentum probat; tum quia per illam non cognoscitur maior connexio causæ cum effectu, quæ non cognoscebatur antea per remissiores cognitionem; cum quidquid se tenet ex parte obiecti, totum cognoscatur per quamcumque remississimam cognitionem: sed tantum addat intensiores modum cognoscendi ex parte potentia. Tum quia ipsa cognitio, quæ sufficit ad cognoscendam essentiam Divinam vt causam sufficet ad cognoscendas creaturas, vt effectus in ea eminenter contentos, si eadem est indivisibilis motio ad causam & effectum in causa contentum. Neque exemplum de principio ad conclusiones; quidquam probat: nam idè non quævis cognitio principij sufficit ad cognoscendam quamlibet conclusionem ex eo deducibilem, quia non per quamcumque cognitionem cognoscitur omnis connexio, quam principium habet ad suas conclusiones; quia illud non cognoscitur intuitivè, & per propriam speciem, sicut cognoscitur Divina essentia, vt causa creaturarum à beatis.

Posterior pars affirmativa sententia, nempe creaturas videri in Verbo, vt in causa radicaliter & remotè visa, eadem tamen visione, quâ Verbum licet non eadem indivisibili motione, sed diuersa virtualiter, prob. res postulat videri sicuti est, cum omnis visio eò tendat, vt rem repræsentet sicuti est in se: sed Deus vt causa eminentialis creaturarum, essentialiter connexionem habet cum creatu-

ris, vt cum terminis suæ omnipotentia: ergo non solum postulat videri secundum suum esse eminentiale intrinsecum causæ, sed etiam secundum esse formale extrinsecum effectuum: nam etiam hoc esse aliquo modo pertinet ad esse Divinum, saltem vt terminus extrinsecus ipsius omnipotentia. Ergo vt perfectiùs videatur esse eminentiale omnipotentia, etsi non essentialiter, saltem connaturaliter postulat videri cum effectibus, vt cum suis extrinsecis terminis. Videntur autem eadem visione, quâ Verbum, quia potest Deus tali concursu obiectivo determinare intellectum beati ad visionem gloriosam, vt simul illum moveat ad visionem sui, & creaturarum; atque adeo verè & propriè illæ dicantur videri in Verbo, vt in obiecto; non proximè, sed radicaliter viso; siquidem Verbum visibile vt causa, connaturaliter postulat simul videri cum suis effectibus, propter connexionem, quam habet ad illos. Quare dici possunt creaturæ videri in Verbo, vt in obiecto intelligibili mouente, & supplente concursum obiectivum earum; sine in obiecto primariè cognito: cum enim Deus, sicut in sua entitate, ita & in sua intelligibilitate eminenter contineat esse creaturarum, mouendo intellectum beati per suam intelligibilitatem ad visionem suæ essentia, per eandem simul, non necessariò, sed liberè ad exigentiam tamen obiecti primarij, movet ad visionem creaturarum; atque adeo verè ipsæ creaturæ dicuntur videri in Verbo, vt in obiecto intelligibili mouente & supplente obiectivum concursum ipsarum. Iuxta hanc sententiam conciliari potest vtraque præcedens & multi ex cit. auct. vt prior tantum affirmet de visione creaturarum in Verbo radicaliter: posterior solum neget de visione earundem in Verbo proximè.

Deducitur 1. quò pacto in hac sententia Deus sit *Speculum voluntarium* creaturarum respectu intellectus beatorum: scilicet manifestando illis suam essentiam, non necessariò, sed liberè manifestat simul cum suâ essentiâ creaturas. 2. Quâ ratione creaturæ videantur in Deo, effectus in causa; nec tantum in medio causali, sed etiam intelligendi formali, iuxta PP. axioma; primum, quia verè creaturæ per visionem beatam videntur connexæ cum Deo, vt effectus cum sua causa; licet non proximè ex vi visionis ipsius Dei, sed radicaliter, secundum, quia vt vnum sit medium formale, & non tantum causale videndi aliud, non est necesse, vt visum sit medium vidèdi in se ipso aliud; nam neque hoc modo videntur per adversarios creaturæ in Deo; alioqui deberent creaturæ formaliter existere in Deo, vt Deus visus esset medium in se ipso videndi creaturas; quia hoc non solum importat medium mouendi, sed etiam terminandi visionem creaturarum; vt autem Deus sit medium obiectivè terminandi visionem creaturarum in se ipso, oporteret continere formaliter creaturas in se ipso: sed sufficit, si propter connexionem in ratione intelligibilitatis, fundatam in entitate cum illo, sit medium mouendi potentiam eadem visione, licet non eadem indivisibili motione, ad visionem sui, & alterius simul; quia cum non possit esse medium terminandi; relinquitur, vt sit medium mouendi; sed neque proximè est absolutè necessarium ad talem modum loquendi saluandum, quia hic rectè saluari potest, si moveat eadem visione ad notitiam sui & alterius à se, propter connexionem in eadem intelligibilitate: hanc enim formaliter importat medium intelligendi: sicut medium terminandi importat connexionem in ratione formalis entitatis. Vnde obiectum, quod non habet connexionem cum formali

382. Respondent.

383. Contra.

Indivisibilis motio ad causam & effectum intuitiva vtrinque.

384. Maior intensio nil probat.

385. Videntur ut in causa radicaliter, diuersa virtualiter motione.

386. Vt in obiecto intelligibili mouente.

387. Speculo voluntario.

388. Vt effectus in causa.

Et medio formali intelligendi.

389.  
In ratione  
intelligib.  
conueniens  
eminenter.

formali entitate alterius, non potest esse medium formale terminandi notitiam alterius. Cæterum vt sit medium formale mouendi ad aliud cognoscendum, non est necesse, vt in ratione intelligibilitatis conueniat formaliter cum intelligibilitate alterius: sed sat est, si conueniat eminenter. quia intelligibilitas non concurrat formaliter, sed effectiue ad mouendam potentiam: contra verò terminabilitas obiectiua, non effectiue, sed formaliter concurrat ad notitiam terminandam. Quo fit, vt medium formale obiectiuum terminandi aliud, debeat formaliter continere illud; medium formale obiectiuum mouendi intelligibiter ad cognoscendum aliud, non debeat continere formaliter, sed sufficit, si contineat illud tantum eminenter. Cæterum dicitur vnum medium formale obiectiuum videndi aliud, quatenus intelligibiter mouet ad cognitionem illius, propter formalem connexionem in eadem ratione formali intelligibilitatis cum illo.

390.  
Deus est  
medium.

Obiectiuum,  
Motiuum,

Radicalis.

Concludo igitur, Deum non esse medium formale videndi creaturas subiectiuum respectu intellectus beati, hoc enim præstat visio beata, qua vt medio formali quo tendit ad videndum Deum in se ipso existentem; sed obiectiuum, non terminatiuum; nam hoc requirit formale continentiam creaturarum; sed motiuum: non proximum; quia Deus mouendo intelligibiter intellectus beatorum ad visionem sui, non necessario mouet ad visionem creaturarum; sed radicale & remotum; quia licet non necessario, & essentialiter, tamen liberè & connaturaliter, ad exigentiam obiecti primarij, simul mouet ad visionem creaturarum. Ex quo etiam patet, Deum esse obiectum primarium visionis beate, creaturas secundarium; nam ad visionem sui mouet principaliter, prius ratione, & independenter à creaturis; ad visionem creaturarum minus principaliter, posterius ratione, & dependenter à primario.

391.  
Dices.

Resp.

DICES, ideo beatus videt creaturas in suo verbo creato, quia in eo intentionaliter exprimuntur; at non minus illæ intentionaliter exprimuntur in Verbo increato. Resp. dist. maior. ideo beatus videt creaturas in suo verbo præcisè, quia in eo intentionaliter exprimuntur, nego; quia in eo exprimuntur, vt in imagine propria, & à se vitaliter producta, concedo. Vnde ad minor. concedo in Deo exprimi intentionaliter omnes creaturas, sed non vt in imagine propria, & vitali ipsius beati, sed tantum Dei. Imago autem vitalis non exprimit imaginatum, nisi potentia, cuius est propria & vitalis imago.

392.  
S. Thomas  
explicandus  
de causa  
radicali.

Ad 1. argum. oppositæ: S. Thom. explicandus de causa remota & radicali; exemplum de principio affert solum ad probandum, quod sicut ex perfectiore cognitione principij, noua cognoscitur conclusio: ita ex perfectiore cognitione Dei noua videtur creatura; an proximè, an remotè, non definit. Cum excludit species creaturarum à visione beatifica, excludit proprias & formales, non eminentiales & causales, quæ est Diuina essentia, quæ non solum est causa eminentialis creaturarum, sed etiam virtualis species & intelligibilis similitudo earum, quæ supplere potest in mentibus beatorum obiectiuum concursum earum: quo sensu verum est, quod docet *quæst. 8. de ver.* per eandem speciem videri Diuinam essentiam, & creaturas, nam diuina essentia est species sui, & creaturarum, virtualiter tantum diuersa: hoc etiam sensu assimilatur imagini, quæ cognita mouet in cognitionem imaginati, essentialiter abstractiue, cognaturaliter in-

tuitiue. Ad 2. neg. Deum proximè creaturas cognoscere in se ipso, vt in causa, sed vt in specie expressa earum; quo pacto illas distinctè representat quoad proprietates & singulares naturas ad vtrâque prob. concedo, Deum cognoscere creaturas, vt essentialiter connexas cum sua omnipotentia, vt effectus cum causa, atque aded de illis habere scientiam per causam: nego hanc scientiam proximè habere per suam essentiam, vt causam, sed vt speciem expressam & intelligibilem similitudinem earum. Ad 3. concedo anteced. de cognitione abstractiua, nego de intuitiua: non enim intuitiua cognitio causæ æquiuocè necessariò infert intuitiuam effectus, cum nec effectus æquiuocus formaliter contineatur in causa, nec intuitiua cognitio causæ sit intuitiua effectus, etiam per aduers. concedentes, posse beatos videre omnipotentiam Dei, nullâ creaturâ in particulari, & intuitiue visâ, sed tantum in communi, & abstractiue. Ad prob. neg. ex eo, quod visa re in se ipsa, debeat videri eius connexio, vel ordo intrinsecus ad terminum, non sequitur, quod intuitiue etiam debeat videri eius extrinsecus terminus, cum sit distincta cognitio intuitiua vnius, & alterius: proinde poterit esse intuitiua cognitio vnius & non alterius. Ad 4. nego, angelum per eandem speciem essentia formaliter videre naturam & proprietates, sed per eandem vt virtute continentem species proprietatum. Pari modo beati per eandem speciem essentia Diuinæ vident creaturas, sed vt virtute continentem species creaturarum. Ad 5. neg. minor, intellecta de ratione formali cognoscendi proxima; conced. de ratione formali cognoscendi remota & radicali: nam abstractiue tam effectus in causa, quàm conclusio in principio proximè cognoscitur; cum ipsa cognitio causæ, vt causæ, sit etiam abstractiua cognitio effectus. Ad 6. neg. creaturas videri in Diuinis ideis proximè & immediatè: sed tantum remotè & mediatè. ideo enim non representant proximè & immediatè ideata, nisi intellectui, cuius sunt propria, cum non sint representatiua ideatorum, nisi per modum vitalium imaginum, quæ non representant proximè imaginata, nisi intellectui, cuius sunt vitales imagines; ergo nec possunt beatis esse proxima media videndi creaturas, cum nequeant esse vitales imagines ipsorum: sunt ijs media remota, non motiua, quia ideæ non mouent intelligibiter alienum intellectum ad cognitionem sui, cum sint ipsæ actuales cognitiones rerum, quarum adæquatam munus est, determinare formaliter proprium intellectum ad vitalem perceptionem obiectorum; sed terminatiua; non proxima & immediata; quia in illis non continentur formaliter creaturæ, secundum esse naturale, sed solum intentionale, quod est contineri secundum aliud esse, quàm ipsæ habeant in se; sed sunt tantum media terminatiua remota, quatenus intellectus beati proximè determinatus per visionem beatam ad ideas Diuinas & creaturas cognoscendas, simul cognoscit intuitiue ideas & ideata; quod est illa tantum cognoscere concomitanter in ratione mouedi, licet cum aliquâ connexionem in ratione terminandi. Iuxta hanc resp. intellig. *August.* & ratio adducta, licet ideæ distinctæ exprimentur ideata; non nisi intellectui, cuius sunt propria; exprimentur enim illa per esse intentionale, diuersum ab esse naturali ipsorum. vnde alienum intellectum terminant secundum esse intentionale subiectiuum, non naturale ideatorum, quod tantum obiectiue exprimentur proprio intellectui, cui tantum comparantur vt vitales imagines, quæ præter sui, imaginatum etiam esse representant.

Contra,

328.  
Vrgent re-  
centiores

1.

2.

3.

4.

Resp. ad 1.  
obiectum  
est princi-  
pium &  
terminus.

Creatura  
non viden-  
tur in Deo,  
vt obiecto  
terminan-  
tes.

Sed ut in  
obiecto mo-  
xente.

Contra, vrgent citati recent. 1. Falsum est, ex eo quòd creaturæ non sint formaliter in Deo, non videri in Deo: sufficit enim videri continentiam creaturarum, quæ per se ducit in earum notitiam: hoc sensu scholastici dicunt creaturas videri in Deo. 2. per nos creaturæ cognosci possunt in specie expressa distinctè; ergo & in omnipotentia, cum non minùs eas vt causa contineat omnipotentia, quàm species, imò perfectiùs; quia adæquatè. 3. alibi doceo; quod actu non est, non posse actu cognitionem terminare: at de facto Deus cognoscit futura, quæ actu non sunt: deinde terminare cognitionem, non est aliquid physicè in eâ causare, sed esse purum terminum ipsius, ad quod obiecti existentia necessaria non est: denique cum æger sanitatem appetit, apprehendit sanitatem, quæ in ipso non est: tandem vel Deus in sua specie cognoscit ipsum esse creaturæ, vt possit dicere; hæc creatura, quam species expressa repræsentat, est talis naturæ, vel non. Secundum dici non potest, alioqui Deus non cognosceret creaturas secundum proprium esse earum. Si primum; ergo creatura, quæ actu non est, terminat cognitionem Dei. 4. falsum est, Verbum diuinum, seu speciem expressam esse intelligibiliter creaturam, alioqui dici posset, Deus est intelligibiliter creatura: quod absurdum est. Resp. in duplici sensu à patribus & Scholast. dici creaturas videri in Deo; vno vt in obiecto terminante; alio, vt in obiecto mouente, iuxta duplicem modum, quo obiectum comparatur ad intellectum, vt terminus, & vt principium. In 1. sensu loquuntur, cum dicunt creaturas videri in Deo vt in speculo: quia sicut quæ in speculo videntur, terminant visionem, ita quæ in Deo videntur, terminant intellectum beati. In 2. sensu intelliguntur, dum asserunt, creaturas videri in Deo ex vi visionis Diuinæ essentia, vt causæ creaturarum: nam ex eo quòd Deus est causa creaturarum, vim habet mouendi intellectum beati, non solum ad cognitionem sui, sed etiam creaturarum. Iuxta 2. sensum dici non possunt creaturæ videri in Deo, sed ad summum ex Deo; quia quod terminat visionem, formaliter terminat illam per propriam entitatem, & non per entitatem alterius, etiam si in eo perfectiùs contineatur. Quia cum hæc terminatio sit in genere causæ formalis obiectiuæ, non potest per aliam entitatem etiam perfectiorem suppleri. Non enim potest effectus formalis albedinis per nobiliorem formam lucis suppleri: proinde cum in Deo non existant creaturæ secundum proprium esse earum, non poterunt hoc sensu in Deo videri. Nec sufficit videre eminentialem continentiam creaturarum, vt in eâ secundum formale esse earum videantur: quia sicut hæc continentia non est formale esse creaturarum, sed eminens tantum virtus earum, ita non poterit loco creaturarum visionem formaliter terminare, sed ad summum erit medium ex quo possint creaturæ videri, non intuitiue, sed abstractiue, cum non necessariò visa causâ, cum eâ intuitiue simul videantur effectus: alioqui angelus videns intuitiue naturam alterius angeli, intuitiue in eâ simul videret cognitiones & volitiones, vt effectus in causa contentos. Ratio: cum hæc intuitiua terminatio fieri debeat in genere causæ formalis obiectiuæ, fieri non potest per entitatem alterius, sed propriam; cumque vnum extremum non sit formalis entitas alterius, esto ordinem dicat ad alterum, ex eo quod vnum intuitiue cognoscatur, non sequitur; intuitiue cognosci & alterum, sed ad summum arguitiue & abstractiue. Maior diffic. in 2. sensu, qui magis est ad mentem scholast. dum inquirunt, an

creaturæ videantur in Deo vi visionis Dei, hoc est, an eo ipso quòd Deus mouet intellectum beati ad visionem sui, talis motio necessariò sit etiam motio ad visionem creaturarum, vt nequeat motio ad visionem sui, vt causæ creaturarum separari à motione ad visionem earundem. Quem sensum non bene penetrarunt aduersarij. quis enim negat, diuinam essentiam visam vt causam creaturarum, esse medium obiectiuum per se ducens ad notitiam creaturarum? sed an ad eas ducat intuitiue, an abstractiue, hoc opus, hic labor est.

DICO, ex eo præcisè, quòd diuina essentia videatur vt causa creaturarum: non hoc ipso in eâ, vel ex eâ, aut cum eâ videri creaturas intuitiue, sed solum abstractiue: quia cum hæc motio fieri debeat per intentionalem intelligibilemque assimilationem obiecti; cumque intentionalis intelligibilisque motio vnius obiecti non sit intentionalis, intelligibilisque assimilatio alterius, non hoc ipso, quòd Deus mouet intellectum beati ad intuitiuam visionem sui, mouet ad intuitiuam visionem creaturarum, quia potest illum mouere per intentionalem assimilationem sui etiam vt causæ creaturarum, & non per intentionalem assimilationem creaturarum; vt patet cum Deus mouet intellectum vnius angeli per intentionalem assimilationem naturæ alterius angeli, & nõ per intentionalem assimilationem intellectiõis & volitionis eiusdem; siquidem angelus motus per intentionale assimilationem naturæ alterius angeli, nõ hoc ipso cognoscit intellectiões & volitiones eiusdem. Dixi, necessariò: nam naturaliter Deus intellectum beati ad vtrumque mouet, & ad visionem sui, & creaturarum simul, supplendo per lumen gloriæ assimilationem vtriusque obiecti primarij & secundarij. Ad 2. neg. conseq. nam species expressa in esse intelligibili & intentionali creaturas continet formaliter, cum sit formalis repræsentatio creaturarum secundum earum proprium esse expressarum; omnipotentia verò in esse causali & solum eminenter. Quo fit, vt secundum proprium esse creaturæ immediatiùs & dearticulatiùs contineantur in specie expressâ, quàm in omnipotentia: quia in hac solum virtute secundum esse eminentiale causæ; in illâ formaliter, & secundum proprium esse, non naturale subiectiuum, sed intentionale & obiectiuum. Quare licet omnipotentia eas perfectiùs contineat physicè & quoad entitatem, quia illas continet per virtutem, quâ eas producere potest: species tamen distinctiùs & dearticulatiùs; quia illas continet per formalem expressionem earum. Ad 3. patet ex disp. 12. de scientiâ Dei sect. 2. Ad 1. prob. concedo, Deum cognoscere futura in seipsis, & non tantum in sua specie expressa: nego, illa actu non esse, esto actu non sint pro quauis temporis duratione; sufficit enim vt actu sint pro aliquâ temporis duratione, ad quam diuinus intuitus se extendit, qui ad singula terminatur, prout existunt in suâ duratione: singulæ enim durationes continentur intra æternitatem, quæ est adæquata sphaera cognitionis Diuinæ; quin etiam se extendit ad ea, quæ nunquam futura sunt actu, sed solum futura essent actu, si tales vel tales condiciones ponerentur: nam etiam hæc habent esse actuale determinatum distinctum à suis causis sub conditione positum, quod diuinum intuitum non latet. Ad 2. esto obiectum vt terminans, nil physicè causat in cognitionem, supponitur tamen in se physicè, cum debeat per suam physicam entitatem cognitionem terminare. Sicut obiectum cognitum nil physicè causat in actum voluntatis, vt autem illum actu terminet, debet actu existere

Ratio fundam.

Ad 1.  
Ratio discriminis.

Ad 3.  
Ad primam prob.

Ad secundam.

existere secundum esse cognitum: nec potest quod actu non cognoscitur, voluntatis actum terminare: ergo neque quod actu non est, actu cognitionem terminare, cum eodem modo obiectum se habeat in terminando actum cognitionis ac volitionis. Confirm. Nequit visio corporea immediate terminari ad id, quod nihil est in se; ergo nec visio intellectualis, cum non minus quam corporea ad obiectum terminetur. Anteced. prob. quod actu nihil est, non potest ut quid reale actu visionem terminare; nam per aduers. visio eodem modo terminaretur ad obiectum actu non existens, si destructo obiecto, visio conseruaretur, ac terminatur ad obiectum actu existens. Quod si respondeas, sufficere, ut obiectum sit possibile, ut actu terminet cognitionem. Contra; Chymæra non est possibilis, & tamen per te actu terminat cognitionem. Quid igitur est illud esse Chymæricum, quod per te actum cognitionis terminat, si non est ipsum esse Chymæra in verbo mentis expressum? quod si semel conceditur, id quod actu terminat cognitionem, non esse quid distinctum à verbo mentis, sed esse ipsum ut est intelligibilis similitudo obiecti, non erit maior ratio, cur hoc ipsum negetur de alijs obiectis actu non existentibus. Confirm. Apparentia illa obiectiua, quâ obiectum apparet potentia, dum in se actu non est, non est purum nihil; quia purum nihil nullam habet obiectiuam apparentiam: ergo cum in se sit actu nihil, debet saltem in verbo esse aliquid, quod huiusmodi realem apparentiam formaliter causet. Ad 3. aliud est quid intellectus immediate apprehendat, cum apprehendit sanitatem; aliud quid appetitus appetat: appetitus enim cum sit potentia executiua, non sistit in ipsa re intra se conceptâ & expressâ, sed ulterius tendit ad acquirendam rem secundum se, cum quâ appetit se coniungere. Ad 4. concedo, Deum creaturam cognoscere, cuius naturæ & conditionis illa sit; id autem totum expressum & delineatum cognoscere in suâ specie. Nec est necesse, intuitum diuinum extra seipsum extendi, ut creaturas distinctè & dearticulatè cognoscat secundum proprium esse earum. Quod docuit S. Thom. 1. p. quæst. 14. art. 5. sine corp. *Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per suam essentiam: alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Vbi Caietanus §. 1. *Essentia, inquit, diuina siue ut ratio cognoscendi, siue ut obiectum cognitum, utrumque enim sibi conuenit, eminenter continet omnia intelligibilia. In hoc tamen est differentia, quoniam rudiores putant, quod in essentia diuina contineantur alia cum quadam distinctione, ut relucet res in speculo. Sapientes vero docent, quod in essentia diuina continentur omnia indistinctè & eleuate, sic tamen perfecte, ac si distinctè continerentur. Ex quo patere potest, quod essentia diuina, ut species intelligibilis non representet alia immediate, sed mediante seipso ut obiecto.* Hæc Caiet. quod in eius, ac S. Doct. sent. Deus cognoscat creaturas in suâ specie, suum intuitum sistendo in illâ, aperte ex §. 2. nota, quem ita concludit: *Contrariatur demum hoc philosophia explicite ac optime consenti, quod Deus nihil intelligit extra se, non solum formaliter, sed obiectiue; quia quidquid intelligit intelligit per essentiam propriam, ut formam intelligibilem & in essentia propriâ ut obiecto: nec alio potest diuertere intuitum suum, ut isti fingunt.* Neque id intelligi potest de obiecto tantum formali & primario, sed etiam de materiali & secundario, ut constat tum ex particulâ *quidquid*, quæ omne obiectum comprehendit: tum ex negatiua: *Nec potest aliud diuertere intuitum suum.* Idem S. Tho.

Apparentia  
obiectiua  
non est pu-  
rum nihil.

Ad tertiam  
prob.

Ad quar-  
tam.

Intuitus  
Dei sistit  
in suâ es-  
sentia ut  
specie crea-  
tur.

habet 4. cont. gent. c. 11. *Cum ergo in Deo sit idem esse & intelligere: intentio intellecta in ipso est eius intellectus: & quia intellectus in eo est res intellecta, intelligendo enim se, intelligit omnia alia, relinquatur, quod in Deo intelligente seipsum sit idem intellectus, & res qua intelligitur, & intentio intellecta.* Ratio: cum species expressa Dei sit perfectissima eminentissimaque imago omnium creaturarum, in eâ Deus cernit expressas & delineatas omnes creaturas secundum proprietates & condiciones vniuscuiusque & quidem perfectius, quam si eas cerneret in suis proprijs naturis existentes, sicut intellectus angelicus in suo verbo ut in propria imagine videt res secundum proprias naturas earum expressas: habet enim hoc intentionalis imago, ut in seipsa obiectum exprimat secundum omnes eas proprietates, quas obiectum ipsum habet in se. Nec requiritur, quod in ipsa obiectum contineatur secundum esse naturale, ut illud secundum esse naturale exprimat, sed sufficit, ut contineatur secundum intentionalem similitudinem ipsius. Ut enim species angelica exprimat lapidem, non est necesse, ut illum contineat secundum esse naturale, sed sufficit, si contineat secundum esse intentionale & intelligibile. Cum igitur Deus non solum sit causa rerum, sed etiam species intelligibilis earundem, cognoscit eas in seipso. 1. ut in specie distinctè & dearticulatè exprimente omnia, atque hoc est, quod Patres dicunt, Deum creaturas in seipso videre ut in speculo: quia sicut in speculo videntur obiecta, esto in illo non contineantur secundum proprium esse, sed similitudinem eorum, ita Deus creaturas videt in seipso ut in speculo, esto in eo creaturæ non contineantur secundum proprium esse naturale, sed similitudinem intentionalem. Vnde S. Thom. q. 4. de verit. art. 6. docet, creaturas perfectius esse in Verbo diuino per earum similitudines, quam sint in seipsis per proprias naturas. lege quæ infra de scientia Dei sect. 2. & supra disp. 9. sect. 3. de specie expressâ. Ad ult. neg. anteced. lege S. Thom. q. 4. de verit. cit. art. 6. & 8. & scholast. qui passim hunc modum loquendi vsurpant, *Deus intelligibiliter, causaliter, eminenter, virtualiter est creatura.* An fortè hoc non est, creaturam cum addito de Deo prædicare? quod si nihil periculi in tali modo loquendi Doctores agnoscunt, quis illum nobis ut insolentem, absonum, ac Deo indignum, indignabundè obijciat? cum ipse in explicandâ intrinsicâ distinctione virtuali in Deo illum vsurpauerit: *Deus formaliter non est creatura, eminenter tamen continet omnes creaturarum perfectiones, ideoque potest eminenter seu virtualiter dici creatura:* hoc ipsum repeto: Deus non est formaliter creatura, est tamen perfectissima similitudo intelligibilis omnium creaturarum, ac propterea creatura intelligibiliter dici potest, & quidè tantò fundatius, quantò creatura secundum esse creaturæ dearticulatius relucet in specie quàm in causa? par huic auctoritatis pondus apud lectorem inueniant qui non tam veritatis indagandæ, quàm auctores impugnandi causâ ad eos legendos accedunt.

Quod quid  
clarius d

In seipso  
tanquam  
in speculo  
Deus videt  
creaturas.

Ad ult.  
Quis suus  
conferat S.  
Thoma ad  
Schol.

## SECTIO XXII.

*An omnes creaturæ in Deo videri possint?*

PRIMA sententia affirmat, omnes creaturas tam possibiles, quàm existentes actu videri in Deo ab ariena Christi, non tamen eadem claritate, quâ Deus videt: *Magist. in 3. dist. 14. Hugo. de S. Vict. tom. 3. de Sapient. Christi, Altiſiod. lib. 3. tract. 1. c. 5. Alens.*

399.  
Affirmant  
de alijs

Alens. 3. p. q. 13. me. ult. Alber. in 3. dist. 14. art. 1. Becco. q. 2. a. 4. §. 2. Grana. 10. 1. tract. 6. disp. 1. sec. 6. ubi affirmat de facto infinita possibilium videri ab anima Christi.

400. **SECUNDA** affirmat, videri omnia non actu, sed habitu; idq; de facto concedit animæ Christi, quæ videns Verbum, in eo ut in speculo successivè videre potest quidquid videt Verbum, semper tamen actu finita: Bonau. in 3. dist. 14. q. 3. a. 2. Scot. q. 2. §. sed si ista. Aureo. q. 1. sine, Gab. q. vn. art. 1. concl. 3. Marfil q. 10. art. 2. p. 2. concl. 3. Palat. disp. 1. Rubio q. 2. qui etiam concedit animam Christi actu cognoscere posse infinita. Fund. vtriusque Sent. in Christo sunt omnes thesauri Sapientia & Scientia absconditi: Non est Christo datus spiritus ad mensuram; ergo nec scientia. Quod semper videat actu finita patet, quia virtus finita, qualis est potentia intellectiva animæ Christi, non potest se extendere ad infinita actu.

ad Coloss. 2. Ioan. 3.

401. **TERTIA** Durandi in 3. dist. 14. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 3. nu. 15. asserentis, à quovis beato necessariò videri omnes creaturas possibles, non autem existentes. Fundam. diuina essentia est naturalis causa omnium creaturarum quod earum quidditates & essentias, sc. per suam vniuersalem potentiam; non autem quoad existentias, sc. per voluntatem: sicut. n. potentia respicit producibile. ita actio productum: sed non est in Dei libertate habere, vel non habere potentiam: est in Dei libertate habere, vel non habere actionem: igitur videns Deum, necessariò videt quidquid est ab ipso naturaliter producibile, non quidquid est liberè productum. Quia qui videt causam necessariò videt vim productiuam causæ; hæc autem distinctè videri non potest, non visò distinctè eius termino, sc. omni productibili.

De possibili bus.

402. **QUARTA** docet, à nullo intellectu creato videri posse omnes creaturas possibles, posse omnes futuras. S. Tho. 3. p. qu. 10. art. 2. & 3. con. Gent. c. 56. qu. 8. de verit. art. 4. Caiet. ibid. Ferr. 3. con. Gent. ca. 60. Palud. in 3. dist. 14. q. 1. sine. Capr. q. 2. art. 1. & in 4. disp. 49. q. 6. art. 1. Soti q. 3. a. 3. concl. 1. Argen. in 3. dist. 14. q. 1. art. 3. & in 4. dist. 49. qu. 1. artic. 4. Gonzalez. in 1. p. q. 12. disp. 21. nu. 21. Sylui. & omnium Thomist. tum 1. p. tum 3. p. qu. 10. art. 2. Fundam. prioris asser. cognitio omnium possibilium in Verbo necessariò infert comprehensionem Verbi: implicat autem, Verbum comprehendendi: igitur & omnes creaturas videri in Verbo. Fundam. posterioris asser. cognitio futurorum nullam secum affert repugnantiam; nam licet sint infinita, omnia tamen continentur intra principium finitum, nempe intra potentiam intellectiuam & volitiuam creaturæ, à quâ successivè eliciendæ sunt infinitæ cogitationes & volitiones per totam æternitatem: vnde qui tales potentias comprehendit, comprehendit omnes actus, quos illæ sunt elicituræ: ad comprehendendas autem huiusmodi potentias sufficit lumen, & cognitio finita; ergo & ad comprehendendos earum actus.

De futuris.

403. **QUINTA** Richardi in 3. dist. 14. art. 2. qu. 3. negantis, ab vno intellectu creato actu videri posse omnes creaturas siue possibles, siue futuras: quæ quoad actualem cognitionem asseritur etiam ab auctoribus 2. sent. præter Rubio. Fundam. idem, quod 2. sent. nempe nullam potentiam finitam posse se extendere ad actu infinita, siue illa sint infinita possibilium siue futura.

Negat.

404. **DICO** 1. Implicat actu videri omnes Creaturas possibile in Verbo. Prob. neque t videri actu omnes, nisi cognitione actu infinita: implicat cognitio creata actu infinita; ex Philos. vt omne infinitum creata cum categorem. Maior prob. intuitiua cognitio omnium possibilium distinctè exprimeret in se ipsa naturas infinitas perfectio es absque vilo termino: quia creaturæ possibles sunt infinitæ, etiam quoad specificam perfectionem. Nec refert, quod sint tantum infinitæ syncategor. nam sicut rectè arguitur ex effectibus syncategor. infinitis potentia categorematicè infinita: ita ex obiectis syncategor. infinitis cognitio categor. infinita: quia sicut nequit potentia finita produere effectus syncategor. infinitos; ita nec cognitio finita exprimere obiecta syncategor. infinita. At talis cognitio haberet in esse intentionali, quidquid haberet obiectum ipsum in esse possibili sc. perfectionem infinitam: quia cum ea cognitio substituitur loco obiecti non existentis; (possibilia enim secundum esse creatum, quod possunt participare, non existunt neque in se, vt per se patet, neque in Deo, in quo tantum continentur eminentialiter secundum esse increatum Dei) deberet intentionaliter exprimere totam perfectionem obiecti; quia nequit intellectus obiectum distinctè & intuitivè cognoscere, nisi illud habeat intimè præsens, vel in esse reali, vel in esse intentionali: cum autem possibilium non sint intellectui præsentia in esse reali, fieri debent præsentia in esse intentionali. Neque ex eo, quod hoc esse infinitum cognitionis sit intentionale non arguitur infinitam perfectionem in cognitione: nam hoc esse intentionale est reale cognitioni, non minus quam quodlibet esse est reale rei, cuius est esse: solum enim dicitur intentionale, quia substituitur loco rei, secundum aliud esse, quo aptum est terminare intentionem potentia. Quò fit, vt quâ proportionem crescit obiectum representabile in esse reali, crescere debeat cognitio representatiua in esse intentionali; velut si obiectum crescit infinitè in esse reali, infinitè crescat oportet cognitio in esse intentionali; eo quod esse reale obiecti exprimi debeat per esse intentionale cognitionis. Non est autem necesse, vt crescat in eadem perfectione cum obiecto; nam sæpè obiectum representatum est substantia, cognitio representans est accidens; sed latet, vt crescat proportionaliter in suo genere: Sicut crescente producibili crescit productiuum, vtrumque in suo ordine. Nec dici potest, ea omnia exprimi sub vna ratione entis, sub qua omnia possibilium sunt finita: nam debent exprimi distinctè & dearticulatè singula iuxta proprias naturas ac notas, quo pacto sunt infinita. Nec eadem est ratio de cognitione, quâ videmus Deum; quia hæc non est ratio in quâ exprimitur essentia Dei, sed tantum, quâ vitaliter tendimus ad Deum in se ipso extra nostrum intellectum existentem: vnde non debet esse infinita; quia non debet exprimere obiectum infinitum in se, sed tantum ducere intellectum ad obiectum infinitum in se ipso existens. Atque hæc ratio non solum probat, implicare cognitionem omnium possibilium in Verbo, sed etiam extra Verbum: implicantiæ. n. concludit ex infinitate cognitionis simpliciter, quæ sequitur ex intuitiua notitia omnium possibilium siue in, siue extra Verbum.

Creatura possibile existunt cognitionem infinitam.

405. **Et si infinita syncategor.**

406. **Ess: in intentionale est reale cognitioni.**

407. **Viso Dei nobis exprimit Deum.**

408. **Pr. 2. auertio.**

409. **à poster.**

Prob. 2. ex cognitione omnium possibilium cum proportionali penetratione causæ sequitur comprehensio diuinæ essentia: implicat autem comprehensio diuinæ essentia, vt infra: igitur implicat cognitio omnium possibilium in Verbo cum proportionali penetratione causæ. Maior ostend. ex cognitione infinita extensivè omnium possibilium cum proportionali penetratione causæ sequitur cognitio infinita intensivè ipsius causæ:



Cognitio  
omnium  
possibilium  
est compre-  
hensio Dei.

sa: Sed cognitio infinita intensiue causæ creaturarum possibilium, est ipsa comprehensio Dei. (suppono dari non posse perfectiorem cognitionem infinitam quoad intentionem, cum infinita intentio claudat in se omnem cognitionis claritatem.) ergo. Maior prob. quodlibet possibile visum in Verbo intendit determinatè visionem Verbi: ergo omniaabilia visa in Verbo intendunt infinitè visionem Verbi: possibilium. n. sunt absque termino infinita, & calculatio fit in gradibus eiusdem rationis, cum respectu obiecti primarij dari non possint visiones diuersæ rationis, eò quòd omnes specificentur ab eodem obiecto, & modo tendendi perfectissimo, per modum actus puri in se ipso immediatè visibilis. Antec. prob. sicut quodlibet possibile est determinatæ naturæ, & perfectionis essentialis, ita postulat determinatum gradum visionis, vt exprimat: sed quilibet gradus visionis obiecti secundarij repræsentat intensius & clariùs obiectum primarium, quia videtur cum connexionione ad primarium, vt effectus ad causam. Ergo.

409.  
A priori:  
cognitio tota  
producibile  
comprehen-  
ditur pro-  
ductiuum.

Tum sic à priori: Cognitio toto producibili cum adæquatà connexionione ad suum productiuum, comprehenditur productiuum: ergo cognitio omnibus possibilibus cum adæquatà connexionione ad omnipotentiam Dei, comprehenditur omnipotentiam Dei: sed implicat, comprehendere omnipotentiam Dei, non comprehensa tota substantiâ: ergo ex cognitione omnium possibilium in Verbo sequitur adæquata comprehensio Verbi. Prior consequ. patet, adæquatum productiuum creaturarum possibilium est omnipotentia Dei. Antec. prob. qui cognoscit totum producibile, omnemque modum producibilitatis cum adæquatà connexionione ad suum productiuum, cognoscit illud cum adæquatà virtute, quam re ipsa supponit in causa; sed totum producibile creaturarum, cum omni modo producibilitatis earum supponit in Deo actum purum infinitum in omni genere perfectionis: ergo qui distinctè cognoscit omnes creaturas posibles in Deo, cum omni modo, quo illæ sunt producibiles, adæquatè cognoscit virtutem productiuam Dei. Maior prob. sicut totum producibile adæquat totum productiuum, cum totum esse productiuum sit ad suum producibile, ita qui cognoscit totum producibile cum adæquata connexionione ad suum productiuum, cognoscit adæquatè productiuum. Minor ostend. totum esse possibile creaturarum includit omnem gradum perfectionis absque termino; includit enim infinitum gradum entis, substantiæ, spiritus, vitæ, sapientiæ, potentiæ, bonitatis, iustitiæ, reliquarumque perfectionum; & præterea ex modo, quo hæc omnia sunt à Deo producibilia per creationem, supponunt in Deo perfectionem actus puri: vt omnes gradus producibiles supponi debent in productiuo: ergo si sunt producibiles absque termino, omnes supponi debent actu infiniti, & per modum actus puri in Deo producente. Nec recurri potest ad virtutem altioris ordinis, quæ finita producere posset infinita inferioris ordinis: nam tunc recurri potest, quando tota perfectio effectus producibilis contineri potest eminenter in causa: at perfectio substantiæ, spiritus, vitæ intellectiue, & c. nequeunt in Deo contineri nisi formaliter; eo quòd non datur perfectior modus continendi has perfectiones.

411.  
Si vnum  
attributum  
comprehen-

Quòd comprehensa omnipotentia Dei, comprehendatur tota substantia Dei, sic demonstro, r. impossibile est, comprehendere vnum attributum in Deo, vt omnipotentiam, quin totus Deus com-

prehendatur. Sicut implicat, cognoscere vnum attributum, quin totus Deus cognoscatur. Ratio: implicat, cognosci vnam perfectionem in Deo, quin æquali intensiue & claritate cætera cognoscantur; eò quòd nequeat intelligibilitas Dei mouere intellectum creatum ad vnam perfectionem cognoscendam, quin æqualiter moueat ad omnes: quia intelligibilitas obiecti essentialiter fundatur in tota entitate rei. 1. Tota substantia Dei non dicit maiorem perfectionem in Deo, quam omnipotentia: nam omnipotentia Dei, vt sit productiuum totius entis possibilis, debet esse actus purus infinitus in omni genere perfectionis. At nequit excogitari perfectio maior actu puro infinito in omni genere perfectionis: igitur qui comprehendit omnipotentiam Dei, de necessitate comprehendit totam substantiam Dei, cum nulla maior perfectio cognoscenda sit in substantiâ Dei, quæ non sit cognita in omnipotentia Dei, visâ cum adæquatâ connexionione ad totum producibile, & ad omnem modum producibilitatis. Confirm. qui cognoscit vnum creabile cum connexionione ad potentiam creatiuam Dei, debet adæquatè cognoscere actum purum, vt causam talis creabilis: ergo qui cognoscit infinita creabilia perfectiora cum eadem connexionione ad omnipotentiam Dei, debet cum omnibus possibilibus adæquatè cognoscere virtutem causatiuam omnium possibilium: Sed talis cognitio est comprehensio: ergo. Antec. patet, sicut qui intuetur effectum in causa, debet necessariò intueri causam vt principium talis effectus: ita qui comprehendit effectum in causa, debet comprehendere causam, vt principium talis effectus; hoc est debet cognoscere illam intensiue & claritate, quam exigit ipsa causa, vt principium talis effectus. Consequ. prob. sicut qui comprehendit vnum effectum in causa, debet simul cum effectum comprehendere causam, vt principium talis effectus: ita qui comprehendit infinitos effectus in causa, debet simul cum infinitis effectibus comprehendere causam vt principium infinitorum effectuum: Sed Deus non potest esse principium infinitorum effectuum creabilium perfectiorum, nisi vt actus purus infinitus perfectus; quia sicut se habet creatio ad actum purum, ita infinita creabilia ad infinitatem actus puri. ergo ex tali cognitione necessariò sequitur penetratio totius actus puri, adæquatâ intelligibilitate ipsius; atque ad eò comprehensio Dei. Nam comprehensio obiecti est, quæ in claritate adæquat intelligibilitatem obiecti: illa autem cognitio adæquat in claritate intelligibilitatem obiecti, quæ per connexionem ad omnes effectus, quos potest causa producere, adæquatè cognoscit illam.

Aliam rationem assignant alij, cur nequeant cognosci omniaabilia: quia nimirum implicat eadem cognitione, quâ cognoscuntur res posibles, cognosci cognitionem, quâ possibile cognoscuntur; sc. nequit id, quod est posterius ratione possibile, cognosci per id, quod est ratione prius possibile: sed posterior ratio est possibile cognitio, quâ cognoscenda est cognitio ipsa possibile, quàm ipsa cognitio possibile, cum illa sit reflexa, hæc directa: prior autem possibile est cognitio directa, quàm reflexa: quia directa præsupponitur ad reflexam. Maior prob. obiectum essentialiter supponitur ad cognitionem; prius enim possibile est obiectum, quàm possibile sit actio, quæ circa illud versari possit. Sed contra, falsum est antec. ad prob. neg. maior: etenim licet ordine possibilitatis prior sit cognitio directa, quàm reflexa, sicut ordine existentie prius existit directa, quàm

408.  
Tota sub-  
stantia, si  
omnipoten-  
tia.

412.  
Si omne  
creabile, &  
actus puri.

413.  
Alia ratio.

414.  
impugna-  
tur.

Cognitio di-  
recta cogno-  
scere potest  
reflexam  
possibilem.

quàm reflexa; ac proinde nequeat directa cogno-  
scere reflexam existentem, nec prius naturā exi-  
stere reflexa, quàm directa, eum reflexa ordine  
naturæ essentialiter supponat directam, vt obie-  
ctum, circa quod versari debeat: tamen non re-  
pugnat, directam existentem cognoscere reflexam  
vt possibilem: quia vt sic reflexa præsupponitur  
ad directam existentem. Vnde posset intellectus  
creatus comprehendendo ac penetrando perfectè  
se ipsum, cognoscere non solum propriam sub-  
stantiam, & intellectum iam existentes, sed etiam  
infinitas cognitiones reflexas posibles, quas pos-  
set successiuè elicere, si aliunde non implicaret.

415.

*Obijciens 1.* Deus est productiuus creaturarum  
per potentiam, vt virtualiter distinctam à reliquis  
attributis: ergo vt productiuus non includit for-  
maliter reliquas perfectiones: igitur comprehensâ  
omnipotentia, non debet necessariò comprehendi  
tota essentia, quæ constituitur ex reliquis etiam  
attributis. *Resp. 1.* neg. antec. est enim Deus pro-  
ductiuus infinitarum creaturarum, vt actus purus  
infinite perfectionis; ac proinde vt virtute includens omnes perfectiones: nam id to-  
tum formaliter & virtualiter dicit productiuum,  
quod essentialiter supponit producibile; sed totum  
ens creatum producibile essentialiter supponit ac-  
tum purum infinitum in omni genere perfectio-  
nis; dicitur autem potentia Dei attributum virtute  
distinctum à reliquis, non quatenus est conceptibi-  
lis, vt contentiuum omnium possibilem, sed qua-  
tenus est ratio proximè exequens suos effectus; sic  
enim omnes perfectiones diuinæ, necessariae ad  
productionem totius entis possibilem, concipiuntur  
sub vnicâ ratione formali potentia executricis.  
Ex cognitione autem intuitiuâ creaturarum in  
Verbo non solum cognoscitur potentia Dei, vt  
formaliter executiuâ, sed etiam vt virtualiter con-  
tentiuâ earund. sc. vt actus purus infinitus in omni  
genere perfectionis. 2. *Dist. 2.* conseq. non includit  
omnipotentia reliquas perfectiones formaliter, ne-  
go; non includit virtualiter, concedo. Ad com-  
prehendenda autem reliqua attributa simul cum  
ipsa omnipotentia Dei in se ipsa comprehensâ, suf-  
ficit si illa includantur in omnipotentia Dei for-  
maliter, etiam si non includantur virtualiter. Ra-  
tio: sicut virtualis distinctio vnius attributi ab  
alio non impedit, quò minus, si intuitiuè cognos-  
catur vnum, intuitiuè etiam cognoscatur alterum;  
ita nec impedit, quò minus si comprehendatur  
vnum, comprehendatur & alterum. Quia virtua-  
lis distinctio solum impedit explicitam cognitio-  
nem alterius in ordine ad cognitionem abstracti-  
uam, non in ordine ad intuitiuam, quæ ad rem  
fertur, prout est in se.

416.  
*Resp. 2.*

*Obijciens 2.* Per cognitionem omnium possibilem  
in Verbo non videretur perfectiùs Deus, quàm  
de facto videatur, à quolibet beato, cum nulla ma-  
ior perfectio videretur in Deo per cognitionem  
omnium possibilem, quæ de facto à quolibet bea-  
to non videatur; sed de facto à nullo beato com-  
prehenditur: ergo nec per cognitionem omnium  
possiblem comprehenderetur. *Res. dist.* Maior.  
non videretur Deus perfectiùs ex parte obiecti,  
concedo: non perfectiùs ex parte modi cogno-  
scendi, nego. Nam hoc ipso, quòd penetraretur  
vt causa omnium possibilem, videretur ea clarita-  
te & intensione, quam exigit obiectum: quia verò  
comprehensio non consistit tantum in cognitione  
extensiuâ omnium perfectionum, quæ sunt in ob-  
iecto, sed etiam in intensiuâ, & in claritate adæ-  
quata intelligibilitati obiecti, id est talis cognitio

Tomus I. De Deo.

esset comprehensio, esto nullam nouam perfe-  
ctionem manifestaret ex parte obiecti.

*Obijciens 3.* Adhuc Deus visus in ordine ad om-  
nes creaturas posibles, est perfectiùs visibilis in  
se ipso: ergo visio omnium possibilem in Verbo  
non infert formaliter comprehensionem Dei: quia  
comprehensio est adæquata cognitio obiecti, quæ  
maior ab obiecto exigi non possit. Antec. prob.  
sicut Deus productione omnium possibilem non  
adæquatur in esse; ita neque visione eorundem  
adæquatur in cognosci. *Resp. nego* antec. ad  
prob. concedo, possibilem secundum esse, quod di-  
cunt in se, non adæquare esse Dei; quia illud est  
creatum, hoc increatum; nego non adæquare Deum  
secundum illud esse, quod necessariò supponunt  
in causa, quia vt sic inuoluunt totum esse Dei:  
cum enim possibilem nullam dicant limitationem,  
neque in obiectis producibilibus; neque in modo  
producendi, non possunt contineri, nisi in causa,  
quæ sit actus purus infinite perfectus: & quia illa  
cognita in Deo, necessariò cognoscuntur cum con-  
nexionem ad tale esse causatiuum, repugnat cogno-  
sci adæquate Deum, ut causatiuum earum.

*Obijciens 4.* cognitio, quæ non sufficit ad pene-  
trandas omnes perfectiones obiecti, non sufficit  
ad comprehensionem obiecti: sed cognitio om-  
nium possibilem in Verbo non sufficit ad pene-  
trandam potentiam generatiuam ad intra, tripli-  
cem hypostasim relatiuam, & reliquas perfectio-  
nes incommunicabiles ad extra: nam ex vi cog-  
nitionis effectus in causa, id tantum per se cognosci-  
tur de causa, quod effectus supponit formaliter in  
causa, seu cognitus formaliter indicat de causa:  
sed possibilem nullam perfectionem ex supradictis  
per se supponunt formaliter in Deo. *Confirmat.*  
etiam si Deus non esset productiuus ad intra, sub-  
sistens in tribus personis & incommunicabilis ad  
extra, adhuc esset productiuus creaturarum, quia  
nulla ex his perfectionibus per se requiritur ad  
potentiam productiuam creaturarum. *Resp. neg.*  
minor. nam per eandem perfectionem Deus est  
productiuus infinitarum creaturarum ad extra, &  
diuinatum personarum ad intra. Scilicet per eandem  
perfectionem actus puri infiniti in omni genere  
perfectionis, est productiuus diuinarum persona-  
rum ad intra, & incommunicabilis ad extra: si  
perfectio est eadem formaliter, nec est maior in  
ordine ad vnum terminum, quam in ordine ad  
aliud, eadem claritas & intensio cognitionis, quæ  
sufficit ad comprehendendam illam in ordine ad  
vnum, sufficit ad comprehendendam eandem in  
ordine ad aliud. Antec. prob. Deus est producti-  
uus infinitarum creaturarum ad extra, vt actus pu-  
rus illimitatus in gradu substantia, vitæ intelle-  
ctiua, sapientia &c. Sed vt illimitatus in eodem  
gradu substantia, vitæ intellectiua, sapientia &c.  
est productiuus ad intra, & incommunicabilis ad  
extra, cum nequeat alia maior perfectio, quàm  
hæc excogitari: ergo.

Ad prob. min. neg. Minor: ut enim omnia  
possiblem per se & formaliter supponunt actum  
purum infinitum in omni genere perfectionis ab-  
solutæ: ita incommunicabilitatem ad extra, &  
potentiam productiuam ad intra, quæ radicitur  
in natura absoluta. Perfectæ ones verò relatiua, etsi  
per se non supponantur à potentia productiuâ  
creaturarum, tamen cognitio, quæ sufficit ad com-  
prehendendam naturam cum omnibus suis perfe-  
ctionibus absolutis, erit sufficiens ad comprehen-  
dendas perfectiones relatiuas; tum quia hæ for-  
maliter includuntur in illa; non potest autem in

L 2

Deo

Deo comprehendi vna perfectio, quin simul comprehendantur reliquæ in ea formaliter inclusa. Tum quia cognitio, quæ sufficit ad comprehendendam perfectionem maiorem, sufficit ad comprehendendam minorem, in maiore formaliter inclusam: atqui natura cum suis perfectionibus absolutis in Deo est perfectio maior, quàm sint ipsæ relatiuæ. Ad Confir. vel hypothesis supponit, in eo casu Deum non esse productiuum ad intra, & incommunicabilem ad extra defectu alicuius perfectionis absolutæ, & defectu eiusdem, neque erit productiuus infinitarum creaturarum ad extra, quia per eandem perfectionem actus puri, infiniti in omni genere perfectionis, est productiuus infinitarum creaturarum ad extra, & diuinarum personarum ad intra, & incommunicabilis ad extra: si defectu perfectionis relatiuæ, adhuc tunc maneret comprehensio naturæ absolutæ, quæ sat esset ad comprehendendas relationes si essent. *Lege S. Tho. qu. 2. de poten. art. 6. vbi docet, potentiam generatiuam ad intra, & creatiuam ad extra non differre in se, sed tantum penes diuersos respectus ad diuersos terminos.*

*Obijcies 5.* Comprehensio non solum debet exprimere omnes perfectiones obiecti, sed eâ claritate & intentione, quæ exigit: sed beatus videns in Verbo omnia possibilium, etiam exprimeret omnes perfectiones Dei, non tamen exprimeret eâ claritate, quæ exigit obiectum; nam adhuc Deus exigeret videri claritate increata, quæ se ipsum intuetur. *Resp. neg. minor.* quia cum eas exprimeret claritate infinita, non posset eas clarius exprimere, quia in claritate infinita clauditur omnis claritas possibilis. Ad prob. nego, Deum à se ipso videri clariore cognitione, quàm infinita. Nec ratio increati facit ad comprehensionem, nisi faciat ad maiorem claritatem: ad maiorem infinita facere non potest; nam ad infinitam maior addi non potest; alioqui illa non esset infinita; ex Philof.

*Obijcies 6.* Cognitio comprehensiuæ exprimit obiectum sub omni habitudine ad terminum: sed cognitio possibilium in Verbo non exprimeret Deum, nisi sub habitudine ad creaturas, non ad diuinas personas. *Resp. neg. minor.* repugnat quippe Deum exprimi, vt adæquatam causam omnium creaturarum, & simul non exprimi, vt adæquatam principium diuinarum personarum, & consequenter sub omni habitudine. Nam habitudo, quam Deus dicit ad increatas personas, fundatur in eadem perfectione actus puri, quæ adæquatè comprehenditur per cognitionem omnium possibilium in Verbo, vt si quis comprehenderet virtutem æquiuocam causæ in ordine ad omnes effectus, comprehenderet etiam vniuocam virtutem in ordine ad vniuocam communicationem sui; quia per eandem omnino virtutem causa est æquiuocè productiuæ omnium effectuum, & vniuocè communicationis sui. Licet igitur ex cognitione omnium possibilium in Verbo, formaliter tantum sequeretur adæquata cognitio Dei, vt causæ creaturarum; per se tamen sequeretur etiam cognitio Dei, vt principij diuinarum personarum.

*Obijcies 7.* Id tantum penetratur de principio, quod formaliter cognoscitur ex vi termini; sc. quod per se supponit terminus: sed possibilium per se tantum supponunt potentiam creatiuam in Deo. *Confir.* id tantum per se cognoscitur ex vi termini, sine quo ipse terminus cognosci non potest: at sine sola potentia creatiuæ cognosci nequeunt creabilia: igitur absque illâ tantum hæc cognosci non possunt. *Resp.* maior tantum vera de cogni-

tionem extra Verbum, in quâ id tantum relucet de causa, quod per se manifestat effectus; quia cum tota ratio cognoscendi principium sit effectus, non potest plus de principio cognosci, quàm effectus ostendit; non de cognitione in Verbo; in quâ, quia proxima ratio cognoscendi principium non est effectus, sed cognitio principij essentialiter originata à totâ entitate rei, implicat de principio intuitiuè cognoscere vnâ rationem, non cognitio reliquis in eodem principio essentialiter inclusis. Eodem modo *resp.* ad confir. creabilia solum cognosci possunt absque alijs perfectionibus diuinis extra Verbum, non in Verbo, in quo radicalis saltem causa videndi est Verbum.

*Dico 2.* Implicat etiam habitu videri omnia possibilium in Verbo. Fundam. vel hic habitus esset visio Dei, quæ modò hæc, modò illas creaturas successiuè repræsenteret beato, positâ tantum nouâ aduertentiâ ex parte beati, vt sentiunt Scotus, & Rubi; vel principium aliquod, quod per modum actus primi esset proximè, & completè determinationem potentie ad intelligenda singula possibilium: *Implicat 1.* modo: sc. visionem actu informare potentiam, & non reddere illam actu videntem omnia, quæ per eam repræsenteretur. Nam visio essentialiter postulat influxum potentie vitalis, cum sit actualis motio ipsius ad obiectum percipiendum: ergo implicat vt sit actualis visio omnium possibilium, & non omnia actu videri à potentia; seu non videri omnia, & vitaliter moueri ad omnia. Cum nec aduertentiâ mutari possit, non mutata visione; nec visio conseruari sine adæquatâ aduertentiâ potentie; est enim aduertentiâ actualis vitalisque motio potentie ad obiectum, quam essentialiter postulat visio. *Implicat 2.* modo; quia tale principium necessariò foret infinitum; nam virtute contineret infinita obiecta, quorum species, & obiectiuum influxum suppleret. Nec recurri potest ad virtutem finitam altioris ordinis; hæc. n. respectu omnium possibilium implicat; quia non datur ordo creatus, qui sit supra omnia possibilium, cum omne creatum claudatur intra obiectum possibilium, extra quod non datur altior ordo, præter diuinum. Explico: talis ordo non excederet supernaturalem creatum: at hic continetur sub obiecto possibilium, intra quæ continentur etiam effectus supernat. *Dicas.* Potest intellectus finitus successiuè intelligere infinita possibilium; ergo & habitus, qui sit determinatius ad eadem infinita successiuè intelligenda. *Resp. neg.* conseq. intellectus. n. est potens intelligere infinita per modum causæ remotæ, & vniuersalis; habitus per modum causæ proximæ & particularis: illa non debet continere effectum, nisi tantum sub ratione genericâ intelligendi, quæ eadem est respectu omnium intelligibilium; hæc sub ratione specificâ obiecti intelligibilis, quæ propterea continere debet específicos concursus omnium obiectorum: quæ si sint infinita, infinitam supponunt perfectionem in principio proximè determinante, ad singulas rationes específicas.

*Dico 3.* Implicat cognitio actu exprimens infinita indiuidua dearticulatè & distinctè siue in, siue extra Verbum. Est Bonauent. Rich. Scoti, Gabrielis locis cit. Fundam. nequit species exprimere infinita, quin ipsa sit etiam infinita: quia species expressa debet actu continere in suo esse intentionali, quidquid obiectum continet in suo esse naturali: nam substituitur loco obiecti, vnde debet illud continere quoad totum esse; alioqui in eo, in quo illud non contineret, non exprimeret cognoscenti.

422.  
Ad Conf.

Ad conf.

423.

Resp.

424.

Resp.

425.

Conf.

Resp.

426.  
Possibilia  
omnia ha-  
bitu videri  
nequeunt;[Nec successi-  
sive]427.  
Nec per modum  
actus  
primi etc.

428.

Resp.  
Discrimen  
causæ vni-  
uers. &  
particul.429.  
Nec infinita  
indiuidua.

430. *Confr.*  
 scienti. At totum esse naturale obiecti supponitur adæquatè expressum in ipso esse intentionali speciei: igitur si illud est infinitum, etiam hoc erit infinitum. *Confr.* Si infinita individua actu simul existerent omnia in esse naturali, essent actu infinita in esse naturali: ergo si acta simul existerent omnia in esse intentionali, essent actu infinita in esse intentionali: sed actu simul existerent omnia in esse intentionali in specie expressâ distinctè exprimente singula secundum proprias notas individualles vniuscuiusque. Conseq. prob. esse intentionale speciei adæquatè responderet esse naturali obiecti. *Obijcies.* Hæc sentent. derogat prærogatiuæ Christi: ad quem vt Iudicem omnium, & saluatorem animarum spectat, cognoscere omnes cogitationes tam beatorum, quam damnatorum in æternum futurâs, in Verbo: at hæ sunt infinitæ, cum careant termino: ergo. *Resp. neg. antec.* ad prob. distinguo de cogitationibus, & idem dico de volitionibus, quoad speciem omnes in Verbo cognosci à Christo, eadem cognitione, quâ cognoscitur Deus; quia omnes finitæ sunt: quoad numerum verò vsque ad diem Iudicij extituras omnes in Verbo cognosci à Christo, quia omnes istæ finitæ sunt, & actu iudicari debent à Christo; proinde actu cognosci, antequam iudicentur, vt sua cuique poena vel præmium assignetur: reliquas autem in æternum futurâs habitu tantum simul omnes cognosci per scientiam infusam; actu verò quas & quot Christus voluerit, semper finitas.

432. *Infinita in diuina habent cognosci possunt.*  
**DICO 4.** Non implicat, infinita individua cognosci posse habitu. Est communis contra Richar. Fundam. habitus non infinitatur ex continentia infinitorum individuum, sicut infinitatur actus: habitus, n. non debet continere actus, ad quos inclinatur, perfectione numerica, sed solum specificâ; quæ respectu omnium Individuum sub eadem specie contentorum est vna & eadem: quia habitus non debet continere actus, nisi per modum potentie proximè completæ tantum quoad rationem specificam, vt continent causæ 2. suos effectus ad quorum individuationem, ex *Philos.* proximè complentur per generalem concursum causæ. Actus verò individuum perfectionem obiecti continere debet per modum formæ, ipsum formaliter constituentis, non per modum principij naturaliter tantum exigentis. Hinc infertur discrimen inter habitum continentem actus specificè & individualiter: nam ille continere debet specificam perfectionem actus proximè & formaliter; hic individuum eiusdem remotè tantum & in potentia. Quo fit, ut si actus infiniti proximè sub habitu contenti, sint specie diuersi, habitus ipse infinitus sit oportet: secus si actus sub habitu contenti, sint tantum individualiter distincti.

433. *Ad fund. 1. & 2.*  
**AD FUNDAM. 1. & 2. SENT. RESP.** Primum locum intelligi de sapientiâ & scientiâ increatâ, quæ competit Christo per communicationem idioma-tum; rationem Paulus subdit, quia, in ipso inhabitat omnis pleniudo Diuinitatis corporaliter: 2. de Spiritu S. dato Christo substantialiter, non ad mensuram, sed secundum plenitudinem Diuinitatis, inhabitantis in Christo substantialiter. **AD FUNDAM. 3. NEGO CONSEQ.** Deus, n. non est causa vniuersa, sed æquiuoca creaturarum; vnde ea visa non est ratio videndi creaturas. Ad confirm. nego minor. potest enim distinctè videri causa, abstractiue tantum viso termino. Ad fundam. quaræ quoad poster. partem assert. quæ tantum est contra nos, pater. Sc. intentionalis infinitas, quam necessariò aduehit cognitio ipsa distinctè exprime-

mens infinita individua, est sufficiens repugnantiâ ad illam negandam. Ad prob. esto omnes actus in æternum futuri in causa tantum spectati sint finiti, quia tamen, vt intuitiue videantur, debent singuli, in se ipsis distinctè exprimi secundum proprias individuationes vniuscuiusque, nequeunt omnes repræsentari cognitione finita.

SECTIO XXIII.

Qua creaturas ex vi visionis Dei de factò videant Beati in Verbo?

435. *Hactenus de possibili.*  
**P** RÆCIPUA difficultas, est de futuris, quæ connectionem habent cum statu beati, vel quia immediate pertinent ad ipsum, vt potè quorum fidem habuit in via; vel quia pertinent ad eos, quorum letus ipse curam gessit in vitâ, aut qui eius implorant auxilium.

436. *De factò 1. Sent.*  
**PRIMA SENT. Capreoli in 4. Dist. 49. qu. 6. art. 1. sine, Soti qu. 3. art. 3. concl. 10. Ferrar. 3. con. Gen. c. 59. §. sed remanet. C. e. 2. 2. qu. 83. art. 4. Ad 2. Molina 1. p. qu. 12. ar. 8. disp. 5. me. 6. & D. 6. Gonzalez disp. 33. sect. 1. Suar. lib. 2. de attrib. c. 28. affirmantium,** à quouis beato in Verbo videri omnia futura, quæ ad ipsius statum quoquo modo pertinent: & hoc vel ipso beati uulnis exordio, vel successu temporis, vt res, quæ ad beatos spectant, successiue existunt, vt Ferrar. Molina, & Gonzalez d. 31. nu. 20. opinatur, sine vllâ tamen mutatione obiecti primarij, per solam variationem obiecti secundarij. **Prob. 1. Au& S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 2. & 3. p. q. 10. a. 2. & q. 8. de verit. 8. a. 4. ad 12. in quorum 1. docet, beatos cognoscere in Verbo petitiones nostras ad eos corde, aut voce directas; in 2. omnia quæ ad ipsos pertinent; in 3. angelos in Verbo cognoscere omnia, quæ ipsorum officio committuntur. 2. Au& Concilij Senonensis afferentis, quidquid beatorum interest in sp. culo Diuinitatis illucescere: 3. Quia ad consumm. tum beatic. spectat, non solum vide e Deum, sed in ipso ea omnia, quæ ad statum vniuscuiusque spectant.**

437. *Probans auctoritate.*  
**SECUNDA, Duran. in 3. dist. 14. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 3. nu. 18. Caiet. 3. p. q. 10. a. 2. Aureo. quodl. 10. a. 3. Vasq. 1. p. d. 50. c. 9. & omnium,** qui putant, nullam creaturam videri eadem visione, quâ videtur Verbum, negantium, vllum futurum videri in Verbo formaliter, sed tantum causaliter per distinctam cognitionem. **Fundam. Caiet. sequeretur,** plura futura videri ab eo, qui pauciora haberet merita, si plura ad ipsius statum pertinerent, quam alterius, maiora habentis merita: sed quò plures videntur creaturæ in Deo, eò perfectius videtur Deus; quò plures effectus in causa, eò perfectius causa: ergo visio beata non responderet meritis.

438. *Ratione*  
**DICO 1.** Eò plura possibilis vident beati in Verbo, quò perfectius vident Verbum. **Fundam.** possibilis sunt termini necessariò connexi cum Diuina omnipotentia: sed quò perfectius videtur potentia, eò saltem connaturaliter plures videntur effectus eiusdem potentie. **Confr.** possibilis non sunt de ijs, quæ possunt per orationes sanctorum aliter se habere; ergo non spectant ad peculiarem statum beatorum, sed ad essentialem & communem rationem beatitudinis.

439. *2. Sent.*  
**DICO 2.** Non omnes beati vident in Verbo formaliter omnia futura, quæ ad eorum statum pertinent, sed aliqua solum vident causaliter per peculiare reuelationes extra Verbum. **Fundam.** multa futura pertinent ad statum beatorum, quæ ab

ipsis nō cognoscuntur in Verbo; deberent. n. omnia simul in principio beatit. videri; cū obiectū secundarium non videatur, nisi cum connexionē ad primarium, ut effectus cum causa, nec possint successivē videri secundaria, nisi successivē videndo perfectius & intensius primarium. Absurdum autem est, variari visionem beatam circa obiectum primarium; cū illa sit quaedam participatio beatitudinis increatae, quae mensuratur aeternitate. Antec. prob. I. ex *Daniel. 10.* ubi ignorabat angelus Persarum, quae Persis suae curae commissis, ex Divina dispositione ventura essent, cū tamen haec ad officium angeli custodis maximē pertineant.

2. De die iudicij, *nemo scit, neque angeli Dei*, cū tamen hunc scire pertineat ad statum cuiusque beati Pontificis, cui demandata est cura totius Ecclesiae militantis. 3. Si preces fusae vel fundendae viderentur à beatis initio beatitudinis, iam nunc viderentur preces, quas fusuri sunt iusti in die iudicij ad superandas persecutiones Antichristi. 4. Ex *Dion. de Cal. Hier. c. 7.* Angeli inferiores illuminantur à superioribus, & sanè etiam in ijs, quae ad eorum officium pertinent, ut communiter *Theologi.*

442. *Matth. 24.*

*Exceptio iudicij die.*

443. *Omnia fidei credita videntur.*

444.

445. *Hoc uniuersum.*

446. *Quae spectant ad seriem praedestinationis sunt propria.*

Dico 3. Omnia, quae hic habitu fidei credimus, videbimus formaliter in Verbo, vno excepto die iudicij. Indicat *Paulus 1 Cor. 13.* *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem; nec non August. 20. de Ciuit. Dei c. 21.* *Sed quid nisi Deum, & omnia illa, quae nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humanae, supple, videbimus?* De his explicatur *Greg. 4. Dial. c. 33.* *Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?* non loquitur de omnibus scibilibus, sed de his tantum, quae scienda sunt; ut explicat *S. Thom. 1. p. q. 12. a. 8. ad 1.* quantum ad sufficientiam obiecti. Fundam. praemium, quoad fieri potest, respondere debet merito, & haereditas adoptioni: sed habitus fidei datur hic ut meritum adultis; aut per se annexus adoptioni, ut paruulis: ergo visio beata proportionari debet fidei, ut ad ea omnia exprimenda se extendat visio in patria, ad quae credenda se extendebat fides in via. Confirm. haec praecipue cupiunt videre beati in Verbo, quorum obscuram notitiam habuerunt in via. Hinc sequitur, quemlibet beatum contemplari in Verbo totum hunc mundum, quoad praecipuas partes ipsius, & peculiarem ordinem vniuersi; quod docet *S. Tho. 1. p. q. 12. art. 8. ad 4. & 3. con. Gen. c. 59.* nam vnum ex creditis est hoc vniuersum quoad corporeas, & incorporeas substantias à summo opifice Deo certo tempore conditum.

Dico 4. Beatus in diuina essentia videt quid quid spectat ad ordinem & seriem suae praedestinationis; vi cuius videt & charitatem, qua Deus ab aeterno ductus ipsum praedestinavit, & modum, quem in tempore tenuit ad illum vocandum iustificandumque; & media omnia tam naturalia, quam superna, quae in occasionibus à principio ad finem, vique ad hunc effectum, adhibuit, illum excitando, ad fidem vocando, iustificando, ad bonum promouendo, à malo praeseruando, impedimenta tollendo, occasiones praeparando; suam ipsius felicitatem & gloriam, qui est terminus praedestinationis, in Deo videbit, iuxta gradum, quem Deus ab aeterno praedestinavit. Fundam. totum hoc per se exigitur à pio desiderio sanctorum, & veluti integrans vnum obiectum beatitudinis, quatenus perfectius cognoscitur increata illa bonitas, quae tam magnifice se gessit cum suis creaturis: quamuis non sit necesse, ut *S. Tho. 3. con. Gen. c. 59 sine* notat, ut in Verbo praedestinatione aliorum cognoscamus.

Ad 1. arg. primae respondet *Caiet. cit. in 3. par. S. Thom.* intelligi de visione Verbi causaliter, quae causatur notitia eorum, quae ad statum beati spectant (est enim iure connaturalitatis debitum, ut videns Deum, simul videat ea, quae cum statu ipsius sunt aliquo modo connexa) non formaliter; ita 1. & 3. locus intelligitur causaliter; alioqui non posset *S. Tho.* negare, preces, quas fusuri sunt iusti in die Iudicij, nunc videri à beatis in Verbo, & consequenter ipsum diem Iudicij, contra Christi auctoritatem. Secundus intelligitur formaliter: solum quantum ad ea, quae spectant ad seriem propriae praedestinationis, & notitiam mysteriorum fidei. Ad 2. Senon. Concil. Provinciale tantum est, & nondum confirmatum aucto. Pontificis, ut testatur *Vasquez disput. 50. cap. 5. sine. 2.* Explicari potest causaliter, quia sicut speculum per species, quas ab obiectis impressis recipit, ostendere potest alia distincta à se: ita Deus per virtutem producendi creaturas, quam habet à se, manifestare potest omnia beatis, non tamen necessario, ut speculum, sed liberè; quod propterea speculum voluntarium nuncupatur. Ex his patet ad rationem.

447. *Caiet. explicat S. Tho.*

448. *Ad 1.*

449.

450. *1. Senon.*

451. *2. Senon.*

*Ratio.*

452. *3. Senon.*

SECTIO XXIV.

Vnde oriatur ut haec potius creatura, quam alia in Deo videantur?

NOTA non quaeri de causa formali; nam haec est talis visio numero, quae ita repraesentat has creaturas, ut ex sua indiuidua ratione nequeat repraesentare alias; nec de causa morali, quae sunt merita & status beati; nec de physica efficiente remota, quae est voluntas Dei, decernentis haec potius, quam illa obiecta beato manifestare; sed de physica efficiente proximam, quae duplex esse potest, aut lumen gloriae, aut Diuina essentia, ut suppletiva est per seipsum immediate speciei impressae creaturarum.

PRIMA sent. id proximè refert in voluntatem Dei, modo has, modo illas creaturas beato manifestantis: *Bonau. in 3. dist. 14. art. 2. qu. 3. Scoti qu. 2. §. Sed ista.* Fundam. Diuina essentia vnitur intellectui beati, ut speculum voluntarium: ergo quod haec vel illa obiecta per visionem beatis manifestentur, proximè prouenit ex Dei essentia, haec potius quam illa beatis manifestare volentis.

SECUNDA, id reducit ad lumen gloriae magis aut minus intensum: *Richar. in 3. dist. 14. art. 2. q. 3. Capre. in 4. dist. 49. qu. 6. art. 3. ad obiecta. Aurco §. dicitur 7. Caiet. 3. p. q. 10. art. 2. Bannez & Zumel p. q. 12. ar. 8. Molina d. sp. 5. mo. 1. Valen. pu. 6. Vasquez disp. 50. c. 9. Prob. auctor. S. Doct. 1. p. q. 12. ar. 8. docentis, cō plures effectus in Deo videri, quod perfectius ipsius essentia videtur: & ad 3. multitudo cognitorum in Deo consequitur modum videndi ipsum magis vel minus perfectum. 2. Quod lumen gloriae est intensius, vel remissius, eō magis vel minus perfecte repraesentat obiectum primarium: eō plura vel pauciora secundaria.*

TERTIA, id tribuit lumini indiuidualiter diuerso: putat intra eandem speciem luminis dari plura indiuidualiter diuersa, quorum vnum sit exigens vnius, & non alterius creaturae: *Suarez lib. 2. de diu. attrib. c. 26. & 3. p. 10. 1. dist. 26. sect. 3. §. Ex his ergo, Granad. 1. p. 10. 1. tract. 5. dist. 12. Gosal. 1. p. dist. 31. nu. 17.* qui id solum affirmat de creaturis existentibus; nam de possibilibus sentit cum auctoribus 1. sent. Prob. 1. haec diuersa indiuiduatio luminum non

non implicat, & melius saluat præsentem difficultatem. 2. Hanc diuersitatem indiuidualem cogimur admittere in alijs. qualitatibus, vt duæ species repræsentantes duo indiuidua plus differunt, quàm duæ species eiusdem indiuidui: item charitas, quæ est in me, magis inclinatur ad amorem mei & meorum, quàm illa charitas, quæ est in te: & è contra: igitur & lumen, quod est in Petro, magis inclinatur ad noticiam eorum, quæ spectant ad Petrum, quàm quæ spectant ad alios.

453.  
4. Sent. **QVARTA**, id proximè refert ad concursum diuinæ essentia supplementis vicem speciei creaturæ, & nullo modo ad lumen: *Arub. 1. p. disp. 26. Machin. disput. 19. sect. 5.* Fundam. lumen est habitus; habitus extenditur ad omnia obiecta materialia, in quibus reperitur ratio obiecti formalis sui; hæc. n. adæquatur habitui: sed in quolibet creaturâ in Deo visa est ratio obiecti formalis specificantis lumen gloriæ, sc. diuina essentia, vt exemplar creaturarum: cuius creatura visibilis in Deo est quædam participatio: ergo lumen extendi potest ad quamlibet creaturam in Deo visibilem.

454.  
5. Sent. aut-  
etoris. **QVINTA**, & vera sententia. Proxima causa, ex qua oritur expressio huius, aut illius creaturæ, non est diuina essentia vnita intellectui beatorum vt speculum voluntarium; neque vt species expressa, aut impressa creaturarum, neque vt est liberum decretum harum, vel illarum creaturarum; sed est ipsum lumen gloriæ, quatenus est quædam participatio intelligibilis similitudinis, quam Deus habet de creaturis. Fundam. prioris: nequit variari visio circa obiectum secundarium; quin varietur circa primum; absurdum autem est, variari circa obiectum primum, alioqui visio diuinæ essentia non esset stabilis & firma, eadem inuariata perseverans per totam æternitatem. Maior prob. obiectum secundarium nequit exprimi visione beatâ, nisi connexum cum primario, tanquam effectus cum causa: hoc. n. est videre creaturas formaliter in verbo seu vi visionis eiusd. ergo nequit cognosci, nisi dependenter à cognitione primarij, ut causæ vi eiusdem visionis cognita: igitur nequit variari visio circa obiectum secundarium, quin varietur circa primum, si vi eiusdem visionis, quâ videtur secundarium, videtur primum. Confirm. visio creaturarum in Verbo, & quilibet gradus ipsius originatur à lumine gloriæ: sed lumen gloriæ non tendit in secundarium: nisi dependenter à primario, vt à medio formali, & ratione saltem remotè cognoscendi secundarium, ergo nec visio id potest exprimere; quia nequit actus aliter ad obiectum tendere, quàm tendat eius habitus. Nec satisfacit *Molina* dicens, hanc variationem in obiecto secundario fieri posse peculiari influxu Dei. Quia aut vi talis influxus creatura, quæ de nouo cognoscitur, videtur in Verbo; & sic vi talis influxus magis cognoscitur Verbum; & consequenter augetur cognitio ipsa Verbi: aut non videtur in Verbo, & sic non cognoscitur visione beatifica. Nec dici potest, quod licet creatura, quæ vi talis influxus de nouo cognoscitur, non cognoscatur in Verbo, adhuc tamen illam videri in Verbo, quatenus videtur eadem visione concomitantè, quâ videtur Verbum. Quia aut hoc significat, videri distinctâ cognitione, coniunctâ tamen in eodem intellectu cum cognitione Verbi; ita omnia, quæ beati vident extra Verbum, dicerentur videri in Verbo: aut eadem cognitione, quâ videtur Verbum per peculiarem tamen gradum visionis à Deo productum, identificatum cum eadem visione Verbi, quo tantum repræsentetur noua creatura,

absque vllâ variatione visionis Verbi. Et neque hoc dici potest, tum quia cum hic gradus sit longè diuersæ naturæ ac speciei à cæteris gradibus visionis beatæ, non erit aptus integrare simul cum illis vnâ numero qualitatem; vnde potius manebit in intellectu beati, vt distincta cognitio à cognitione beatâ: tum quia esto posset, cum visione beatâ identificari, adhuc dici non posset quod creatura, quæ vi talis gradus identificati cum visione beata videretur, videri in Verbo, plusquam dici possint in Verbo videri reliquæ, quæ ab eodem intellectu beato videntur extra Verbum. nam perinde est, illam videri per cognitionem distinctam, ac per cognitionem identificatam, dum non videatur connexa cum Verbo, vt effectus cum causa intuitiue cognita: nam ex hoc accipit creatura nouam perfectionem obiectiuam, quam non habet visa sine tali connexionè; ac proinde non habet vt sic visa id, per quod formaliter distinguitur à cognitione extra Verbum. Nec sufficit quod videatur connexa cum Verbo vi alterius gradus eiusdem visionis: sicut nec sufficit, quod videatur connexa cum Verbo vi alterius cognitionis omnino distinctæ: quoniam perinde est. Quod sic probatur; siue talis cognitio sit partialiter siue totaliter distincta, non communicat creaturæ hoc modo cognita obiectiuam claritatem, quæ est connexio ipsius cum diuina essentia, vt cum causa vi eiusdem gradus cognita; merito cuius ab *August.* dicitur cognosci *cognitione maiutinâ.*

**DICES**, Potest visio beata variari circa obiectum primum, & non secundarium: ergo circa secund. & non primum: quia non mihi; vno eodemque indiuisibili actu repræsentatur vnum, quàm aliud. A nec. ostend. potest visio gloriosa intendi & remitti circa obiectum primum, ita vt non intendatur, remittatur, aut extendatur circa secundarium; potest visio exprimens duas creaturas in Verbo augeri, vel remitti circa Verbum, absque eo, quod circa creaturas: nam potest videri primum, nullo viso secundario: igitur poterit clariùs videri primum absque eo, quod clariùs aut extensius videatur secundarium: si cognitio primarij est independens à secundarij, etiam clarior primarij erit independens à clariore secundarij. Respond. negando consequent. etenim cum diuina essentia in se ipsa visa, non sit proxima & formalis, sed tantum remota & radicalis causa videndi creaturas, poterit ipsa videri, quin vlla in eâ videatur creatura; etiam clariùs & intensius, quin clariùs & intensius, extensiusve videantur creaturæ, vt probat argum. & amplius explico: intensior cognitio circa idem obiectum, est productio nouæ cognitionis circa illud, nisi quod non appellatur noua cognitio, quia supponit aliam circa idem obiectum, cum quâ integrat vnâ; sicut intensio lucis, est productio nouæ lucis; non appellatur noua lux, quia supponit aliam cum qua integrat vnâ lucem maiorem. Igitur si prima cognitio potuit tendere ad Verbum, absque eo, quod tenderet ad creaturas, poterit & secundâ, cum non differat à primâ, nisi solâ posterioritate durationis. Idem argum. ab opposito, probat, non posse intendi, aut remitti cognitionem obiecti secundarij; quin intendatur, aut remittatur cognitio primarij: quia si, ut nullum secundarium videri potest in Verbo, nisi dependenter à cognitione Verbi; ita nec intensius, aut remissius videri, nisi dependenter ab intentione, aut remissione cognitionis Verbi. Nam visio creaturæ cognita in Verbo pendet essentialiter à visione Verbi: visio Verbi non nisi connaturaliter

453.  
4. Sent.

454.  
5. Sent. aut-  
etoris.

Causa non  
est Deus vt  
speculum  
volunt.

Visio non  
variatur  
circa obiectum  
1. ergo  
nec 2.

455.

456.

Non videtur  
in Verbo,  
quod videtur  
extra Verbum  
seu cognitionem  
Verbi.

457.  
Obij.

458.  
Resp.

Potest videri  
vi Deus si ad  
creatura.

459.

Nequit intendi visio  
obiecti 2. sine  
1.

pendet à visione creaturarum: quia in visione gloriosa creaturæ non videntur in se, sed in Verbo, vt in causa & medio prius viso. Causã autem intuitiue visa abstrahere potest ab intuitiua notitia effectus: effectus, vt visibilis in causa, abstrahere non potest à visione causæ; cum hoc ipsum formaliter importet effectus visibilis in causa. Confirm. Diuina essentia est medium, à quo formaliter specificatur cognitio creaturarum in Verbo; creaturæ sunt tantum obiectum materiale connexum cum formali: sed implicat, esse cognitionem sine suo medio formali actu cognito; non implicat cognitionem sine obiecto materiali connexo cum formali. Ad prob. conseq. licet eodem indiuisibili actu representetur obiectum utrumque, tamen secundarium representatur cum essentiali connexione ad 1. primarium non nisi cum naturali connexione ad 2. Nota, cum dicitur remitti posse visionem circa obiectum 1. non remissa circa secundarium, ne intelligas de remissione illius gradus, qui ex indiuisibili ratione tendit ad vtrumque; quia sicut ille per indiuisibilem respectum respicit vtrumque, ita remitti nequit circa vnum, quin necessario remittatur circa aliud: sed intellige de remissione gradus intentionis, qui in eadem visione elici potest circa primarium independentem à 2. quia sicut ille non respicit secundarium, & distinguitur à reliquis gradibus; ita remitti potest, absque eo, quod remittantur reliqui gradus, qui se extendunt ad obiectum 2. Instabis; Verbum est ratio videndi creaturas: ergo implicat intensius videri Verbum, quin simul intensius videantur creaturæ, cum tota ratio videndi creaturas sit Verbum in seipso visum. Resp. Verbum est ratio videndi creaturas, non tota, sed remota & radicalis; proxima. n. & formalis, est ipsa visio creaturarum, quæ non implicat, vt sit remissior circa creaturas, intensior circa Verbum.

Quod proxima causa videndi has vel illas creaturas, non sit Diuina essentia vnita intellectui beatorum vt species expressa creaturarum, prob. species expressa non representat obiecta, quæ exprimit, nisi intellectui, cuius est expressa species & vitalis imago: at species expressa increata non potest vniri intellectui beatorum, vt expressa & vitalis imago ipsius, sed tantum vt obiectum extrinsecum, hoc verò vt extrinsecè vnitum potentia, non manifestat illi nisi seipsum, & ea quæ in seipso formaliter continet. Cum igitur creaturæ non contineantur formaliter, sed tantum eminentialiter & intentionaliter in specie expressa increata, non poterit beatus esse proxima ratio videndi creaturas. At adde quod etiam in eâ beatus cernere posset creaturas, adhuc illa non posset esse proxima causa, hæc potius quam illa obiecta videndi; cum in eâ exprimentur omnia. Vnde oportet assignare aliam causam, quæ proximius determinaret intellectum beati ad hæc potius, quam ad illa obiecta videndi. Quod neque sit diuina essentia, vt species impressa creaturarum, sic ostend. Diuina essentia non est immediata & proxima causa determinandi intellectum beatum ad notitiam sui; ergo multò minus, ad notitiam creaturarum; ad quam non determinat, nisi prædeterminando ad notitiam sui, tanquam obiecti primarij, & medij formalis specificantis notitiam creaturarum. Antec. prob. lumen gloriæ est participatio luminis increati tenentis se ex parte intellectus, & diuinæ essentia tenentis se ex parte obiecti: ergo complet intellectum per modum potentia, & proximè determinat per modum obiecti, ad visionem Dei, & creaturarum.

Quod neque sit liberum decretum Dei, constat 1. liberum decretum Dei non est causa possibilium; hæc enim præsupponuntur ad liberum decretum Dei, virtute omnipotentia diuinæ, vi cuius necessario, & antecedenter ad liberam voluntatem Dei res dicuntur possibles; ergo saltem proxima causa videndi possible non potest esse liberum decretum Dei. 2. Nec potest esse proxima causa videndi futura; tum quia illa non continet in se formaliter: tum quia non foret maior ratio, cur hæc potius manifestaret, quam illa. Quod proxima & immediata causa videndi has potius creaturas, quam illas sit lumen gloriæ, prob. lumen gloriæ, vt ex dictis constat, non solum est participatio intellectus diuini, vt cognitiui, sed etiam essentia diuinæ, vt intelligibilis sui, vt obiecti primarij, & creaturarum, vt secundarij. Vnde quæ participatio est intellectus diuini, complet intellectum beati per modum potentia, eumque proximè habilem reddit, vt possit vterius obiectiue determinari ad visionem Dei & creaturarum in Deo: quæ participatio est Diuinæ essentia vt est obiectum intelligibile, & primariò determinatiuum ad sui cognitionem, proximè potentiam beati determinat ad visionem Dei, & simul reddit illam connaturaliter exigentem determinationem creaturarum in Verbo: quæ tandem participatio est intelligibilis atque eminentialis speciei creaturarum, vltimò intellectum beati determinat ad has, vel illas creaturas in Verbo intuendas: nimirum possibile est lumen, quod omnes istas perfectiones participet: ergo connaturalius ponitur: nam illud lumen est connaturalius, quod potentiam beati proximè determinat ad omnia ea, ad quæ beatus eget determinatione. Deus autem, quæ eius est perfectissima prouidentia, semper id facit, quod magis conducit ad connaturaliorem modum operandi creaturæ.

Quæritur, ad solutionem argumento. An quodlibet lumen gloriæ inclinet intellectum beati ad quascumque creaturas in Deo cognoscendas? Affirmant. *Arub. Machin. cit.* Fundam. quilibet habitus inclinat ad omnia obiecta materialia contenta sub diuinâ essentia, vt sub obiecto formali. Maior constat 1. in reliquis habitibus supernat. habitus fidei inclinat ad credenda omnia reuelata propter auctoritatem Dei, vt rationem formalem; spes ad speranda omnia sperabilia propter promissionem Diuinam; charitas ad diligenda omnia bona creata propter bonitatem increatam, &c. 2. In quolibet obiecto materiali reperitur ratio obiecti formalis: sed ad illud per se inclinat habitus, sc. ad totum illud per se, à quo specificatur; seu à tota ratione formali adæquatâ; igitur per se inclinat ad omne, quod participat rationem formalem.

Secunda negat, quæ communiore magna eget explicatione; multum enim interest de quo lumine disputetur, an de eo, quod de facto est, an de eo quod possibile est: & an spectata tantum intrinseca natura luminis, an etiam vt subest potentia Dei?

Dico 1. Nullum de facto lumen inclinat vel ad alias creaturas, quam quarum de facto est representatiuum, vel ad intensius remissiusve Deum cognoscendum, quam de facto sit ipsum intensum. Fundam. lumen gloriosum non minus est necessaria causa respectu representationis creaturarum, quarum est intelligibilis species, quam respectu cognitionis Dei, cuius est intellectualis participatio: igitur nec inclinat ad alias creaturas quam quas de facto representat, nec ad intensius remissiusve

467.  
Remitti potest  
circum 1.  
non 2.

462.  
Instas.

463.  
Causa enim  
est Deus vt  
species expressa  
creaturarum.

464.  
Neque vs  
impress.

465.  
Neque vs  
liberum de-  
cretum.

466.  
Sed est in  
tuo glorie.

467.  
Vt intelligi-  
gibilis &  
eminentialis  
species lumen  
vel it.  
larum creatur.

467.  
Affirm.

Pr. 1.

468.  
Sens.  
negat.

469.  
Lumen est  
in intelligibilis  
species creatur.

siſſive Deum cognoscendum, quàm de facto cognoscit. Antec. patet; quia lumen nec est principium liberum in se, nec ad operandum pendet à principio libero, sed est causa merè necessaria in operando, antequam omnem liberum consensum beati: cum. n. sit proximum principium nostræ beatit. qui est actus necessarius, & quam necessariò appetimus, ipsum etiam principium debuit esse necessarium & independens à libertate creaturæ. Conseq. prob. quando causa necessaria non pendet in sui applicatione ab aliquo principio libero, agit secundum ultimum posse suæ virtutis; ergo nullam relinquit in subiecto indifferentiam, vel ad alias repræsentationes creaturarum, vel ad maiorem claritatem circa Deum: omnis quippe indifferentia, cum sit potentia ad ulteriorem actum, supponit virtutem operativam nondum ultimò applicatam. Confirm. implicat, formam relinquere subiectum indifferens ad ulteriorem effectum formalem: ergo & lumen gloriæ ad ulteriorem actum perfectiorem. Quia non minus lumen gloriæ est determinatum ad suum actum producendum, quàm forma ad suum effectum formalem præstandum.

Maior difficultas est, an quodlibet lumen gloriæ non solum de facto sit determinatum ad talem creaturarum repræsentationem, & claritatis intensiorem, sed etiam ad hanc numero creaturarum & Dei visionem, ita ut neque sit indifferens ad aliam numero visionem eiusdem speciei & perfectionis eliciendam: si quæstio intelligatur de determinatione extrinseca, quia nimirum Deus præter hunc numero concursum, quo cum lumine influit ad hanc numero visionem, nullum alium obtulit ad alias numero visiones eliciendas, res est facilis; quia cum causa 2. determinetur ad hunc numero Dei concursum, ex Philos. hoc ipso, quo Deus determinat hunc numero concursum, & omnem alium negat, censetur causa ab extrinseco determinata ad hunc numero effectum. De determinatione intrinseca, dubitandi ratio est; quæ ratione possit lumen gloriæ ab intrinseco principio, seu differentiâ determinari ad hanc potius numero visionem, quàm ad aliam eiusdem omninò perfectionis. Nam potest principium, ad hunc numero effectum ab intrinseco determinari, vel per infinitatem termini producendi, quo pacto principium generativum in Patre, non potest nisi vnum numero Verbum gignere; nec spirativum, nisi vnum numero amorem (infinitas enim termini producti postulat, ut tota perfectio, quæ produci posset dispersa in pluribus, producat in vno) & hic modus repugnat creaturæ, quæ suâ natura limitata est: vel per differentiam intrinsecam, quæ principium exigeret hunc potius numero concursum, quàm alium: & in hoc est cardo difficultatis; quia cum omnes numerici concursus sint tantum diversi homogenei, non videtur assignabilis differentia, quæ potius hunc exigit numero concursum, quàm alium: siquidem exigentia huius præ alio supponit aliquam diversitatem inter hunc & alium.

Dico 2. Non repugnat lumen ab intrinseco determinatum ad hanc numero visionem; & consequenter tale de facto ponendum est. Primum prob. non repugnat talem differentiam individualem dari, quæ hunc potius numero concursum exigit, quàm alium: quia sicut datur differentia specifica exigens hunc specie concursum, & differentia heterogenea individualis exigens hunc numero heterogeneum concursum: ita non repugnat differentia homogenea exigens hunc numero ho-

mogeneum concursum. Quia tales concursus non sunt ita homogenei, ut non habeant aliquam differentiam inter se, alioqui non essent duo, sed vnus numero concursus replicatus: vbi enim est distinctio, differentia intercedat oportet, cum distinctio fundetur in diversitate. Secundum prob. tale lumen est connaturalius principium visionis beatæ; igitur ut tale de facto est ponendum. Nam respectu talis visionis debent connaturaliora principia poni; quia est perfecta participatio visionis increatæ; & suprema felicitas creaturæ rationalis. Antec. prob. illud est connaturalius principium, quod est magis determinativum potentia ad actum eliciendum; id est magis perfectivum & completivum potentia in ordine ad actum: quia quanto minus relinquit de indeterminatione, tanto magis ponit de complemento: sed lumen ab intrinseco determinatum ad vnam numero visionem eliciendam est magis determinativum potentia; sc. etiam ad talem actum in individuo. Patet ad rationem dubitandi.

Dico 3. Possibile est lumen, quod sit plurimum creaturarum repræsentativum in Verbo, & minus cognitivum Verbi; necnon, quod pauciorum repræsentativum, & magis cognitivum: non est tale possibile lumen, quod sit intensius cognitivum creaturarum, quàm Verbi. Fundam. primæ assert. potest lumen quæ est species intelligibilis creaturarum, plures creaturas in Verbo repræsentare remissius, quàm lumen pauciores in Verbo creaturas repræsentans; scil. intensio cognitionis circa Verbum non crescit formaliter ex cognitione extensiva creaturarum, sed solum ex intensiva earum. crescit. n. ex multiplicatione graduum cognitionis creaturarum; eo quod nequeunt tales gradus multiplicari circa obiectum 2. quin multiplicentur circa primum, cum quilibet gradus obiecti 2. sit etiam primarij, ut obiecti formalis, à quo specificatur: implicat autem, dari gradum cognitionis, qui non sit specificatus à suo obiecto formali, non minus quàm implicet, dari rem absque propria essentia, cum specificatio ab obiecto formali sit essentialis actui, & singulis gradibus ipsius. Confirm. creaturæ non videntur in Verbo, ut in obiecto viso, seu ratione proximâ videndi, nec quò intensius videtur Verbum, eò plures necessariò videntur; sed ut in ratione remotâ, proximè autem ut in specie impressa intelligibili repræsentantur per lumen, ut est quædam participatio speciei creaturarum: at potest Deus producere lumen, quod sit participatio speciei creaturarum, maior quoad extensionem, minor quoad intensiorem; igitur. Secunda pars assert. constat; quia cum quilibet gradus cognitionis obiecti secundarij essentialiter sit repræsentativus primarij, implicat intensius cognosci secundarium, quàm primum.

Dico 4. Implicat lumen, quod inclinatur ad videndas plures & plures creaturas in Verbo, absque vllâ limitatione, tam ex parte obiecti, quàm ex parte modi cognoscendi; non tamen cum limitatione ex parte modi cognoscendi obiectum. Explico. Cognosci possunt plura & plura obiecta in Deo, 1. sine vllò termino, tam extensivo ex parte cognoscendorum, quàm intensivo ex parte cognitionis, ut in infinitum crescant obiecta cognoscenda, & modus ipse claritatis: 2. absque limitatione ex parte cognoscendorum, cum limitatione in modo cognoscendi, ut quanto plura lumen obiecta repræsentat, tanto ad eadem cognoscenda tendat remissius. Primum aio implicare, non secundum. Fundam. prioris assert. tale lumen necessariò

Nec potest repræsentare alias.

470. Annon alias numero?

Principium ad hunc numero effectum determinatur ab intrinseco.

Exigens hunc numero concursum.

471. Ita lumen determinans ad hanc visionem possibilem.

472. Et recipi tale est. Quia connaturalius.

473. Lumen plurimum repræsentativum & minus cognitivum verbi non repugnat.

474. Repugnat intensius cognas. creat quam verbi.

476. Et inclinans ad plures in infinitum.



Et inclinans ad plures in infini.

ariò esset infinitum : quia illud ponitur vt cognitium Dei, & simul repræsentarium creaturarum; & tunc esset infinitum, quâ cognitium Dei, & quâ repræsentarium creaturarum : vel solum ponitur vt cognitium Dei; & tunc saltem sequitur, fore infinitum vt cognitium Dei. Quod sic ostendo : quòd plures hoc modo cognoscuntur creaturæ in Deo, eò clariùs & intensius cognoscitur Deus : ergo si daretur lumen inclinans ad cognoscendas plures & plures creaturas in Deo, illud necessariò foret infinitum. Quia tale lumen producere posset intensiorem sine termino actum circa Deum; igitur esset actu infinitum; quia cum non posset esse infinitum syncategorematicè; quippe quod actu contineret omnem intensiorem possibilem; nec finitum, alioqui deueniri posset ad actum finitum, quo intensior à tali lumine produci non posset; necessariò esset infinitum categorematicè. Fundam. posterioris assert. non implicat lumen participatiuum tantum intellectiuitatis Diuinæ, & nullius repræsentationis creaturarum, quòd quantò ab extrinsecò determinaretur ad plures creaturas in Verbo cognoscendas, tantò proportionaliter limitaretur ad easdem remissiùs in Verbo cognoscendas: sed tale lumen non excederet intensiorem finitam; quia quantò cresceret cognitio creaturarum extensiuè, tantò proportionaliter decrederet intensiuè: nec circa obiectum 1. intenditur formaliter ex præcisâ extensione secundarij, sed ex intensiõne: ergo si ex maiore & maiore extensione obiecti 2. non cresceret intensio circa obiectum 2. neque cresceret circa primarium.

477. Non limitatio sic ex parte modi.

475. Respectu futurorum datur lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè.

479. Non respectu possibilium.

Colligo; respectu futurorum de facto dari lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè, non respectu possibilium: Primum constat; sæpe minus beatus plura debet in Verbo cognoscere quoad seriem suæ prædestinationis, quam alter magis beatus: ergo tunc minus beatus debet habere lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè. Præterea omnes ratione statûs videre debent in Verbo mysterium Incarnationis, & Eucharistiæ, & reliqua obiecta fidei, nec non species omnes Vniuersi: at non omnes hæc ipsa videbunt eadem intensiõne & claritate; sed beatiore clariùs, minus beati remissiùs; cum enim hæc omnia videantur eadem cognitione, quâ Verbum, beatiore clariùs videntes Verbum, clariùs videbunt hæc omnia in Verbo. Secundum prob. cognitio possibilium non est debita beato ratione peculiaris statûs, sed ratione beatitudinis essentialis: sed quæ ita debentur, quòd plura videntur in Verbo, eò clariùs videtur Verbum; & contra: ergo respectu possibilium non datur de facto lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè. Maior patet; ea tantum sunt debita ratione statûs, quæ pendent, à liberâ voluntate Dei, vel vt operata in bonum ipsius beati, vel vt operanda in bonum aliorum: hæc sunt tantum futura. Minor prob. quæ debentur ratione beatitudinis essentialis, debentur ratione visionis beatificæ; quæ connaturaliter postulat, vt quòd clariùs videtur Verbum, eò plura videantur possibilium in Verbo. Conseq. constat; possibilium temper videntur iuxta proportionem luminis circa Verbum: & solum ex vi visionis causæ saltem radicaliter: ita mensura videndorum est cognitio causæ.

480. Dices 1.

Obijcies 1. Quodcumque lumen aptum ad videndum Deum, est aptum ad videnda quæcumque possibilium in Deo: quia maius est videre Deum, quam quæcumque possibilium. 2. Sequeretur, quemlibet beatum videre in qualibet serie possibilium

infinitas species inferiores sub illa contentas. Quia, si quòd clariùs videtur Verbum, eò gradatim plura videntur possibilium; vi visionis videntur omnes species possibilium, quæ inter vltimam & supremam visam intercedunt; at hæc sunt infinita: ergo. Resp. ad 1. neg. antec. nam licet plus sit videre Deum, quam quæcumque creaturas in se, non in ipso Deo; quia in Deo videntur cum connexionem ad ipsius omnipotentiam. Ad 2. neg. sequel. ad prob. nego minor. omnes enim creaturæ contentæ sub determinatâ specie sunt finitæ; quia tanta est perfectio earum collectiuè sumptarum, quanta est distantia inter supremam, quæ videtur, & nihilum, quæ finita est; quia mensuratur ex positua perfectione rei producibilis.

481. Resp. ad 1.

Ad 2.

Ad fundam. oppositæ sent. dist. maior. quilibet habitus inclinatur ad omnia obiecta materialia contenta sub formali, vt attingibilia sub certo gradu intensiõnis non excedente habitum; concedo; vt attingibilia sub quolibet gradu intensiõnis, habitum excedente; nego: quia non minus habitus finitus limitatur sub certo gradu intensiõnis, quam sub certâ ratione formali ad suum obiectum attingendum, cum non minus sit principium actûs certo gradu intensiõnis, à quo indiuiduatur, quam speciei, à quo specificatur: ergo sicut excedere non valet rationem formalem, à qua specificatur, ita nec gradum intensiõnis, à quo indiuiduatur. Vnde dist. minor. omnes distributiue aut sub certo gradu intensiõnis non excedente gradum luminis; sunt obiectum materiale attingibile, concedo; omnes collectiuè, aut quocumque gradu intensiõnis, sunt attingibile à lumine finito, nego.

482. Habitibus inclinatur ad obiecta materialia.

Omnia distributiue.

Notandum, creaturas dupliciter videri posse in Deo, vno modo cõprehensiuè ad æquatâ intelligibilitate. 2. intuitiuè tantum. Vt videantur 1. modo, non quælibet creatura, aut series creaturarum videri potest per quemcumque gradum luminis, sed requiritur certus gradus commensus intelligibilitati, & connexioni ipsarum cum Deo, vt cum causa: quia quòd creatura, aut series creaturarum est perfectior, eò altiorem gradum perfectionis, cum cuius connexionem videtur, supponit in Deo; atque adeò perfectius intensiusve lumen requirit. Vt autem videantur 2. modo, non requiritur certus gradus luminis, cum possit eadem creatura, aut series creaturarum remissiùs & remissiùs in Deo videri. Poterunt igitur omnes creaturæ intuitiuè distributiue sub quolibet lumine in Deo videri: quia vt sic non determinant sibi certum gradum luminis: non cõprehensiuè, ob rationem assignatam: neque collectiuè, quia ad id requiritur lumen infinitum, cum nequeant infinita videri, nisi lumine & cognitione infinitâ. Cæterum de facto quælibet creatura, aut series creaturarum possibilium videtur in Deo cõprehensiuè per cognitionem ad æquatam intelligibilitati, & connexionem ipsarum cum virtute, quam supponunt in causa: quia hic modus cognoscendi est perfectior, & similior modo, quo Deus easdem videt in seipso.

483. Pro explicatiõne.

Intuitiuè non secundum adæquatam intelligibilitati, sub quolibet lumine videntur creaturæ.

Prior prob. intelligenda iuxta tradita, quòd omnes habitus inclinatur ad omnia obiecta materialia contenta sub formali, sub certo intensiõnis gradu, non excedente gradum habitûs, cum nullus habitus inclinare possit ad intensiorem gradum, quam ipse contineat in se: alioqui posset effectus excedere perfectionem causæ. Posterioris neg. minor. nam in omnibus possibilibus collectiuè sumptis reperitur ratio formalis luminis, & tamen ad ea collectiuè sumpta inclinare non potest lumen finitum. Vt igitur habitus inclinare possit ad obiectum

484. Habitibus non inclinatur ad gradum intensiõnis, quam contineat in se.

Quum materiale coniunctum cum formali, supponi debet attingibile sub certo gradu intensiōis, habitum non excedente. Vnde falsum est, habitum per se inclinare ad rationem formalem, nullo habito respectu intensiōis. Cūm igitur obiectum formale luminis gloriosi non sit diuina essentia vt exemplar creaturarum, sub quolibet claritatis gradu attingibilis, sed sub certo & finito, non quælibet creatura, aut creaturarum series quocunque modo in Deo vilibilis, erit materiale obiectum attingibile à lumine.

Ad Fundam. primæ, dici Deum *speculum voluntarium* intellectui beato, non quia per hanc numero visionem modò hæc, modò illa obiecta manifestet; quia nec Deus facere potest, vt forma non statim tribuat suum effectum formalem subiecto capaci; nec sola extrinseca voluntas Dei efficere potest, vt quæ antea non tribuebat suum effectum formalem, modò tribuat: sed dicitur *speculum voluntarium*, quia liberè antecedenter se manifestat per visionem huius vel illius creaturæ. Ratio secundæ sent. simul cum auctor. *S. Tho.* solùm probat de lumine in ordine ad creaturas possibles, vt de facto est, non in ordine ad futuras, & vt à Deo fieri posset. Tertiam sent. cum suis prob. admittō, non eo fund. quo aduersarij; quasi lumen, quò se tenet ex parte potentiæ sit heterogeneum; lumen autem vt est complementum potentiæ specificatur tantum ab obiecto formali, quod est homogeneum: sed alio fundam. sc. quia lumen est simul species intelligibilis creaturarum, quas repræsentat: ratione cuius repræsentationis vnum est heterogeneum diuersum ab alio, sicut species vnius obiecti à specie alterius, indiuidualiter tantum diuersi. Exemplum de charitate non est ad rem: nam id prouenit, non ex diuersa indiuiduatione habitus, sed ex charitate secundum se, quæ quia practicè inclinatur ad obiecta, vt consequibilia, ad ea prius ac potius inclinatur, quæ sunt magis debita: lumen verò, quia ad obiecta inclinatur speculatiuè, cognoscendo tantum naturas ipsorum, ad ea prius ac potius inclinatur, quæ sunt in se perfectiora, & causa aliorum, non quæ sunt conuenientiora: nam hic finis, cum sit practicus, non intenditur ab habitu speculatiuo. Ad Fundam. quartæ constat, quo sensu sit concedendum, quo negandum.

SECTIO XXV.

Ad Deum ab homine in hac vita videri possit sicuti est?

**R**atio dubit. est auctoritas Dei, *Exodi 33.* Non videbit me homo & viuet. Vbi Glossa, *quamdiu*, inquit, *hic mortaliter viuatur, per quasdam imagines Deus videri potest, sed per ipsam naturam suam speciem non potest.* Confirm. visio Dei est cognitio omnium abstractissima, cum sit de obiecto immaterialissimo: sed quò abstractior est cognitio, eò abstractiorem postulat intellectum. Igitur visio Dei non compatitur secum in eodem subiecto notitiam sensus vel alterius operationis materialis.

Certa sent. de potentiâ absolutâ nullam esse repugnantiam, quin Deus in seipso ab homine in hac vita existente videri possit; etsi id repugnet de lege ordinaria. Prior pars assert. cum habet certitudinis gradum, quem communis sententia, quòd potuit Christus, vt homo viuens vitam passibilem, videre Deum; poterit. n. quiuis purus homo: cum natura humana in Christo non sit alterius rationis;

neque enim vnio hypost. illam ab intrinseco mutauit, aut maiorem illi contulit capacitatem, quam ex seipso haberet, sed solum illi addidit congruitatem, cur talis visio, & omne aliud creatum donum cum officio Redemptoris non pugnans, ei debitum fuerit, etiam in hac mortali vita. Porro sententia de Christo viatore & comprehensore simul, est adeò certa, vt oppositam *P. Suarez 3. p. qu. 9. ar. 4. disp. 2. 5. sect. 1.* putet erroneam, hæresique proximam. Ratio assert. clara visio Dei nullam habet cum hac mortali vita essentialiter repugnantiam, quò minus de potentia absoluta possit cum illa coniungi. Nam duplex vita considerari potest in homine viatore, vna substantialis & in actu 1. quæ consistit in ipsa vnione & substantiali informatione animæ ad corpus corruptibile; altera accidentalis, & in actu 2. quæ formaliter consistit in operationibus vitæ vegetatiuæ, sensitiuæ, intellectiuæ. cum neutra vita essentialiter pugnat clara visio Dei: non cum 1. nam actus videndi Deum, & informandi corpus non sunt essentialiter oppositi, quia reperiuntur in beatis; & sunt actus perfectiui in ordine ad diuersas perfectiones; vnus substantialiter, in ordine ad esse naturale; alter accidentaliter, in ordine ad esse supernatur. vtq; illud potius supponitur, & perficitur à perfectione supernatur. ita vita naturalis hominis, quæ formaliter consistit in vnione substantiali animæ ad corpus, supponitur, & perficitur à visione Dei. Neque essentialiter pugnat cum actuali operatione vitæ intelligentis, quia talem operationem comparitur in Angelis, qui intuendo Deum non impediuntur ab actibus intellectualibus circa alia obiecta; nec tales actus sunt oppositi, sed maxime subordinati: Neque pugnant cum actibus vitæ vegetantis, cum sint actus diuersarum potentiarum, & ad diuersas perfectiones tendentes: Neque cum actibus vitæ sentientis; quia licet visio Dei sit de obiecto omninò independente à sensibus, non tamen repugnat, vt simul intellectus videat Deum, & sensus feratur in sensibilia: hoc. n. necessariò concedendum est Christo, qui à visione Dei nunquam cessauit, & tamen cum illâ continuo exercuit operationes sensuum. Cumque sint actus diuersarum potentiarum, respectu diuersorum obiectorum, non pugnant simul in eodem subiecto, saltem de potentia absoluta, quidquid sit de ordinariâ, propter limitationem subiecti. Posterior pars assert. prob. visio diuinæ essentiæ est suprema scilicet, & essentialis præmium creaturæ rationalis: de cuius ratione est, vt non confetatur, nisi post huius vitæ ærumnas, & exhaustos cerraminis labores: sed homo quamdiu in hac vita viuunt, semper est in viâ ærumnarum, & inter certaminis ac pugne labores: ergo naturaliter, & de lege ordinariâ non debetur illi visio diuinæ essentiæ: 2. quamdiu homo hac vita viuunt, naturale est ei omnia intelligere per conuersionem ad phantasmata: at diuina essentia intelligi nequit per conuersionem ad phantasmata. Nam ea tantum sic intelligi possunt, quorum notitia aliquo modo pendet à phantasmatibus. Maior prob. naturale est homini in hac vita degenti ad intelligibilia assurgere per sensibilia, ab illis species intelligibilium abstrahendo: ergo.

Ad rationem dubit. respondet *August. lib. 12. de Genesi ad litt. cap. 27.* illud à Deo dictum esse, non quod sit necessarium, vt qui Deum videt, omninò moriatur vitæ istius, sed vt quodammodo moriatur; quia debet ita à carnalibus sensibus alienari, vt merito, inquit, *nesciat, sicut Apostolus ait, verum in corpore, an extra corpus sit, cum in illam rapitur & subuehitur visionem.* 2. Resp. Deum locutum fuisse iuxta legem ordi-

485. Videtur.  
449. Deus speculum voluntarium.

486. Ad 2. sent.

487. Ad 3.

488. Ad 4.

489.

490. De potentia absoluta nulli repugnat, vt nec Christo viatori.

491. Censura opposita sententiæ. Ratio.

Visio Dei non pugnat cum vita 1.

492. Nec cum vita 2.

Vegetante & Sentiente.

493. Repugnat de lege ordinariâ.

494. Ad ras dub.

495.  
Ad confir.

ordinariam: quo pacto loquitur etiam Paulus I. ad Tim. ult. *Deum nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Eadem resp. applicanda est glossæ. A D confir. Resp. ex eâ tantum sequi, visionem Dei, nullam secum compati cognitionem sensitivam causaliter, non concomitanter: nam ex eo, quod visio Dei sit cognitio omnium abstractissima, abstractissimum postulat intellectum, à nullis phantasmatibus in cognoscendo Deo dependentem.

496.  
An Moyses?

Maiores controversia est, an de facto cum aliquo in hac ordinariâ lege dispensatum aliquando sit, ut adhuc in hac mortali vita vivens speciali privilegio fuerit à Deo eleuatus ad clarâ sui visionem, talem ad tempus, & transeunter. Affirmant S. Doctores de Paulo & Moysè 2. 2. q. 175. r. 3. corp. & ad 1. & de verit. q. 10. art. ult. & q. 13. art. 2. & alibi Dur. in 4. dist. 49. q. 6. nu. 5. Sotus qu. 2. ar. 4. fin. Ferrar. 3. con. gen. cap. 47. §. quantum ad 2. sine: Idem supponere videtur de Paulo Scotus in 2. dist. 3. qu. 9. §. 2. modo, & alii, mori aucto. August. lib. 12. in Genes. ad lit. cap. 27. & epist. 112. ad Paulinam de videndo Deo c. 12. ubi id asserit propter Verba Domini Nu. 12. *An non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est? ore enim ad os loquor ei & palam: & non per anigmata & figurâs Dominum videt.* Putat August. gloriam Domini, quam Moyses à Domino videre petierat, Exodi 33. hic illi fuisse manifestatam. Alii hoc privilegium extendunt ad Adam propter illa Genes. 2. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; existimant enim, hunc soporem fuisse ex clarâ visione Dei.* Alij id docent de Iob, propter illa Iob 42. *Auditus auris audivit; nunc autem oculus meus videt te.* Et fundam. habet in Aug. lib. 22. de civ. Dei c. 19. fortasse, inquit, *ista virtus magna certi nendi data fuerit ad horam etiam in isto mortali corpore oculis Sancti viri Iob, quando ait ad Deum in obauditu auris obaudiebam prius, nunc autem oculus meus videt te.* Alij idem testantur de Petro, quando à Christo audiuit, Matt. 16. *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in Cælis est; quem locum expendens Aug. civ. ep. ad Paul. c. 11. Quamvis, inquit, illa revelatio, utrum perfidem tanta rei creditu, an per visionem consp. cta, facta in eius mente fuerit, non mihi videtur elucere:* De Ioann. Evang. quando in cæna recubuit supra pectus Domini. Quod fundam. habet in Amb. li. 7. in Luc. & Origene hom. 2. in diuersos. Alii idem censent de Isaia & Ezechiele; quod ille c. 6. dixerit; *Video Dominum; hic c. 3. testetur, se vidisse gloriam Domini, & c. 8. visionem Dei.* Alij id ipsum sentiunt de S. Benedicto; quando dicitur totum mundum vidisse sub vno solis radio collectum. *Lege Greg. l. 2. dialog. c. 35.* Alij id affirmant de S. Hieronymo: à fortiori id affirmarent de B. Virg. eo quod nullum privilegium sit alicui puro homini factum, quod B. V. concessum non sit.

497.  
An Adam?

498.  
An Iob 42.

499.  
An Petrus & Ioan.

500.  
An Isai. Ezechiel.

501.  
An Hieron. B. Virgo?

502.  
Negant.

Negant vniuersaliter de omnibus. Molina 1. p. q. 12. a. 11. D. 2. Vasq. d. 55. cap. 2. Gammac. 1. p. qu. 12. c. 10. Granad. tr. 7. d. 1. Suar. l. 2. de attrib. diu. c. 30. & alij. Excipiunt tamen B. V. Suar. & Vasq. d. 56. c. 2. de qua etiam Henric. in sum. l. 3. c. 11. affirmat, non semel in hac vita eleuatam fuisse ad intuentiam in raptu diuinam essentiam. Hæc sent. probabilior est, quam ex Patr. confir. Vasq. sufficit auct. Ioan. 1. *Deum nemo vidit unquam, Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: ubi privilegium hoc videndi in hac vita diuinam essentiam tribuit soli Christo: & 1. ad Tim. 6. Deum nemo hominum vidit sed nec videre potest: intellige de potentiâ ordinatâ in hac vita: & Euarist. Papæ in 1. ep. decret. sine: *Quam nempe lucem inaccessibilem, nullus modo nostrum in**

*hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri, sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit, sicut est, qui eius conspectibus fuerit dignus coaptari; & non sicut Moyses, ceterique propheta per anigmata & figuram.* Cum igitur ne Moysen nec alium Prophetam ab hac ordinariâ lege excipiat, neque illos excipere debeo.

Fundam. huius sent. de Moysè & reliquis Prophetis Christi aduentum præcedentibus, est; quia non decuit, ut tale privilegium videndi diuinam essentiam vlli mortali ante Christum concederetur: quod insinuauit Ioan. cit. dum hoc privilegium videtur concedere soli Christo, qui inter homines primus Dei essentiam videret; propterea enim SS. Patres detinebantur in limbo, quia non decebat quemquam illorum prius Deum videre, quam Christus vidisset: qui ut caput & redemptor omnium debuit primus hanc paradisi ianuam, peccato protoparentis oclusam nobis referare; prius illam sibi aperiendo, ut proprius dominus, ac naturalis hæres. Non enim decebat, ut prius hæreditas adiretur à filiis ad optiuus, quam à Filio naturali, per quem debebant ad-optiuus æterno patri reconciliari.

Ex hoc fundam. sequitur, nunquam B. V. vidisse diuinam essentiam ante Verbi Incarnationem; tamen est credere, illam vidisse post Verbi Incar. quod mihi satis probabile est post Christi resurrectionem, quando ad eam videndam eleuati fuerunt omnes SS. Patres, qui in limbo detinebantur. Decuit enim, ut ipsa prima post filium, hanc gloriæ hæreditatem adiret.

Fundam. oppositæ sent. quia totum nititur auctoritate Aug. S. Th. & Scholast. Augustino opponitur Euaristum Papam, aliosque Patres, quos legere est apud Recen. S. Thomæ aliisque Scholasticos Doctores, qui ex professo hanc controu. tractarunt. A D locum scripturæ Resp. Ex eo non conuincitur Moysen diuinam essentiam vidisse, sed tantum ad quoddam familiaritatis genus supra cæteros prophetas à Deo eleuatum fuisse, ad quod exprimentum Deus usus est illo modo loquendi: præsertim cum desideranti Moysi Dei gloriam videre responsum sit, *nemo videbit me & viuet.* testimonia Scripturæ, vel Patrum de ceteris Sanctis solum probant peculiarem quemdam modum cognoscendi Deum, semper tamen intra modum abstractiuum & æigmaticum, proprium hominum in hac vita degentium, ut Euaristus docuit.

## DISPUTATIO X.

### De Incomprehensibilitate Dei.

POST attributum cognoscibilitatis sequitur attributum incomprehensibilitatis, quod multi involunt in primo, quatenus idem Deus, qui intuitiue à creatura videri potest, comprehensiuè cognosci non potest. Hæc dicitur, saltem inadæquatè in Deo distinguo: cum aliud formaliter sit, ipsum intuitiue tantum cognoscere, & comprehendere. Disputo hic de Comprehensione, non ut importat Comprehensio hæc adæquatam rei consecutionem, quo pacto omnes Beati dicuntur, comprehensores, sed ut dicit adæquatam obiecti cognitionem. Controversia penitet ex natura comprehensionis.

### SECTIO I.

#### In quo fita sit formalis ratio comprehensionis.

PRIMA sent. Ocham in 4. q. 13. art. 1. & Gabrielin 3. dist. 14. art. 3. dub. 2. opinantium, com-

503.

504.  
B. Virgo post Incarnat. sanctum.

495.

506.  
Explicatus Scriptura.

Comprehensio hæc adæquatam obiecti cognitionem.

comprehensionem esse cognitionem omnium perfectissimam, quæ de obiecto haberi potest: quo modo nulla creatura ab alio comprehenditur potest, quam à solo Deo; quia sola cognitio Dei est omnium perfectissima. Verum hæc exploditur, eo quod mensura perfectæ cognitionis non est desumenda ex perfectione cognoscentis, sed cognoscibilis, ut nimirum tam perfecta sit cognitio in representando, quam perfectum est obiectum representabile, quia cognitio non debet in representando adæquari cognoscenti, sed cognoscibili; est enim cognoscibilis, non cognoscentis expressio. Tanta igitur debet esse cognitionis perfectio, quanta est obiecti cognoscibilitas, ut illius comprehensio esse ac dici possit.

SECUNDA sent. est *Bañez 1. p. qu. 12. art. 8. §. contra. Zumel disp. 1. Vasq. disp. 53. c. 4. Grana. to. 1. tract. 5. disp. 13. Faso. Suar. lib. 2. de Actib. cap. 29. & 3 p. disp. 26. sec. 1. affirmantium*, ad comprehensionem sufficere cognitionem extensiuam omnium, quæ vel formaliter, vel eminenter sunt in obiecto; ut hinc facile deducant, non posse Deum ab intellectu creato comprehendere, quia licet videantur omnia; quæ formaliter sunt in ipso, non tamen, quæ fieri possunt ab ipso; licet videatur totus formaliter, non totus eminenter; quod est videri totum, non totaliter. *Prob. 1. Ex August. epist. 112. cop. 8. ubi docet, ad comprehensionem tantum requiri, ut nihil rei visæ lateat videntem. Confir. tunc locatum comprehenditur à superficie corporis locantis, quando totum locatum continetur intra superficiem locantis: ergo tunc res comprehenditur cognitione, quando tota rei perfectio continetur intra notitiam cognoscentis. Prob. 2. ex S. Tho. 1. p. qu. 12. art. 8. & 3. p. q. 19. art. 2. & qu. 8. de verit. art. 4.* In quibus probat, ideò beatos non videre omnia, quæ sunt in Deo eminenter, quia alioqui comprehenderent Deum. Quæ illatio, ut concludat, supponere debet, comprehensionem esse solam cognitionem extensiuam eorum, quæ formaliter & eminenter continentur in Deo; alioqui si requireretur præterea certa perfectio & intensio cognitionis, possent omnia in Deo videri & adhuc non comprehendere, quia posset non videri cum eâ claritate & intensione, quâ obiectum postulat videri. *Prob. 3. comprehendere obiectum est ipsum cognoscere quantum cognoscibile est ex parte obiecti, non quantum ex parte cognoscentis: nam comprehensio adæquari debet cognoscibili, non cognoscenti: Sed tunc ita cognoscitur, quando omnia, quæ sunt in obiecto formaliter & eminenter, cognoscuntur: sc. quando tota ipsius intelligibilitas adæquatur actu ipso intelligentis; seu quando tota ipsius entitas tam formalis, quam eminentialis cognoscitur; nam intelligibilitas adæquate consequitur entitatem, nec potest obiectum plus habere de intelligibilitate quam de entitate; ergo si totum cognoscitur quoad entitatem, etiam quoad intelligibilitatem.*

TERTIA *Richar. in 3. dist. 14. art. 1. qu. 4. Scoti qu. 2. §. in 1. quest. ad 2. prob. Duran. qu. 1. nu. 10. Bajjo. qu. 2. sine. Aureo. quod l. 10. art. 1. Soti in 4. dist. 49. qu. 3. art. 1. ad 2. Capreo. qu. 6. art. 3. ad obie. Aureo. Ferrar. 3. con. Gent. cap. 55. §. ult. Molin. 1. p. qu. 12. art. 7. & 8. disp. 2. ad 1. Arrub. disp. 23. asserentium*, cognitionem comprehensiuam debere adæquari obiecto extensiuè, quoad omnia, quæ in ipso sunt formaliter & virtute, & intensiuè, quoad claritatem, quam obiecti intelligibilitas exigit. Quæ sent. verior est, & procul dubio *S. Tho.* qui ad comprehensionem non solum requirit adæ-

Amicus De Deo. Tom. 6

quationem extensiuam, sed etiam intensiuam in claritate obiecto commensam, ut *1. p. qu. 12. art. 7. ad 3. explicat, ideò beatos non comprehendere Deum, quia licet totum Deum videant, non tamen vident totaliter; non quod totus, inquit, modus obiecti non cadat sub cognitione, sed quia modus obiecti non est in odus cognoscentis, quia licet videant Deum infinitum, non tamen ipsum vident infinite. & 3. p. qu. 10. art. 2. ad 3. Quantitas scientiæ non solum attenditur secundum numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis: & qu. 8. de ver. art. 2. ad 1. Tunc dicitur aliquis alterum videre totaliter, quando ipsius visio habet modum totalem: & hoc est, quando ita perfectus est modus visionis ipsius videntis, sicut est modus visibilitatis ipsius rei, qualis non est si quis opinione cognoscat, quod cognoscibile est demonstratione: & ad ult. Ipsa immensitas Dei videbitur, sed non videbitur immense, videbitur enim totus modus, & non totaliter. Vnde semper totalitatem visionis, ad comprehensionem requisitam, explicat ex parte actus, ut nihil aliud sit, obiectum totaliter videri, quam videri eo claritatis gradu, quo visibile est ipsum.*

Fundam. comprehensio est cognitio adæquans totam cognoscibilitatem obiecti seu omnium perfectissima, quam obiectum exigit: sed obiectum non solum est adæquabile extensiuè, sed etiam intensiuè: imò etiam indivisibile, est natura sua determinatum potentia ad certum gradum claritatis, propria cognoscibilitati commensum, ut inductione constat tam in sensibilibus, quàm in intelligibilibus; omnia enim obiecta non solum habent vel per speciem sui determinare potentiam ad simplicem notitiam, quâ ipsorum naturæ simpliciter cognoscantur, sed etiam ad notitiam, cum certâ claritate & intensione, propria cognoscibilitati commensam. Ratio: obiectum non terminat cognitionem, nisi ad illam concurrat ipsum per propriam virtutem determinatiuam, commensam propria cognoscibilitati. Vnde cognitio, quæ adæquatur virtuti determinatiuæ obiecti, adæquatur etiam cognoscibilitati eiusdem: nam mensura virtutis determinatiuæ obiecti, est cognoscibilitas obiecti, quia finis & terminus virtutis determinatiuæ obiecti, est adæquata cognitio sui: cuius signum est, quia species, quæ est proximum determinatiuum potentia ad cognitionem obiecti à quouis obiecto creato, etiam intellectuall & libero, producitur necessariò; & quod necessariò producitur, secundum adæquatum posse virtutis producit. Confir. ita se habet claritas in actu cognitionis, sicut fervor in actu amoris: vterque n. actus determinatur ad certam intensiorem à virtute obiecti: at non dicitur amor adæquatus obiecto amabili, qui solum adæquatur illi extensiuè, & non intensiuè: nam posset Angelus superior diligere inferiorem quoad omnia, quæ in ipso videt extensiuè, non intensiuè: cum enim hic actus sit liber, potest attemperari, quoad intensiorem fervoris, nec ferri in illum iuxta amabilitatem ipsius. Quod autem talis amor non esset adæquatus amabilitati obiecti, constat; si talis amor non attingeret intensiorem fervoris, quo Angelus inferior diligit seipsum, qui est adæquatus amabilitati ipsius.

Sed contra; adversarius contendit, non posse dari cognitionem adæquatam extensiuè, quin eadem cognitio etiam sit adæquata intensiuè, eò quod tota intensio & claritas cognitionis ordinatur ad obiectum perfectius penetrandum: ergo vbi hoc fuerit penetratum extensiuè, quoad omnem perfectionem absolutam, & respectivam, non erit intensior cognitio necessaria: igitur frustra præ-

M

Comprehensio adæquari debet obiecto etiam intensiuè.

Ad. quæ totam cognoscibilitatem obiecti, Et gradum claritatis commensum.

Ad quem virtute sua determinatur.

Confir. sic fervor. in amore.

Obiecti

Adæquata cognoscibili.

Extensiuam omnium sufficere.

Pr. 1.

Conf.

Pr. 2.

S. Thomæ.

Pr. 3.

à priori.

3.

6.

ter cognitionem extensiuam requiritur intensiua, quia hæc non datur. vt distincta ab extensiuâ, sicut nec adæquata intensiuè distincta ab adæquata extensiuè. Resp. 1. Esto non detur cognitio adæquata ex ensiuè, quin eadem sit etiam adæquata intensiuè, adhuc tamen ad explicandam naturam comprehensionis rectè dicimus, illam formaliter & præter se non consistere in solâ extensione obiectiua, sed etiam in intensione & claritate subiectiua, quæ exigitur ab obiecto. 2. nego, dari non posse cognitionem adæquatam extensiuè, inadæquatam intensiuè: Nam potest obiectum per virtutem determinatiuam suam inadæquatè intensiuè concurrere cum potentia ad cognitionem totius suæ perfectionis extensiuæ; igitur dabilis est cognitio adæquata extensiuè, inadæquata intensiuè, quia talis cognitio exprimeret omnem perfectionem extensiuam obiecti, cum esset producta ab omni perfectione extensiuâ illius; & tamen non cum eadem claritate & intensione, quæ exigitur ab obiecto; quia non esset producta per adæquatum concursum intensiuum totius virtutis determinatiuæ obiecti. Antec. prob. potest obiectum, saltem diuinâ virtute, non concurrere, quantum potest intensiuè, cum potentia ad cognitionem totius suæ perfectionis extensiuæ: nam licet obiectum sit indiuisibile intensiuè formaliter, vt est substantia spiritalis, est tamen diuisibile virtualiter, quæ potest intensiuè cum potentia concurrere, ad clariorem notitiam, circa eandem indiuisibilem entitatem sui; quæ, quia in se formaliter indiuisibilis est, per quamlibet cognitionem intuitiuam tota videtur: quia verò eadem est virtualiter diuisibilis, per virtutem determinatiuam in ordine ad actum intensiorem, commensum propriæ cognoscibilitati, non videtur totaliter, nisi per cognitionem intensiuè adæquatam virtuti determinatiuæ obiecti. Quo fit, vt quamuis obiectum sit indiuisibile quoad entitatem, diuisibile tamen sit quoad cognoscibilitatem; nam hæc non attenditur absolutè in se, sed respectiuè ad cognitionem, per quam exprimi potest clariùs, iuxta concursum virtutis determinatiuæ obiecti, & virtutis cognitiuæ subiecti. Confirm. posset obiectum concurrere adæquatè extensiuè, & intensiuè in ratione obiecti cum potentia, inadæquatè concurrente in ratione potentia: sed tunc sequeretur cognitio adæquata extensiuè, quia omnia viderentur in obiecto, adæquatè concurrente in ratione obiecti; inadæquata verò intensiuè ex parte potentia. Ad argum. nego antec. ad prob. dico, totam intensiorem, & claritatem cognitionis ordinari ad perfectiùs penetrandum obiectum; vel quod extensionem, vel quoad virtutalem intensiorem, & diuisibilitatem obiecti. Vnde nego paritatem; quoad sicut non datur cognitio adæquata intensiuè distincta ab adæquata extensiuè; ita nec adæquata extensiuè, distincta ab adæquata intensiuè; quia adæquata intensiuè includit essentialiter adæquationem extensiuam; est. n. cognitio producta à potentia adæquatè determinata à totâ virtute motiua obiecti, & lumine eiusdem ordinis, & rationis; cognitio verò adæquata extensiuè non includit formaliter adæquationem intensiuam, quia vel illa produci potest à totâ virtute obiecti adæquatè extensiuè, inadæquatè intensiuè; vel à potentia inadæquatè concurrente in ratione potentia. Vel certè distinguenda est duplex extensio in obiecto, altera intrinseca, & constitutiua ipsius, altera extrinseca, & terminatiua tantum: adæquatio prioris extensionis, est essentialiter conueniens cum adæquatè cognitione intensiuâ eiusdem,

non autem adæquatio posterioris; possum enim comprehendere totam perfectionem intrinsecam obiecti, non comprehensis terminis, ad quos virtus intrinseca obiecti se extendit: at non possum comprehendere totam perfectionem obiecti, non comprehensâ totâ perfectione constitutiua ipsius. Ratio: ad perfectam comprehensionem rei sufficit, si adæquatè cognoscatur tota perfectio intrinseca ipsius, alioqui si necessaria etiam foret comprehensio extrinseca cuiuscunque termini, cum quo res connexionem habet, nulla creatura posset aliam comprehendere: at omnes concedunt, Angelum superiorem comprehendere inferiorem, & quamlibet rem sublunarem naturalem. Sequel. prob. omnis creatura essentialem connexionem habet cum omnipotentia Dei, vt effectus cum sua causa: implicat autem, omnipotentiam Dei naturali cognitione intuitiuâ cognosci, nedum comprehendere. 2. cum intellectus Angelicus posset infinitos actus specie diuersos, per ordinem ad infinita obiecta specie diuersa, quæ successiuè intelligere posset, elicere, nullus Angelus posset talem intellectum comprehendere, nisi comprehensis infinitis actibus, & obiectis specie diuersis, ad quæ intellectus Angelicus potest se extendere: similiter nec posset materia prima comprehendere, nisi comprehensis infinitis formis, ad quas dicit ordinem. Ad perfectam igitur comprehensionem sufficit comprehensio perfectionis intrinsecæ, cum notitiâ abstractiuâ termini sub aliquâ ratione communi, sub qua res terminatur.

*Obijctes* 1. Implicat obiectum determinare potentiam ad clariorem notitiam sui, quin illam determinet ad perfectionem aliquam, vel modum in obiecto de nouo cognoscendum: sicut. n. implicat, cognoscere de nouo obiectum, & non cognoscere perfectionem nouam in obiecto: ita cognoscere perfectiùs idem obiectum, & non cognoscere nouam perfectionem, vel modum in obiecto: 2. nouo gradui cognitionis respondere debet nouus gradus, vel perfectio ex parte obiecti, cum totum esse cognitionis sit ad manifestandum obiectum. Resp. dist. antec. implicat obiectum determinare potentiam ad clariorem notitiam sui, quin illam determinet ad nouam perfectionem, vel modum antea non cognitum, nego; ad eandem perfectionem vel modum clariùs cognoscendum, concedo. Vnde ad 1. prob. nego consequ. quia quando primò cognoscitur obiectum, nullo modo supponitur antea cognitum, atque aded implicat, illud de nouo cognoscere, & nullam perfectionem de nouo in illo videre; at quando supponitur iam cognitum, non implicat, idem secundum eandem perfectionem clariùs cognoscere. Ad 2. dico, sat esse, si nouo gradui cognitionis respondeat eadem perfectio, idemque gradus perfectionis clariùs cognitus: nam sicut datur maior, & minor claritas subiectiua ex parte actus, ita maior, & minor claritas obiectiua ex parte obiecti. Eadem igitur perfectio maiore claritate obiectiua respondet clariori cognitioni subiectiua. Quod explicari potest exemplo amoris, quo aliquod obiectum diligimus, & ipsum tamen non diligimus, adæquatè diligibilitate ipsius: nihil tunc est in obiecto, quod non diligamus, non tamen dicimus illud adæquatè diligere, quia non diligimus, illud actu, quoad intensiorem proportionato diligibilitati obiecti. Vnde quando intensiore actu ad illud idem ferimur, nihil tali actui respondet ex parte obiecti, quod antea non fuerat dilectum, respondet tamen idem obiectum, maiore diligibilitate obiectiua ipsius.

*Obijctes*. 1.

10.  
Resp. 1.

11.  
Resp. 2.

Potest obiectum inadaquatè concurrere ad cognitionem totius perfectionis extensiuæ.

Ad comprehendere non requiritur comprehensio termini extrinseci.

246

151

Resp.

Exemplum amoris.

12.  
Ad argum. in forma.

13.  
Extensio intrinseca adæquatur cognitione intensiuâ;

SECTIO II.

An possit Deus comprehendi ab intellectu creato?

**R**A T I O dubit. est; sicut naturæ humanæ unum est Verbum quoad totum esse personale; ita uniri poterit quoad totum esse intelligibile; maius quippe est, uniri Deum creaturæ quoad esse personale, quia hoc fit per unionem substantialem, & facit in recto Deum; illud per unionem accidentalem. Constantamen est Patrum, & Scholast. sententia, Deum à nullo intellectu creato comprehendi. Controuersia tantum est in assignandâ ratione. Nominales rationem assignant: nulla creata cognitio possibilis est, quæ adæquet cognitionem, quam Deus habet de seipso: & comprehensio est cognitio omnium perfectissima, quæ de obiecto haberi potest. Verum si hæc ratio supponit, comprehensionem esse perfectissimam cognitionem, quæ simpliciter de obiecto haberi potest, refutata manet; si perfectissimam, quæ ab obiecto exigitur, non explicat, cur ea tantum, quam Deus habet de seipso, sit omnium perfectissima quæ ab obiecto exigitur.

Auctores secundæ sent. præced. sect. cii. hanc reddunt. Comprehensio est adæquata cognitio omnium, quæ formaliter, & eminenter sunt in obiecto: impossibilis est autem cognitio creata omnium, quæ formaliter, & eminenter sunt in Deo: igitur impossibilis est Dei creata comprehensio. Verum hæc ratio falso nititur fundam. amplius explicato: Ex distinctâ cognitione possibilium, quæ eminenter sunt in Deo, nulla noua perfectio intrinseca videtur in Deo, quæ sine tali cognitione non videretur: ergo si aliunde ad cognitionem comprehensiuam non requiritur cognitionis intensio obiecto proportionata, impertinens est possibilium cognitio ad Dei comprehensionem. Antea. aduersarij non negant; alioqui sine cognitione possibilium tota Dei substantia non videretur. Ratio: possibilium sunt tantum extrinseci termini diuinæ potentia, ad quos nullum dicit respectum realem. Conseq. prob. cum per quamlibet intuitiuam notitiam videatur omnis perfectio, & formalis, & eminentialis in Deo, si aliunde ad comprehensionem non requiritur certa claritas, & intensio obiecto proportionata, non est, cur in eorum doctrina talis cognitio non sit comprehensio. At dicunt; talis cognitio non est comprehensio, licet videatur tota perfectio Dei, quia ex vi eiusdem cognitionis non videntur distinctè omnia, quæ ab ipso emanant vel emanare possunt. Sed contra; distincta cognitio eorum, quæ à Deo emanare possunt, non pertinet ad comprehensionem Dei; nam neque hæc obiecta sunt intrinseca Deo, neque ex eorum distincta notitia cognoscitur noua perfectio in Deo, quæ sine illa non cognosceretur; comprehensio. n. est tantum eorum, quæ intrinseca sunt, & substantialia obiecto: alioqui, ut præced. sect. nulla res creata, quantumuis minima comprehendi posset ab Angelo, quod est contra communem sent. Theol. Confirmo contra Vasquez, qui disp. 143. cap. 9. & 5. contendit, Verbum procedere ex solâ cognitione essentia, non possibilium, cum tamen doceat, Verbum procedere ex cognitione comprehensiuâ Dei: igitur in eius sent. cognitio possibilium non facit ad comprehensionem Dei. Confirm. si cognitio possibilium requireretur ad melius cognoscendum Deum extensiuè tantum, non

**Obijciat.** 2. Si ad comprehensionem præter extensiuam repræsentationem omnium, quæ sunt in obiecto, necessaria esset intensiuæ perfectio in claritate, non posset statui certa claritas, & intensio, quæ necessaria esset in actu comprehendente obiectum, cum illa non solum proueniat ab obiecto, sed etiam à potentiâ cognitiuâ: idem enim obiectum eadem specie adæquatâ sui comparatum ad diuersas potentias magis, aut minùs perfectè, clariore aut minùs clarâ cognitione postulat repræsentari. Resp. Non quamcunque claritatem actus naturaliter exigi ab obiecto, sed eam dumtaxat, quæ per adæquatam speciem sui, & lumen eiusdem perfectionis, & ordinis deriuatur in actum: vnde omnia alia claritas, & perfectio, quæ prouenit à lumine altioris ordinis, non exigitur connaturaliter ab obiecto: quia obiectum sicut non exigit repræsentari per speciem perfectioris entitatis; ita nec per lumen altioris ordinis: nam species & lumen sese mutuo respiciunt in ordine ad idem obiectum, vt principia eiusdem actus, expressiuè eiusdem obiecti.

**Ad argu. secundæ sent. ad auct. August. resp. S. Tho. 1. p. qu. 12. art. 7. ad 2.** comprehensionem esse, cum res ita videtur, vt nihil ipsius lateat videntem, neque quoad entitatem, neque quoad modum cognoscibilitatis; qui modus licet se teneat ex parte actus, exigitur tamen ab obiecto ob sui virtutalem diuisibilitatem. Vnde August. 12. Ciuit. Dei cap. 18. comprehensionem definit, quæ scientis comprehensione finitur, quod est, vt S. Tho. cit. loco explicat, quando ad finem in modo rem cognoscendi peruenitur. Ad confirm. dist. conseq. si tota entitas & perfectio rei cognoscibilis dicat etiam modum cognoscibilitatis, concedo totum; si solam entitatem, & perfectionem extensiuam, nego conseq. quia ad comprehensionem intellectualem, non solum spectat intellectualis continentia obiecti, sed etiam modus continentia magis, aut minùs clarus; nam hæc sunt per se differentia cognitionis; ad materialem verò comprehensionem solum pertinet adæquata continentia corporis locati à corpore locante.

**Ad auct. S. Thom. resp. eius discursum tantum procedere à posteriori, non à priori; quia, vt supra, ex cognitione omnium possibilium in Verbo rectè infertur intensiuæ, & adæquata cognitio Dei.**

**Ad rationem, dist. maior. si Tò ex parte cognoscentis, dicat modum qui ab obiecto exigitur, neg. maior;** nam comprehensio includit hunc modum, quia tunc, ut S. Tho. docet, res videtur totaliter, quando modus obiecti fit modus ipsius cognoscentis, hoc est, vt qu. 8. de verit. art. 2. ad 2. explicat, quando visio per comparisonem ad rem visam habet modum videndi totalem. Si Tò ex parte cognoscentis, dicat modum, qui ab obiecto non exigitur, conced. maior, sed neg. minor, eiusque prob. nec propterea, quod res videtur tota quoad entitatem, & tamen intelligibiliter, non comprehendatur, sequitur, quod res plus habeat de intelligibilitate, quam de entitate; nam intelligibilitas rei non sequitur ad eius entitatem quomodocunque, sed vt determinatiua est potentia ad modum cognitionis, propria virtuti commensum: Ergo licet videatur tota entitas; quia tamen non videtur cognitione adæquante totam vim determinatiuam ipsius, non videtur totaliter; proinde nec intelligibiliter comprehenditur.

16. Obij. 2.  
17. Ad arg. 2. sent.  
18. Ad conf.  
19. Ad S. Thom.  
20. Ad rationem.

21.  
22. Negant ac scol.  
23. Nominalium ratio.  
Nulla.  
24. Alia  
Nullius fund.  
25. Dicunt.  
Contra.  
26. Conf. ad homin. r. Vasquez.

intensiuè, sequeretur, quòd si omnia possibilìa cognoscerentur distinctà cognitione ab eà, quì cognoscitur Deus, vt concedit Vasquez disp. 50. cap. 7. vel si per impossibile ex distinctà cognitione omnium possibilium in Verbo non sequeretur intensior cognitio Dei, adhuc ab intellectu creato comprehenderetur Deus, vel per duplicem cognitionem Dei, & possibilium, vt primo casu, vel per eandem auctam tantum extensiuè circa possibilìa, vt in 2.

27. *Veritas: Comprehensio est cognitio perfectissima, quam postulat obiectum. A priori.*  
 Ex iactis principijs ratio, cur Deus sit incomprehensibilis à creatura: Comprehensio est cognitio omnium perfectissima, quam postulat obiectum: sed Deus postulat cognitionem in claritate infinitam: implicat cognitio creata in claritate infinita; ex ratione infiniti vsic & talis: igitur implicat creata comprehensio Dei. Minor prob. 1. Deus vt obiectum intelligibile non minorem postulat cognitionem, quam ipse de seipso habet, infinitæ claritatis, & incommunicabilis creaturæ: non .n. est magis intellectiuus, quam intelligibilis, cum eius intellectiuitas sit commensa ipsius intelligibilitati, vtraque adæquatè consequatur ipsius naturam, imò sit ipsa Dei natura: ergo cognitio, quam Deus vt intelligibilis postulat, non est in claritate minor, quam ipse de seipso habet. 2. cognitio, quam vnaquæque natura intellectualis de seipso postulat, est commensa propriæ intelligibilitati, adæquatè procedens ex virtute determinatiua, & intellectiua sui: igitur cognitio, quam Deus de seipso postulat, est commensa propriæ intelligibilitati, adæquata virtuti determinatiuæ, & intellectiua sui ipsius: hæc autem, vt patet, est infinita, & incommunicabilis creaturæ, adæquatur enim infinitæ intelligibilitati, & intellectiuitati Dei: vt autem queat vna natura adæquatè intelligere aliam, debet esse tantæ intellectiuitatis, quantæ intelligibilitatis est alia. *Lege Scot. in 3. dist. 14. qu. 2. ad 1.*

18. *Dices.*  
 DICES: Ex hac ratione tantum sequitur, non posse creaturæ Dei comprehensionem communicari vt causæ principali, non vt instrumentali, sicut potest Angelo inferiori instrumentaliter communicari comprehensio superioris, licet non principaliter. Sed contrà; cognitio est causæ formalis principalis in representando: implicat cognitioni creatæ communicari claritatem, quæ formaliter requiritur ad comprehendendum Deum; non, quæ formaliter requiritur ad comprehendendum Angelum superiorem; quia hæc finita est, illa infinita creata.

19. *Esse personale communicatur formaliter, esse intelligibile effectiue.*  
 Ad rationem dubit. esse personale communicatur formaliter, proinde totum: esse intelligibile communicatur effectiue: implicat autem effectus infinitus; non vt se totum communicet creaturæ formaliter, quia hoc esse non est distinctum ab ipso Deo. Ad probat. esto communicatio secundum totum esse personale sit maior, non repugnat, sicut communicatio secundum totum esse intelligibile, mediâ intell. & tione creatâ infinitâ; illa .n. sit mediâ vnione finitâ, quæ non postulat, vt in essendo adæquetur termino vnibili, sicut comprehensio in representando obiecto intelligibili.

30. *Ad id de fide? Negat Vasquez.*  
 Sed adhuc controuersum est inter Doctores, an sit de fide, Deum à nullo intellectu creato comprehendi posse. Negat Vasquez disp. 52. cap. 2. solumque ait, esse certum auctoritate Scholast. cuius oppositum tantum putat esse temerarium. 1. quia in assignanda natura comprehensionis variant Theologi: nequit autem ad fidem spectare, quod à Catholicis ad litem vocatur. 2. quia etiam Deus dicitur in Scripturis, & Concilijs ineffabilis, cum

tamen certum sit, à beatis mentis linguâ effari, vt in se est; nam quâ ratione illum cognoscunt, mentis verbo exprimunt. Affirmant Scotus in 4. dist. 49. qu. 3. art. 1. concl. 1. Molina, Bannez, Zumel, Gonzalez, Arrubal, Fasolus, in 1. p. qu. 12. art. 7. Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 5. & 3. p. disp. 26. sect. 1. Medina ibid. qu. 10. art. 1. Cabrera disp. 2. Quæ sententia verior est, vt constat ex Concil. Later. sub Innocent. III. relato cap. Firmiter, de Summa Trinit. vbi eodem modo definitur, Deum esse Incomprehensibilem, atque Vnum, Æternum, Imensum, Immutabilem, Omnipotentem: at de Fide est, Deum esse vnum, æternum, &c. ergo & Incomprehensibilem.

Ad 1. argu. Vasquez nego, non posse aliquid certo ab Ecclesia definirì, de cuius natura controuertitur inter Scholast. definitur enim à Trident. Sacramentalem conuersionem panis & vini, in corpus, & sanguinem Christi, esse transsubstantiationem; de cuius tamen naturâ disputatur. definitur, Deum esse imensum, æternum, omnipotentem; cum tamen controuersum sit, quid de ratione imensitatis, æternitatis, & omnipotentis sit. Quia potest aliquid ab Ecclesia definirì solum, an sit; non autem, quid sit. Ad argu. nego variare Theologos, an Deus sit incomprehensibilis, quod tantum pertinet ad dogma fidei; sed tantum, quid Dei comprehensio sit, quod ad fidem non spectat. Ad 2. resp. eodem modo Concilia definire, Deum esse ineffabilem, quo definiunt, esse incomprehensibilem: at non prout incomprehensibilitas negat omnem claritatem visionem de Deo, sed prout tantum negat adæquatam: ita definiunt, esse ineffabilem; non prout ineffabilitas negat omne verbum mentale, aut vocale de Deo, sed prout tantum negat verbum adæquatè exprimens. Effabilitas enim, vel ineffabilitas rei immediatè oritur ex cognitione eiusdem rei. cum igitur Deus clarè cognoscatur à beatis, clarè etiam effatur ab illis; quia non cognoscitur adæquatè, nequit adæquatè effari; quo sensu à Later. definitur, Deum esse ineffabilem.

## DISPUTATIO XI.

An Deus sit nominabilis nomine significante ipsum sicuti est?

QVo modo Deum concipimus, ita nominare possumus; quia nomen sequitur conceptionem rei, vt signum rei conceptæ. Querimus, an nominari possit, nomine significante, sicuti est, distinctè & quidditatiuè, à viatoribus, aut comprehensoribus.

PRIMA sent. negat, Deum ab vilo viatore, aut comprehensore, quin neque ab ipso Deo nominari posse, nomine significante ipsum, sicuti est: Bannez 1. qu. 13. art. 1. concl. 2. Zumel ibid. qu. vn. concl. 4. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 31. n. 18. Prob. Deus cap. Firmiter, de summa Trinit. definitur ineffabilis; Scriptura Prouerb. 30. & passim asserunt, nullo nomine exprimi posse. Prob. 2. nomen imponitur vt symbolum ex intrinseco fine, vt audiens vi illius deueniat in notitiam rei significantæ, vt à nobis conceptæ: ergo nullum est nomen, vi cuius audiens deuenire possit in notitiam Dei, vt est in se: sc. medijs conceptus loquentis per nomen importatus, vel est abstractiuus, & nequit esse ratio cognoscendi rem intuitiue; vel est intuitiuus; nec potest esse audienti ratio intuitiue cognoscendi rem, à loquente conceptam; nomen .n. non manifestat audienti

31. Verius affirmans.

32. Ad 1. Vasquez.

Informa.

33. Ad 2.

Deus ineffabilis.

1. Sent. Negant.

pp.

3. Ratio: Nullum nomen ducit in notitiam Dei ut est in se.

audienti conceptum loquentis physicè & intuitivè, ut signum naturale, intrinsecam connexionem habens cum re significatâ, sed moraliter & abstractivè, ut signum ad placitum, extrinsecam connexionem habens, ex merâ voluntate instituentis, cum re significata: nec posset vi talis conceptus, intuitivè cogniti, audiens intuitivè cognoscere rem, à loquente conceptam, nisi talis conceptus esset idem cum re conceptâ, qualis est conceptus, quem Deus habet de seipso. Ratio: conceptus intuitivus non continet obiectum realiter, sed intentionaliter; unde non potest esse ratio videndi illud intuitivè, nisi intellectui, ad quem comparatur ut species expressa, & vitalis imago. At conceptus loquentis non est species expressa, & vitalis imago intellectus audientis, sed loquentis: nequit igitur, etiam ut intuitivè cognitus esse audienti ratio intuitivè cognoscendi rem à loquente conceptam; nec clara visio, quam de Deo beatus habet, etiam ut apertè manifestata, esse alteri ratio intuitivè cognoscendi Deum.

SECUNDA docet, posse quidem Deum nominari nomine significante ipsum, sicuti est, à Beatis, vel à Deo, non tamen à viatoribus: *Henrici in sum. art. 13. qu. 9. S. Tho. 1. p. qu. 13. art. 1. & 1. con. Gent. 1. 3. Calet. & Ferrar. locis cit. Capreol. in 1. dist. 22. qu. 1. art. 1. Richard. art. 1. qu. 1. Palatii ibid. & c.* Fundam. potest unusquisque rem nominare, sicut intelligit; cum vox sit instrumentum intellectus & signum verbi interioris: non potest nominare alteri distinctius, quam ipse intelligat: possunt igitur Deus, & Beati, distinctè Deum intelligentes, distinctè ipsum nominare, sicuti est; non viatores, Deum distinctè non intelligentes.

TERTIA assertit, non tantum beatos, sed etiam viatores posse imponere nomen, quod Deum significet sicuti est, esto viatores Deum non intelligent, ut est in se: *Scoti in 1. dist. 22. qu. vn. ca. 5. Hu. pramissis: Rubi. qu. 1. art. 2. Ocham, Gabrie. ibid. Molina 1. p. qu. 13. art. 1. dist. 2. Vasquez ibid. disp. 57. cap. 2.* Fundam. mensura significationis nominum non est desumenda ex eo, qui nomen imponit, sed ex eo, qui nomen audit: nomen. n. ordinatur ad exprimendum conceptum non loquenti, sed audienti: ergo non solum possunt beati sibi mutuo, sed etiam viatores beatis nomina imponere, quæ Deum significant, sicuti est. Quia licet nequeant viatores intelligere Deum quidditativè, ac proinde nequeat ipsis imponi nomen, Deum quidditativè significans, possunt tamen illud quidditativè intelligere beati. *Confir. de facto multa sunt nomina imposita ad significandas distinctas rerum quidditates, quas distinctè non cognoscimus.*

DICO I. Non repugnat nomen, Deum quidditativè significans. Fundam. ut nomen quidditativè rem significet, nil aliud requirit, quam ut imponatur ab eo, qui rem quidditativè cognoscit, cum tacito, vel expresso consensu eorum, qui eandem rem quidditativè etiam cognoscere possunt: sed beati cognoscunt Deum quidditativè; ergo saltem illi ex mutuo consensu possunt sibi nomen imponere, quod Deum quidditativè significet. Maior prob. vis nominis non consistit, ut virtute aliqua intrinsecâ audientem ducat in notitiam rei significatæ, sed tantum ut significatione extrinsecâ seu denominatione, ortâ ex institutione imponentis, audientes moraliter excitet ad rem significatam quidditativè cognoscendam: sed quodlibet nomen à beatis impositum ad Deum quidditativè significandum excitare eos moraliter potest ad Deum quidditativè cognoscendum, seu potius ad

reflectendum supra idem significatum, à se quidditativè cognitum. *Confir. nomen non debet suâ significatione complere, sed supponere completam potentiam eliciendi notitiam rei significatæ; utque ante significationem impositam non habeat vim intrinsecam movendi, ita nec post: ergo non debet potentiam ducere in notitiam rei significatæ per intrinsecam virtutem, sed tantum per extrinsecam denominationem imponentis, ut signum ad placitum, sicut ramus viridis ducit in notitiam rei venalis: quia si nomen non debet esse, nisi tantum extrinsecum signum excitativum, supponens totam potentiam concipiendi rem significatam in audiente, non est, unde illi repugnet significatio Divinæ quidditatis. DICES: post impositam significationem includit conceptum imponentis, quo mediante ducit intellectum audientis in notitiam rei significatæ: & quia nullus conceptus imponentis ducere potest in notitiam quidditativam Dei, nullum nomen imponi potest ad significandam quidditatem Dei. Sed contra; conceptus imponentis importatus per nomen, non est, quo mediante audiens duci debeat in notitiam rei significatæ: nam aliàs nunquam posset devenire in notitiam intuitivam rei, cum nullus conceptus imponentis, per nomen significatus, ducere possit intellectum audientis in intuitivam notitiam rei, per conceptum significatæ; nec conceptus imponentis, per nomen significatus concurrens physicè cum intellectu audientis ad notitiam rei significatæ, sed tantum moraliter; non. n. ut principium effectivum; quia conceptus unus, seu actus immanentes non habent vim agendi extra proprium subiectum: neque ut medium cognitum, quia nihil potest esse cognitum, nisi physicè influat cum potentia ad cognitionem sui; nam cognitum est effectus formalis cognitionis, cognitio autem originatur à cognoscente, & cognito ex August. 9 de Trin. fine.*

DICO 2. Repugnat, viatorem imponere nomen, quod sit expressivum quidditatis Dei aliis viatoribus, non comprehensoribus. Prior pars constat; quia cum nomina sint symbola, quibus utimur ad exprimendas res, medijs animi conceptibus, nequeunt imponi ad exprimendas eas res, quas percipere non valent ijs, qui debent nominibus uti, alioqui frustraneum esset, ijs talia nomina imponere. Cum igitur nequeant viatores Deum quidditativè cognoscere, nequit ijs tale nomen imponi. Ex quo sequitur, neque Deum, aut beatos posse tale nomen viatoribus imponere, contra *Scotum*, aientem, esse aliqua nomina in *Scriptura*, quæ Deum quidditativè significant, ut est nomen illud vulgatum, *Iehoua*, seu *qui est*, quod Græcè, ex eo quod quatuor litteris Hebraicis constat, *Tetragrammaton* dicitur. Posterior pars prob. esto nequeat qui nomen imponit rem significatam perfectè percipere, potest tamen illud alijs imponere, qui rem significatam perfectè concipere valent: ergo etiam si nequeant viatores Deum quidditativè cognoscere, possunt tamen nomen Deum quidditativè significans imponere beatis, qui Deum intuitivè cognoscunt. Antec. prob. 1. potest quis imponere nomina rebus, quas tantum abstractivè cognovit ijs, qui illas intuitivè norunt: potest. n. quis imponere nomina ijs, qui res viderunt, etiam si ipse non viderit, sed tantum audierit. 2. nomina non alio modo significant res, ad quas exprimendas imponuntur, quam excitando audientem ad notitiam rei significatæ, tum conceptus imponentis consignificati in seipso significationem: at nomina audientem non excitant medio conceptu, sed mediâ

Ratio.

4. Sent.

Fund.

3. Sent.

6. Nomen Deum quidditativè significans imponi potest, à Beatis, qui ipsum cognoscunt.

7. Confir.

8. Dicit.

Contra 10. ta vis nominis est tantum moralis signum.

9. Viator viatori nequit nomen expressivum Dei imponere.

10. Potest comprehendere;

Ratio à priori.



voluntate imponentis : ergo etiam si imponentis non habeat quidditativum conceptum rei significatæ, modo habeat voluntatem nomen imponenti, poterit tale nomen excitare audientem ad quidditativum conceptum rei significatæ formandum, si ille habeat completam potentiam ad talem conceptum in seipso formandum. Minor prob. nomen non alio modo excitat audientem, quam ut signum rememorative voluntatis institutoris, reuocando illam in memoriam audientis. Quæ excitatione posita solus intellectus audientis gignit in seipso notitiam tam rei significatæ, quam conceptus significati, abstractivè, vel intuitivè iuxta speciem, quæ de re significatæ audiens habet. Confr. eatenus non posset viator imponere nomen expressivum quidditatis Dei beatis quatenus deberet nomen à viatore impositum, per conceptum viatoris nomen imponentis, esse beatis medium seu mensuram cognoscendi Deum in seipso: at medium cognoscendi rem significatam, non est conceptus imponentis, sed mensura physica est sola potentia cognoscentis, quæ in audiente præsupponitur ad rem significatam cognoscendam; mensura moralis est sola voluntas imponentis nomen ad talem rem significandam: sc. nunquam conceptus imponentis potest esse ratio cognoscendi rem intuitivè, ad quam significandam imponitur: cum tamen multa sint nomina imposita ad significandas res intuitivè, ut illa, quarum viatores intuitivè notitiam habent; cum tamen eas intuitivè non cognoscant vi nominis, aut conceptus importati per nomen (ille n. nequit nisi in abstractivam notitiam ducere) sed virtute cognoscentis.

Deducitur 1. posse aliquem imponere nomen ad distinctivè significandum, quam ipse nomen imponentis intelligat; non quidem sibi, sed alij, qui ex propria virtute nominis significatum distinctivè percipere valeat; nam ad hoc sufficit voluntas imponentis, acceptata ab audientibus potentibus rem significatam distinctivè percipere: nam tota vis percipiendi significatum nominis supponitur in audiente, & nomen ad nihil deservit, quam ad excitandam mentem audientis, ut rem significatam percipiat iuxta voluntatem imponentis.

Dicitur: ergo etiam poterit nomen imponere, qui nullo modo rem cognoscit. Sed neg. consequens cuius nulla præcessit cognitio, nulla subsequi potest voluntas: at cuius aliqua saltem confusa præcessit cognitio, poterit subsequi voluntas distinctivè rem cognoscendi, aut alteri significandi, ut patet, cum ex cognitione confusa voluntas movetur ad distinctam.

Deducitur 2. nullum nomen imponi posse Deo. Fundam. nomen debet esse signum excitativum respectu illius, cui imponitur ad rem significandam percipiendam, aut saltem per novam reflexionem eandem cognoscendi: quod addo propter beatos, qui Deum semper actu vident, unde auditro nomine, Deus, quidditatem exprimente, non eliciunt novam visionem Dei, sed novam reflexionem, quæ cognoscant, nomen Deus significare illum eundem, quem ipsi semper actu vident. At respectu Dei nullum potest esse signum excitativum neque ad novum actum, neque ad novam reflexionem.

Deducitur 3. non posse imponi nomen, quod Deum comprehensivè exprimat. Fundam. quando implicat qui possit nominis significatum percipere, implicat ipsum nomen; quia essentialiter est alicui significativum: at implicat qui possit vi nominis Deum comprehensivè cognoscere: quia

qui cognosceret, esset creatura, cum Deus nequeat vi nominis seipsum cognoscere.

Deducitur 4. Omnia nomina, quæ tribuntur Deo, imperfectè tantum, & confusè significare naturam divinam. Ratio: omnia sunt imposita ad significandum viatoribus; sed viatores nequeunt intelligere Deum, nisi imperfectè, & confusè: sc. cum nomina sint symbola rerum, proportionari debent ijs, qui illis utuntur: solent viatores Deum nominare, ex perfectione causalitatis, ex remotio- ne alicuius imperfectionis, ex perfectione eminentiæ. Priora sunt connotativa, ut *Creator, Governator, Dominus, &c.* Posteriora sunt composita ex duplici conceptu, positivo imperfectionem includente, & negativo imperfectionem excludente, ut *In- finitas, Immensus, Illimitatio, &c.* Postrema sumpta sunt ex creaturis, & applicata Deo per convenientiam in re ipsa significata, ut *Sapiens, Bonus, Iustus, & his similia.* Nullum autem ex his nominibus attingit Deum secundum proprium conceptum ipsius. Fundam. proprius conceptus rei attingi non potest, nisi vel immediatè per propriam speciem, aut concursum obiectivum, vel mediatè per adæquatam effectum, & proprietatem ipsius: at nullo ex his modis possumus Deum in hac vita cognoscere: ergo semper per alienum conceptum.

Ad 1. primæ Resp. Deum dici ineffabilem eodem modo, quo dicitur invisibilis; quia effabilitas vel ineffabilitas sequitur cognoscibilitatem, vel incognoscibilitatem rei; unde quæ ratione res est cognoscibilis, est effabilis; quæ verò ratione est incognoscibilis, ineffabilis est. Atqui Deus non est invisibilis simpliciter, sed aut naturæ viribus, aut adæquatè & comprehensivè: ergo nec dicitur ineffabilis simpliciter, sed aut naturæ viribus, aut prehensivè. Nam ex Aug. lib. 1. de doct. Christ. cap. 6. *Pugna verborum est, dum ineffabilis dicitur ille, qui dicitur: Quoniam si, illud, inquit, est ineffabile, quod dici non potest; non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest.* Ad 2. disting. maior: imponitur nomen, ut vi suâ physicè audientem ducat in notitiam rei significatæ, nego; ut tantum moraliter & excitativè, concedo: hoc autem non repugnat nomini, ut ducere possit in notitiam quidditativam Dei, ut ex dictis constat. Ad fundam. secundam dist. id antec. non potest quis nominare rem distinctivè, quam intelligat, conceptu, concedo; intentione, nego. Etenim conceptu nequit rem nominare, nisi quantum illam intelligit; quia nominatio per conceptum, est ipsa impositio nominis ad rem significandam mediante conceptu: potest tamen illam distinctivè nominare, quam intelligat, non sibi, sed alteri per intentionem; quia hæc non solum se extendit ad significandam rem, ut cognitam ab imponente, sed ut cognoscibilem ab audiente. Neque hoc est dare quod non habet; siquidem imponentis per voluntatem habet, ut possit imponere nomen ad distinctivè significandum, quam ipse intelligat: nam hoc est imponere pro immediato signo, distinctivè alteri significante, voluntatem ipsam imponentis.

## DISPUTATIO XII.

### De Scientia Dei.

HACTENUS de veritate Dei, quæ est proprietas 2. entis, in ordine ad Deum, ut est obiectum, & terminus cognitionis creaturæ: nunc de eadem

11.  
Confr.

Medium  
cognoscendi-  
rem est po-  
tentia co-  
gnoscentis.

12.

Dices.

Contra.

14.

Signum ex-  
citativum  
Dei dicitur  
quis.

15.

Nec nomen  
Deum ex-  
pressivè  
comprehendit.

16.  
Sed imper-  
fectè &  
confusè.

Ex perfec-  
tione impli-  
ci.

17.  
Ineffabilis  
qui t

18.

19:  
Ad fundam.

1.  
Dens sub-  
stantia in-  
tellectiva,  
eadem

quia spiri-  
talis.

eâdem in ordine ad Deum, vt obiectum, & terminus est suæ cognitionis. Supponimus in hac disp. Deum esse intellectiuum, 1. quia hæc perfectio est simpliciter simplex cum nulla alia maiore vel æquali pugnans: 2. talis perfectio reperitur in creaturis, in quibus illam Deus producere non posset, nisi haberet in seipso; non potest autem illam altiori modo habere, quàm formaliter: 3. vt optimè S. Tho. 1. p. q. 14. art. 1. quælibet substantia spiritualis, ex eo quòd immaterialis est, intellectiua est.

2.  
In Deo est  
scientia sim-  
plicitatis intell.

Visiois,

Conditiona-  
ta.

3.  
Qualis.

Indagamus, quæ & qualis scientia in Deo sit? duplex; sui, & aliorum à se. Hæc diuiditur in scientiam simplicis intelligentiæ, visionis, & conditionatæ seu mediæ. Prima versatur circa possibilita; quorum totum fundam. cognoscendi, est increata intelligentia Dei, nullum supponens reale fundam. in rebus. Secunda versatur circa res futuras, quæ aliquando exituræ sunt extra suas causas; & dicitur visionis, metaphorâ sumptâ à visione corporeâ, quòd sicut hæc obiectum supponit extra se, illudque repræsentat, vt est in se: ita hæc scientia in Deo obiectum supponit extra Deum, illudque repræsentat, vt est in se. Tertia versatur circa futura conditionalia, à quibus denominatur conditionalis: sc. quæ nunquam habitura sunt existentiam; haberent autem, si certa conditio, in ordine ad quam dicuntur conditionalia, poneretur.

PRIMA est necessaria; habet. n. obiectum necessarium independens à libera voluntate Dei: 2. est libera, quia habet obiectum liberum dependens à libera voluntate Dei: 3. dicitur media, quia participat necessitatem vnus, quatenus non potuit hæc scientia in Deo non esse, & libertatem alterius, quatenus ita de facto repræsentat vnum obiectum, vt potuerit aliud obiectum repræsentare, si ad aliud voluntas creata sub conditione fuisset se determinatura, sicut potuisset ex suâ libertate se ad aliud determinare. De quibus singillatim disputandum.

SECTIO I.

An, & quo modo Deus seipsum cognoscat?

4.  
Deus est in-  
tellectiuus,  
sua essen-  
tia I.

DICO, 1. Deus seipsum cognoscit: est de Fide: Esther 14. Domine, qui habes omnium scientiam: Ecclesiast. 39. Non est quidquam absconditum ab oculis eius. Ratio naturalis: Deus est intellectiuus; ergo maximè sui ipsius. Nam omnis intellectus habere debet aliquod intelligibile, quod primò respiciat vt adæquatum specificatiuum sui; quia intellectus essentialiter est per ordinem ad suum terminum: at id aliud esse non potest quàm propria essentia: nam sola essentia, ex qua talis intellectus fluit, est adæquatum intelligibile talis intellectus; quod sic ostend. Adæquatum intelligibile non debet excedere, vel excedi in ratione intelligibilitatis à proprio intellectu; alioqui, quæ excederet, non specificaret illud sub eo gradu intelligibilitatis, quo illud excederet, quia non compararetur, vt terminus attingibilis ab ipso: quæ excederet, supponeret in illo aliquem gradum intellectiuitatis aliunde, quàm ab ipso specificatum; vnde non ipsum, sed illud, in ordine ad quod supponeretur tale intellectiuum adæquatè specificatum, foret proprium specificatiuum ipsius. At sola propria essentia neq; excedit, neque exce-

Quæ nec  
excedit nec  
spæciatur.

ditur in ratione intelligibilitatis à proprio intellectu: Quod sic prob. quando intellectiuitas, & intelligibilitas radicanur in eâdem essentiâ, neutra excedit alteram, cum vtraque fluat vt naturalis, & adæquata proprietates ab eodem principio. Igitur sola propria essentia est adæquatum specificatiuum intellectus: sola diuina est adæquatum diuini.

DICO 2. Deus necessariò seipsum intelligit. Fundam. alioqui Deus esset mutabilis; siquidem posset à cognitione sui cessare, quæ est intrinseca, & realis perfectio ipsius. Nec est eadem ratio de scientiâ futurorum, quæ potuit in Deo non esse, absque vllâ mutatione ipsius: nam hæc requirit existentiam obiecti futuri, quæ potuit non esse absque intrinsecâ mutatione Dei. At scientia de Deo non requirit, nisi existentiam ipsius Dei; quæ, quia necessaria est, semper obiectum est de se actu intelligibile; vnde si actu non intelligeretur, non esset defectus obiecti intelligibilis, sed intellectus intelligentis. Prob. 2. per notitiam sui Deus gignit in seipso Verbum, quod est ens necessarium, & æquè Deus, ac Deus ipse: ergo & notitia, quæ Verbum gignitur. Nam via non minorem habet necessitatem, quàm habeat terminus, qui mediâ tali viâ accipit esse. 3. Cognitio, quam Deus de se habet, non distinguitur ab ipso; alioqui esset accidens distinctum à Deo, & componens vnum per accidens cum Deo. At implicat, Deum cessare posse à suo proprio esse: ergo & à cognitione sui.

DICO 3. Deus cognoscit seipsum, ut obiectum primarium, reliqua vt obiecta secundaria. Fundam. omnis natura intellectualis debet habere aliquod obiectum, quod primariò respiciat: at hoc aliud esse non potest, quàm propria substantia: igitur propria substantia est primarium obiectum diuine cognitionis, mediante quo cætera respicit secundariò. Confirm. obiectum primarium est illud, quod est prima origo cognitionis naturæ intellectualis & radix cognitionis cæterorum; seu quod primo terminat actum cognoscentis, & quo medio actum reliqua terminant: At prima origo cognitionis naturæ intellectualis, & radix cognitionis cæterorum, est propria substantia: num quod primò terminat actum cognoscentis est, quod primò mouet cognoscentem ad talem actum; seu propria substantia, quæ est primum, & adæquatum mouens ipsius: reliqua mouent, vt aliquo modo contenta in substantiâ cognoscentis; at primum mouens Deum ad cognoscendum, est sua essentia; reliqua verò, vt aliquo modo contenta in suâ essentiâ: ergo.

DICO 4. Cognitio, qua Deus seipsum cognoscit, est perfectè comprehensua, non solum propriæ naturæ, sed etiam sui ipsius. Fundam. prioris: illa cognitio est perfectè comprehensua obiecti, quæ adæquat cognoscibilitatem obiecti: talis est cognitio Dei respectu sui ipsius: quia cognitio De procedit, nostro modo intelligendi, ex adæquatâ intelligibilitate naturæ diuine; cum nulla sit ratio limitans naturam diuinam, quò minus determinet intellectum suum ad adæquatam cognitionem sui. Cum enim natura diuina sit obiectum intelligibile necessarium; intellectus verò diuinus sit virtus intellectiua necessaria, capax totius intelligibilitatis diuine, non est ratio, cur cognitio diuina, modo nostro intelligendi, non procedat vt adæquata intelligibilitati naturæ diuine: atque adeò ut perfectè comprehensua illius. Fundam. posterioris: diuina cognitio est perfectè immaterialis: ergo non solum est comprehensua naturæ diuine, sed etiam sui ipsius. Quia sola materialitas

5.  
Necessariò  
ne mutabitur  
sit;

6.  
Vt gignat  
Verbum;

7.  
Obiectum  
primarium  
ipse est;

Radix co-  
gnitionis  
cæterorum;

8.  
Cognitio  
Dii boni  
prehendit  
proprium  
Dei naturam;

9.  
Et seipsum  
quæ respicit  
na;

obstat, quò minus cognitio sit sui reflexiua: igitur diuina, quia est infinitè immaterialis, erit vna & eadem absque vllâ distinctione cognitionis directæ, & reflexæ, sui-ipsius reflexiua: imò absque virtuali distinctione adæquatâ, erit infinitè reflexiua sui ipsius æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis, per primum conceptum, quo talis cognitio adæquatè concipitur in seipsa. Explico. Dupliciter potest diuina cognitio à nobis concipi, vno modo adæquatè ex totâ perfectione, quam cognitio diuina, in totâ latitudine cognitionis includit; alio modo inadæquatè, etiam intra latitudinem cognitionis. Primo modo concepta perit concipi infinitè reflexa, atque ad eò vt virtualiter æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis. Nam sicut vnumquodque attributum petit concipi cum totâ perfectione, quam in lineâ suâ propriæ perfectionis includit: ita cognitio diuina cum totâ perfectione, quam intra lineam cognitionis includit: atque virtualis reflexio æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis spectat ad eandem lineam cognitionis: igitur debet in illa concipi, si adæquatè concipiatur. Concepta autem modo 2. non est nec esse concipere illam, vt æquiualem infinitis cognitionibus reflexiuis, quia vt sic non concipitur adæquatè, ex totâ latitudine lineæ cognitionis, sed inadæquatè, ex partiali tantùm. Hinc patet, quo pacto in his formalitatibus sumptis per ordinem ad infinitas cognitionis reflexiuis, non sit necesse abire in infinitum: quia omnes concipiendæ sunt, vt virtualiter inclusa essentialiter in primo conceptu cognitionis diuinæ.

## SECTIO II.

### Quo modo Deus cognoscat creaturas possibiles?

10.  
Cognoscit  
secundum  
esse participatum.

Quomodo  
possibiles?

**S**V P P O N O, Deum cognoscere creaturas secundum esse participatum earum; quia cum sit agens liberum, debet distinctè præcognoscere effectum, quem producit; vt .n. possit effectum producere debet illum per voluntatem determinare: vt autem possit voluntas effectum producendum determinare, debet illum distinctè præcognoscere, cum nequeat in incognitum ferri. Cognoscit igitur Deus distinctè omnes creaturas secundum esse participatum earum, cum nulla sit, quam producere non possit. Est autem difficultas, quo modo Deus cognoscat creaturas possibiles. Ratio diffic. nec illæ sunt in Deo secundum esse proprium; nec in seipsis, cum antequam producantur nihil in seipsis sint; repugnat autem Deum cognoscere cognitione propria, & intuitiua, quod nullo modo est, neque in se, neque in alio. Cognitio .n. propria, & intuitiua est, quam obiectum per seipsum immediatè terminat: non potest per seipsum immediatè terminare, quando nullo modo est. Nec sufficit, quòd obiectum sit possibile, quia cognitio in actu, postulat obiectum in actu: quòd solum potest esse, actu non est: ergo non sufficit ad cognitionem in actu, qualis est diuina. Hinc varij dicendi modi.

11.  
An essentia  
ab æterno?

Primus *Henrici* quodl. 8. q. 1. & 9. sine, & quodl. 9. q. 1. §. Ex consider. & quodl. 11. q. 13. sine, ponentis essentias creatas ab æterno, ratione præcedentes actum diuinæ cognitionis, ad quas vt ad obiecta secundaria intuitus Dei ab æterno terminabatur. Fundam. sicut per voluntatem Dei imperantem res sunt extra Deum in esse existentia;

ira per intellectum cognoscentem seipsum vt exemplar rerum omnium, res sunt extra Deum in esse essentia: at Deus ab æterno seipsum intellexit, vt exemplar rerum omnium: ergo res ab æterno habuerunt esse essentia ex vi æternæ cognitionis Dei. Sed contra; 1. Deus ab æterno non solum intellexit creaturas in esse essentia, sed etiam existentia, & cuiuscunque proprietatis; nam eas cognouit secundum omne esse, quòd aptæ essent habere in seipsis: ergo non solum debuerunt præcedere actum æternum diuinæ cognitionis secundum esse essentia, sed etiam existentia, & omnium proprietatum. 2. hæc essentia ab aduers. ponuntur, vt exemplaria rerum producendarum, ad instar quarum debent res, quæ sunt, efformari: at non minus rerum essentia debent supponere suum exemplar, ad instar cuius debent exemplari, quàm res ad extra producenda. Aut igitur dabitur processus in infinitum; aut certe, si rerum essentia non egent exemplari distincto ab essentia Dei, nec illo egrebunt res ad extra producenda. 3. vt imaginatio cognoscat obiectum imaginatum, non necessariò supponit illud extra imaginationem: nam potest Deus annihilare obiectum imaginatum, existente obiecto imaginato intra imaginationem: ergo, vt intellectus cognoscat obiectum intelligibile, non debet necessariò supponere illud extra se. *Lege Richard. in 1. d. 35. ar. 1. q. 4. Scot. d. 36. §. Contra istam.* Ad fundam. *Henrici*, Resp. neg. paritatem; nam Deus in ordine ad communicandum se ad extra est agens liberum: possunt igitur res per ipsius voluntatem, quæ libera est, produci; non per intellectum, qui necessarius est.

Secundus Thomist. asserentium, Deum videre creaturas in sua essentia, vt in earum causa. Fundam. qui videt perfectè causam, videt omnes effectus ab ipsa producibiles: quia virtus causæ ut sic essentialem habitudinem, & connexionem habet ad suos effectus. Sed contra, vel Deus videt creaturas, sistendo tantum in cognitione suæ essentia, vel ulterius tendendo ad ipsum esse creaturarum. Non 1. modo; quia cum in suâ essentia non sint creaturæ formaliter, sed tantum eminenter, non possunt in eâ tantum visâ, ipsæ formaliter videri secundum esse proprium, nec terminare actum videntis: non potest autem secundum proprium esse terminare actum videntis, quòd solum videtur secundum eminentem esse alterius. Si 2. modo, iam redit difficultas, quid sit illud esse creatum, ad quòd protenditur cognitio Dei, cum creatura possibilis nihil sit in se; cognitio autem Dei, cum terminatur ad creaturas possibiles, terminatur ad aliquod esse reale. Ad fundamentum Thomist. nego antec. loquendo de cognitione distinctâ, & intuitiua; quia cum esse causæ sit distinctum ab esse effectus, non sequitur ex cognitione causæ, cognitio intuitiua effectus; quia obiectum non terminat distinctè, & intuitiue cognitionem, nisi secundum illud esse, quòd continet in se formaliter. Ad prob. nego conseq. de cognitione, intuitiua, concedo de abstractiua.

Tertius affirmat, Deum cognoscere creaturas possibiles, nihil aliud esse, quàm eas sibi fingere, seu proponere in esse obiectiuo, quòd ex parte Dei dicit cognitionem exprimentem; ex parte obiecti creaturas, non in esse reali ipsarum, sed in esse rationis à Deo fictum, secundum quòd esse obiectiue terminant cognitionem Dei; *Mayro. in 1. dist. 38. q. 1. §. Quartum*; indicat *Bannez. 1. p. q. 15. art. 1.* Sed contra; hic modus est imperfectus & indignus Deo? 2. cum Deus cognoscat creaturas possibiles,

12.  
Contra

13.  
Ad fundam.  
Henrici

14.  
Modum  
Thomist.  
Fund.

15.  
Contra

16.  
Ad fundam.

17.  
Modum 33

sibiles, cognitio diuina non terminatur formaliter ad ens rationis, sed ad aliquid ens reale, sicut reale est obiectum ipsum, quod cognoscit: 3. hoc esse obiectum rationis non esset distinctum à cognitione diuinâ; at absurdum est, admittere in cognitione diuinâ ens rationis.

Quartus & verior modus est, Deum cognoscere creaturas possibles in suâ cognitione, vt in specie distinctè exprimente omnia, secundum proprium esse singulorum, quod habet diuina cognitio, quâ proximè determinatur à propriâ essentiâ, non vt causâ, sed vt specie intelligibili creaturarum. Explico: diuina cognitio exprimit creaturas, vt ratio quâ; vel ratio in quâ. primo sensu asseritur à Vasquez d. 60. c. 3. sed non soluitur difficultas. Nam quæro, quid sit illud quod ex parte possibile terminat intuitum Dei? non creaturæ in esse naturali, quia non sunt; non in aliquo esse reali obiectiuo distincto à Deo, vt impugnatum est: Igitur intelligenda est in 2. sensu, vt diuina cognitio sit ratio etiam in quâ Deus distinctè videat creaturas; & hoc idè immediatè & proximè, quia cognitio diuina determinatur à propriâ essentiâ, vt à specie intelligibili sui & creaturarum; à propriâ essentiâ per seipsam, immediatius, primariò: à creaturis mediâ specie earum, quæ Deo competit, vt causâ est ipsarum; atque adè mediatè secundariò, cum essentiali connexionione ad obiectum primarium, prius ratione cognoscendum. Quòd Deus creaturas immediatè cognoscat in suâ notitiâ, vt in specie, & Verbo distinctè exprimente omnia (Summo Verbum, non vt dicit respectum ad dicentem, quo pacto notionaliter dicitur de Deo, & competit soli filio; sed vt dicit solam expressionem vitalem obiecti, quo modo essentialiter prædicatur de Deo, & commune est omnibus diuinis personis.)

Prob. Vt res perfectè cognoscatur in verbo sufficienti, vt notitia cognoscentis procedat ex perfectâ similitudine rei cognoscendæ: sed notitia Dei procedit, nostro modo intelligendi, ex perfectissimâ similitudine omnium possibilem; igitur in ea, vt in verbo perfectè cognoscuntur omnes creaturæ possibles. Maior patet 1. tum in nobis respectu obiectorum, quorum perfectas habemus similitudines; nam in eorum notitia vt in verbo perfectè cognoscimus res ipsas: tum in Angelis, in quibus, quia existunt perfectæ similitudines rerum, in earum notitia, tanquam in specie expressa, & verbo intelligibili perfectè res ipsas cognoscunt. 2. Perfecta similitudo obiecti per omnia succedit loco obiecti; ergo præcipuè in terminando actum cognoscentis, nam hoc est præcipuum munus obiecti: sicut enim species impressa succedit loco obiecti in mouendo potentiam ad cognitionem exprimendam; ita species expressa in terminando actum cognoscentis. Minor est 8. Tho. 1. p. q. 14. art. 5. & con. Gen. cap. 53. vbi docet, in Deo esse similitudines omnium rerum, etsi in eo non sint res secundum esse naturale; quia similitudo intelligibilis v. g. substantiæ, non oportet, vt præhabeat esse naturale obiecti, & sit substantia. Quia non debet præhabere obiectum, nisi secundum illud esse, quod proportionatur potentiz; hoc non est esse naturale, sed intentionale obiecti; ergo licet in Deo non sint creaturæ in esse naturali, sunt in esse intelligibili. Confir. quod est perfectio in creaturis imperfectionem excludens, concedendum est Deo: at videre creaturas in verbo, à se producto perfectio est in creaturis, imperfectionem excludens; igitur tribuendum est Deo.

Quòd cognoscere obiectum hoc modo, non sit

cognitionem terminari ad aliquid esse, quod obiectum habeat extra cognoscentem; sed formaliter sit terminari ad verbum mentis, vt est expressum creaturarum intelligibiliter; prob. 1. ex Patribus, qui non solum docent, Deum in suo Verbo intelligere seipsum, & creaturas, sed creaturas in suo Verbo non esse aliud ab ipso Deo. Ansel. in Monol. c. 33. proponens quæst. quâ ratione possit Deus suam essentiam, & creaturas eodem Verbo intelligere: Quia, inquit, ipsa est summa sapientia, & ratio, in qua sunt omnia. quæ facta sunt, quemadmodum opus, quod fit secundum aliquam artem, non solum quando fit, verum & antequam fiat, & postquam dissolvitur, semper est in ipsâ arte, non aliud, quam quod est ars: & c. 34. & 35. affirmat, omnem creatam substantiam in Verbo, & scientiam Creatoris esse ipsam creaturæ essentiam: quod explicat exemplo scientiæ nostræ, in quâ res aliter sunt, quàm in seipsis; in se quidem per suas essentias; in scientiâ per similitudines. Vbi non solum docet, creaturas in esse causatiuo, & virtuali, sed etiam in esse intelligibili esse ipsam creatricem essentiam. August. 6. de de Trinit. cap. ult. docet, Deum in suo Verbo, vt in arte plerâ omnium rationum viuentium incommutabilium noscere omnia, quæ per ipsam fecit: & lib. 83. quæst. qu. 46. ideas creaturarum in Deo ex parte ipsorum obiectorum definiens, ait, esse rationes stables, atque incommutabiles, non formatas, ac per hoc æternas, quæ in diuinâ intelligentiâ continentur; quarum participatione fit, quidquid fit; ad quas Deus respicit, cum aliquid extra se producit; & quarum visione anima beatissima fit. Quæ prædicata nequeunt nisi Deo competere: 1. quia per August. 5. Confess. cap. 4. anima non beatatur visione creaturarum, sed Dei: ac hîc doct, animam beatissimam fieri visione harum rationum: ergo non sunt quid creatum, sed increatum: 2. docet, sacrilegum esse opinari, Deum extra se aliquid inuitum fuisse, cum hunc mundum condidit: intuitus autem fuisset, si hæ rationes, ad instar quarum creaturas condidit, distinctæ forent ab ipso Deo, cum nihil creatum in Deo esse possit: 3. nihil sit participatione sui; quidquid enim participatur, ab alio necesse est participari: at si hæ rationes, ad quas Deus, ad extra operando, respicit, essent ab ipso distinctæ, aliæ perfectio non essent, quàm creaturæ producendæ, proinde idem fieret participatione sui. Idem docet tract. 5. in Ioan. vbi affirmat, omnia, quæ facta sunt, in Deo vitam esse: Quid est, inquit, hoc? facta est terra; sed ipsa terra, quæ facta est, non est vita; est autem in ipsâ sapientiâ spiritualiter ratio quedam, quâ facta est hec vita est. Arca in opere non est vita; arca in arte vita est, quia viuunt vita artificis, vbi sunt ista omnia, antequam proferantur. Terram vides, est in arte terra: Cælum vides, est in arte cælum; sed foris opera sunt, in arte vita sunt. Quid pro nostra sent. expressius, cum nihil à Deo distinctum viuere possit vita Dei? Dionys. de Diuin. Nomin. cap. 5. ideas Diuinas appellat exemplaria, & rationes effectrices rerum.

Prob. 2. hic modus ratione; 1. sit à paritate verbi creati, in quo immediatè cognoscitur obiectum, etiam si extra cognoscentem nullum habet esse: at hoc perfectionem importat; igitur concedendum est Deo.

SECUNDA. verbum procedens ex perfectâ similitudine obiecti continet in seipso intelligibiliter obiectum: Verbum increatum procedit ex perfectâ similitudine omnium creaturarum; quia Verbum increatum procedit ex diuinâ essentiâ, vt ex perfectissimâ similitudine omnium creaturarum, vt supra. Maior prob. verbum est intrinsecus, & adæquatius

Dico 2. Cognitio terminatur ad intrinsecum. verbum non ad esse extrinsecum.

14.

25. Ratio 1. à pari.

26. à priori.

19. Deus cognoscit possible in suâ cognitione.

20. Dico 1.

21. In Verbo exprimentate omnia distinctè, Ex perfectâ similit.

Pr. indu. ctione.

22. à priori.

23.

Verbum  
procedens  
ex perfecta  
similit. obie-  
cti continet  
in seipso in-  
telligibilitate  
obiectum.

adæquatus terminus intellectiois, procedentis ex virtuali similitudine obiecti; ergo est ipsum obiectum in esse intelligibili expressum. Quia sicut virtualis similitudo obiecti est obiectum in actu intelligibile; ita verbum, cum sit actualis, & expressa similitudo obiecti, est obiectum intelligibiliter expressum. Ergo creaturæ possibiles, ut à Deo intellectæ, non sunt aliquid ab increato Verbo distinctum, sed sunt ipsum, ut est actualis, atque intelligibilis imago earum, in quâ omnia obiectiue relucet secundum proprium esse naturale vniuersiuique, etsi in Deo secundum esse naturale subiectiue non contineantur. Sicut cælum ab angelo intellectum, non est quid distinctum à verbo angelico, sed est ipsum, ut est intelligibilis imago cæli, in quâ ut in propria imagine intelligibiliter relucet cælum, secundum proprium esse cæli, etsi in eo, cælum secundum esse naturale realiter non contineatur. Nec dici potest, tam verbum creatum, quàm increatum terminari ad obiectum, non quod actu est, sed quod esse potest: 1. quia obiectum sit actu præsens intelligibiliter secundum esse reale; nam actu terminat notitiam intelligentis, secundum aliquod esse reale, actu relucens & apparens in prospectu intelligentis: hoc autem nequit esse illud esse, quod obiectum habere potest virtute potentie creaturæ; quia illud, cum nondum actu sit, actu apparere non potest intelligenti. 2. cum verbum sit perfecta similitudo obiecti, eo posito, statim ponitur obiectum intelligibiliter, ut effectus formalis ipsius: sicut, quia imago Cæsaris est perfecta similitudo Cæsaris, eâ posita, statim ponitur Cæsar in esse imaginato.

**TERTIA:** ut obiectum cognoscatur à potentia, sufficit, ut fiat præsens potentie modo, quem ipsa exigit, commenso potentie: ut autem obiectum cognoscatur ab intellectu, sufficit, ut illi fiat præsens in esse intelligibili; nam si obiectum fiat præsens intellectui in esse naturali tantum, non cognoscatur ab intellectu: ergo ut creaturæ cognoscantur ab intellectu diuino, sufficit, ut fiant illi præsentia in esse intentionali. Fit autem secundum hoc esse obiectum præsens intellectui formaliter per ipsius verbum, ut est obiecti expressum. Ratio: intellectus est potentia vitalis immanens, quæ ut operetur, requirit terminum intra se vitaliter expressum: igitur, ut obiectum cognoscat, requirit illud intra se vitaliter expressum, per verbum intelligentis, procedens ex adæquata similitudine obiecti.

**QUARTA:** ut ex *Philos. 3. de ani. text. 37.* docet *S. Tho. 1. p. qu. 14. art. 1.* in hoc distinguitur cognoscens à non cognoscente, quod cognoscens non solum est suum esse, sed etiam esse aliorum: vnde dicitur anima esse quodammodo omnia. Igitur perfectissimum cognoscens, qualis est Deus, non solum est suum esse, sed etiam aliarum rerum: & sicut Deus est omnia eminenter, & causaliter, ita est omnia intelligibiliter, & intentionaliter.

Hanc sent. præcul dubio docuit *Scotus in 1. dist. 35. §. Poust d. 1. & d. 36.* cum docuit, creaturas ab æterno fuisse quasi causatas ab intellectu diuino in esse intelligibili; ad quas ut ad obiectum secundarium intuitus Dei terminatur. Docet enim intuitum Dei primo terminatum fuisse ad suam essentiam, ut ad obiectum primum: 2. ad creaturas in seipso expressas, & in esse intelligibili productas, ut ad obiectum secundarium: quod esse creaturatum in esse intelligibili comparatum ad Deum, est ipse Deus ut species expressa, & intentionalis similitudo creaturarum; comparatum verò ad creaturas di-

cturæ à *Scoto* esse diminutum creaturarum; quia non est esse naturale earum, sed tantum similitudo intentionalis ipsarum. Quod explicat exemplo imaginis artificialis, quæ comparata ad imaginem, est imago ut similitudo est imaginati; comparata ad imaginatum, non est naturale esse ipsius, sed similitudo dumtaxat artificialis: ita illum explicat *Fauen. in 1. dist. 35. à nu. 15.* Eandem colligo ex *S. Tho. 1. p. qu. 14. art. 5.* asserente, Deum cognoscere alia à se, non in ipsis, sed in se ipso, in quantum sua essentia continet similitudinem aliorum ab ipso. Quod verò intelligat similitudinem etiam in quâ, constat ex *1. con. Gent. cap. 53.* vbi docet, Deum per vnam intentionem intellectam, quæ est ipsius Verbum, intelligere seipsum, & creaturas: porro de ratione uerbi, ut *ibid. & Ferrar.* explicat, est, ut sit immediatus terminus intellectiois, in eoque, ut in ratione in qua, proximè cognoscatur obiectum, quod propterea vocat intellectioem intellectam: & *1. p. qu. 13. art. 4.* docet, idem esse in Deo intelligere, & quod intelligitur. vnde colligit, omnia in Deo intellecta esse vitam Dei; vnde, cum omnia, quæ facta sunt à Deo, sint in ipso ut intellecta, sequitur, quod omnia sunt in ipso vita Diuina: & ad *1.* docet, res esse in Deo secundum proprias rationes, sicut in cognoscente, & ut sic non sunt aliud ab essentia diuina. Et *q. 4. de verit. art. 8.* ait, similitudinem intellectam in Deo, esse vitam; sc. Verbum, ut exprimens obiectum. Item similitudo creatura in Deo, est quodammodo ipsa creatura per modum illum, quo dicitur, quod anima est quodammodo omnia. Vnde concludit, quod similitudo creatura in Verbo, est creatura vita, & productiua, & motiua creatura in propria natura existentis. Et *q. 2. de verit. art. 3. ad 3.* docet, domum in arte non distinguui ab arte, & idem esse ferri in similitudinem rei, & in rem. Ex quo colligit idem esse Deum ferri in creaturas, & in seipsum continentem species creaturarum. Quod si quando docet, creaturas esse quid distinctum à Deo cognoscente, intellige, in esse naturali: Eandem sent. docet *Ferrar. ut.* vbi cum *S. Tho.* affirmat Deum creaturas videre in suo Verbo: explicans autem naturam Verbi in vniuersum docet, esse id, in quo immediatè & proximè videtur obiectum, quod idolum appellat, in quo res ad extra inspicitur, & per quod res ad extra fit actu præsens intellectui in esse obiectiuo; quod esse obiectiuum ait, non competere rei ad extra, sed intra potentiam existenti. Eadem colligitur ex *Caiet. q. 15. art. 1. §. quoad 1.* vbi impugnans opinionem *Scoti*, ait, esse obiectiuum creaturarum in diuinâ mente non esse aliud, quàm ipsum esse Dei: esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini, non esse relatiuum, sed absolutum realissimum, scilicet esse Dei: & *q. 34. ar. 3. §. Ad imag.* docet, Verbum diuinum non distinguui ab iis, à quibus procedit ut cognitio: docet autem *ibid.* Verbum procedere ex cognitione etiam possibilium. Lege *S. Tho. 4. con. Gent. cap. 13.* Eandem sent. tradit *Capreol. in p. dist. 35. q. 2. Ad argu. con. 2. concl. ad 1. ex quo patet, quod esse, quod habet creatura intellecta à Deo in Deo, est diuinum esse: illud enim esse non est, nisi esse Verbi, vel similitudinis creatura: similitudo creaturæ in Creatore ex *S. Tho. q. 4. de verit. art. 8.* est esse Creatoris, ut *ibid. Capreol. & Ad 2.* Cum enim dico, Creatura habet esse intellectum, vel prospectum vel intuitum à Deo, non ex hoc pono, creaturam habere aliud esse obiectiuum distinctum ab esse diuino, sed dico esse diuina essentia cum respectu ad rem, cuius est similitudo: qui respectus ex *Caiet. Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. §. circa,* non est realis, sed rationis. *Ad argu. 2. loco,* docet, diuinam essentiam esse Deo speculum naturale, quatenus est species, similitudo,*

27.

28.

Ratio 3.  
Sic est obiecti  
præsentia  
intentionalis.

29.  
Ratio 4.

30.  
Præ auctor.  
Scot.

31.

S. Tho.

Ferrar.

32.

Ferrariensis.

33.

Caiet.

34.

Capreol.

litudo, & imago rerum, in qua res ipsæ cernuntur. *Ad argu. 3. loco*, docet, rationes illas, ad quas Deus operando respicit, non esse creaturas, sed diuinam essentiam, licet in illis intueatur creaturas. Vnde *ad 3. negat*, illas esse obiecta secundaria diuinæ intuitionis, sed primaria, in quibus tamen relucet creaturæ, quæ sunt obiecta secundaria. Eadem sent. deducitur ex *Aureolo in 1. d. 35. p. 2. ar. 1. & 2. vbi docet*, id quod immediatè terminat intuitum Dei, cum creaturas cognoscit, non esse creaturas secundum se, sed Deitatem eminenter, & æquipollenter, distinctè tamen & dearticulatè continentem omnes creaturas, nempe in esse intelligibili. Quod expressius declarat. *ar. 2. ad 4. instan. exemplo imaginis specularis*: sicut qui videt propriam imaginem rei, dicitur videre rem, in propria imagine expressam, quia res relucet in sua imagine secundum proprium esse, quod habet in se: ita Deus videndo creaturas in sua cognitione, quæ respectu diuini intellectus est vitalis, & eminentialis imago creaturarum, videt eas secundum esse proprium, secundum quod in diuinâ cognitione relucet, vt imaginata in imagine.

*Obijcies 1.* Deus cognoscit creaturam secundum esse creatum; Verbum non est creatura: Igitur Verbum non est, in quo Deus proximè cognoscit creaturam. *Resp. disting. minor.* Verbum diuinum non est creatura naturaliter & subiectiuè, concedo; non est creatura intelligibiliter, & obiectiuè, nego. Sicut verbum angelicum non est res materialis subiectiuè, & naturaliter; est tamen res materialis intelligibiliter, & obiectiuè. Ratio: imago est ipsum imaginatum repræsentatiuè, non naturaliter, & subiectiuè; vnde potest aliquo modo imaginatum de imagine prædicari; & dici statua Cæsaris Cæsar: cum enim verbum sit intelligibilis imago obiecti, est aliquo modo ipsum obiectum, non secundum esse naturale, sed intelligibile. Quod circa August. *tract. 1. in Ioan. de arte diuinâ prædicat terram, cælum, & omnes creaturas, semper tamen cum addito secundum esse intelligibile & obiectiuum, ne detur occasio errandi. Quam doctrinam admittit etiam S. Tho. q. 4. de verit. art. 8.*

*Obijcies 2.* Si Verbum esset intelligibiliter creatura, posset absolutè dici, creatura est Deus, & Deus est creatura; omnesque creaturas ab æterno extitisse in Deo, quæ fuit hæresis Wicleffi. *Resp. neg. sequel.* sicut verbum angelicum potest cum addito dici materia, seu corpus intelligibiliter, non absolutè; quia absolutè importat modum essendi subiectiuum. Vnde *S. Tho. qu. 4. de verit. art. 6. docet*, creaturas veritate rei veriùs esse in Verbo, quàm in seipsis; veritate prædicationis, veriùs esse in seipsis, quàm in Verbo; veriùs enim natura leonis dicitur de leone, quàm de Verbo: quia veritas prædicationis attendit ad modum essendi formalem, & subiectiuum. Ob eandem rationem non potest creatura dici Deus, etiamsi creatura secundum esse intentionale sit Deus. Hæresis Wicleffi fuit, quod omnes creaturæ essent in Deo, & ipse Deus secundum esse naturale earum.

*Obijcies 3.* In Verbo non est creatura secundum esse naturale: ergo cognoscendo Deus creaturam in Verbo, non cognoscit illam secundum esse naturale. *Resp. Neg. conseq.* etenim vt obiectum cognoscatur secundum proprium esse naturale ipsius, non est necesse, vt in Verbo contineatur secundum esse naturale, sed sufficit, vt contineatur secundum esse intentionale; constat in verbo angelico, in quo obiectum materiale non continetur naturaliter, sed intentionaliter, in quo tamen cognoscitur ab

angelo secundum esse materiale ipsius. Ratio: cognitum non debet esse in cognoscente secundum naturam cogniti, sed cognoscentis.

*Obijcies 4.* Deus intelligit plura: sed in Deo non sunt plura: ergo quod terminat intellectionem diuinam, non est aliquid intra Deum, sed extrinam intra Deum non est pluralitas, nisi personarum. *Resp. Disting. minor.* non est in Deo pluralitas subiectiuè, siue secundum esse naturale, concedo: non est pluralitas obiectiuè, siue secundum esse intentionale, nego: sicut in verbo angelico est pluralitas obiectiua absque pluralitate subiectiua. INSTANS: ergo saltem in Deo sunt multa obiectiuè: at hæc non possunt esse entia increata; ergo creata. *Resp. esse entia creata quoad esse intelligibile & obiectiuum; increata quoad esse naturale & constitutum.* ita *S. Tho. dixit de verit. qu. 4. ar. 8. quod similitudo creaturæ in Deo, est quodammodo creatura per modum, quo anima dicitur quodammodo omnia. Lege S. Tho. 1. con. Gen. cap. 53.*

*Obijcies 5.* Cognitio diuina repræsentat creaturas secundum illud esse, quod haberent in se distinctum à Deo, si existerent: at tale esse non est increatum: ergo. *Resp. tale esse est increatum naturaliter & subiectiuè; intelligibiliter & obiectiuè est creatum.* Nam tale esse, quæ est species expressa omnium, non solum habet, vt sit Deus naturaliter & subiectiuè, sed reliqua omnia intelligibiliter & obiectiuè: & licet reliqua omnia cognoscat Deus, vt distincta à se intelligibiliter, non tamen cognoscit illa vt distincta à se naturaliter & subiectiuè. *Obijcies 6.* Cognitio in actu præsupponit obiectum in actu: ergo, ut possibilis cognoscantur actu, debent præsupponi in actu: ergo secundum aliquod esse extra Deum. *Resp. possibilis præsupponuntur in actu ad cognitionem diuinam secundum esse intentionale per speciem intelligibilem in Deo, non secundum esse naturale extra Deum.* *Obijcies 7.* Si cognitio diuina formaliter intelligibiliter exprimeret creaturas, beatus videndo illam, videret etiam creaturas. *Resp. neg. sequel.* quia cognitio non repræsentat intuitiuè obiectum; quod exprimit, nisi intellectui, cuius est vitalis imago. Ratio: sicut cognitio in ratione vitalis imagines essentialiter pendet ab intellectu, in quo est; ita in præbendo effectu vitalis repræsentationis essentialiter pendet ab intellectu, in quo est; quia nec est apta obiectum vitaliter repræsentare, nisi vt vitaliter expressa ab intellectu; nec potest ab alio intellectu vitaliter exprimi, quàm à proprio: atque adeo non nisi proprio potest obiectum vitaliter repræsentare.

*Obijcies 8.* non potest Diuina essentia, vt causa creaturarum esse Deo ratio videndi creaturas: ergo neque vt species expressa eandem: nam vtraque est ratio eminentialis, & non formalis earum. *Resp. nego conseq.* quia obiectum non repræsentat formaliter, nisi quod continet naturaliter: verbum repræsentat etiam id, quod continet intentionaliter; procedit. n. vt imago expressa obiecti per similitudinem intelligibilem ipsius: non sic obiectum, quod solum se manifestat intellectui secundum esse, quod in seipso continet naturaliter.

DICES; si diuina essentia visa vt species expressa creaturarum, est Deo ratio videndi creaturas; ergo etiam visa, vt species impressa earundem, erit Deo ratio videndi creaturas. *Resp. neg. conseq.* etenim vt diuina essentia sit ratio videndi creaturas, non habet, nisi vt vitalis imago, non vt obiectum, & terminus intellectus diuini: at siue videatur vt

causa,

35.  
Aureol.

36.  
Cognoscit  
creaturam  
secundum  
esse creatum  
obiectiuè.

37.  
Obijc. 2.]

Resp.

38.  
Obijc. 3.

Resp.

39.  
Obijc. 4.

Resp.

40.  
Instas.  
Resp.

41.  
Obijc. 5.

Resp.

42.  
Obijc. 6.

Resp.

43.  
Obijc. 7.

Resp.

44.  
Obijc. 8.

Resp.

45.  
Dices

Resp.

causa, siue vt species impressa creaturarum, solum videtur, vt obiectum & terminus intellectus diuinæ. quia tunc imago præbet potentie suum effectum formalem representationis, quando in eâ recipitur per modum imaginis; scilicet vitalis tendentiæ ad obiectum, cuius est imago: ergo diuina essentia solum n. visa, vt species expressa creaturarum, est Deo ratio videndi formaliter creaturas: visa à beato, vt species expressa creaturarum, non est illi ratio videndi formaliter & intuitiue creaturas, quia non recipitur in illo, vt vitalis imago, sed solum vt obiectum, & extrinsecus terminus visionis beate. *Obijciens* 9. non solum Deus cognoscit bona, sed etiam mala, & peccata: implicat autem malum, & peccatum esse Deum & vitam Dei: ergo. *Resp.* cum. *S. Tho. I. p. q. 18. art. 4. ad 4.* mala non esse in Deo immediatè, & per se, sed per oppositas rationes bonorum: cum enim malum sit priuatio boni, & nulla priuatio intelligi possit immediatè per seipsam, cum ex se nullam habeat intelligibilitatem, necessariò intelligi debet per oppositam rationem boni: ac proinde mala non habent propriam rationem, & ideam, in Deo: nam ea tantum habent propriam rationem, & ideam, & viuunt vita Dei, quæ immediatè cognoscuntur à Deo.

Quod Verbum exprimat creaturas, non vt nostro modo concipiendi, procedit ab essentia diuina proxime vt à causa creaturarum, sed vt à specie, & similitudine intelligibili earum, licet non possit esse species earum, nisi sit etiam causa, prob. Verbum non procedit ab obiecto formaliter, vt causa est cogniti secundum esse naturale, sed vt causa est cogniti secundum esse intentionale: non. n. recipit ab obiecto esse naturale, sed solum esse intentionale cogniti: ergo non exprimit creaturas, vt procedit determinatum ab essentia, quatenus est causa creaturarum secundum esse naturale, sed quatenus est causa earum secundum esse intentionale: se. proxime & formaliter, quatenus est species & similitudo earum. Nam, si Deus non esset causa creaturarum secundum esse naturale, esset autem species, & similitudo earum, adhuc posset eas intelligere: contra verò, etiamsi esset causa creaturarum secundum esse naturale, & non esset species earum, non posset eas intelligere: vt constat in angelo, qui non est causa superior secundum esse naturale; est causa sui ipsius secundum esse intentionale: contra verò est causa suorum effectuum secundum esse naturale; non est per seipsum, sine specie addita, causa eorundem secundum esse intentionale. Ratio: sicut esse naturale differt ab esse intentionale eiusdem rei, ita principium vnus formaliter differt à principio alterius. Igitur essentia diuina non concurrat ad esse intelligibile creaturarum, vt causa earum secundum esse intentionale; ac proinde vt species intelligibilis earum; licet non vt species adæquata, sed vt excedens, quia Deus non solum est species creaturarum, sed etiam sui; & quia eatenus est species creaturarum, quatenus primario est species sui non determinat intellectum diuinum ad expressionem creaturarum, quin primario determinet ad expressionem sui. Quo fit, vt non possit cognoscere creaturas, quin cognoscat seipsum; neque creaturas cognoscit, nisi in seipso, vt in obiecto primariè cognito: ex *S. Tho. I. p. q. 14. art. 5. & I. con. Gen. c. 53.* vbi docet, Deum cognoscere creaturas in sua essentia, quatenus est similitudo, & species earum: & q. 2. de veritate art. 3. ad 6. ait, Deum creaturas cognoscere per assimilationem earum. Vnde, cum

docet, Deum in seipso creaturas cognoscere, vt in causa, intelligitur remotè, & radicaliter; quia esse speciem creaturarum conuenit Deo, quatenus est causa earum.

Deducitur 1. Quo modo diuina cognitio non mutetur, dum cognoscit creaturas existentes, quas poterat non cognoscere; quia nil cognoscit in existentibus, quod non cognouerat in iisdem, vt possibilibus: nam quidquid reale est in re existente, totum fuit possibile, ac proinde cognitum sub esse possibili. Vnde cognitio possibilis, & futuri in Deo, solum differunt penes connotata; quia cognitio possibilis, præter obiectum, verbo expressum, nil connotat ad extra; cognitio futuri connotat obiectum, verbo expressum, in seipso existens extra Verbum. 2. Quâ ratione Deus habeat in seipso exemplaria, ac ideas rerum effectrices, per quas independenter à rebus constituatur opifex rerum: Etenim habet Deus ideas rerum, non per cognitionem rerum, quæ producendæ sunt; alioqui, cum Deus sit idealis causa rerum per rerum idealem conceptum, esset causa idealis rerum per res producendas conceptas: ac proinde effectus non distingueretur à sua causâ; sed est causa idealis per rationes intelligibiles, quas *Aug.* appellat æternas, & incommutabiles, ex quarum participatione fit, quidquid fit: & quia istæ sunt Verbum in seipso intelligibiliter exprimens res singulas secundum proprium esse earum, idè est Deus causa idealis omnium per aliquid distinctum à rebus producendis. Et quia has rationes habet in seipso, non constituitur causa idealis rerum dependenter à rebus. Ex quibus soluitur quæstio, an Deus sit causa rerum per scientiam visionis, an simplicis intelligentiæ. Cum. n. sit causa rerum, non per res ipsas, mente conceptas, sed per rationes increatas in Verbo expressas, non poterit esse causa rerum per scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. 3. Quo modo Deus cognoscat creaturas in sua essentia, vt in obiecto primariè cognito, sc. quia creaturæ non exprimentur in Verbo, nisi vt participationes diuinæ essentiæ, & vt exemplabiles, & producibiles ab illâ; atque adè vt supponentes essentiam Dei, vt obiectum formale, primarium, prius ratione cognitum. Omne quippe obiectum materiale secundarium supponit formale, & primarium, à quo potentia immediatè mouetur, & sub quo tendit ad materiale.

4. Quâ ratione Verbum præstet vtrumque munus, & cognitionis, & cogniti; non reflexè, sed directè. Nam quatenus se tenet ex parte intellectus, vt forma & actus vitalis ipsius, præstat munus cognitionis, reddens illum formaliter intelligentem: quatenus se tenet ex parte obiecti, vt expressa & formalis similitudo illius, præstat munus obiecti cogniti, quia vt sic continet in seipso obiectum secundum esse intelligibile. Et quia Verbum, quâ actus vitalis, & notitia est intellectus, non terminatur ad aliud obiectum, quàm ad illud, quod intra seipsum expressum habet, idè non reflexè, sed directè illud cognoscit; quia reflexè cognoscere supponit directè cognoscere, atque adè supponit notitiam terminatam ad aliquod obiectum.

### SECTIO III.

*An Deus prænoscat futura contingentia?*

**D**VPLEX est futurum contingens; alterum à casu, quod ex occurso plurium causarum naturalium

46.  
Vbi. 9.

Resp.  
S. Tho.

47.  
Dico 3.  
Dei cognitio  
determinatur  
à diuina  
essentiâ vt à  
specie crea-  
tura cum.

49.  
Deducta ex  
S. Tho.

49.  
Non muta-  
tur dum  
cognoscit ex-  
istentes ena.

50.

Est Deus  
idea per ra-  
tiones intel-  
ligib.

Cause re-  
rum per  
sciens. sim-  
plicis intel-  
lig.

51.

52.

53.  
Contingens à  
casu.

alium sese mutuo impediendum prouenire solet : alterum à proposito, quod ab agente, quatenus libero proficiscitur. Primum est simpliciter necessarium, & certo cognoscibile in suis causis, in quibus habet determinatum esse: nam licet illud sit contingens respectu vnius causæ, quæ impeditur ex occulsi aliarum causarum, ne suum effectum, ad quem est ab intrinseco determinata, producat; respectu tamen omnium causarum concurrentium, & occurrentium est simpliciter necessarium, & certo cognoscibile à quocunque intellectu habente vim cognoscendi totam seriem causarum, ad talem effectum concurrentium. Secundum est propriè contingens, quod ita producit, vt possit ex vi causæ quoad omnia in actu primo inuariatæ non produci. De quo tantum futuro est præsens instituta controuersia; in qua, Errat Cicero libr. de Diuin. vt notat August. 5. de Ciui. cap. 9. negans Deo præscientiam futurorum, eo quod cum libertate humani arbitrij eam minimè cohærere posse existimauit, *atque ita dum vult, inquit Augustin. facere liberos, facit sacrilegos.* Eum errorem tribuit Aureolus Seneca in 1. dist. 38. art. 1. Fundam. erroris: quod Deus præsciuit, non potest non euenire; alioqui posset Deus falli: quod autem non potest non euenire, necessariò euenit, quia non possumus impedire, quin, quod Deus ab æterno venturum præsciuit, eueniat; alioqui possemus efficere, vt diuina scientia fallatur. Igitur ex præscientiâ futurorum tollitur arbitrij libertas.

Catholica sent. est, Deum omnia futura contingencia certo prænoscere: quod ita proprium Dei iudicauit cit. August. vt insaniam dixerit, *conferri Deum esse, & præscium futurorum negare.* Quod vt certum signum diuinitatis adducit Isaias cap. 41. *Dicite, quæ ventura sunt nobis, & dicemus, Dñi estis vos.* vnde Hierony. lib. 3. aduers. Pelagia. docet, eum, qui à Deo præscientiam tollit, diuinitatem tollere.

Constat hæc veritas 1. ex prædictione futurorum quæ multo tempore, antequam eueniant, prædicta sunt eo modo & ordine, quo eueniunt; quod fieri non potuisset, nisi ea certò à Deo præcognita fuissent. Vnde eleganter Tertull. lib. 2. aduers. Marcio. *De præscientia verò quid dicam, quæ tantos habet testes, quantos fecit Prophetas?* tollit igitur Prophetiam, & omnem infallibilem futuræ rei prædictionem, qui certam de rebus futuris scientiam Deo negat. 2. Quidquid est cognoscibile, nequit infinitam Dei cognitionem subterfugere: futura contingencia sunt cognoscibilia, vt constabit infra: igitur nequeunt infinitam Dei cognitionem subterfugere. alioqui diuina cognitio non esset, quæ perfectior excogitari non posset.

Maior controuersia est inter Catholicos de modo seu medio, in quo eã Deus certò prænoscat. Ratio dubit. futura libera, antequam sint, nullum habent esse, neque in se, cum nondum existant; neque in causis, quippe cum in ijs non magis habeant esse, quam non esse: quod autem nullo modo est, certò sciri non potest, cum fundamentum omnis scibilitatis sit esse. Propter quod Ockam in 1. dist. 38. *littera L, Arimin. ibid. qu. 2. art. 2. § Dico, Bellarm. lib. 4. de Gra. & lib. arb. c. 15.* putant modum, quo Deus hæc futura prænoscat, esse in hac vita incomprehensibilem, & inexplicabilem. Sex possunt esse modi, quibus ea prænoscat: 1. in coexistencia futurorum in æternitate Dei. 2. in futuritione effectus, & veritate determinata, quam futura contingencia habent in sua futuritione, antequam sint, ex suppositione quod erunt. 3. in causis liberis proximè ad operandum completis,

Amicus Tom. 1. de Deo.

cum omnibus ad agendum prærequisitis. 4. in sua essentia, vel idæis. 5. in decreto suæ liberæ voluntatis. 6. in præsentialitate, quam futura habent in seipsis, dum actu existant in propria duratio & extraneas causas. Singulos examinabimus.

SECTIO IV.

An Deus futura contingencia prænoscat ex reali eorum presentia in æternitate?

DEI possunt res creatæ æternitati præsentis, obiectiue, quia præsentis sunt diuinæ cognitioni; vel realiter per realem ipsarum coexistenciam ad æternitatem Dei: controuersia est de 2. præsentia; ex quâ primam indagamus. sc. an ex reali præsentia futurorum in æternitate ea Deus certò cognoscat: non an ex obiectiua præsentia ipsorum in mente diuinâ: idem quippe est ea certò cognoscere, & obiectiue in se à mente habere. Dicuntur autem res creatæ præsentis æternitati, quatenus illi coexistunt, & vt ab extrinsecâ & excedente mensurâ mensurantur: est enim æternitas solius esse diuini intrinseca, & adæquata mensura, nam sicut solus Deus habet esse omnino necessarium, ita solum esse ipsius mensuratur, vt adæquata mensurâ, æternitate; quæ est indiuisibilis tota simul, & ab intrinseco indefectibilis duratio: reliqua verò entia creata solum extrinsecè, & excedenter mensurantur æternitate, quatenus illi inadæquatè coexistunt in aliquâ mensurâ temporis.

PRIMA sent. affirmat: Richar. in p. d. 39. art. 1. q. 1. Capreo. d. 36. ar. 2. & d. 38. q. 1. art. 2. Ferrar. 1. con. Gent. cap. 86. §. Secundum dub. Caiet. Bannez. 1. p. q. 14. art. 13. Zumel ibid. disp. 1. Gonzalez d. sp. 43. sect. 3. Probat Gonzalez 1. Patres doceht, omnia esse Deo præsentia; vnde negant in Deo præscientiam, & solum concedunt scientiam; quia præscientia dicit respectum ad futurum, scientia ad præsens. 2. Æternitas est mensura infinita, & indiuisibilis, sine successione continens omne tempus, vt præsens, ita præteritum, & futurum: igitur omnia; quæ sunt nobis futura, subit illi actu realiter presentia; alioqui non contineret indiuisibiliter, & sine successione omnes temporis differentias; nam aliquando esset realiter præsens alicui rei temporali, cui non fuisset realiter præsens ab æterno. Confir. Æternitas est tota simul & simpliciter infinita in genere durationis; ergo semper, & ab æterno actu continet omnes differentias durationum; & implicat, vt in tempore incipiat actu continere, quod ab æterno non continebat. 3. Non potest dari præteritum, & futurum in ordine ad aliquam durationem, nisi talis duratio in se habeat partes præteritas, & futuras; at æternitas est vnus nunc omnino indiuisibile. 4. Deus ratione suæ immensitatis non potest non continere actu præsentialiter omnes differentias loci: alâs. n. non esset immensus: ergo nec ratione suæ æternitatis omnes differentias temporis. Ita se habet indiuisibile continens ad partes quantitatis permanentis; sicut indiuisibilis duratio ad partes successiuas: sed extensio partium permanentium v.g. corporis & loci, non impedit, quò minus omnes partes simultaneam habeant presentiam ad indiuisibile eus continens v.g. animam & angelum. ergo nec diuisibilitas successiuâ durationis impedit, quò minus omnes partes præteriti, & futuri simultaneam habeant

Est necessar.  
à libero, est propriè contingens.  
54.  
55. Veritas cathot.  
56.  
57. à priori.  
58. Quo medio Deus futura noscat?  
59. Sex modi.

60. Dupliciter res præsentis æternitati.  
61. Affirmans.  
Pr. 3.  
64. Pr. 4.  
65. Pr. 5.



66.  
Pr. 6.

habeant presentiam ad indivisibilem durationem continentem; sed hæc est æternitas, ergo. 6. Quid quid existit in æternitate, existit in tota æternitate: ergo ab opposito consequentis, quod non existit in tota æternitate, non existit in æternitate: sicut si hæc hora esset tota dies, quod non esset in hac hora, non esset in hac die. Confirm. aliàs aliqua essent præterita, aliqua futura æternitati, quod ei repugnat, quia est tota simul: ergo quod est futurum, & præteritum æternitati, est futurum & præteritum toti seu extra totam: sicut quod est præteritum, vel futurum ad totum hunc diem, est extra totum diem hunc. 7. exemplo s. Tho. 1. con. Gen. cap. 66. sicut centrum quod est extra circumferentiam, directam oppositionem habet ad quodlibet punctum circumferentiæ, licet nullum punctum circumferentiæ simul coexistat alteri puncto eiusdem circumferentiæ: ita quidquid geritur in tempore, coexistit æterno, quasi presens eidem; etsi respectu alterius partis temporis sit præteritum, & futurum. Confir. si concipiatur aliquod punctum circumferentiæ moveri circa ipsam, mouebitur semper ut presens centro; licet in ordine ad puncta circumferentiæ, vni comparetur ut presens, alteri ut præteritum, alij ut futurum. Ergo pari modo creaturæ existentes in æternitate, semper erunt præsentis æternitati, licet in ordine ad se aliæ comparentur ut futuræ, aliæ ut præteritæ. Capreolus, Caiet. Ferrar. cit. distinguunt *nunc* æternitatis, & temporis: creaturæ sunt presentes omnes eidem *nunc* temporis, sed aliæ vni, aliæ alij *nunc* temporis; eidem verò *nunc* æternitatis, quod vnum est invariabiliter existens in omnibus *nunc* temporis, mensurans res omnes successivè existentes in varijs *nunc* temporis. Quare idem est in hac sent. res creatæ coexistunt simul æternitati, ac dicere mensurantur æternitate, quæ non habet præteritum & futurum, sed est *nunc* indivisibile presens: & simultanea coexistentia rerum non erit ex parte ipsarum in ordine ad tempus sed ex parte rerum in ordine ad indivisibilem æternitatem, cui ita res omnes successivè coexistunt, ut nullam supponant successionem in ipsa. Quæ explicatio coincidit cum sent. communi, ut mox.

69.  
Negant  
Schol.

SECUNDA COMMUNIOR Scholast. in 1. dist. 38. & 39. negat res creatas coexistere Deo in mensurâ æternitatis sensu à 1. sent. exposito: & consequenter negat, ex eorum presentia in æternitate potuisse Deum ab æterno futura libera certò prænoscere.

70.  
Implicat  
creatur.  
actu semper  
coexistere  
Deo.

DICO 1. Implicat realis presentia futurorum ab æternitate. Fundam. repugnat, creaturam actu semper coexistere Deo realiter ab æternitate absque reali coexistentia ipsius: sed futura non habuerunt realem existentiam ab æterno ut, fide constat: igitur non potuerunt ab æterno actu realiter Deo coexistere. Maior prob. creaturam actu realiter coexistere Deo, siue presentem esse Deo presentiam physicam reali, supponit realem existentiam creaturæ, etiam ab æterno: non .n. coexistit realiter Deo per existentiam & durationem Dei, ut nec existit per eam, nec ei presens est per eam, sed per propriam existentiam & durationem; sc. creaturam coexistere Deo ab æterno, dicit simultaneam existentiam Dei, & creaturæ ab æterno. Confir. nequit creatura esse presens immensitati Dei, nisi præsupponatur existens in propria duratione; ergo nequit esse presens Deo ab æterno, nisi præsupponatur in seipsa existens ab æterno.

71.  
Destruitur  
contrarium  
fundam.

Prob. 2. falsum est, æternitatem actu simul continere omnes inferiores durationes. Nam concepta cum tota sua virtuali divisibilitate ad tempus, cu

coexistit, continet quidem omnes creaturas successivè existentes, singulas tamen pro sua dumtaxat duratione, non antequam existant in seipsis; ita nec semper actu coexistunt Deo ab æterno: considerata verò æternitas secundum se actu simul in seipsa continens omnes inferiores durationes, ita ut quando illi in tempore coexistit aliqua creatura, non censetur ex tali coexistentia de novo continere aliquid, quod antea non continebat; sensus est Thomist. quem sic impugno: vel ista continentia inferiorum durationum est formalis in ipsa æternitate, vel eminentialis; eminentialis non sat est, ut in ea cognoscantur futura, quæ exitura sunt in propria duratione; nam hanc virtutalem, continentiam habet æternitas etiam ad ea, quæ nunquam sunt futura: quia sicut Deus eminenter continet in esse omnes creaturas posibles, ita in duratione omnes durationes posibles, nec magis futura, quàm possible dici possent Deo ab æterno coexistere; igitur necessaria est coexistentia formalis; at hæc necessariò involvit formalem existentiam utriusque extremi ab æterno.

Continentia  
inferiorum  
durationum  
eminentialis  
non sufficit.

Prob. 3. sequeretur 1. quod Angelus certò cognosceret futuras actiones liberas, saltem externas, quæ intra ipsius ævum continentur, antequam in seipsis existerent: nam idè futura sunt presentia Deo in æternitate, quia æternitas est duratio indivisibilis, tota simul coexistens rebus futuris. At par ratio de ævo. Respondent. 1. nullum esse absurdum, angelum cognoscere futura presentia in suo ævo, quia tunc cognosceret illa ut presentia, nõ ut futura. Sed contrà: Patres negant quamcunque cognitionem futurorum angelo, cum sit propria Dei. Respondent 2. non satis esse presentiam futurorum in ævo substantiæ, sed necessariam esse in ævo intellectus angeli: at hæc non mensuratur ævo, sed instanti discreto. Sed contrà; datur intellectio in angelo, quæ mensuratur ævo, qualis est quæ seipsum intelligit: at posset præcognoscere saltem ea futura, quæ coexistunt intra instans discretum intellectus: Nec requiritur ut intellectio necessariò duret, ut possit obiectum determinatum quoad esse repræsentare. Respondent 3. ævum Angeli esse indivisibilem durationem, non tamen continere sub se tempus, eiusque differentias, sicut continet æternitas, propter suam infinitatem in ratione durationis. Sed contrà; idè æternitas continet sub se tempus, eiusque differentias, quia est duratio indivisibilis tota simul existens; at etiam ævum Angeli est duratio indivisibilis tota simul existens: ergo. 2. sequeretur, quod quislibet beatus cognosceret omnia futura libera, quod est proprium Christi, & diem iudicij: nam visio beata mensuratur æternitate participatâ, duratione indivisibili necessariâ, & invariabili, sicut visio increata Dei, cuius est perfectissima participatio.

72.  
Pr. 3. est  
absurda.

71.

74.

75.

76.  
alterum ab  
iudicium.

DICO 2. Etiam si talis presentia rerum in æternitate ab auctoribus explicata esset possibilis, adhuc non posset Deo esse prima ratio cognoscendij futura. Fundam. prius ratione intelligitur res exitura in propria mensura durationis, quàm in aliena æternitatis: idè .n. res fit Deo presens ab æterno, quia exitura est in tempore: sed res ut exitura in mensura propriæ durationis, statim fit intelligibilis à Deo, seu intra spheram Divinæ cognitionis: ergo adhuc posita reali presentia futurorum in æternitate, non esset Deo prima ratio cognoscendij futura.

77.  
Res debet  
cognoscere  
in propria  
duratione.

Ad 1. argu. primæ, resp. vel Patres loqui tantum de presentia obiectivâ; vel de subiectivâ, sumpta tamen æternitate in tota virtuali divisibilitate

78.  
Ad primum  
1.

vt

vt sic enim includit omne tempus cui coexistit; & omnia in tempore existentia, vnumquodque pro sua duratione. Sumpta verò æternitate inadæquatè pro virtuali extensione ad certum tempus, non sunt illi omnia præsentia, sed partim præsentia, partim futura. Ad 2. vt æternitas sit infinita, sufficit, vt possit omnes durationes sine vlla sui mutatione actu continere: sicut vt immensitas sit infinita, sufficit, vt possit sine vlla sui mutatione omnia loca possibilis continere. Ad confirm. nego consequentiam ex coexistentia ad res temporales nil æternitati accrescit spectans ad intrinsecam rationem durationis, sed ad extrinsecam dumtaxat connotationem termini: sicut nihil accrescit diuinæ immensitati ex noua coexistentia ad locum realem, de nouo productum, nisi extrinseca connotatio termini.

Ad 3. dist. antec. non potest dari præteritum, & futurum in ordine ad durationem indiuisibilem, vt pars intrinsecè componens: concedo; vt terminus extrinsecè connotatus, nego: vt constat in æuo angeli, quod indiuisibile est, & tamen posunt illi aliqua comparari vt præterita, aliqua vt futura, vt termini extrinsecè connotati. Ratio: vt aliquid dicatur præteritum; vel futurum respectu alterius, sufficit, vt non semper illud existat, existente altero: sicut è contra, vt aliquid dicatur præsens, vel coexistens alteri, non sufficit, vt alterum tantum existat, sed oportet, vt vtrumque simul existat. Ad 4. Ex eo tantum sequi, Deum ratione suæ æternitatis actu continere omnes durationes temporales actu existentes, non futuras, & non existentes: sicut ratione immensitatis actu continet omnes differentias loci actu existentes, non autem non existentes, & possibilis tantum. Vnde retorq. argu. sicut ratione immensitatis non continet differentias futuras loci, ita nec ratione æternitatis differentias futuras temporis. Ad 5. neg. maior. quia partes quantitatis permanentis possunt simul existere, atque aded simul coexistere indiuisibili continenti; partes vero quantitatis successiuæ sicut non possunt simul existere, ita nec simul coexistere indiuisibili durationi, quia dum illi coexistit vna, non coexistit altera: ad simultaneam autem coexistentiam contentorum cum continente necessaria est simultanea coexistentia contentorum. 2. neg. minor. loquendo de coexistentia locali partium permanentium; sic. n. partes quantitatis permanentis non habent simultaneam coexistentiam ad indiuisibile continens, quia vna non coexistit continenti in eadem parte loci, in qua coexistit altera; & in hoc est paritas, quod sicut extensio partium permanentium impedit simultaneam coexistentiam localem ad indiuisibile continens, ita extensio partium successiuarum impedit simultaneam coexistentiam duratiuam ad indiuisibilem mensuram. Ad 6. dist. antec. quidquid existit in æternitate, existit in tota æternitate formaliter tantum indiuisibili, concedo; virtualiter diuisibili, nego: vt autem omnes res creatæ actu simul coexisterent Deo in æternitate, oporteret, vt quidquid existeret in æternitate, existeret in tota æternitate, vt virtualiter diuisibili. Ad confir. pugnat æternitati præteritum, & futurum intrinsecè, concedo; extrinsecè & connotatiuè, nego. Ad prob. quod est præteritum, aut futurum æternitati adæquatè sumptæ, in sua virtuali diuisibilitate, est præteritum aut futurum toti æternitati, concedo; quod inadæquatè sumptæ, nego: sicut quod est præteritum, aut futurum ad totum diem adæquatè sumptum, est extra totum diem; non quod est præteritum, aut

futurum ad diem inadæquatè sumptum. Ad 7. exemplum cum sua confir. tantum probat, quod, quando creaturæ existunt, semper existant præsentibus æternitati, non quando non existunt. eo quod præsentia vel coexistentia duorum requirit existentiam vtriusque. Vnde retorq. argu. idem punctus, qui mouetur in circumferentia, semper coexistit centro, quia semper existit in seipso; si autem concipiatur, peracto certo motu in circumferentia, punctum corrumpi, non amplius coexistet centro. Quia igitur temporalia, peracto certo motu temporis, desinunt in seipsis existere, desinunt etiam coexistere æternitati.

SECTIO V.

An Deus futura certò cognoscat in futuritione eorum?

Potest res considerari, in statu præsentialitatis, quando est; præteritionis, quando non est, sed fuit; futuritionis, quando non est, sed erit. An res in statu futuritionis, quando non est, sed erit, sit certò cognoscibilis? si res consideretur in ordine ad esse, quod habet in causis, coincidit hæc quæstio cum subseq. si in ordine ad esse, quod habet extra causas, est præsens controuersia; sc. an res, quæ futura est, in statu futuritionis, antequam sit, habeat aliquid, per quod sit certò cognoscibilis ab intellectu diuino; ita vt prius ratione Deus rem futuram cognoscat in sua futuritione, quàm in sua præsentialitate; imò per ipsam futuritionem certò cognoscat rei præsentialitatem.

PRIMA sent. affirmat: Scoti in. 1. dist. 39. §. Viso, & dist. 45. Ad argu. Richar. dist. 38. art. 1. q. 5. ad 1. Bonauent. art. 2. q. 1. Mayro. qu. 4. Rubi. qu. 1. concl. 4. §. Ex prædictis, Gabr. art. 1. Not. 7. & art. 2. concl. 1. Arimi. qu. 1. art. 2. & receat. Fundam. futura contingentia, antequam existant, habent in seipsis determinatum veritatem, certò cognoscibilem. probant. 1. Scotistæ; voluntas diuina decernendo futura, illa producit in esse voluto, sicut intellectus cognoscendo res, eas producit in esse cognito: ergo ea determinat ad esse futurum, certò cognoscibile. Quia determinare rem ad esse futurum, est eam producere in esse voluto. 2. Posito decreto Dei, res futura sit determinate futura; ergo certò cognoscibilis. 3. Ex suppositione, quod res erit, nunc est determinate futura; ergo determinate vera, & certò cognoscibilis. ex Arist. 1. de Interpr. cap. vit. Antec. prob. ex suppositione, quod res est, vel fuit, determinare nunc est, vel fuit: ergo ex suppositione, quod erit, determinate nunc futura est nam tam facta suppositione de præsentia; res necessario est; quàm facta suppositione de futuro, res necessario erit; quia omnis suppositio determinat rem ad esse, in quo à suppositione ponitur.

Confirm. 1. hæc propositio: Petrus peccabit, si verificabitur, nunc est vera determinare, quia pro nunc est conformis suo significato futuro: si non verificabitur; nunc est determinate falsa, quia pro nunc est difformis suo significato. veritas. n. vel falsitas propositionis, est conformitas, vel difformitas significationis cum re significata, vt significata: ergo ea propositio de futuro contingente est vera, cui respondebit significatum, vt ab ipsa significatur; ea falsa, cui non respondit significatum, vt ab ipsa significatur. 2. Ex duabus contradictorijs, necessario altera est vera, altera falsa: sed hæc sunt contradictoriæ; Petrus peccabit, Petrus

79. Ad 2.

80. Ad 3.

81. Ad 4.

82. Ad 5.

83.

84. Ad 6.

Ad 7.

86. An res ante quam sit, habeat aliquid per quod cognoscatur.

87. Affirmans.

88. Pr. Thomista receat. Alij.

89. Confir.

90. Confir.

non peccabit: ergo necessario est vera, quæ nunc conformatur significato futuro; falsa, quæ nunc difformatur: sc. cum inter contradictoria non detur medium, omnis disiunctiva erit vera, & necessaria; omnis coniunctiva falsa, & impossibilis, ut hæc; Petrus peccabit, vel non peccabit, est vera & necessaria: hæc alia; Petrus peccabit, & non peccabit, falsa & impossibilis; igitur altera ex his est determinatè vera, altera determinatè falsa. 3. omnes propositiones Propheticae enunciante futura, erant determinatè veræ, antequam futura evenirent: igitur antequam res futura in se ipsa existat, est determinatè vera in suâ futuritione.

SECUNDA negat: S. Tho. 1. p. qu. 14. artic. 13. & 1. cor. Gen. cap. 7. & de verit. q. 2. artic. 12. & in 1. dist. 38. qu. 1. art. 5. Caiet. cit. 1. p. § Quoad 2. Ferrar. 1. con. gent. cit. §. Sed tamen. Aureo. in dist. 38. art. 3. Bacco. d. 40. art. 2. §. 3. Argen. arr. 3. ad 4. con. 1. concl. Cathar. opusc. de veritate enunc. Molina 1. p. qu. 14. art. 13. disp. 17. §. Veruntamen: Gonzalez disp. 43. sect. 2. Fundam. est oppositum præced. sent. sc. de futuris contingentibus non est determinata veritas. Probant 1. ex Philos. 1. Periherm. ca. vit. ubi negat in propositionibus contradictoriis de futuris contingentibus alteram partem esse determinatè veram, alteram determinatè falsam; sed alterutram indeterminatè, nempe hanc, vel illam, alioqui tolleretur contingentia in rebus.

2. Omnis determinatio veritatis fundari debet in aliquâ determinatione entitatis; nam veritas est passio entitatis; ex eo. n. quod res est vel non est vera vel falsa dicitur: sed futurum contingens, antequam existat, nullam habet entitatem, neque in se, cum nondum sit, neque in causâ, quia in illâ non magis habet esse, quam non esse: igitur non potest fundare veritatem. 3. Si res, antequam existeret in se, esset determinatè futura, cum non sit maior ratio, cur sit determinatè futura in vno tempore, quam in alio, in vno signo rationis, quam in alio, esset determinatè futura ab æterno in signo rationis, in quo Deus cognoscit seipsum, & possibilis ante vllum liberum decretum suæ voluntatis: vnde res esset determinatè futura, antequam esset futura, quia res sunt futuræ ex libero decreto Dei.

Controversia est, quo modo futurum contingens in statu futuritionis, antequam in seipso existat, dicatur veritatem continere: consideratur futurum in statu futuritionis, 1. nullâ factâ suppositione rei futuræ, solum considerando futurum secundum id, quod duratione præcedit existentiam rei futuræ: 2. factâ suppositione existentia ipsius rei futuræ; nam prius ratione intelligitur futurum secundum id, quod duratione præcedit ipsum esse rei futuræ, quam includere suppositionem ipsius esse rei futuræ.

DICO 1. Futurum contingens, nullâ factâ suppositione rei futuræ, nullam habet veritatem, neque falsitatem, sed abstrahit ab utrâque, ut sic nec est certò cognoscibile: ita S. Tho. ubique docens, futurum, ut futurum nulli certæ cognitioni subdi posse; nec vllam certam veritatem in se continere: Capreol. in 1. dist. 38. qu. 1. art. 2. Ad arg. con. concl. Fundam. futurum nullâ factâ suppositione, nullum connotat determinatum esse in se, sed solum esse indeterminatum in causa; ergo nullam potest certam fundare veritatem. Quia sicut veritas fundatur in entitate; ita certa, ac determinata veritas, in certâ ac determinatâ entitate: futurum contingens ante suppositionem nullam connotat certam entitatem; ergo nullam continet certam veritatem. Antec. prob. futurum, nullâ factâ suppositione, abstrahit ab

esse determinatorei futuræ. Dices, esse, & non esse sunt contradictoria: ergo nequit futurum abstrahere ab utroque. Resp. non posse abstrahere positivè, concedo; non posse abstrahere præcisiuè, nego: Quia neutrum possit positivè & determinatè considerare.

DICO 2. Factâ suppositione, quod res per propositionem enunciata sit habitura existentiam in aliquâ differentiâ temporis, propositio fit determinatè verâ; non tamen potest ipsa esse prima ratio cognoscendi rem futuram, sed supponitur res futura certò cognoscibilis in se ipsa: Capreol. cit. ad 6. & ad ea 3. loco à Greg. Prima pars prob. factâ tali suppositione, propositio non manet amplius indifferens, sed determinatur ex suppositione ad significandam rem futuram determinatè: sicut, factâ suppositione de præsentia, quod res existat; propositio enuntians illam existere, fit determinatè vera: ergo, factâ suppositione de futuro, quod res enunciata sit exitura, propositio enuntians illam futuram, fit determinatè vera. Confirm. tunc propositio est determinatè vera, quando illi determinatè respondet obiectum: sed factâ suppositione, propositioni enuncianti futurum, determinatè respondet obiectum futurum; quia suppositio determinat illud ad vnum, & tollit indifferentiam ad oppositum. Prob. pars. 2. suppositio prius ratione supponit, rem futuram in se ipsa existere in certâ differentiâ temporis, quam determinet propositionem de futuro ad veritatem enunciationis: igitur prius ratione res futura est cognoscibilis in se, quam in propositione illam enuntiante. Quia res in eo signo rationis est certò cognoscibilis, quod est in se ipsa determinata: sed res futura prius ratione est in se ipsa determinata, quam ut extrinsecè denominet, & determinet propositionem enuntiantem illam futuram. Antec. prob. suppositio determinat propositionem de futuro ad veritatem enunciationis per ipsum esse rei ex suppositione determinatum in se ipso: nam eatenus propositio enuntians futurum est vera determinatè, quatenus supponit illud in aliquâ differentiâ temporis in suo esse, & præsentialitate determinatum: vnde ante hanc determinationem propositio enuntians futurum est indeterminata ad vtrum libet. Nec obstat, quod duratione præcedat existentiam rei futuræ; quia subsequitur naturâ, & causalitate, ac proinde cognoscibilitate: nam veritas propositionis duratione præcedentis existentiam rei futuræ, causatur in genere causæ formalis obiectivæ ab existentia rei futuræ: sicut cognitio diuina, quamvis æternitate præcedat obiectum futurum, ratione subsequitur rem futuram. Confirm. valet hæc causalitas: idè propositio de futuro est determinatè vera, quia res ex suppositione est determinatè exitura; non contrâ, idè res est determinatè exitura, quia propositio illam enuntians, est determinatè vera: igitur prius ratione res futura supponitur in se ipsa exitura, quam propositio per ordinem ad illam sit determinatè vera. Item valet hæc alia causalitas: idè Deus cognoscit propositionem de futuro esse veram, quia cognoscit rem futuram existentem in suâ præsentialitate; non contrâ; idè res est determinatè exitura in suâ præsentialitate, quia Deus cognoscit illam determinatè exituram.

1. Sent. intelligitur iuxta 1. partem huius 2. assert. quam probat 3. argu. cum suis confir. Nam factâ suppositione, & non antè, altera pars fit determinatè vera, altera determinatè falsa. Primum & 2. argu. supponunt falsa principia, alibi impugnanda. 2. sent. explicatur iuxta 1. assert. ut sup-

92.  
Confir. 3.

93.  
Negans.

94.  
Pr. 1.

95.  
Pr. 2.

96.  
Pr. 3.

97.  
Nota dupli-  
citer consi-  
derari fu-  
turum in  
statu futu-  
ritionis.

63.  
Non factâ  
suppositio-  
ne nulla veri-  
tas.

99.

Factâ supposi-  
tione fit determi-  
natè vera.

100.

Suppositio  
est 1. ratio  
rem cognosce-

Determinat  
propositio-  
nem ad ve-  
ritatem  
enuntiantis.

101.

Confir.

102.

Ad 1. sent.

103.

Ad 2. sent.

ut sup-

vt supponit fundam. *Arist.* nam tunc tolleretur contingentia futurorum, quando ante vilam suppositionem propositio illam enuncians, esset determinate vera; quia tunc determinatio antecederet, non subsequeretur determinationem causæ. Ad 3. neg. sequela: cuius maior ratio est; quia non in quolibet signo æternitatis concepto res supponitur determinate futura: nam prius supponitur possibilis, quàm futura sub conditione; & hæc prius, quàm futura absolute.

SECTIO VI.

An Deus futura libera certo cognoscat in suis causis proximis?

104. **C**AUSA proximè horum effectuum est voluntas creata cum omnibus ad operandum prærequisitis; nam de ijs tantum futuris hic agimus, quæ pendet à creatâ voluntate.

105. **Affirmant.** PRIMA sent. affirmat: *Duran. in. 1. dist. 38. q. 3. n. 9. Argent. dist. 39. a. 2. & dist. 40. a. 1. ad 6. Molina 1. p. q. 14. a. 3. d. 14. concl. 1. Bannet. cit. con. 3. Bellar. l. 4. de gr. & lib. arbit. c. 15. sine: Alvarez. l. 2. de auxilijs dist. 12. à fortiori sequitur ex sent. eorum: qui docent prædeterminationem physicam. Prob. ex August. l. 11. Confess. c. 18. Cum ergo videri duntur futura, non ipsa que nondum sunt, sed eorum causa, vel signa forsitan videntur, que iam sunt. 2. Deus perfecte comprehendit voluntatem creatam, eiusque innatam propensionem, & quidquid eam potest, hic & nunc semotis impedimentis allicere & inclinare: ergo potest in ea hic, & nunc cum omnibus ijs, quæ illam possunt ad actum determinare, certo scire, ad quam partem sit se inclinatura. Confirm. potest angelus probabilissimâ coniecturâ id deducere: ergo & Deus infallibiliter cognoscere, cum in obiecto penetrando infinite excedat angelum. 3. Posito iudicio pratico de prosecutione obiecti, & omnibus ijs, quæ possunt hic & nunc voluntatem creatam inclinare ad actum, infallibile est, illam inclinandam: igitur potest in ea infallibiliter cognosci actus futurus. 4. Potest Deus adeo congruam cogitationem infundere intellectui humano, vt omnino infallibile sit, illum consenturum: ergo saltem in ea potest Deus infallibiliter cognoscere consensum futurum. Antec. prob. potest Deus infundere cognitionem de obiecto honesto, adeo efficacem in suadendo, & temperatam ingenio humano, vt moraliter sit impossibile illam respuere.*

106. **P. 2.** SECUNDA negat: *S. Tho. 1. p. qu. 14. art. 13. & qu. 57. a. 3. & 86. art. 4. & 2. 2. q. 17. art. 6. & 2. con. Gen. cap. 67. & de Veru. q. 2. art. 12. & in 1. dist. 38. q. 1. a. 1. Aureo. in 1. dist. 37. a. 1. propos. 1. Capreo. a. 1. concl. 1. & a. 2. ad 1. contra concl. Ferr. cit. ad 1. & §. Aduerte: Caiet. 1. p. cit. initio & in ref. ad 1. Zum. d. 7. §. sed supposito, Valent. Pun. §. Vnde habeat, assert. 2. Sua. l. 1. opus 6. c. 3. Less. de gratia eff. c. 22. nu. 7. Becan. 1. p. c. 10. q. 7. Albert. Coroll. 1. ex princip. 4. Philos. pun. 2. Arrub. d. 42. c. 2. quæ vera est. Fundam. causa libera, quantumcunque in actu 1. completa, & ad operandum proximè disposita, semper est essentialiter indifferens & cum potentiâ ad oppositam partem: ergo implicat, in eâ quantumcunque dispositâ infallibiliter infallibilitate, cui non possit subesse falsum, cognosci effectum futurum. Antec. prob. quousque voluntas liberè non se determinat per actum, semper manet indifferens ad actum, & non actum, alioqui destrueretur eius libertas; si aliquid præuium ad actum ita illam determinaret ad unum, vt non pos-*

107. **P. 3.** De Deo. Tom. I.

set ad oppositum. Etenim formalis libertas, voluntatis in eo consistit, vt dum elicit actum, possit non elicere. Resp. *Bannet.*; manere liberam in sensu diuiso, non in sensu composito; quia posita antecedente motione Dei, non est amplius in eius potestate facere oppositum: saluatur eius libertas, quia, diuidendo a motione, potest facere oppositum. Sed contrâ; vel in sensu composito intelligit componendo cum ipsâ motione in actu 1. & sic perit libertas creata: quia habere, vel non haberetalem motionem, non est in potestate creaturæ, cum illa necessario prærequiratur ad omnem actum voluntatis: ergo, si neque eâ posita, est in potestate eiusdem cohibere actum, perit libertas. Vnde *Caiet. cit. ad 1. con. Scot.* docet, quod contingentia causæ 2. saluanda est, etiam si prima moueat secundam necessario; quia motio causæ primæ modificatur in 2. secundum modum causæ 2. & quoniam prius naturâ modificatur, quàm impellat ad mouendum, motio illa iam modificata ad causam contingentem, mouebit secundam non necessario; sed contingenter: supponit igitur, quod adhuc componendo cum motione causæ 1. saluatur contingentia, & libertas causæ 2. Vel in sensu composito intelligit, componendo cum motione actuali, & cooperatione creaturæ, quo pacto includit formalem determinationem creaturæ: at in ea effectum cognoscere, non est in causâ cognoscere, sed in se ipso: nam cooperatio creaturæ est effectus creaturæ. Nec rectè *Mach. disp. 32. sect. 1. dict. 2.* hæc limitat ad solos effectus supernat. ad quos præuenimur efficaci auxilio Dei: nam eidem est ratio de omnibus, cum etiam effectus supernat. vt sint meritorij, debeant fieri liberè à voluntate. Prob. consequ. primi enthym. Non potest esse maior infallibilitas in cognitione, quàm sit in obiecto. ergo si obiectum contingens non habet in causâ proximè dispositâ tantam infallibilitatem, cui non possit subesse falsum, nec eam habebit cognitio; quia licet diuina cognitio non sumat formalem certitudinem ab obiecto, supponit tamen in eo obiectiuam certitudinem, vt conditionem sine qua non.

108. **Negant vtd.** Resp. *Molina disp. 16. §. In quo* Infallibilitatem scientiæ diuinæ circa futurum contingens in causâ præuisum, non prouenire formaliter ex obiecto, quod secundum se incertum est, & fallax, sed ex altitudine, & infinitate cognoscentis, qui ex se certo, infallibiliter cognoscit, quod de se certum, & infallibile non est, Sed contrâ; sicut implicat cognosci, quod ex se cognoscibile non est; quia cognoscibilitas non fit, sed supponitur à scientia (est. n. scientia obiecti intuitio, quæ supponit in obiecto cognoscibilitatem) ac si implicat, produci quod de se producibile non est; & cognosci quod de se cognoscibile non est: ita implicat cognosci ut certum, quod ex se certum, non est: quia non minùs scientia supponit certitudinem, quàm cognoscibilitatem in obiecto; nam licet formalem certitudinem habet scientia diuina ex se, obiectiuam tamen supponit in obiecto. Confirm. infinitus excessus diuinæ cognitionis supra cognoscibilitatem causæ liberæ non mutat obiectum secundum se, sed relinquit illum intrinsecè liberum & indifferens ad utrum libet; cum talis excessus se teneat ex parte diuini intellectus, qui obiectum secundum se non mutat: ergo neq; ab infinito intellectu potest in eâ infallibiliter cognosci effectus liberè futurus; cum etiam respectu illius maneat in causâ contingenter fallibiliter futurus.

109. **Respondet Bannet.** DICES, scientia Dei est causa rerum; ergo & cognoscibilitatis earum. Resp. dist. antec. est causa rerum scientia visionis, de qua disputo, nego. nam hæc consequitur ad res in mente diuinâ iam causatas, 110. **Contrâ.** 111. **Respondet Molina.** 112. **Dices. Resp.**

causatis, estque pura intuitio earum: est causa rerum scientia simplicis intelligentiæ; & rursus distinguo; proximè, nego; remotè, concedo: nam proxima causa est potentia, & voluntas, illa exequendo, hæc determinando, scientia exemplariter & idealiter dirigendo, quæ comparata cum potentia, & voluntate remotè concurrat ad productionem effectus.

Ad 1. arg. 1. opposita sent. Resp. *Augustinum* loqui de scientiâ futurorum, non Dei, sed nostrâ: qui futura presentia non habemus; & ea in causis, quæ nobis presentia sunt, prædicimus, vt futurum orum solis ex presente aurora, quod est exemplum ipsius. Ad 2. nego conseq. nam, vt *Cipriol. ad i. Durandi*, vt nequeat effectus futurus in causâ liberâ certò cognosci, satis est intrinseca libertas, quæ ad huc positis omnibus, quæ possunt hic & nunc illam ad actum inclinare, se ipsam potest ex innata suâ indifferentiâ, & libertate ab intrinseco impedire, vnde nunquam poterit esse certus effectus certitudine excludente omne dubium, quouique per liberam determinationem causæ fiat extra dominium causæ. Ad Confirm. nego conseq. cum .n. infallibilitas obiectiua sit conditio essentialiter requirita ad infallibilitatem formalem, in eâ presupponenda conveniunt scientia diuina, & angelica, quamuis in alijs differant. Ad 3. & 4. dist. de infallibilitate morali, concedo; sed hæc non est satis ad infallibilitatem diuinæ scientiæ, cuius oppositum debet implicare contradictionem: de logicâ, nego; nam quibuscumque positis semper potest voluntas ex innata suâ libertate repugnare. Ad illud de iudicio practico, dico, quod interdum supponit efficacem voluntatem finis, ad quem consequendum vnicum tantum est medium; & tunc in ipsa efficaci voluntate finis, quam presupponit iudicium practicum, certò cognosci electo nem futuram, non tam vt iudicij practici, quod ad omnem actum voluntatis præ equitur, quam vt efficacis intentionis necessariam connexionem habentis cum tali medio ad finem consequendum. nam stante vno actu voluntatis, potest in eo certò cognosci alius futurus, qui necessariam connexionem habeat cum ipso: tunc enim actus futurus non cognoscitur in causâ, vt liberâ, sed vt necessariâ, & determinatâ ad vnum ex vi presentis actus:

## SECTIO VII.

*An Deus futura contingentia certò cognoscat in sua essentia, vel Ideis?*

PRIMA Sent affirmat: *Bonavent. in p. dists 35. qu. 3. & 5. ad obiecta; Durandi qu. 3. nu. 14. & dist. 38. qu. 3. nu. 18. Capreo. ar. 2. Ad i. Scoti: Caiet. 1. p. qu. 14. ar. 13. §. contra. 2. Zumel disp. 8. Concl. 5. & 6. Fundam. Caiet. Diuina essentia, cum sit perfectissima similitudo, & intelligibilis species omnium rerum; non solum est Deo ratio cognoscendi distinctè res omnes vt ratio qua, sed etiam vt obiectum, & ratio in qua: alias diuina essentia, vt obiectum non adæquaret se ipsam, vt speciem intelligibilem, quod est impossibile; quia vt obiectum est adæquatus terminus cognitionis & speciei intelligibilis: cum igitur Ideæ sint ipsa diuina essentia, vt est obiectiua ratio rerum; consequens est, quòd etiam se extendant ad representandas veritates contingentes. Fundam. *Capreoli*. Diuina essentia est Deo perfectissima ratio distinctè representandi omnia, non solum quantum ad præ-*

dicata essentialia, & connexionem necessariam terminorum, sed etiam quantum ad omnia prædicata accidentalialia, siue intrinseca, siue extrinseca, quæ secundum quamcumque dispositionem loci, & temporis possunt rebus ipsis conuenire: *S. Tho. qu. 2. de verit. art. 7.* ergo non solum representat possibilialia, sed etiam futura; alioqui non repræsentaret res secundum omnem dispositionem possibilem; nam inter alias dispositiones, quæ potest vnicuique rei conuenire, est futuritio, siue exercita existentia in aliqua certâ duratione. Confirm. Deus est causa futurorum: ergo ea cognoscit, antequam decernat producere: quia cognitio operis faciendi præcedit voluntatem, vt ratio directiua ipsius, ergo præcit illa in sua essentia, cum ante decretum non possit aliud assignari medium, in quo illa certò cognoscat. *Iisdem mouetur Zumel: quia diuina essentia est repræsentatiua omnis veritatis: igitur rerum etiam contingentium, tam absolutarum, quam conditionatarum.*

SECUNDA negat: *Scoti in p. dist. 19. §. iuxta estas, Aureoli dist. 38. art. 1. propos. 3. Mayo. qu. 1. §. 4. Armin. qu. 2. art. 2. Gabrie. art. 2. concl. 2. Suarez in opus. lib. 2. de scientia Dei cap. 4. Prob. 1. cum Idea repræsentet ante decretum diuinæ voluntatis non liberè, sed naturaliter representat Ideata: sed scientia futurorum non est naturalis, sed libera, quippe quæ potuit simpliciter non esse. 2. Ideæ solum repræsentant connexiones necessarias rerum, non contingentes: sed per connexiones necessarias non possunt cognosci contingentes: quia complexio contingens non est nata cognosci ex necessariâ, alioqui non esset contingens, sed necessaria. Maior prob. ideæ repræsentant independenter ab actu diuinæ voluntatis; ergo non possunt representare complexionem contingentem; quæ potest esse, & non esse; dependenter à voluntate Dei.*

DICO 1. Deus non cognoscit futura libera in sua essentia proximè visâ vt causâ. Fundam. 1. futura libera non continentur in essentia formaliter, sed eminenter: quæ autem solum continentur eminenter in causa, non possunt, visâ causa, formaliter videri, secundum proprium esse distinctum ab esse causæ, vt *suprà*. 2. proxima causa futurorum non est essentia, sed voluntas Dei: sunt .n. liberè futura; & sola voluntas est proxima causa effectus liberè futuri: at futura nequeunt cognosci ante determinationem Diuinæ voluntatis; non .n. sunt cognoscibilia, nisi vt determinata ad esse futuri; nam antequam determinentur ad esse futuri, non differunt à possibilibus: determinantur autem ad esse futuri à liberâ voluntate Dei; à quâ determinantur ad esse existentia; cum proximum principium producendi ad extra sit Dei voluntas, vt suo loco

DICO 2. Deus non cognoscit futura libera in suis ideis independenter à quocumque alio, saltem vt à conditione necessario prærequiritâ. Fundam. idea per se spectata indifferens est ad representandum potius rem futuram quam possibilem. quia licet idea exprimat totam entitatem rei futuræ, cum nihil entitatis sit in re futurâ, quod non exprimat in eadem re vt, possibili & signatâ; non tamen ex se apta est repræsentare rem vt futuram, seu secundum eam perfectionem exercitam, quam re ipsa habitura est in aliqua differentia temporis; ratione cuius exercitæ connotatæ discriminatur res futura à possibili, & consequenter cognitio rei futuræ à cognitione rei possibili.

DICO 3. Idea est Deo ratio cognoscendi futura, posita determinatione ipsorum ad esse futuri.

Fundam.

113.  
Ad 1.

114.  
Ad 2.

Ad conf.

115.  
Ad 3. 4.

118.  
Zumel.

119.  
Negant.  
Pr. 1.

120.

Futura libera in Deo eminenter, non formaliter.

Quorum proxima causa est voluntas Dei.

121.

Idea est indifferens ad possib.

116.  
Affirmat.

Fund. Caiet.

117.  
Fund.  
Capreol.

*Est actualis similitudo.* Fundamentum clarum est: idea Diuina est actualis, & intelligibilis similitudo rei, secundum omnes complexiones tam essentielles, & necessarias, quam accidentales, & contingentes, quas res ipsa sub quocumque statu posita habere possit; repræsentat enim res singulares, & indiuiduas sub omni dispositione possibili, sub quâ res illæ esse possunt; quia repræsentat eas perfectissimo modo, & sub omni perfectione, quam in se ipsis participare possunt. Igitur posita tantum determinatione ipsorum ad esse futuri, Deus in se ipso ut in specie expressa, & ideâ perfectissime exprimente omnia, cognoscit futura. nam hæc ipsa futura cum eadem existentia, & accidentibus omnibus, atque dispositionibus, quas in se ipsis habitura sunt ut futura, distinctè, & dearticulatè exprimebantur in eadem essentiâ Diuinâ, ut specie expressâ rerum omnium, sub esse possibili. non secus ac si oculus meus haberet speciem expressam Antichristi, nunc non existentis. secundum ea omnia lineamenta, & accidentia, quæ habiturus esset in propriâ existentia, & duratione; si perseverante eadem visione in oculo meo, poneretur Antichristus in rerum natura existens ante oculos meos, cum eadem figurâ, & lineamentis, cum quibus fuit expressus in mea visione, eadem visione inuariatâ viderem Antichristum presentem, eodem modo quo videbam antea, quando erat absens & futurus. *Leg. Scot. in 1. dist. 39. Dicit:* qui fieri potest ut cognitio diuina, posita tantum determinatione effectus ad esse futurum, repræsentet illum, ut futurum; quem antea repræsentabat ut possibilem? *Resp.* 1. ex infinitâ perfectione diuinæ cognitionis, quæ posita tantum cognoscibilitate obiecti statim illud repræsentat ut est in se. 2. Posita determinatione effectus ad esse futuri, Deus directè cognoscit futurum in se propriâ suâ duratione existentem, rest. xē verò in suâ ideâ, in quâ ante determinationem effectus ad esse futuri ille ipse exprimebatur secundum omnes conditiones & proprietates, quas accipit per esse futurum; cum futurum à possibili non differat nisi secundum statum, qui obiectum non variat quoad intrinsecam suam cognoscibilitatem.

123.  
Conciliatur  
Sent.

2. Sententiæ ambæ conciliantur; 1. solum probat concl. 3. Secunda primam & 2. Cæterum falsum est, quod secunda docet, ideas repræsentarent tantum connexiones essentielles terminorum; quia, repræsentant etiam accidentales, & contingentes, non contingenter, & variabiliter; sed inuariabiliter, & necessariò; quia non repræsentant illas ut exercitas, sed ut exercibiles, & sub statu possibilitatis; quæ statim transeunt in statum futuritionis, posito libero decreto Dei, de quo seq. sect.

SECTIO. VIII.

*An Deus futura libera prænoscat in decreto sue Voluntatis?*

224

Sicut duplex est effectus contingens, alter dependens à solâ voluntate Dei, alter etiam à voluntate creatâ: ita duplex est decretum in Deo, alterum quo decreuit ex se aliquid ad extra producere; alterum, quo decreuit producere dependenter etiam à voluntate creatâ. Quod adhuc est duplex, alterum prædefiniens, & antecedens causalitate; alterum concomitans tantum liberum a-

ctum futurum voluntatis creatæ. De singulis est controuersia. Prima Sent. negit, Deum in suo decreto certò præcognoscere futura, nisi tantum remotè, quatenus eo posito res futura sit determinatè vera, & certò cognoscibilis in se ipsa: *Vasquez 1. p. d. 66. c. 2. & Arrub. d. 43. c. 2.* Fundam. decretum liberum Dei non addit supra essentiam Dei, nisi respectum rationis ad effectum futurum: Deus autem nequit cognoscere huiusmodi respectum rationis, qui obiectinè tantum est in intellectu creato: & esto illum cognoscat, nequit illi esse ratio & medium cognoscendi rem futuram: quia talis respectus conuergit in Deo ex re ipsa futura, ut ex proximo fundamento: nequit autem respectus posterior esse medium cognoscendi fundamentum, quod est prius, & causa ipsius respectus. Secunda affirmat, omnes effectus futuros Deum præcognoscere in determinatione suæ voluntatis: *Scot. in p. dist. 39. §. Viso. Rich. dist. 38. a. 1. q. 5. Mayo. q. 1. §. quartum. Rubio. q. 2. art. 3. Durand. q. 3. nu. 9. Caiet. 1. p. q. 14. art. 13. §. Contra 2. sine. Asturic. select. de Christi. gra. q. 6. Conc. 4. pag. 671. Bannez 1. p. cit. Zumel. ibid. disp. 7. Gonsaltes, disp. 44. sect. 2. Alvarez. lib. 2. de auxilijs disp. 10. & 11.* Fundam. quidquid est futurum, dependenter à voluntate Dei vel prædefiniente, vel permittente est futurum: sed voluntas Dei est infallibilis & frustrari non potest; ergo in eâ certò præcognoscit omnes effectus futuros, siue bonos, siue malos; siue à se tantum, siue à creatâ etiam voluntate dependentes. Probat. 2. Thomistæ: Omne decretum efficax Dei de effectu futuro dependente à voluntate creatâ necessariam connexionem habet cum medio, quo talis effectus infallibiliter sit exequendus: nam voluntas creatâ, præter principium extrinsecum prædeterminans, requirit principium, seu medium intrinsecum, quo se ipsa ad actum prædefinitum liberè ab intrinsecò determinet: ergo in eo decreto Deus certò prænoscit effectum futurum: quia cum hoc medium sit ad exequendum actum à Deo prædefinitum, debet esse ex natura suâ tale, ut eo posito, infallibiliter ponendus sit effectus; alioqui frustrari posset decretum Dei, quod implicat. *Confir. ex S. Doct. 1. p. qu. 14. art. 13. 1. con. Gent. cap. 66. & 68. & 2. 2. qu. 171. art. 6. ad 2. docente, Deum non solum futura cognoscere in se ipsis, sed etiam in suis causis.*

DICO I. futura, quæ solum pendent ex voluntate Dei, Deus certò ab æterno cognoscit in suo decreto. Fundam. quæ pendent ex solâ voluntate Dei impediri non possunt, & alioqui Dei voluntas de se efficax est, & immutabilis: contra *Mayro. cit. affirmantem, Decretum Dei esse mutabile, atque adeò scientiam, quam Deus habet in suo decreto de effectibus futuris, esse conditionatè, non absolutè infallibilem, stante nimirum decreto suæ voluntatis, quod tamen mutare posset ex innatâ suâ libertate. Quod etiam innuit Rubio q. 1. cum docet, posse Deum aliter in tempore agere, quàm ab æterno decreuit. Verum hæc decretorum variabilitas apertè repugnat Dei immutabilitati, & constantiæ, que nequit à proposito semel concepto delistere, cum oppositum moralem saltem arguat mutabilitatem. Ad fundam. primæ, nego, liberum decretum Dei formaliter constitui per respectum rationis consequentem rem futuram; nam cum illud sit causa rei futuræ, nequit formaliter constitui per respectum consequentem rem futuram; cum nulla causa in ratione causæ constituitur per rationem consequentem suum effectum.*

125.  
1. Sent.

Negant.

126.

2. Sent. Affirmati.

127.

Pr. Thom. Sa. rick.

128.

Vere, si futura à solo Deo pendent.

129.

Al. fund. 1.

Constituitur autem decretum Diuinum per actum ipsum necessarium, ut connotantem effectum à se liberè pendentem: Vnde licet cognosci non possit sine effectu, quem essentialiter connotat, non tamen cognoscitur ut consequens effectum; sed ad summum ut concomitans effectum, ut infra.

130. DICO 2. Reliquos effectus futuros dependentes à voluntate creata, non potest Deus infallibiliter cognoscere in decreto suo ut in ratione proximà cognoscendi: sc. ratione scientiæ mediæ, quæ ad decretum præsupponitur, decretum est remota ratio cognoscendi tales effectus. Hæc sent. est præcipuorum Theolog. N. Societatis; ex antiquioribus eam docet *Aureol.* in 1. *dist.* 38. a. 1. *propos.* 1. *Arimin.* q. 23. art. 1. *Bacco.* *dist.* 40. art. 2. §. 5. *Inclinat Ferrar.* 1. *con. Gen.* c. 67. §. *Ad verbum: ex S. Tho.* 1. p. *art.* & 1. *con. gen.* c. 66. & *de verit.* q. 2. art. 12. & in 1. *dist.* 28. q. 1. art. 5. Vbi nunquam causam certitudinis Diuinæ cognitionis ex parte obiecti assignat æternum decretum, sed coexistentiam futurorum in æternitate; in quâ videntur in seipsis secundum illud esse, quod habitura sunt extra causas; imò docet, futurum antiquam fiat, non esse determinatè verum; quia nullam habet causam determinatam; & ideo ut futurum certò cognosci non posse, sed ut præsens. Si autem agnouisset S. Doctor tale decretum in Deo, illud profectò assignasset.

131. Fundam. si decretum Dei est antecedens & prædefinitiuum actus, debet esse causa infallibilis actus prædefiniti, ne possit oppositum contingere & scientia Dei falli, & continere medium, quo voluntas creata sit illum infallibiliter elicitura; quia voluntas Diuina est immediata causa actuum notitorum medio concursu vel principio nobis inbærente: repugnat autem, voluntatem creatam infallibiliter elicituram actum infallibilitate requisita ad scientiam Dei, absque præiudicio propriæ libertatis: infallibilitas namque ex parte obiecti postulat scientia, & decretum absolutum Dei, debet esse talis, ut oppositum implicet, sicut implicat, ut scientia Dei fallatur, vel absolutum decretum ipsius frustretur, hoc inquam, tollit libertatem, quæ essentialiter est potentia ab intrinseco indifferens ad vtrumlibet. Dices, posse voluntatem oppositum facere eius, quod prædefinitum est, infallibiliter tamen nunquam esse facturam: at hoc sufficit, ut in tali medio Deus infallibiliter præcognoscat liberum consensum futurum; quia ad infallibilitatem scientiæ, satis est, quod infallibiliter nunquam sit futurum oppositum. Sed contra; cum tale medium non tollat à voluntate liberam potentiam ad resistendum, ponatur, quòd voluntas ad experiendam suam libertatem actu resistat; hoc n. metaphysicè non implicat, neque ex parte medi j. siquidem non determinat voluntatem ad vnum; neque ex parte voluntatis; nam adhuc eo posito, manet cum plena potestate ad resistendum: hoc autem casu falleretur Deus, eiusque decretum: siquidem Deus certò cognosceret ex vi medi j prædefinitij consensum futurum, cum tamen ex vi libertatis creatæ futurum esset oppositum. Et fingatur Deus more nostro non prævidisse ab æterno determinationem voluntatis in ipsa, sed tantum in suo decreto, & medio prædefinito; (nam perinde est, cum ponas Deum prius ratione illam infallibiliter prævidisse in suo decreto, posteriùs in se ipsa, sua existentia & duratione) Quæro, an eo casu Deus certò cognosceret consensum futurum in suo decreto & medio prædefinito, an non? si non; tale medium non esset de se sufficiens ad certò cognoscendum consensum futurum: si ita; contra est,

quia iam supponitur ex vi libertatis creatæ futurum oppositum. Dicere autem, quòd hoc medium ex natura sua sit tale, quòd infallibiliter, & nullo casu componat cum opposito dissensu, etiamsi possit antecedenter componere, non cohæret cum natura talis medi j, quòd debet antecedenter relinquere potentiam indifferentem ad vtrumlibet, alioqui si determinaret ad vnum, non relinqueret liberam. Nec recurri potest ad infallibilitatem consequentem ex suppositione consensûs futuri; quia talis infallibilitas locum non habet, si certitudinem diuinæ scientiæ futurorum contingentium assignas ex parte medi j, ut causæ antecedentis effectum futurum; alioqui contra suppositum non assignaret certitudinem scientiæ futurorum in causa, sed in se ipsis. Vnde quæuis nequeat Deus certò cognoscere tale medium, quin simul cognoscat effectum ab eo futurum; ratio tamen certò cognoscendi effectum, est medium cognitum in se; adèd vt, si per impossibile, Deus non videret effectum futurum in se ipso; illum certò præsciret in tali medio, ut in causa sufficiente; hoc. n. est contineri infallibiliter in causa. *Confir.* ut medium sit infallibile, non potest aliunde oriri, nisi vel ex natura medi j, habentis ex se infallibilem connexionem cum effectu, vel ex præuisione scientiæ diuinæ. Secundum non admittit hæc sent. primum tollit libertatem, quia nequit medium ex se ipso habere infallibilem connexionem cum effectu, adèd vt oppositum implicet, nisi determinando voluntatem ad vnum, & tollendo potentiam ad oppositum; alioqui si admitteret potentiam ad oppositum, non posset esse infallibile.

135. Si verò decretum Dei sit permissiuum, non est causalitæ antecedens liberum consensum creaturæ, sed solum concomitans: igitur non potest in eo, ut in causa certò cognoscere liberum consensum creaturæ; quia in eo antecedenter considerato non magis continetur futurus consensus, quàm futurus dissensus; quia antecedenter consideratus non magis determinat voluntatem ad vnum, quàm ad oppositum: ut autem est concomitans, formaliter dicit liberam determinationem creaturæ; nam vt sic formaliter dicit concursum concomitantem liberum consensum creaturæ: vnde potiùs cognoscit liberum consensum in se ipso, & in propria determinatione voluntatis creatæ, quàm in creatæ.

136. Ad Fundam. oppositæ, dist. minor. voluntas Dei est infallibilis ratione medi j, de se infallibilem connexionem habentis cum consensu futuro, nego; est infallibilis ratione scientiæ mediæ, antecedentis decretum Dei; concedo. Ad 2. dist. antec. debet decretum Dei habere connexionem cum medio, infallibilem connexionem habente ex natura sua cum actu prædefinito, nego; ex suppositione actus, præuisi sub conditione futuri, concedo: ergo in eo Deus certò cognoscit futura ex vi medi j præcisè, nego; ex vi consensûs præuisi sub conditione futuri, concedo. Ad *confir.* nego *S. Tho.* vsquam docere, futurum contingens à Deo certò cognosci in causis; quin oppositum ubique inculcat, non posse in causis certo, sed tantum coniecturaliter cognosci: ita eum intelligunt *Capreolus* & *Ferrar.* locus 1. *con. Gen.* c. 67. videtur oppositum docere: *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completa, si non impediatur.* Verùm explicat *Ferrar.* de causa contingente, non liberâ, sed naturali, quæ nata est ex concursu causarum impedi.

Secus, si à libertate creaturæ.

Vel decretum est anteced. & infallib. connotat medium infallib.

132. Dices.

133. Contra.

Fac Deum non prævid. diff. consensum cre. 11. q. 74.

Confir.

135. Vel decretum est permissiuum.

136. Ad fund.

137. Ad 2.

SECTIO IX.

An Deus futura libera cognoscat in se ipsis.

138. Cognitio Dei est medium in quo, & quo tendit ad rem extra.

Ratio dub.

139. Conclusio.

140. Futura conting. Deus certo cognoscit, in se ipsis.

141. Existentia, praterita, pro diuerso tempore.

142. Totum cognitum ab aeterno.

**H**ic est postremus modus cognoscendi futura in se ipsis, in sua propria presentia, & duratione existentia. nam cognitio diuina, utpote perfectissima, circa obiectum presentia & existens, non solum est medium in quo tale obiectum perfecte cernatur; sed etiam quo immediatè tendit ad obiectum in se ipso existens intuendum: atque ad id positam existentiam rei extra causas, non solum Deus cognoscit illam intentionaliter expressam in verbo, in quo antea expressa erat sub esse possibili, sed etiam in sua propria existentia & entitate, quam antea res ipsa non habebat. Ratio dub. futura non fiunt determinatè cognoscibilia in se ipsis, nisi in tempore pro eà duratione, quâ fiunt extra causas; igitur non potuerunt ab aeterno cognosci, quia non possunt certò cognosci, nisi quando determinantur ad vnum, sc. in tempore; at tota aeternitate antecedente hoc tempus, sicut non habent determinatum esse, ita nec determinatam cognoscibilitatem.

Dico, Deum ab aeternitate certò cognouisse futura in se ipsis pro eà duratione, quâ extitura erant extra causas, ea representando ut existentia pro vno tempore, futura vel praterita pro alio. Tria prob. 1. futura contingentia à Deo cognosci in se ipsis. 2. ea representari ut existentia pro vno tempore; futura vel praterita pro alio. 3. hoc totum fuisse à Deo cognitum ab aeterno. Primum: Tunc futurum sit certò cognoscibile, quando sit determinatum ad vnum: sit autem futurum contingens determinatum ad vnum, quando sit extra suas causas; nam quamdiu non est extra causas, manet in causis indifferens ad vtrumlibet. Maior prob. quamdiu futurum non transit à statu contingentia ad statum necessitatis, non est certò cognoscibile; quia certitudo formalis supponit certitudinem obiectiuam: at tunc transit, quando sublata indifferentiâ causæ determinatur ad vnum; recipit esse à causa; subtrahitur à potestate causæ, per quam erat indifferens ad vtrumlibet. Secundum explicò: Diuina cognitio, utpote infinita similitudo rerum, vnum quodque representat pro omni dispositione intrinseca, extrinsecâ; essentiali, accidentalì: futura non solum habent rationem presentis, dum existunt, sed etiam futuri & prateriti, dum non existunt, ergo non solum representat illa, ut existentia in sua presentia, quando sunt; sed etiam ut futura & praterita pro reliquis temporibus, quibus non sunt. Quo sit, ut in ordine ad cognitionem diuinam nulla sit variatio, nam rerum variationem representat inuariabilitè, dum representat eandem rem pro vno tempore existentem, pro alio futuram, pro reliquo prateritam, fundantem pro diuersis temporibus, diuersa enuntiabilia: nam pro vno tempore verum fuit dicere, *Christus nascitur*, pro alio falsum; quæ tota variatio sumpta ex diuersâ dispositione, & respectu, quem res habent ad inuicem; obiectiuè, inuariabiliter fuit in mente diuina ab ipsa aeternitate. *Leg. Ferrar. 1. con. Gen. c. 67. §. sed occurrit.*

Tertium ostendo: Quotiescunque potentia habet obiectum intra spheram suæ cognitionis, potest illud cognoscere: intellectus diuinus ab aeterno habuit intra spheram suæ cognitionis futu-

ra contingentia: igitur ab aeterno potuit illa cognoscere; igitur actu illa ab aeterno cognouit: nam potentia intellectiua in Deo est necessaria, quæ suppositâ cognoscibilitate obiecti, statim illud representat. Minor prob. Cognitio diuina mensuratur aeternitate; quia non distinguitur ab esse Dei, cum in actu puro idem sit esse & operari: ergo ab aeterno habuit intra spheram suæ virtutis quicquid e at extitutum intra ambitum aeternitatis: nam aeternum est, quod inuariatum in se quoad omnia, totum simul, semper, & indiuisibiliter existit: igitur si cognitio Dei est aeterna, debet inuariata in se quoad omnia semper, tota, simul, indiuisibiliter existere; at non semper inuariata in se existeret, si quicquid extitutum est in toto ambitu aeternitatis, ab aeterno simul non representasset v. g. si ab aeterno cognitio diuina non representasset Petrum nunc existentem, variata esset in tempore in ratione representationis; quia in tempore representaret, ut existentem, quem ab aeterno non representasset ut existentem, proinde aeterna non esset. Vnde contra Patres, Deus aliter cognosceret futura, quam presentia, illa abstractiuè, hæc intuitiuè, & in se ipsis: in quo sensu negant Patres, in Deo esse presentiam; quia hæc importat antecessorem ad scientiam intuitiuam futurorum, quæ in Deo non est. Quia semper futura cognouit ut existentia in sua propria presentia. Confir. infinitus intellectus cum infinito lumine, qualis est diuinus, non requirit, ut obiectum existat tunc, quando actu cognoscitur; quia non requirit illud, ut causam suæ cognitionis, sed ut purum terminum, & conditionem: vnde sufficit, ut illud sit aliquando extitutum.

Hic est discursus S. Tho. qui nunquam ex presentia rerum ab aeterno, sed ex presentia rerum in aeternitate diuinæ cognitionis deducit certam in Deo scientiam futurorum ab aeterno. Constat ex *art. 13. qu. 14. 1. p. Eius intuitus fertur ab aeterno supra omnia, prout sunt in sua presentia*: sunt autem res in sua presentia, quando actu existunt extra proprias causas: idem docuerat & *art. 1. & 1. con. Gen. c. 67. & 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2.* exemplis confirmat: 1. *est q. 2. de verit. art. 12. eius*, qui ex aliquâ speculâ vno intuitu videt omnes transeuntes: sicut visio corporea duo postulat, ut transeuntes representet, & ut transeuntes existant, & ut existant intra spheram videntis; ita ut aliqua scientia representet futura, duo requirit, & ut futura aliquando existant, & ut existant intra spheram cognoscentis: at hoc ipso, quod futura habitura sunt existentiam intra aeternitatem, existunt intra spheram diuinæ cognitionis, quæ cum sit aeterna, fertur in omne tempus, & res sub quacunque differentiâ temporis existentes: & per consequens quicquid habiturum est existentiam intra aeternitatem, cadit sub spheram diuinæ cognitionis. 2. est centri respectu punctorum circumferentiæ, *1. con. Gen. cap. 66. ut centrum directam oppositionem habeat ad omnia puncta circumferentiæ*, non est necesse, ut quodlibet punctum circumferentiæ existat in tota, sed in aliquâ parte circumferentiæ: ergo ut cognitio Dei actu simul respiciat omnes creaturas existentes in circumferentiâ aeternitatis, non est necesse, ut vnaquæque actu semper in ea existat, sed sufficit, ut aliquando existat. Constat 3. quia hoc sensu S. Thomam explicarunt *Egidius eius auditor, in castigatorio aduersus corruptorem S. Tho. in obseruat. in hunc art. Hervaeus in 1. diuin. 38. Hispal. Syluester in defensorio doctrinae S. Tho. Nec propterea inutilis repetitio admittitur in eius*

Inuariatum in Deo.

143. S. Thomas explic.

Exemplum 1. visionis corp.

144. Exemplum 2. centri.

145.



eius discursu: non enim dicitur, probare scientiam futurorum ex obiectiua presentia eorundem in mente diuina; sed ex presentia futurorum aliquando in aeternitate, & ex aeternitate diuinae cognitionis, probare futurorum scientiam ab aeterno in Deo; quomodo probatio est diuersa a conclusione; sc. obiectiua presentia futurorum in mente diuina, infertur ex reali presentia eorundem, non in tota aeternitate, sed in aliqua parte virtuali aeternitatis. DICES: ergo omnia, quae existunt intra aeternitatem angelicam, certo cognoscuntur ab angelo: nam ita se habet cognitio aeterna ad ea, quae existunt intra aeternitatem, qua mensuratur cognitio diuina; sicut cognitio aeterna ad ea, quae existunt intra aeternitatem, quo mensuratur cognitio aeterna angeli. Resp. neg. conseq. eiusque prob. nam ratio, cur ea, quae existunt intra aeternitatem, necessariò cognoscantur à Deo ab aeterno, ea est; quia cognitio diuina in representando non pendet ab obiecto causaliter, sed tantum terminatiue; at cognitio angeli pendet etiam causaliter: & quia obiectum non est aptum causare cognitionem, nisi ut existens, nequit ab angelo cognosci, priusquam actu existat: licet .n. angelus habeat speciem obiecti non existentis; tamen habet illam dependentem ab obiecto existente; quia suppletur à Deo cum ea dependentia, quam talis species haberet ab obiecto, si ab illo esset producenda, ut 2. 19.

## SECTIO X.

*An cum infallibili scientia futurorum stet creati arbitrii libertas.*

RATIO dub. quod est à Deo praescitum, non potest non fore, cum scientia Dei sit infallibilis, & frustrari non possit: sed quod non potest non fore, necessariò erit: igitur si Deus ab aeterno praesciuit omnes nostras operationes, illae necessariò erunt; alioqui si aliter, quam praesciisse sunt, euenire possent, Dei scientia falli posset. Confir. in nostra potestate non est efficere, ut Deus aliter sciat, quam scit, quia cum scientia Dei sit aeterna, omnem praenit arbitrii libertatem; & ea posita, non est in nostra libertate illam mutare.

Catholica Sent. est, futurorum praescientiam nullo modo arbitrii libertatem ledere: ita definit. conc. Constant. con. Wicleff. sess. 8. vbi inter 45. errores ipsius damnat hunc, ordine 27. omnia de necessitate absoluta euenire. Hanc probò: ea tantum necessitas tollit libertatem, quae per modum causae determinantis ad vnum antecedit effectum futurum, non quae per modum signi infallibilis subsequitur liberam determinationem causae seu effectum futurum: scientia autem futurorum in Deo non antecedit per modum causae determinantis voluntatem creatam ad vnum, sed tantum per modum signi infallibilis subsequitur effectus futuros: ergo scientia futurorum in Deo non laedit arbitrii libertatem. Maior est Ansel. lib. de concord. praescien. & praedest. Ea .n. tantum necessitas tollit libertatem, quae tollit indifferentiam causae ad vtrumlibet, in qua libertas formaliter consistit: at necessitas, quae tantum consequitur per modum signi infallibilis, supponit rem esse virtute suarum causarum, nihil influens in illam: signum .n. teste Boetio lib. 5. de consol. sol. prosa 4. non efficit, quod signat, sed tantum quid sit, ostendit: sc. scientia Dei, qua certo no-

uit futura, non est causa, sed pura intuitio futurorum: prius .n. ratione, quam representet rem futuram, supponit futuram ex vi causarum: quo sensu dicunt Patres, non ideo res sunt futurae, quia Deus nouit illas; sed contra, ideo Deus nouit illas, quia erant futurae. Confir. Ita se habet cognitio Dei respectu futuri consensus liberi mei, sicut visio mea respectu sessionis Pauli: sed visio mea respectu sessionis praesentis Pauli non laedit libertatem meam. Quod autem cognitio Dei praecedat aeternitate consensum meum, non imponit mihi maiorem necessitatem, quam imposeret, si illum tantum videret in tempore: Ideo .n. si illum in tempore tantum videret, necessitatem mihi non imposeret, quia nihil in illum antecedenter influeret per modum causae determinantis ad vnum. Ac si illum videret etiam ab aeterno, nullam mihi inferret necessitatem: quia etsi cognitio diuina sit aeterna, non est tamen causa, sed tantum signum consensus futuri; quem prius ratione quam ab aeterno prauidit, supponebat futurum in se: ergo nec modo ullam infert. Nimirum duplex notitia in Deo est circa futura libera; altera visionis, quae consequitur effectum futurum; priusquam illam representet supponendo futurum in se virtute causae proximae; ita nullam infert vim causae proximae: altera approbationis, quae etsi causa sit consensus futuri, & per eam Deus cognoscat consensum futurum, neque ex ea notitia sequitur vlla vis, aut laesio nostrae libertatis Ratio: haec notitia approbationis, qua Deus cognoscit consensum futurum, & qua est causa ipsius, ut absolute futuri, supponit aliam notitiam priorem, qua Deus nouit eundem liberum consensum sub conditione futurum, dependentem à libera voluntate creaturae, quae notitia non differt à conditionata, nisi per decretum absolutum, quod addit de praebendo eo concursu ad consensum futurum creaturae, quo per eandem notitiam prauidit voluntatem creatam liberè se sub conditione determinaturam ad consensum. Vnde prima radix cognoscendi liberum consensum futurum, est ipse consensus sub conditione futurus virtute causae proximae, liberè se ad illum determinantis suppositis omnibus ad agendum sub conditione praerequisitis.

Ad rationem dub. dist. maior. quod est praescitum à Deo, non potest non fore, potestate consequente, concedo; potestate antecedente, nego. Explico: sicut duplex est necessitas ex Ansel. cit. Antecedens, quae per modum causae determinat ad vnum; & consequens, quae supponit rem esse: ita duplex est potestas; antecedens, qua simpliciter possumus producere, vel non producere effectum, quousque illum actu non produxerimus; consequens, qua nulla suppositione liberæ determinationis nostrae voluntatis, non solum antecedenter, sed etiam consequenter sumus indifferentes ad vtrumlibet faciendum. Quae suppositio duplex est, altera de praeterito, ex suppositione quoddam actu iam nos determinauerimus ad vnum; altera de futuro, ex suppositione, quoddam liberè nos simus determinaturi ad vnum. Prior suppositio tollit potestatem etiam antecedentem: nam posito quoddam actu produximus, non est amplius in nostra potestate, illum non producere; tamdiu .n. manet in nostra potestate, quamdiu in liberam virtute productiuam. Posterior vero, sicut non tollit liberam virtutem productiuam causae, ita nec antecedentem potestatem, quae in tali virtute fundatur, tollit consequentem; quia supposito, quoddam futurus est actus ex libera determinatione nostrae voluntatis, implicat

146.  
Dices.

Resp.

147.  
Ratio dub.

Confir.

148.  
Catholica  
sent. affirm.Scientia non  
antecedit  
effectum per  
modum cau-  
sae.Sed sequitur  
per modum  
signi.149.  
Confir.  
exempla  
visionis.150.  
Notitia vi-  
sionis.Approbati-  
onis  
Causa effi-  
cens absolutè  
futuri.  
Supponit  
conditiona-  
tum consen-  
sum liberum.Qui radix  
est cognitio-  
nis.

151.

Necessitas  
Antecedens.Consequens  
explic.

SECTIO XI.

An Deus certò cognoscat futura conditionata libera.

**I**N hâc controuersia fundatur diuinæ gratiæ efficacis cum arbitrij libertate concordia; ex qua pendet nostræ iustificationis, ac diuinæ prædictionis negotium. difficultas non est de futuris conditionatis, quæ naturaliter sequuntur ex eorum antecedente conditione, nam hæc sunt certò cognoscibilia ex vi illationis, & necessariæ connexionis consequentis cum antecedente, vt si homo currit, mouetur, sed de futuris conditionatis, quæ ex vi antecedentis conditionis possunt sequi, & non sequi, vt sunt futura libera, quæ positis quibuscunque conditionibus ex vi solius libertatis causæ, possunt sequi, & non sequi.

PRIMA Sent. docet, Deum de his futuris non habere scientiam formalem, sed tantum virtuales: Nauareti apud Gonzalez disp. 41. n. 11 Fundam. hæc scientia inuoluit imperfectionem, quia aliàs Deus dependeret à conditione ponendâ, vt suum conferret auxilium: & illud iudicium, quod ex se est practicum, & non sortitur effectum, est imperfectum: talis est cognitio conditionata: ergo. Vnde quando Deus hæc futura prædicat, prædictio non refertur ad futura in se ipsis, aliàs non esset infallibilis, quia hæc nunquam erunt; sed ad res alias ex proportionè conformes, quæ infallibiliter eueniunt positis iisdem conditionibus.

SECUNDA negat, omnem scientiam conditionalem esse certam & infallibilem in Deo; dat tantum probabilem, & coniecturalem: Gabrera 3. p. qu. 1. ars. 3. disp. 1. §. 22. dicto 2. & 3. Nazary 1. p. q. 14. art. 13. controu. 1. docentis, Futura conditionalia ante decretum Dei habere moralem tantum ac probabilem certitudinem, fundatam in præseni dispositione causæ liberæ; & vt sic ea sæpe cognosci à Deo, & prædici à Prophetis, quæ non sortiuntur effectum; vt à Ionâ 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. Post decretum verò Dei eam scientiam docet, habere certitudinem infallibilem ex vi decreti antecedentis determinationem creaturæ. Scientiam conditionalium primo modo acceptam, ait pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ; 2. modo, ad scientiam liberam, quæ subdiuiditur in scientiam visionis futurorum absolutorum & conditionalium. Prob. 1. Pr. 1. hæc futura non cognoscuntur in se ipsis, cum in se ipsis nunquam futura sint; igitur neque tunc cognosci, nisi ex vi illationis: at non omnia: quia non omnia infallibiliter consequuntur ex vi antecedentis conditionis: igitur non omnis scientia conditionalium in Deo certa est & infallibilis. Confir. veritas propositionis conditionalis tota consistit in bonitate consequentiæ: ergo ea tantum, est vera, cuius consequens infallibilem connexionem habet cum antecedente: at non omnia futura libera infallibilem connexionem habent cum antecedentibus causis & conditionibus. Antec. prob. propositio conditionalis nihil ponit in esse, sed solum enunciat consecutionem vnus ab alio (vnde teste S. Tho. Opus. 38. omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa impossibilis) quia futura libera, adhuc positis omnibus ad agendum prærequisitis, ex intrinsecâ libertate causæ possunt non euenire. Prob. 2. semper hæc futura in scripturis prædicuntur cum particula dubitatiuâ Fortè, 3. hanc

plicat illum non fore. Vnde licet in nobis maneat potestas antecedens ad producendum, vel non producendum; quia hæc ex tali suppositione non mutatur intrinsecè & antecedenter, non tamen manet potestas consequens ad non ponendum actu, quod semel ex suppositione ponitur futurum; alioqui maneret in nobis potestas ad contradictoria actu simul potenda: hæc tamen necessitas, quia est ex suppositione libera nostræ determinationis futuræ, non magis officit libertati, quam suppositio de præterito: etenim ea tantum suppositio officit libertati, quæ independens à nostra voluntate, est causa actus. Igitur maior conced. de potestate consequente, quæ fundatur in suppositione liberæ nostræ determinationis. Ad prob. concedo, Dei scientiam frustrari non posse, non ex aliqua necessitate antecedente, quæ sola tollit libertatem; sed ex necessitate consequente, quæ non lædit libertatem, sed supponit. Vnde scientia Dei de futuris contingentibus dici consuevit necessaria necessitate consequentiæ; qui ex ea necessariò inferunt futurum effectus, vt à posteriori, & signo infallibili; non necessaria necessitate consequentis; quia non est antecedens & causa effectus futuri.

Ad confir. uult, antec. non est in nostra potestate, vt quod Deus scit in sensu composito, non sciat, concedo; sic enim inuoluit suppositionem futuram nostræ voluntatis, qua posita non minus non est in nostra potestate consequente, eam tollere, quam in nostra potestate sit, tollere scientiam, quam Deus habet de illa, quia hæc necessariò consequitur ad illam. Est autem in nostra potestate, vt quod Deus scit, potuerit in sensu diuiso non scire. Etenim non minus in nostra potestate est, vt quod Deus ab æterno sciuit, aliter ex eadem æternitate sciuerit, quam in nostra potestate sit, vt quod ponitur ex suppositione futurum, aliud poni potuerit ex suppositione futurum. Iam quod hoc potius ponatur, quam aliud ex suppositione futurum, pendet ex liberâ nostrâ voluntate, quæ ad hoc potius, quam ad aliud liberè se sit applicatura. Vnde absolute dici non potest, in nobis esse potestatem frustrandi scientiam Dei, quia potestas frustrandi scientiam Dei, est posse facere, vt quod Deus de facto sciuit, aliter eueniat, quam ab æterno sciuit, quod implicat. Nam quamuis in nobis sit potestas, vt quod de facto Deus sciuit, potuerit non scire; non est tamen potestas, vt ex suppositione quod sciuit, possit aliter scire.

Obijciens: potest à necessitate consequente ex suppositione effectus futuri, adhuc in nostrâ voluntate manet potestas antecedens non ponendi effectum: igitur in voluntate nostra est potestas frustrandi scientiam Dei. Resp. neg. conseq. potestas frustrandi scientiam Dei, non est potestas antecedens, sed consequens, quæ, factâ suppositione futuritionis, non manet in nostrâ voluntate: siue est potestas actu tollendi eius obiectum: nam scientia Dei fundatur in effectu prout est in se ipso extra causam, non in causa: hæc autem non est potestas antecedens, que solum potest, non est actu sublatura effectum futurum.

Dices: si in nobis esset potestas antecedens faciendi, vt quod Deus ab æterno sciuit, aliter sciuerit, esset potentia ad præteritum, quod implicat. Resp. esse potentiam ad præteritum, quando præteritum pendet ex futuro: secus quando non pendet: quia verò scientia æterna Dei, quoad extrinsecam terminationem pendet à liberâ futuritione effectus, potest ad illam esse potentia, non sensu composito, sed diuiso.

152. Ad argu. Ad prob.

Necessitas consequentiæ

153. Ad conf. Sensus compositus.

Diuisus.

Potestas frustrandi scientiam Dei nulla.

154.

Resp.

155.

Resp.

156. Celeberè controuersia inter Theol. recent.

157. Scientiam virtuales dicit.

158.

Negant omnem.

Confir.

Pr. 2.

Fortè, 3. hanc

g. hanc scientiam negant Prosper Epist. ad August. ante libr. de prædest. & ipse cit. lib. cap. 14. uterque. n. contra Massii. negit Deum vel damnare paruulos sine Baptismo dec. dentes, propter peccata, quæ patraturi fuissent si superuixissent; vel saluos facere eos, qui cum Baptismo decedunt, propter bona opera sub conditione præiis: quia hæc futura non sunt futura: Deus autem inquit August. hoc sciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat.

161.

Affirmant  
formalem.

**TERTIA** sent. affirmat, hanc scientiam esse in Deo certam & infallibilem, formalem & non tantum virtualem. Hanc aded certam iudicat Zumel 1. p. q. 14. art. 13. dub. 8. concl. 1. ut oppositum non sentiat tutum: unanimi consensu tradunt Patres Societ. Iesu, qua primus usus fuit Fonseca lib. 6. Me. zaph. cap. 2. q. 4. sect. 8. 9. & 10. ipso ibid. test. postea secuti sunt Molina 1. p. q. cir. disp. 17. mit. & lib. 4. de gratia & lib. arb. cap. 19. siue: Vileantia pun. § 9. Sequitur nunc 2. qu. ad 2. Vasquez disp. 67. Suarez lib. 2. de scientia Dei, & 10. 1. de gratia, prolog. 2. Henric. de fine hom. cap. 4. Lessius Opusc. de gra. cap. 19. Arrub. disp. 44. cap. 3. Albertin. Princip. 4. Philos. Carol. 3. Becan. 1. p. cap. 10. q. 3. & insigniores Thomistæ, qui quamuis discrepent in modo, conueniunt tamen in certitudine & infallibilitate huius scientiæ: Sotus lib. 3. Summ. cap. 8. lect. 3. Zumel cit. Alvarez lib. 2. de Auxil. d. sp. 7. Gonzalez disp. 44. sect. 2. Machin. d. sp. 33. sect. 2. ex S. Tho. 3. p. q. 1. art. 5. ad 2. vbi cum August. docet, non omnibus iis, quos Deus præiudic credituros, si apud eos facta fuissent miracula, subuenire voluisse: & art. 6. vbi asserit, eo tempore Deum carnem sumere voluisse, quo suum beneficium gratum futurum sciuit, scientia conditionata. ex Scoto in 1. disp. 41. §. Sed contra vbi cum sibi obiecit, merita, aut demerita sub conditione præiudic, esse causam, cur vnus puer moriatur cum Baptismo, alius sine Baptismo: non negat Deum hæc merita, aut demerita sub conditione futura præiudicare, sed solum negat Deum propter talia merita moueri ad præiudicandos homines: ergo scientiam condition. admittit in Deo.

Colligitur  
ex S. Th.

ex Scoto.

162.

Concl. de  
fide:

**DICO 1.** Deus cognoscit futura conditionalia: Conclusio simpliciter asserita est de fide, cum sit aperte reuelata 1. Reg. 23. consulenti Dauidi Dominum, an eo manente Ceilæ, descensus esset Saul ad ipsum capiendum: & an Ceilæ ipsum tradituri essent in manus Saulis: Respondit Dominus: *descendet, iradent*, quæ futura non habuerunt esse; habitura fuissent, si David Ceilæ mansisset. Cognouit igitur Deus descensum Saulis in Ceilam, & traditionem Ceilitarum sub conditione. *Matth. 11. & Luca 10. Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent*; ubi Christus prædicat futuram poenitentiam Tyriorum sub conditione, si apud eos facta fuissent miracula, quæ facta sunt apud Bethsaitas: ergo cognouit poenitentiam Tyriorum sub conditione futuram, quia nequit effectus præiudici, nisi præcognoscatur. Eandem sent. probat ex August. 1. Epist. 49. q. 2. sine, vbi docet, tunc atque ijs apparere voluisse Christum, quando & quos sciebat, credituros esse in eum, & non alijs hominibus ac temporibus, quando, & quos si non omnes, saltem multos futuros esse præiudicabat, qui in ipsum non crederent. Hoc autem necessario supponit in Deo scientiam, qua præiudic eos, qui credituri non essent, si Christus eis apparuisset, Neque hunc locum retractat in lib. de prædest. & bono perseuer. cap. 9 sed solum docet non fuisse ab ipso eo loco definitum, an qui præiudicati sunt in Christum credituri, si eis Christus apparuisset,

Augustini  
locus.

credituri fuissent ex se ipsis, an ex dono Dei: quid enim est veritas, inquit, quam præfuisse Christum, qui & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? sed verum prædicato sibi Christum à se ipsis habituri essent fidem an Deo donante sumpturi, tunc necessarium non putauit. Vbi de nouo confirmat quod de hac scientia docuerat; quod vltèrius approbat exemplo Tyrior. *li. de bono perseuer. 2. eod. cap. & docet, Deum non iudicare mortuos de peccatis, quæ præsciuit eos perpetraturos, si superuixissent. Supponit ergo Deum habere scientiam de peccatis, quæ mortui perpetraturi essent, si superuixissent. Tertio lib. de corrept. & gratia cap. 8 Respondeant, inquit, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter & p. è uiuerent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum; utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit: nempe nihil horum nisi p. ueriffimè atque insaniffimè dicitur. Quarto lib. 1. ad simplic. qu. 2. medi. vbi vocationem congruam expricat per ordinem ad scientiam conditionatam, qua Deus nouit quando, & quomodo scit congruere, ut vocantem non respuat: Sed interest, quibus articulis temporum gratia infundatur: hoc autem supponit in Deo scientiam, quæ nouit vno tempore congruere, quod eodem alio tempore non congruit, ut possit eo tempore vocare, quo nouit congruere, ut vocantem non respuat. Nec intelligi potest de scientia absoluta; nam hæc sequitur, non antecedit propositum congruè vocandi; Augustinus autem aperte supponit hanc scientiam antecedere propositum congruè vocandi, quia ad hunc finem illam admittit, ut deseruiat propositio congruè vocandi.*

2. Locus

3. Locus  
clariffim.

163.

4. Locus

Euidenter hæc scientia colligitur ex communi illa admittatione Patrum, qua altissima Dei consilia suspiciunt, qui cum præiudicet tot homines, atque Angelos peccaturos, nihilominus voluerit illos condere: nec possent id admittati, nisi ante decretum de eorum creatione præcesserit scientia de eorum peccatis: quæ, cum absoluta esse non possit, siquidem hæc consequitur, non antecedit decretum de creatione, necessario erit conditionata. Ratione prob. scire quid vnaquæque creatura liberè operatura sit in quauis occasione posita, maxima perfectio est, & confert ad exactam prouidentiam, quam Deus habet de suis creaturis; igitur non est talis perfectio Deo neganda.

164.  
Ratior.165.  
Ratio.

**DICO 2.** Deus cognoscit omnia futura conditionalia, quæ ab omnibus & singulis creaturis rationalibus, tam existentibus, quam possibilibus sub quauis occasione constitutis, futura essent: contra Henric. qui docet, hanc scientiam non oportet extendi, ad omnia futura conditionalia, non modo quæ futura essent à creaturis possibilibus, sed quæ futura essent à creaturis existentibus: quia Deus non cognoscit hæc futura, nisi in ipso præsupponatur liberum decretum earum conditionum, ex quibus tale futurum infallibiliter sequeretur: at Deus actu libero non prædeterminat omnes causas ad omnes effectus sub conditione futuros, quia cum hic actus non conferat ad prouidentiam creaturarum, esset otiosus in Deo. Prob. 1. asser. maior perfectio in Deo est, scire omnia, quam aliqua ex futuris conditionalibus: nam quæ ratione ponitur scientia aliquorum, quia dicit perfectionem; eadem ponenda erit scientia omnium, quia maiorem dicit perfectionem. 2. potest in Deo esse scientia omnium conditionalium; nam potest per aduers. Deus habere actum prædefinitiuum circa omnia; quo posito omnia sunt actu scibilia: ergo reipsa est illa: nam ex eo, quod Deus potuit habere

166.  
Scilicet hu  
male limitat  
sur ab Hen  
ric.

Fund. Item.

167.

Prob. 1.

Concl. nostra

o x maiori

Dei perfe.

cti.

Possibili.

bere decretum conditionatum de pœnitentiâ Tyriorû, ex suppositione, quod apud eos factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt apud Iudæos, de facto illud habuit, quia facit ad maiorem amplitudinem scientiæ diuinæ: ergo, quia potuit habere decretum conditionatum circa omnia futura conditionalia, de facto illud habuit, quia facit ad maiorem amplitudinem eiusdem scientiæ diuinæ, qua non solum cognoscit, quid possibile sit; sed etiam, quid de facto futurum esset, quâuis conditione positâ.

168. *Quia Deus carnisset.*  
 Confir. Si Deus non cognosceret futuram pœnitentiâ conditionatam Tyrior. de facto careret aliquâ scientiâ, quam posset habere: igitur uti ne careat scientiâ pœnitentiæ Tyriorum, quam posset habere, de facto ponitur in Deo decretum conditionatum, ex quo talis scientia pendet; ita ne careat scientiâ omnium, simile ponendum est decretum conditionatum; nec erit otiosum, quia confert ad maiorem amplitudine scientiæ diuinæ.

169. *Dices.*  
 DICES. Hinc sequeretur, Deum non liberè, sed necessariò habere decretum conditionatum circa omnia conditionalia: quia sicut non potest Deus non habere talem scientiam, ita nec decretum, ex quo scibilitas ipsius obiecti pendet. Resp. eâ sent. positâ, sequelam coherentem concedit Gonzalez. In nostrâ, absolutè neganda: ut. n. hæc futura à Deo cognoscantur non est necessarium aliquod decretum absolutum in Deo actu existens, sed sufficit, ut infra, conditionatum, obiectiue tantum apprehensum. Confir. Maior perfectio est, cognoscere non solum quod actu scibile est, sed etiam quod potest esse scibile: Ergo maior erit Dei perfectio, si non solum cognoscat possible, quæ independentè à quocunque libero decreto Dei sunt actu scibilia, sed etiam conditionata, quæ sunt actu scibilia, vel per decretum absolutum in sent. Thomist. vel per conditionatum obiectiue apprehensum id sent. N. Societatis. Vergebis. Deus non necessariò habet decretum absolutum circa omnes creaturas; ergo nec conditionatum circa easdem. Quia non minus ex decreto absoluto futura absoluta sunt determinatè cognoscibilia, quàm in dictâ sent. ex decreto conditionato futura conditionata sunt determinatè cognoscibilia.

170. *Verget.*  
 Resp. neg. conseq. quia futurum absolutum non addit inteuctui diuino nouam rationem cognoscendi supra futurum conditionatum; nam id quod cognoscit sub conditione futurum, purificatâ conditione, cognoscit absolutè futurum: futurum verò conditionatum, addit nouam rationem cognoscendi supra possibile; quia addit determinationem ad vnum, quam non dicit possibile; quia possibile est indifferens ad vtrumque. Vnde ad prob. conseq. dist. conseq. ex decreto absoluto sunt futura absoluta, determinatè cognoscibilia ex nouâ ratione cognoscendi, nego; sunt determinatè cognoscibilia, ex eadem ratione, extrinsecè tantum diuersâ, per solam connotationem rei in se ipsa existentis, concedo. Infertur, Deum non modò cognoscere futura conditionata, quæ ex quâuis conditione possibili, sed etiam quæ secutura essent ex quâuis conditione impossibili: velut si Iudas fuisset Lucifer, vel Lucifer Iudas, quid cum ipsidem auxilijs, vel alijs vocati fecissent? cum eadem sit de impossibilibus ac de possibilibus futuris conditionatis ratio, ut videlicet Deus sit omnium scibillum sciens, nihilque omninò fingi possit, de quo interrogatus, respondere possit, nescio: uan ad infinitam perfectionem ipsius spectet, rationem reddere posse, de omni eo, quod ex quacunque conditione, etiam impossibili secuturum esset. Sunt

171. *Coroll. 17.*  
 De Deo. Tom. I.

autem conditiones impossibiles, aliæ necessariæ, *Conditiones impossibiles duplices generis.* ex quibus una tantum pars contradictionis nata esset sequi, ut si spiritus S. non procederet à filio, non distinctum iri à filio: aliæ contingentes, ex quibus vi antecedentis conditionis utraque pars contradictionis sequi posset; vi tamen libertatis, quæ sub tali conditione impossibili concipitur, vna tantum pars sequeretur; ut ex suppositione quod Petrus fuisset Michael, vel restitisset, vel non restitisset Lucifero. Vtrosque effectus cognoscit Deus, priores independentè à quocunque libero suo decreto, etiam conditionato obiectiue tantum apprehenso, cum tales effectus necessariò sequantur ex vi conditionis antecedentis: Posteriores autem dependent tum à libero suo decreto conditionato obiectiue connectente suum auxilium & concursum cum liberâ voluntate Petri, sub conditione quod esset Michael; tum à liberâ voluntate eiusdem, ex eadem suppositione, quod esset Michael. Hæc enim conditionata, cum nequeant sciri vi solius scientiæ simplicis intelligi, vi cuius non cognoscitur hoc vel illud determinatè futurum, sed utrumlibet, hoc aut illud; sciri debent vi alterius scientiæ, quæ alia non est, quàm quæ Deus cognoscit ea omnia, quæ ex quacunque conditione apprehensa, vi libertatis creatæ, sequerentur. Ex eodem principio infertur, Deum cognoscere quid ipse sub tali conditione impossibili positâ, voliturus, aut facturus esset. Vnde ad fundam. Henriq. Resp. neg. maior. & eâ concessa, neg. minor, eiusque prob. nam tale decretum, conferret ad maiorem perfectionem scientiæ diuinæ.

172. *Scientia conditio est formaliter in Deo.*  
 DICO 3. Scientia conditionalium non est virtualiter, sed formaliter in Deo. Fundam. non est virtualis, sed formalis expressio obiecti; quia representat futura conditionalia immediatè in se ipsis; cum in se ipsis immediatè sint cognoscibilia. Confir. cognitio virtualis non est cognitio obiecti id se ipso, sed in alio; sicut amor virtualis, non est amor rei in se ipsa, sed in alio: ergo si scientia conditionata esset tantum virtualis in Deo, conditionalia in se ipsis manerent ignota Deo: ergo cum Deus ea reuelat, non reuelaret in se; quia non reuelat, nisi prout cognoscit, cum reuelatio sit manifestatio conceptus interni. DICES potest Deus amare res virtualiter: ergo poterit eas cognoscere virtualiter. Resp. neg. conseq. quia Deus liberè amat res; at non liberè eas cognoscit: vnde potest eas virtualiter amare, quia potest eas amare tantum in alio formaliter dilecto, ut media in fine, vel finem in medio; non potest rem in se ipsa cognoscibilem, in alio tantum cognoscere: quia Deus necessariò cognoscit rem omni cognoscibilitate.

173. *Dices.*  
 174. *Est certa & infallib.*  
 DICO 4. Hæc scientia est in Deo certa & infallibilis, non modò ex parte cognoscentis, sed etiam ex parte rei cognitæ. Fundam. futura conditionata habent in se certam & determinatam veritatem, ut infra. Prob. 2. maxima esset imperfectio admittere in scientiâ diuinâ incertitudinem & fallibilitatem etiam ex parte obiecti; nam fieri posset, ut obiectum aliter esset in se, ac à Deo cognoscitur & enunciatur. Et sequeretur, Deum non habere medium infallibile ad omne decretum quod circa creaturas condere posset: nam ut possit Deus condere decretum absolutum de e aliquâ dependente à libertate creatâ, oportet ut habeat medium infallibile, quo suum decretum salua libertate creaturæ infallibiliter sit exequendum; quod in hîc sent. dici non potest, in quâ supponitur Deum non habere ante suum decretum infallibilem scientiam de quacunque re, dependente à libertate creatâ. Néc

Nec dici potest effectū prædici ex præterite inclinatione causæ: tum quia sæpe Deus prædicit effectus futuro; contra præsentem inclinationem causæ, ut fuit pœnitentia Tyriorū, qui, ut notat Hierony. erant vitio Idololatriæ dediti, ac proinde spectata præteriti dispositione causæ, potius prædici debebat futurus dissensus, quā consensus in actum pœnitentiæ. Tum quia aliquando huiusmodi futura prædicuntur cū particula, *Certissime*. 3. Reg. 11. verisimile autē non est. Deum vti nota certissima in re incerta & dubia. Tum quia interdum effectus, qui prædicuntur, nullā connexionē habet cum causis secundis, 4. Reg. 13. *Si percussisses*, inquit Eliazus Iors Regi Israel, *quinq̄ies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usque ad consumpcionem*, ubi quinta percussio terræ, nullam connexionē habet at cum deuastatione Syriæ.

175.

Deus dependet à pura conditione.

Ad 1. Antiqua, prima sententia nego ante ad. 1. prob. dist. antec. de pœnitentiis Deus à conditione liberè ponenda, ut à causâ motiua conferendi auxiliū, nego; ut à purâ conditione obiectiua, ut tale auxiliū posset à Deo prædesini, ut mediū infallibile prædestinationis, concedo. Ad 2. prob. 1. neg. minor. est enim sciētia conditionata purè speculatiua, ratione præcedens omnem actū practicū in Deo. 2. neg. maior. nā Deus habet practicū iudiciū de omnibus agibilibus, & tamen nulla est imperfectio, quod illa non producat; quia vel practicū iudiciū præcedit actum voluntatis, & sic natura sua non petit fortiri effectū, nisi dependenter à voluntate: vel supponit voluntatē, & hæc aut est absoluta, & tale iudiciū seorsum fortitur effectū: aut conditionata, & hæc nō semper fortitur effectum; non defectu efficacitatis diuinæ voluntatis, sed libertatis, quæ effectū decernit cū tali conditione. Ad 1. argu. secundæ nego antec. ut enim aliquid possit à Deo cognosci, nō est necesse ut sit absolutè futurū, ut infra. Ad cōfirm. dico, dupliciter enunciari posse veritatem horū futurorū: 1. per modū propositionis hypotheticæ, & sic eorum veritas consistit in bonitate illationis formalis; unde ea dicitur vera, cuius consequens necessariò infertur ex antecedente; ea falsa, cuius consequens nō necessariò infertur ex antecedente. 2. per modum propositionis categoricæ, cuius veritas attenditur penes connexionē, quā consequens de facto habet cū antecedente: quo pacto ea propositio dicitur vera, quæ conformatur suo significato; ea falsa, quæ non conformatur. Porro futura conditionata non cognoscuntur à Deo ex vi illationis consequentis ab antecedente, sed in se ipsis; atq; adeo cognoscuntur eū cōnexionē cōsequētis cū antecedente, nō ex vi talis cōnexionis, sed ex vi proprii esse, quod de facto habitura essēt extra causas, si cōditiones, à quibus pendent, ponerentur. Ad 2. nego, particulā *Fortè* semper esse notā dubitantis, sed vel libertatis & contingentiæ, quā res liberè fieret, si conditio poneretur, ut notat Hieron. in Ier. 26. vel increpantis, ut testatur August. *Tract. 27. in Ioan. vel consuetæ cuiusdā locutionis*, ut aduertit Ambros. lib. 2. de pœnit. cap. 5. quod inde probat, quia interdū talis nota ponitur in rebus certissimis, ut Ioan. 8. *Si me sciretis, & Patrem meum, forsitan sciretis*. Ad 3. cum iam certum sit de mente August. ut supra, atq; adeo & Prosperi, dic. hos authores nō negasse scientiā conditionatorum simpliciter, sed in sensu duntaxat, quo illā ab utebantur Massilienses; nempe quatenus illa deseruaret Deo ad præmiandum, vel puniendum eos, qui ex hac vitâ decedebant, ob merita, vel demerita sub conditione præuisi; atq; hoc sensu docet August. Deum non præscire, nisi quod futurum est, nempe scientiā visionis: quia hæc sola deseruit ad meritum, vel demeritum ad præmiandū bonos, vel puniendum malos: 2. hæc

Ad 2.

Ad 3.

tantum dici potest præscientia, quæ, ut nomen indicat, antecessionem importat ad rem scitam: cum autem futura conditionata, nunquam sit habitura esse, nequit scientia de illis in Scholastico rigore nuncupari præscientia, quæ importat respectum antecessionis ad rem aliquando futuram.

## SECTIO XII.

*An futura conditionata Deus cognoscat ante vllum decretum suæ voluntatis?*

Hic est cardo controuersiæ inter nos, & recentiores Thomistas, quod ipsi contendunt, futura conditionata cognosci non posse ante liberum decretum Dei, in ipso existens. Distinguunt autem decretum in Deo, alterum absolutum tam ex parte actus, quàm ex parte obiecti, quale est omne decretum, quo Deus decernit res absolutè futuras; alterum absolutum quidem ex parte actus, conditionatum verò ex parte obiecti, propter aliquam conditionem inclusam ex parte obiecti: ut decretum de concurrente ad actum pœnitentiæ cum Tyrijs, est absolutum ex parte actus, quia Deus actu habet in se tale decretum; conditionatum verò ex parte obiecti, quia ex parte obiecti includit conditionem, re ipsa nunquam ponendam, nempe si apud eos facta essent miracula, quæ facta sunt apud Iudæos. Docent igitur, nullum futurum conditionatum cognosci posse, nisi præsupposito in Deo decreto prædefiniente tale futurum, sub aliqua conditione inclusa ex parte obiecti. Nos contra contendimus, hæc futura cognosci ante vllum decretum prædefinitiuum actu positum in Deo, quamuis non sine respectu ad decretum, quod in Deo esset, si talis conditio, respectu cuius res dicitur conditionatè futura, poneretur.

Probant illi suam sententiam ex August. cit. Epist. Prosperi sine, qui interrogatus, an scientia conditionata subniteretur electioni Dei; an contra, electio Dei subniteretur scientiæ conditionatæ, ut Massilienses volebant, Respondet de prædest. Sanct. cap. 10. decretum prædestinationis præcedere scientiam futurorum: *Prædestinatione quippe Deus ea præscit, quæ fuerat ipse facturus*. Et lib. de bono perseu. cap. 17. hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, non præsciuntur a Deo. 2. lib. 1. de anima & eius orig. negat, Deum futura conditionata cognoscere: *quid quod ipsa exinanitur præscientia, si quod præscitur, non erit? quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? at non negat ea præsciri post decretum, ut docet de prædestin. & de bono perseu. cap. 9. igitur ea tantum negat præsciri ante decretum*. 3. ibid. monet, id quod alibi à se dictum fuit, Christum præiudicasse, qui essent in ipsum credituri, dictum esse sine præiudicio latentis consilij Dei: at nullum esset latens consilium Dei, si id præsciret ante decretum suæ voluntatis; quia tunc, cur vnus crederet, alter non crederet, non reduceretur in aliquod latens consilium Dei, sed in nostrum velle, & nolle: unde non esset hæc quæstio ex Apostoli admiratione imperscrutabilis. 4. lib. de correptione. cap. 12. docet, media, quæ Deus præparat, ut suam adimpleat promissionem, non habere efficaciam ex nostro consensu, ut à Deo præuiso; sed ex proposito suæ voluntatis, quod ex se potens est facere, quod promittit.

Probant. 2. ex absurdis; 1. posita conditionata scientiâ ante decretum, tolleretur specialis prouidentia Dei circa hominū gubernationem ad finē supernat. nam si Deus præscit, quod si Petrus vocatus cum solis auxilijs communibus gratiæ saluaretur, posset hic de facto, saluari cum solis auxilijs communibus gratiæ,

176.

Nodus dist. cull.

Sententia Thomiste

180.

Probant 1.

2.

4.

181.

Pr. 2. Sicut sens. ex ab. sur. 1.

gratiæ,

gratia: atq; ad eò ad salutem cū effectu consequendam necessaria non esset specialis prouidentia intra ordinem gratiæ. quia quod sufficit, vt aliquid sit futurum sub conditione, sufficit etiam, vt sit futurum absolute, si conditio ponatur: igitur si sola auxilia cōmunia sufficiunt, vt aliquis præuideatur salutem consecuturus sub conditione, eadem etiā sufficient, vt idem præuideatur salutem cum effectu consecuturus, si conditio ponatur; ùm nō alia sit causa effectus absolute, & sub conditione futuri. Confir. salus æterna pendet à diuinā prædestinatione, vt à causā per se requisita: implicat igitur, præuideri salutem æternam, etiam sub conditione futuram sine prædestinatione præsupposita: quia implicat videri effectum, sub conditione futurum, sine causā per se requisita ad illum cauandum. 2. admissa tali scientia, sequitur, bonum vsū nostræ voluntatis, sub cōditione præuisum, esse Deo rationem motiuam, vt vnum eligat præ alio. tum quia posito, quòd Petrus sub conditione sit præuisus cum solis auxilijs cōmuniibus crediturus, vis illi inferretur, si non eligeretur: igitur consensus Petri sub conditione præuisus est Deo motiuum, vt illū eligat ad fidem, ita vt illi vim inferret, si non eligeret. Tum quia, vt deducit August. lib. de prædest. cap. 18. Si Deus ante decretū suū cognouit, qui essent in ipsū credituri, qui verò non; non posset aut credituros nō eligere, aut non credituros eligere. 3. vocatio congrua vt sic nō antecederet vt causā liberū consensū nostrum, quo Deo vocanti respondemus (alioqui ad eam cognoscendā non esset necessaria scientia mediā) id autem dici non potest; quia vocatio congrua est necessaria vt Deo vocanti respōdeamus: sed gratia præueniēs, quæ ad id ipsum necessaria est, antecedit consensum nostrū sub conditione futuri: nam eadem est causa futuri conditionati quæ absolute: sed causā consensus absolute futuri est gratia congrua, quatenus cōgrua; ita August. lib. 1. ad Simplic. q. 2. *Hæc vocatio ita est effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eam vocatus sequatur.* 4. prius aliquid esset futurū, quàm possibile: nā vocatio cōgrua prius est futura per ordinem ad consensū sub conditione præuisū, quàm fuerit possibile: alioqui, si prius esset possibile, quàm futura, Deus in illā vt possibile per scientiā simplicis intelligentiæ infallibiliter cognosceret consensū liberū: nec necessaria esset scientia mediā, quæ eatenus necessaria est, quatenus non potest Deus cognoscere infallibiliter consensū liberū in medio possibili. At futurū, id eò est futurū, quia est possibile: ergo prius aliquid est possibile, quàm futurū. 5. Deus cœco modo concurreret ad actus liberos, abiq; intentione illorū in particulari; concurreret. n. per voluntatē, quā paratus est concurrere, si creatura voluerit concurrere; ergo concurreret ignorando id, ad quod determinatē cōcurreret. Quia ante hanc voluntatē nō præsupponitur effectus in particulari cognitus; nam hic cognoscitur per scientiā mediā, quæ supponit voluntatē concurrendi: igitur per hanc voluntatē concurreret ignorando effectum, ad quem daturus est suū concursū. 6. hæc sent. noua est, & ad conciliandā cōgruitatem diuinæ gratiæ, cū vsu nostræ libertatis, minimē necessaria: tū quia nulla Concilia, vel Patres ea vsū sunt ad explicandā concordia liberij arbitrij, cum efficacitate diuinæ gratiæ, cum tamen rectē illam sine tali scientiā contra hæreticos explicant. Tum quia non est vera concordia ductū quæ destruit alterū illorū. sed per hanc scientiā destruitur congruitas gratiæ præuenientis & causauitatis diuinæ prædestinationis: quia antecedenter ad ea nostri consensus supernaturalis sunt determinatē futuri; nam id eò per scientiā cognoscuntur, quia sunt

Amicus Tom. 1. de Deo.

determinatē futuri: sed antecedenter ad hanc scientiā nulla gratia est congrua, nulla prædestinatio in Deo exiens: ergo.

Prōbant. 3. suam sent. ex falsis principijs, quæ nostra sent. videtur supponere: scilicet conuersionē supernat. fieri posse sine speciali gratia, etiā in genere moris: nulla. n. admittitur gratia specialis, nisi præsuppositā scientiā mediā, & tamen per hanc ipsā præuidetur, ex gr. Petrus conuertendus sub conditione: igitur fieri posset conuersio supernat. sine speciali gratiā, si crearetur Petrus cū eo auxilio, cum quo per scientiā mediā præuisus est sub conditione conuertendus. 2. quòd nos electuri essemus Christū, per fidem, etiam si Christus nō elegisset nos, contra illud Ioan. 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* scilicet scientia mediā est necessaria, vt Deus eligat nos ad fidē, sed supponit nos credituros, si tali vel tali tempore vocemur: ergo antequā Christus eligat nos; nos supponimur elegisse Christū. 3. Deus non concurreret ad actus supernat liberos, voluntate absolute, sed conditionata, qua paratus est concurrere, si creatura concurrat: hoc autem dici non potest, alioqui talis voluntas esset in Deo ab intrinseco necessaria; nec posset oppositā habere, quia implicat Deū non concurrere, si creatura concurrat. Nec dici potest, talis voluntas necessaria ex suppositione, quòd creaturā producat: tū quia adhuc, nulla producta creatura, talis voluntas, quā Deus paratus est concurrere cū creaturā sub quauis conditione, esset necessaria ex objecto; siquidem implicat, Deum non concurrere cū creaturā, si ipsa concurreret. Tū quia, etiā producta creatura, Deus habet libertā voluntatē nō concurrendi cum illa. Confir. non aliter Deus concurreret cū Petro consentiente, quàm cū Iuda dissentiente; & sicut in Iuda non operatur, nisi sufficientiā, qua posset, si vellet, liberē consentire, nō cōsensū, ita & in Petro: Deus sc. equaliter vtriq; quantū est ex se, per voluntatē conditionata præparauit, concursū, quo concurreret, si illi vellet cōsentire: igitur non aliter concurreret, cū vno consentiente, quàm cū altero dissentiente. nā vel Deus aliter concurreret cū vno, quàm cū alio antecedenter ad liberū consensū, vel concomitanter vel subsequenter. Si 1. Deus nō voluntate conditionata, sed absolute cōcurreret cū vno, quā nō concurreret cū alio. Si 2. tale discrimē nō esset in ratione causæ: nam quæ se habent concomitanter, non se habent vt causa & causatū. idem à fortiori sequitur, si dicatur tertium. 4. voluntas diuinā nō determinaretur à se ipsa, sed à creatura ad concurrēdū cū creatura; expectaret creatā, vt cū illa concurrat. At hoc dici non potest: tū quia, si hoc esset, neq; de potentia absolute, posset Deus suspendere actualē concursū, nā ab actuali determinatione creaturæ, sumitur actualis determinatio Dei ad cōcurrēdū: igitur nō pendet ex voluntate Dei, quod subtrahat suū concursū: sed ex voluntate creaturæ, quā inchoante consensū, impossibile est, Deum non concurrere; vnde prima radix determinationis diuinæ voluntatis esset ab ipsa determinatione voluntatis creatæ. Iū quia implicat, vt effectus causæ sit eidē causæ conditio, ad cauandū requisita: sed determinatio voluntatis creatæ, est effectus diuinæ, igitur nō potest illi esse conditio requisita ad concurrēdū cū voluntate creatæ, cū omnis conditio præsupponat debeat ad suum effectum. 5. Deus salua arbitrij libertate saluare nō posset, nisi quem præuideret consenturum; hoc autem dici non potest; alioqui multi essent, quos Deus saluare non posset, etiam si vellet, contra August. in Enchi. cap. 98. *Quis, inquit, ita desipiat, vt dicat Deum quem voluerit, quando, & ubi voluerit, non posse saluare:* 6. prima radix

Confir.

182. Absurdū 2.

183. Absurdū 3.

184. Absurdū 4.

185. Absurdū 5.

186. Absurdū 6.

187. Probant ex falsis sup. par. 1.

188. Suppo. 2.

189. Suppo. 3.

Confir.

190. Suppo. 4.

191. Suppo. 5.

192. Suppo. 6.

radix, quod vnus discernatur ab alio, esset ex nobis, contra Apost. 1. ad Corin. 1. *Qui gloriatur in Domino gloriatur.* Nam scientia media supponit, quod quo auxilio vnus non consentit, consentiat alter. Nec dicas, hanc primam radicem esse à Deo, qui suâ liberâ voluntate mihi præparat auxilium, quo præuidit me consenturum, non autem auxilium, quo præuidit me non consenturum: tum quia saltem loquendo de modo concurrenti Dei, quem scientia media præsupponit, si ille poneretur in esse, dicendum esset, quod eo auxilio creatura esset consentura, cum quo præuisa est per scientiam conditionatam consenturatur; adeo non in Deo, sed in se ipsa deberet gloriari; quod etiam repugnat, sc. vt in actibus supernat. ita creatura operetur, vt in se ipsa & non in Domino possit gloriari. Tum quia si Deus mihi præparat auxilium congruum, idco mihi præparat, vt consentiam; igitur talis voluntas est absoluta, & efficax, cum sit ex intentione finis: sed talis voluntas est antecedens, & causa consensus; ergo non stat cum voluntate conditionata, quæ expectat liberam determinationem nostram, quam scientia media necessariò supponit. 7. ex parte Dei nil amplius requireretur, vt homo actu operetur, ac vt possit bonum operari: alioqui antecedenter ad nostrum consensum sub conditione præuisum certo cognosceretur effectus futurus. At id est contra Patres Concilij Mileuit. asserentes, necessariâ esse orationem; quæ tamen necessaria non esset, si nihil tribueretur vni, quod non tribuatur alteri. Neq; dicas, necessariâ esse orationem, vt Deus vocet ea vocatione, qua præuidit nos responsuros: tum quia hic loquimur de oratione, vt medio ex diuina prouidentia ordinato vt ex ea possit pendere aliquando conuersio huius, vel illius creaturæ: qua Dei prouidentia posita non esset, neq; sub conditione futura conuersio vnus, sine oratione alterius: Tum quia, si in præscientia nõ esset dependentia nostri futuri consensus ab oratione neq; ea esset re ipsa in consecutione; nam eadem est dependentia à medio requisito in præscientia, & in executione; aliâs præscientia esset falsa. 8. quæ Deus promittit circa conuersionem gentium, adimplere non posset ex facultate suæ omnipotentia, sed ex præscientia nostri futuri consensus: & consequenter, vt Deus sua promissa adimpleat, non in Dei, sed in nostra esse potestate: nam nisi Deus præuidisset, quibus auxilijs homines essent conuertendi, non potuisset ex tota omnipotentia, & virtute auxiliorum gratia, talem promissionem adimplere. Hoc admitti non potest per. *August. de prædest. cap. 10.*

Probant. 4. Nullus effectus transire potest à statu purè possibilis, ad statum futuri, etiâ sub conditione, nisi per determinationem actu existentem in Deo: ergo nullus effectus cognosci potest, vt futurus, ante actuale decretum Dei. nã ante decretum nullus effectus habet esse futurum; ergo nec cognoscibilitatē futuri. Antec. prob. diuina voluntas ex se indifferens est ad fore, vel non fore; ergo manente hac indifferetia, effectus non magis habet rationem futuri, quàm non futuri. *Confirm.* nullus effectus potest esse futurus, nisi virtute alicuius causæ; ergo maximè virtute causæ. vi cuius omnis causæ est operatiua, & sine qua nulla à operari potest: seclusa autē determinatione diuinæ voluntatis, nullus effectus potest esse futurus vi causæ 1. quæ non operatur ad extra, nisi per determinationem suæ voluntatis. 2. Aliter causa primâ comparatur ad futurum conditionatum, quàm ad purum possibile; igitur per maiorem determinationem: hæc autem alia esse non potest, quàm decretum Dei, quo futurum formaliter differt à possibili, & quo voluntas ipsa diuina, ex indifferente ad fore & nõ fore

fit formaliter determinata ad fore. 3. non potest explicari, quid sit hoc esse, quod futurum conditionatum habet ante decretum Dei, ratione cuius possit fundare distinctâ veritatē à possibili, & actu terminare distinctâ scientiâ in Deo. cum, n. hoc non sit extitutum extra causas, non videtur explicabile, in quo illud cognosci possit, si non cognoscatur in decreto Dei, Interunt 1. Deum habere actualia decreta circa omnia futura conditionata: 2. nõ dari in Deo scientiâ quæ sit media inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Primò probant: diuinus intellectus debet esse determinatus circa omnia futura conditionata (magna. n. esset imperfectio in Deo, si suspensus maneret circa aliqua) nequit esse, nisi etiâ voluntas sit determinata circa omnia, quia Deus nõ cognoscit illa, nisi in determinatione suæ voluntatis. Secundò: cum hæc futura Deus cognoscat, post decretum absolutum ex parte actus, conditionatum tantum ex parte obiecti; nõ poterit ea videre, nisi si scientia visionis, quæ est eorū, quæ supponit decretum in Deo.

SECVNDA sent. docet, futura conditionata à Deo cognosci ante vllū decretum suæ voluntatis actu positum. Prob. 1. tum ijs scripturis, quibus prædicuntur futura conditionata peccaminosa; nã hæc nequeunt prævideri in decreto prædefinitiuo, aut permissiuo, vt infra: tum ijs quibus dicitur, Deus rapere iustos ex hac vita, *ne malitia mutet intellectum eorum, Sapient. 4. breuare dies propter electos, Mat. 24. Marci 13* Ideo Deus rapit iustos, quia præuidet, quod si superuicerent, peccarent; quia igitur vult, ne peccent, ante tempus eos rapit ex hac vita. Igitur peccata, in quæ eos præuidet sub conditione casuros, nõ præuidet ex vi decreti, sed scientiæ antecedentis ad decretum: quia si ea prævideret ex vi decreti, cum hoc Deus liberè cõdat, potuisset illud non condere, & cõsequenter nõ oportuisset iustos ante tempus rapere; nam rapere iustum ante tempus, ne peccet, indicat, quod peccatum sit præuitum futura ex sola voluntate creaturæ, atq; adeo antecedenter ad decretum actu existens in Deo; non autem vi decreti dependentis ex libera voluntate Dei: nam talis modus loquendi sacræ Scripturæ indic. t. Deū hoc facere, quasi aliena, nõ propria voluntate compulsū, alioqui cur potius vellet, ante tempus iustum rapere cū iactura meritorū, quæ iustus diu viuens acquirere posset, & nõ potius, quod congruentius est, liberum decretum de permissione peccati nõ condere. *lege August. lib. de perseuer. cap. 9.* Tum ex *cit. Matth. 11. Si in Tyro & c. in quo loco Christus exprobrat incredulitatē Iudæorū, exemplo Tyriorū, qui cū iisdē signis & miraculis conuersi fuissent: sed hoc nõ potuit præuidere in aliquo decreto; nam si quod fuisset, certè fuisset de dando eodem auxilio interno ad credendum, quod de facto dedit Iudæis: atqui ex vi talis decreti nõ potuisset Deus præuidere conuersionem, sed potius incredulitatem Tyriorū, sicut in eo de facto præuidit incredulitatem Iudæorū. Nec satisfaciunt dicentes, Deū habuisse decretum de dando vberiore auxilio Tyrijs, quàm Iudæis, ex suppositione, quod apud eos facta essent signa: nã tunc facillè potuisset Iudæi Christo exprobranti obijcere, defectum vberioris auxilij, quod accepturi fuissent iisdem Tyrijs, præ quibus ipsū de incredulitate reprehenderentur.*

Prob. 2. ex *August. tum 1. ad Simplicium. q. 2. inis. vbi cõgruitatē vocationis explicat per ordinem ad tēporis circūstantias: Sed interest, quibus articulis temporum gratia infundatur.* Quod dixit in ordine ad cõsensum, quæ gratia in animâ causat; hoc autē supponit scientiâ, qua indepēdenter à decreto actu existente gratia præuisa est, potius vno quàm alio tempore operatiua. Nam gratia congrua per aduers. non videtur potius

193.  
Suppo. 7.194.  
Suppo. 8.195.  
Probant. 4.  
ratione.196.  
Confirm. 1.198.  
Confir. 3.199.  
Inferunt. 6.200.  
Probant. 2.200.  
Probant. 3.200.  
Vera sent.  
Pr. 1. ex sup.  
tura testi.  
monij.

201.

201.

Pr. 1. ex  
Augustin.  
ex gratiâ  
congruâ,

potius operatura vno tempore, quam alio; quia hoc habet ex natura sua independenter à quocunque extrinseco. Vnde vt videatur congrua voluntati creatæ, non est obseruanda vna potius circumstantia temporis, quam alia; cum illa omni tempore data per aduers. faciat infallibiliter facere: cum tamen *August.* clamet, multum interesse ad gratiæ congruitatem, quibus temporis articulis illa infundatur, *Tum de bono Perseu. cap. 14.* vbi inuestigans rationem, cur Tyrij credidissent, si eadem signa, quæ Iudæi viderunt, ipsi quoque vidissent, nullum assignat decretum ex parte Dei, sed solum conditione ex parte eorum, qui credituri fuissent; etsi ad decretum Prædestinationis referat, quod non sint eis talia signa concessa; *Ex quo, inquit, apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentia, quo moueantur ad fidem si congrua sua mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant.* 3. Ex reliquis Patribus dum admirantes iudicia Dei, quærun, cur Deus angelos, vel homines, quos præuidit peccaturos, condiderit in quâ quæst. scientia peccatorum præsupponitur, non subsequitur decretum Dei; alioqui non facerent vim in præscientiâ peccati, quam supponunt præcessisse decretum de creatione, sed potius in decreto de permissione peccati consequente decreto creationis. Audi *Bernard Serm. 54. in Cant. fine* *Subtrahitur interdum gratia, non pro superbia, que iam est, sed qua futura est, nisi subtrahatur.* Cognoscit igitur Deus superbiam, quæ futura esset, si gratia daretur: at non cognoscit illam ex aliquo decreto in Deo existente; nam si quod esset, esset decretum de superbiâ, quam Deus permetteret, si daret gratiam: at hoc esse non potest, quia dum subtrahit gratiam, ne subrepat superbia, non potest ex se, antecederet ad voluntatem creatam, habere decretum permittendi superbiam, dum subtrahit gratiam, ne subrepat superbia. Argumentor 4. contra aduers. ipsi admittunt gratiam efficacem ex se talem, quæ infallibiliter infert effectum: igitur potest Deus independenter à decreto in se existente, certo cognoscere consensum infallibiliter futurum, ex vi talis gratiæ, si daretur. nam a hoc fat est, cognoscere medium ex se infallibile, obiectiuè tantum coniunctum cum voluntate creatâ, neque hoc est tantum cognoscere consensum possibiliter futurum, sed etiam sub conditione futurum: nam sub alio statu cognoscitur consensus ex vi medijs in se tantum cogniti, ac cogniti vt connexi cum aliquâ voluntate sub conditione obiectiuè tantum præuisâ, ex vi talis medijs operatura. Neque ad hoc necessarium est decretum Dei actu existens, sicut nec est necessarium decretum Dei actu existens ad cognoscendam veritatem huius conditionalis: si *Petrus curruerit, moueretur*: sufficit enim infallibilis illatio consequentis ex antecedente, sub obiectiuâ tantum connectione cuius cum Petro; nam eodem modo infallibiliter infertur consensus ex gratiâ efficaci per aduers. sicut motus ex cursu Petri. Prob. 5. ex absurdis: 1. sequitur, laxi libertatem creatam: quæ in hoc essentialiter consistit, vt positis omnibus ad agendum requisitis, possit agere, & non agere: Sed posito decreto Dei sine præuiâ scientiâ effectus sub conditione futuri, non est in potestate creaturæ, talem effectum agere, vel non agere, quia decretum Dei cum sit infallibile, debet infallibiliter habere effectum, vnde habere debet medium, cum quo creatura sit infallibiliter consensura: hoc per aduers. non est medium infallibile ex præscientiâ consensus præcogniti, sub conditione futuri: igitur erit infallibile ex se: implicat autem esse infallibile ex se, infallibilitate, quam exigit decretum Dei, & non, adde. e liber-

tatem creatam: Infallibilitas. n. quam exigit decretum Dei, est talis, vt implicet oppositum: ergo etiâ medium, quod assumitur ad tale decretum exequendû, debet esse tale, vt implicet oppositum: (tantum. n. infallibilitatem habere debet medium, quod exequendum est decretum, quantum habet decretum; quod in tali medio fundatur) hoc autem medium non cohæret cum libertate creatâ; quia vel est tale, quo posito voluntas creatâ, non posset oppositum; sic destruitur libertas; vel posset oppositum Deus; sic non posset ex vi talis medijs esse certus de consensu sub conditione futuro, certitudine, quâ implicet oppositum, quia adhuc eo posito. posset creatâ voluntas oppositum facere. Sequitur 2. Deum ex se prædefinire peccata contra *Concil. Arausic. Can. 25.* Deus. n. non solum in suo decreto certo cognoscit nostros actus bonos, sed etiâ malos; non potest autem certo cognoscere actus malos. nisi illos efficaciter prædefiniret Respondent 1. Deum non præd. finire formale, sed tantum materiale peccati. Sed contra: qui vult materiale peccati, indirectè & interpretatiuè vult etiâ malitiâ inseparabiliter connexam cum materiali peccati. Nec alio modo dicitur peccare creatura, nisi quia vult talem actionem in individuo, cum qua inseparabiliter connexa est malitiâ peccati; esto directè nolit malitiâ peccati. Respondent 2. Deum non prædefinire. sed tantum permittere peccatum, negando auxilium efficacem ad bonum, in cuius negatione infallibiliter cognoscit oppositum malum; quia infallibile est creaturam deficere, nisi efficaciter ad bonum prædermineretur. Sed contra: 1. n. gato auxilio efficaci, non negatur sufficiens, vi cuius posset creatura vitare quodlibet peccatum; alioqui non saluaretur libertas in peccando: igitur in solâ negatione auxilij efficaci non potest infallibiliter præuideri peccatum. 2. talis responsio non cohæret cum suis principijs: supponit. n. nullum actum posse facere creaturam, nisi ad illum efficaciter à Deo prædeterminetur, nec futura conditionata præuideri ante decretum, quia ante decretum nulla præcedit efficacem prædeterminationem Dei ad hunc, vel illum effectum: quod posito implicat videtur peccatum in solâ negatione auxilij efficaci: nam vel est peccatum commissionis; at cum hoc consistat in actu positiuo, ad quem per aduers. est necessaria positiuâ prædeterminatio Dei, cognoscere non potest in solâ negatione auxilij efficaci: vel omissionis; & cum hoc consistat in priuatione actus debiti, cognoscere non potest in solâ negatione auxilij efficaci; quia hæc est à solo Deo, independenter à voluntate creatâ; atque adeo vt sic non potest habere rationem peccati, & consequenter neque in illa vt sic cognosci potest peccatum. Sequitur 3. non saluari auxilium sufficiens: nam vt hoc sit sufficiens, debet quantum est de se reddere subiectum proximè, & moraliter potens ad operandum præhibendo in se, quidquid per se requiritur ad actum 2. ita vt negatio actus 2. non proueniat ex defectu alicuius perfectionis, per se requisitæ ad illum; sed ex sola libertate creaturæ nolentis actu consentire, cum tamen posset, si vellet, ex vi talis gratiæ. quia libertas formaliter consistit in potentia proxima, & non tantum in remota agendi. Sequela prob. gratiæ efficaci in hac sent. physice differt à sufficiente, defectu cuius physice perfectionis, repugnat, gratiam sufficientem habere suum effectum. Prob. 6. ex falsis principijs, quibus opposita sent. nititur. 1. supponit dari actuale decretum in Deo absque vili mutatione ad extra: hoc autem implicat, vt infra. 2. dari in Deo efficacem decretum de effectu, & simul efficacem decretum de negatione causæ, siue conditionis, ex

203. Pr. 3. Patres.

Bernardus.

204. Pr. 4. Ad hominem.

205. Pr. 5. ex absurdis. 1. laeditur libertas.

206. Absurd. 2. Deus prædefiniret peccata.

Respondent 1. Contra.

207. Respondent 2.

Contra.

208. Absurdum 3. Non erit auxilium sufficiens.

209. Pr. 6. ex falsis aduersariorum principijs. 1. Suppo. 2. efficacem decretum de effectu & de negatione causæ.



quâ talis effectus pender: eff:ax decretum de pœnitentiâ Tyrrior, & simul eff:ax decretum de negatione signorum, ex quibus vt ex præuicâ causâ, vel conditione pendeat pœnitentiâ Tyrrior. At hoc inane est: nam quando effectus, & causâ pendent ab eodem agente, vt pœnitentiâ Tyrrior, & manifestatio signorum à Deo prædefiniēte, frustra tunc agens habet efficacem volitionem de vno, si habet efficacem volitionem de alio: ad quid .n. eff:ax decretum de pœnitentiâ, si efficaciter nolebat dare signa, ex quibus vt ex causâ vel conditione pendeat pœnitentiâ Tyrriorum? ad minimum enim tale decretum esset otiosum. Quin vltèriùs sequitur, per huiusmodi decreta aperte sibi Deum contradicere. Nam per vnum vellet efficaciter effectum, cum ad illũ offerat eff:ax auxilium: per aliud nollet efficaciter effectum, cum efficaciter neget conditiones ad effectum necessariò requisitas. Dices. Deseruire ad cognoscenda futura conditionata. Sed contrâ; non est cum eiusmodi imperf:ctionibus hæc scientia in Deo ponenda; sicut nec ea ponitur cum imperf:ctione incertitudinis, & fallibilitatis.

III.  
Pr. 7. ratione  
quid re ipsa futurum esset purificatâ conditione: sed purificatâ conditione necessariò futurum esset aliquid determinatè; vt patet; v. g. vel consensus vel dissensus determinatè. Maior prob. Deus infinito suo lumine penetrat totum id, quod esset, licet nunquam futurum sit; quia vt rem cognoscat, non prærequirit, vt illa existat, sed tantum vt habeat aliquam determinationem: sed posito; quod creatura re ipsa se determinaret ad consensum, si conditio poneretur, talis consensus habet determinationem, ex suppositione, quam non habebat antè; atque adeò habet aliquam cognoscibilitatem, quæ ad talem determinationem consequitur, quam antè non habebat. Confirm. 1. sicut Deus cognoscit futurum, antequam in se ipso existat: ita cognoscere potest futurum sub conditione, antequam purificetur conditio, quia purificatio conditionis, supponit id, quod erat futurum sub conditione: ergo illud poterat cognosci ante purificatam conditionem. Neque hoc est cognoscere futurum in causâ, sed in se ipso; non absolutè, sed sub conditione; quia cognoscitur effectus, ad quem causâ re ipsa sese determinaret, si poneretur conditio. Neque ad hoc requiritur decretum Dei actu existens, sed sufficit decretum conditionatum tam ex parte actus, quàm ex parte obiecti: nam vt cognoscatur effectus sub conditione futurus, sufficit cognoscere id, quod causâ faceret, si hic & nunc, cum his vel illis auxilijs & circumstantijs applicetur ad operandum: ad hoc autem non est necessarium decretum actu existens, sed tantum sub conditione præuicsum.

Infinitum  
Dei lumen  
penetrat.  
C.

212.  
C. 1.  
213.  
C. 2.  
partes: va-  
statis.  
2. non minus liber consensus creaturæ pender ex voluntate creaturæ, quàm ex auxilio Dei: sed ad cognoscendum liberum consensum ex vi voluntatis creaturæ sub conditione futurum, sufficit tantum mente concipere voluntatem creatam, cum tali auxilio, hic & nunc sub conditione ad operandum applicatam: ergo ad cognoscendum eundem ex vi auxilijs diuini, sufficit mente concipere tale auxilium sub conditione oblatum creaturæ. Minor euidentis est per aduersam potestatem Dei habere decretum de concurrente ad actum pœnitentiæ cum Petro ex suppositione, quod illum crearet, & tamen non habere decretum illum erendi: tunc cognosceret Deus pœnitentiâ Petri sub conditione futuram, ex vi voluntatis Petri, obiectiuè tan-

tum sub conditione cognita vt operaturæ ex vi talis auxilijs prædefiniti, absque vilo decreto actu existente, sed tantum sub conditione præuicso de voluntate Petri, cum Deus nullum supponatur habere actuale decretum de creatione voluntatis Petri. Item Deus habet decretum de concurrente concurrè concommitante, cum voluntate meâ ad contritionem, ex suppositione, quod mihi daret gratiam præuenientem congruam: at non minus contritio pender ex gratiâ præueniente, quàm ex concommitante: sed potest illam sub conditione futuram cognoscere, sine actuale decreto, quoad gratiam præuenientem: igitur eandem cognoscere poterit sine actuale decreto quoad gratiam concommitantem. Ratio: cum effectus non debeat præuicderi, vt absolutè futurus, sed tantum sub conditione futurus, non requirit causas, vel conditiones, à quibus pender, actu positas, sed tantum sub conditione ponendas: nam eâ ratione effectus requirit causas, vel conditiones, quâ ratione est futurus: non est futurus absolutè, sed sub conditione; igitur non requirit causas, vel conditiones actu positas, sed tantum sub conditione ponendas; atque adeò poterit ante vllum decretum actu in Deo positum præuicderi; non absolutè, sed sub conditione futurus: sub quâ conditione, sicut habet determinatam entitatem, ita & determinatam veritatem, ac cognoscibilitatem.

Deducitur 1. quo pacto hæc scientia iure appellanda sit media inter scientiam simplicis intelligentiæ & scientiam visionis, naturalem, & liberam; nam scientia simplicis intelligentiæ est circa possibilis, & est necessaria tam ex parte subiecti, quàm ex parte obiecti; vnde naturalis dicitur. Scientia visionis est circa existentia, estque libera tam ex parte subiecti, quàm ex parte obiecti, quia sicut potuerunt creaturæ simpliciter non existere, ita potuit Deus talem scientiam non habere. Scientia conditionalium nec est circa purè possibilis, nec circa absolutè futura, sed circa futura sub conditione: nec est purè naturalis, nec purè libera, sed mixta, seu media inter vtramque; nempe naturalis ex parte subiecti, quia non potuit Deus eâ carere, cum non pendeat ex aliquo decreto libero, sed antecedit omne decretum liberum: libera obiectiuè, quia sicut Deus habet scientiam conditionatam de pœnitentiâ Tyrriorum; ita habere potuit de impœnitentiâ eorum. si Tyrrij, vt præuicssi sunt sub conditione pœnitentiâ acturi, præuicssi fuissent sub conditione pœnitentiâ non acturi; quippe qui potuerunt cum eodem auxilio interno, & externo, cum quo de facto præuicssi sunt ex vi propriæ libertatis pœnitentiâ acturi, præuicderi pœnitentiâ non acturi. Quare dici potest scientia conditionata necessaria ex parte obiecti indeterminate necessariò repræsentare debet, ex gr. assensum vel dissensum sub conditione futurum: libera verò disunctiuè, quia liberè repræsentat hoc vel illud obiectum determinatè, se. consensus vel dissensum sub conditione determinatè futurum. Deducitur 2. quâ ratione hæc scientia deseruiat Deo ad saluandam cum infallibilitate sui decreti libertatem nostræ voluntatis; quia cum per hanc scientiam Deus ante omne suum liberum decretum certo cognoscat, quid vnaquæque creatura cum hoc vel illo auxilio sub quauis occasione constituta liberè operatura sit, decernendo deinde medium, cum quo certo præuicdit, creaturam liberè consenturam, optimè saluat & infallibilitatem sui decreti; quia ex suppositione, quod creatura sit

214.  
Ratio a pri-  
ori.

215.  
Media est  
hæc scientia.

Mixta.

Necessaria.

Libera.

216.  
Saluas in-  
fallibilitatem  
sui decreti  
Dei.

militia  
contra ad-  
uers.

Duplex elec-  
tio

Prima officii  
gratiam ut  
prævideatur  
2. ut absolu-  
te operetur

Electio Dei  
absoluta vel  
conditiona-  
ta est prima  
radix boni

sit cum tali auxilio liberè sub conditione consen-  
sura, repugnat fore oppositum, nam hoc involuit  
necessitatem ex suppositione: Et nostram liberta-  
tem; nam hæc intrinsecè includitur in suppositio-  
ne sub conditione præuisa; quia cum sit suppositio  
consequens liberum usum nostræ voluntatis, non  
destruit, sed conseruat, & supponit libertatem.

Deducitur 3. nullum effectum creatum præui-  
deri posse sub conditione futurum, nisi dependen-  
ter ab aliquo decreto Dei, obiectiuè saltem exi-  
stente in mente diuinâ, atque adeò nullum effe-  
ctum creatum præuiideri posse ante omne decretum  
Dei. Fundam. omnis effectus creatus; essentialiter  
pendet à voluntate increatâ; igitur præuiideri ne-  
quit ante omne decretum Dei, saltem obiectiuè  
existens in mente diuina. Dices. Scientia condi-  
tionata præcedit omnem actum diuinæ volunta-  
tis: igitur obiectum ipsius præcedit omne decre-  
tum Dei. Resp. dist. antec. scientia conditionata  
præcedit omnem actum diuinæ voluntatis absolu-  
tum, & quoad existentiam positum, concedo; condi-  
tionatum, & sub hypothese obiectiuè existen-  
tem, nego: prius enim supponitur actus diuinæ  
voluntatis obiectiuè, & sub hypothese offerens crea-  
turæ, quæ necessaria sunt ad consentum, quàm  
præuideatur consensus sub conditione futurus.

Ad solutionem argum. nota, Augustinum dis-  
putare aduersus Miltulienenses, Pelagianorum re-  
liquias, quorum præcipuus auctor fuit *Cassianus*,  
contra quem Prosper integrum edidit librum, qui  
contra *Collatorem* inscripsit, qui non solum  
contendebant, Deum homines vel ad gloriam eli-  
gere, vel ad pænas destinare ex eorum meritis, aut  
demeritis sub conditione præuisis; unde aiebant,  
infantes sine baptismo morientes damnari, propter  
eorum peccata, quæ victuri commississent: contra  
verò cum baptismo decedentes saluari, propter  
eorum bona opera, quæ superuicuri egissent; sed  
& merita fundari in solâ voluntate humanâ, qui-  
bus homo dignum se præbet gratiâ & prædestina-  
tione diuinâ. Quorum illæ erant familiares voces,  
*apud Cassan. lib. 12. Collat. c. 14. Credentibus, volen-  
tibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus,  
studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus*  
Deus suam subnectit gratiam. Quæ omnia damnata  
sunt in concil. Araus. 11. Can. 6. Contra hos igitur  
August. docet, electionem ad gratiam, vel gloriam  
non sibi meriti scientiæ meritorum, siue sub condi-  
tione, siue absolutè præuisorum, ex solâ humanâ  
voluntate, proficiscentium, sed potius scientiam  
meritorum siue absolutè, siue sub conditione præ-  
uisorum subniti electioni absolutæ respectu eo-  
rum, qui de facto saluantur, aut conditionali re-  
spectu eorum, qui præuisi fuerunt sub conditione  
pænitentiam acturi, ut fuerunt Tyrij & Sidonij, eo  
quod in sent. Catholicâ Augustini, nulla prævide-  
ri possint merita, neque sub conditione futura, ni-  
si dependenter ab electione gratuita, vel absolutè,  
vel sub conditione gratiam offerente, cum nullum  
opus possit esse apud Deum meritorium, nisi ex  
ipsius gratiâ procedens. Quocirca ex cit. locu August.  
nil possunt contra nos aduersarij euincere, cum  
Augustini intentum sit, scientiam meritorum non  
præcedere electionem ad gratiam, cum ante ele-  
ctionem ad gratiam nulla possint præuiideri merita  
nec absoluta, nec sub conditione futura. Quin ex  
his nostra magis confirmatur sent. nam *lib. de prædest.  
ss. c. 10.* ait, Deum non solum præscire, quæ est  
ipse factururus, sed potens est etiam præscire, quæ ipse  
non facit; sicut quæcunque peccata, quæ Deus  
etiam sub conditione futura scit, & tamen ea, in

sent. August. Deus non scit in aliquo suo decreto:  
nam quæ Deus decernit, iuxta doctrinam Augu-  
stini, Deus ipse dicitur factururus: ergo e conuer-  
so, quæ non est ipse factururus, non decernit Deus:  
sed ea in seipsis videt futura, vel absolutè vel sub  
conditione, ut non obscure colligitur ex præcitato  
capite 19. *Prædestinatione quipp;*, inquit, *Deus ea præ-  
sciuit, quæ fuerat ipse factururus: unde dictum est fecit,  
quæ futura sunt.* De peccatis contra scribit: *Præscire  
autem potens est, etiam quæ ipse non facit, sicut quæcun-  
que peccata.* Si autem non facit; ergo nec decernit,  
sed tantum permittit, absque ullo positiuo decreto  
de peccatis. Si quis ultra recurrat ad decretum de  
physicâ prædeterminatione ad physicam entitatem  
peccati: videat ipse, quàm congruat diuinæ boni-  
tati, creatam uoluntatem ad actum peccati physicè  
prædeterminare; quæ que hoc sit ad mentem  
August. qui ubique congruitatem uocationis expli-  
cat per ordinem ad circumstantias temporis, ut  
tunc à Deo infundatur, quando præuideatur à vo-  
cato non respuenda. Est igitur in doctrinâ August.  
duplex electio; vna conditionalis, quâ Deus suam  
gratiam obiectiuè & sub conditione obtulit omni-  
bus hominibus, antequam decreuisset eos creare:  
altera absoluta, quâ ad efficacem gratiam elegit hos  
præ illis. Inter quas hoc interest, quod per priorem  
non offertur gratia, ut per eam prædestinati discer-  
nantur à non prædestinatis, cum nondum concipi-  
atur Deus decretum fecisse de prædestinatis, sed  
ut per eam habeat certa media, quibus possit præ-  
destinandos ad suum finem infallibiliter producere:  
per posteriorem verò, ut actu illos ad præde-  
stinatum finem perducatur. Quo fit, ut per primâ ele-  
ctionem non offeratur gratia, ut actu & absolutè  
operetur, sed ut præuideatur operatura: per se-  
cundum verò, ut actu & absolutè operetur. Nec  
prima est propriè electio aliquorum præ alijs, cum  
indiscriminatim offertur omnibus: sed dicitur ele-  
ctio quatenus per eam assumitur natura ad quæ-  
dam opera, ad quæ de se est impotens. Constat  
hæc distinctio; nam in eius Catholicâ sent. nulla  
opera meritoria præuiideri possunt independentè à  
gratiâ: at Deus non solum præuidet merita abso-  
luta, quæ est ipse factururus, sed etiam conditionata,  
quæ facturus fuisset, si hic, vel ille homo superui-  
citurus fuisset; ergo duplex electio ad gratiam, du-  
plici meritorum generi correspondet, sc. absolutè,  
& sub conditione futurorum. Hæc gratuita ele-  
ctio ad gratiam ab August. appellatur *latens consi-  
lium*, sine cuius præiudicio à se dictum fuit, *Chri-  
stum præuidisse, qui essent in ipsum credituri, non  
excludendo ab hac præuisione gratuitam electio-  
nem necessariò inclusam in obiecto fidei præuisæ,  
ut sine cap. 9. de prædesti. testatur: Quid enim uerius  
est, quàm præscisse Christum, qui, & quando, & quibus  
locis in eum fuerant credituri? Sed utrum prædicato sibi  
Christo à seipsis habituri essent fidem, an à Deo donante  
sumpturi, id est, utrum tantummodò eos præscierit, an  
etiam prædestinauerit Deus, querere ac differere, tunc ne-  
cessarium non putauit.* Quæ doctrina tamen si princi-  
paliter intelligenda sit de fide absolutè futurâ, ta-  
men suo etiam modo intelligi debet de fide sub  
conditione futurâ, cum etiam hæc sub conditione  
præuisa pendeat ab electione gratiæ, credituris ob-  
latæ, per decretum purè conditionatum. Vnde cur  
vnus credat præ alio, non reducitur ad humanum  
velle, ut aduersarius inferebat, sed ad electionem  
Dei absolutam, vel conditionatam, tanquam ad  
primam radicem. Nam etsi nolle credere reduca-  
tur ad humanam uoluntatem, quæ oblata sibi gra-  
tiâ, propriâ uirtute noluit credere; ipsum ta men  
velle

Et liberta-  
tem creatu-  
re,

217.  
Non ante  
decretum  
Dei obiecti-  
uum.

Dices

Resp.

218.  
Ad 1. cau-  
sam argum-  
entum  
ex August.

Contra Mal-  
silien.

Intentum  
August.

velle credere non nisi ad gratiam, sine qua humana voluntas impotens est ad credendum, uti oportet, reduci debet. Ex his patet ad 1. & 3. testimonium. Ad 2. quod dicitur omnino exinaniri scientiam, si quod præscitur, non erit: hoc non minus urget aduersarios, in quorum doctrinâ nullum futurum conditionatum, etiam actuali decreto Dei prædefinitum, erit unquam futurum: Deinde præscientia ab August. cum Apost. ad Romanos II. accipitur pro prædestinatione, ut de dono persever. c. 7. sine: Nullus, inquit, qui hæc intelligit, negare, vel dubitare permittitur, ubi ait Apost. Non repulit plebem suam, quam præscivit, prædestinationem significare voluisse. Quia igitur quæ futura non sunt, à Deo non prædestinantur (licet. n. ex August. possit esse futurum, quod à Deo prædestinatum non est, ut est peccatum; quod tamen futurum non est, à Deo prædestinatum esse non potest) rectè hoc sensu dicitur, exinaniri omnino præscientia, hoc est prædestinatio rei, quæ futura non est. Iuxta quam interpretationem videant Moderni, quàm sit Augustino conforme, docere, etiam quæ futura non sunt, absoluto decreto ex parte Dei præfiniri, quod est ex parte Dei prædestinari, uti fuit penitentia Tyrionum, cum is testetur, hoc ipso, quo aliquid futurum non est, à Deo prædestinatum esse non posse. Denique dici potest, August. non negasse scientiam eorum, quæ futura non sunt, futura autem fuissent, si hæc vel illa conditio posita fuisset; sed nomen ipsum præscientia; Quomodo enim, inquit, rectè dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? qui non simpliciter negat, quod non est futurum sciri, sed non rectè dici præsciri; quia præsciri ex vi suæ notionis importat antecessionem scientiæ ad rem scitam. Cum igitur scientia, quam Deus habet de futuris conditionatis, nullam importet ad ea antecessionem, neque causæ, cum ipsa potius ut obiecta præsupponantur ad scientiam, quæ obiectum, in quod fertur, supponit; neque durationis, cum nequeat duratione antecedere respectu illius rei, quæ nunquam est futura: nam duratione antecedere dicitur id, quod secundum existentiam aliud præcedit. Ita explicat August. de prædesti. c. 14. ubi in illud sapien. Raptus est, nè malitia mutaret in intellectum eius, scribit. Dicitur enim secundum pericula vite huius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat. Ex quo patet discrimen inter scientiam absolutè, & sub conditione futurorum: nam etsi illa sit ratione posterior obiecto, quod prius natura supponit existurum, nam idèd cognoscit illud, quia futurum est, non contra: est tamen duratione prior, quia præcedit illud æternitate. Ad 4. suppono, efficaciam gratiæ pendere à consensu sub conditione futuro, ut à termino essentialiter connotato, & a voluntate humanâ ut à causa liberè se cum gratiâ ad consensum determinante, inchoatue solum & remotè; completè verò & proximè seu formaliter ab ipso libero decreto Dei, eam gratiam inter omnes feligentis ac preparantis, quæ viva est cum voluntate creatâ liberè effectum habitura, idque ex efficaci & liberali proposito, ut sequatur effectus.

Ad 2. caput. ex absurdis: ad 1. nego sequens imò maxime confert hæc scientia ad perfectam providentiam, quam Deus habet de creaturis rationalibus, ut eas possit ad salutem dirigere modo libero, & consentaneo ipsarum naturæ. Ad prob. concedo, quod auxilium antequam prævisum sit per scientiam conditionatam effectum habiturum non habeat rationem doni specialis, nam hoc habet, quatenus prævisum est efficax: cum igitur hoc non

habeat ex solâ intrinsecâ suâ natura, sed ex connotatione liberi consensûs creaturæ, tunc, & non antè habebit rationem doni specialis: sicut centum data Petro, antequam sint prævisâ illum à morte liberatura, non habent rationem doni specialis; habent autem, postquam prævisâ sunt illum à morte liberatura. Quare non est eadem ratio de effectu sub conditione, & absolutè futuro; nam ad illum non est opus auxilio, & providentiâ speciali, cum hæc sit practica ratio agendorum, nec nisi circa absolutè futura, quæ supponunt prævisionem certorum mediorum ad finem conducentium. Vnde concedo, quod id, quod sufficit, ut sit futurum sub conditione, sufficit, ut sit futurum absolutè, si conditio ponatur, quoad rationem physicam; non quoad moralem: nam ad effectum absolutè futurum, præcedit voluntas Dei de dando medio cum certâ prævisione consensûs futuri, quæ tamen non præcedit effectum sub conditione futurum, & idèd ad illum præcedit specialis providentia, non ad hunc. Esto igitur sit eadem physica causa consensus sub conditione, & absolutè futuri, non est tamen eadem moralis, nam moralis causa effectus absolutè futuri, est specialis voluntas Dei dandi auxilium cum certa intentione, & prævisione effectus; quæ non est respectu effectus conditionatè futuri. Ad confirm. dist. antec. de salute absolutè, & conditionatè futurâ; & de prædestinatione, ut dicit certam ordinationem mediorum ad finem, & ut dicit solam voluntatem conditionatam; hoc posito, salus absolutè futura per se pendet à prædestinatione primo modo acceptâ; eadem sub conditione tantum futura non pendet à prædestinatione primo modo, sed tantum secundo sumptâ. Ad prob. nego, eandem causam requiri ad salutem absolutè, & sub conditione futurâ: nam ad primam, cum sit effectus per se intentus, requiritur certa prævisio mediorum, cum efficaci proposito ea dandi, quæ non requiritur ad secundam; cum sit effectus tantum prævisus, non per se intentus, nec efficaciter volutus. Ad 2. nego sequens. ad 1. prob. prævisus fuit Petrus sub conditione crediturus cum solis auxiliis communibus naturæ debitâ, nego; quia cum hæc sint ordinis supernat. non potuerunt esse naturæ debita; cum solis auxiliis communibus naturæ indebitis, concedo. Quâ dist. posita, corrumpit utrumque aduers. illatum, & fidem sub conditione prævisam fuisse Deo rationem motiui eligendi Petrum ad fidem, & vim ei illaturum fuisse, si prævisâ auxilia ad fidem illi negasset. Cæterum etsi non potuerit Deus Petrum ad fidem eligere ut illius auxiliij, quo sub conditione præviderat, eum non crediturum, potuit tamen aut ut aliorum auxiliiorum, quibus præviderat illum crediturum, aut ut eiusdem sub alijs circumst. & occasionibus oblatis, uti dicere ipsi tenentur, Deum non posse hominem ad fidem eligere solo auxilio sufficienti. Nego posteriorem prob. partem: nec aliquid contra nos docet cit. August. qui tantum t. 19. contra Pelag. deducit, nos elegisse Christum, non nos electos fuisse à Christo, si Deus fide viribus naturæ elicitâ nos elegisset. Neque ex eo, quod auxilia, quibus scientiâ conditionatâ prævisi sunt aliqui in Christo credituri, fuerint ante omnem prævisionem communia, omnibusque indifferenter oblata, tollitur ab eis vel intrinseca sufficientique vis, ut accedente libertate creatâ, cum eâ producerent ualeant liberum consensum, vel eorum supernaturalitas; solum enim dicuntur ante prævisionem communia, tum quia non offeruntur unis præ alijs, sed indiscriminatim omnibus: tum quia neque

210  
Ad confir.227  
Ad 1.  
Dist. pars  
prima præ  
visionis.Neg. post.  
rior.  
auxilia com  
munia sunt  
sufficientia.Donum sicut  
est quod  
prævisum  
est.

que omnibus offeruntur ex efficaci proposito, ut per ea electi saluentur cum nondum supponatur electio facta; sed solum ut prouideantur certa certa media, quibus salua libertate creatura, possit Deus, quos in posteriori signo rationis electurus est, ad predestinatum finem infallibiliter perducere. Quod autem hæc prouisio infallibilium mediorum in diuina mente præcesserit ratione efficacem electionem horum præ aliis, constat 1. alioqui exposuisset se Deus periculo frustrandi suum decretum de fine, si prius non habuisset præcognita media, quibus intallibiliter potuisset eligendos ad finem perducere: quia cum talia media non sint natura sua infallibilia, prouideri debuerunt infallibilia ex suppositione liberi consensus voluntatis creaturae sub conditione futuri: Nam licet moraliter sit impossibile, ut vel cum nullo ex infinitis medijs, quæ Deus habet in thesauro suæ omnipotentia, sit aliquis ex electis consenturus; vel contra, sit aliquis ex non electis cum omnibus & singulis consenturus: quia tamen metaphysicè saltem non repugnat, ut vel cum nullo medio aliquis ex propria libertate sit responsurus, vel contra cum omnibus & singulis consenturus, debuit Deus, ut certus esset etiam metaphysicè, prius ratione prænocere media, quibus infallibiliter posset electos ad predestinatum finem perducere. 2. quia non modo Deus post electionem debuit esse certus de medijs in communi, sed etiam in particulari, cum hic modus sit perfectior ac Deo dignus: per primum enim solum Deus fuisset certus de medijs in confuso, unde confuso ac cæco quodam modo post factam electionem applicuisset electis hæc, vel illa media, nondum sciens quæ nam futura essent congrua, donec ea prouideret congrua ex libero consensu electorum: idem proportionaliter esset de non electis. 3. quia cum scientia conditionata sit Deo subiectiue necessaria, & uniuersalior, cum per eam non solum cognouerit liberos consensus sub conditione futuros, quos de facto in nobis præfiniuit, sed etiam infinitos alios, quos partim creati cum alijs auxilijs & sub alijs circumstantijs, partim nunquam creandi elicituri fuissent, est ratione prior in Deo concipienda. Nam etiam si nulli creati fuissent, adhuc Deus talem scientiam habuisset.

Ad 3. concessa maiore, neg. minor. ad prob. dist. maior. est necessaria gratia congrua, ut congrua ad consensum absolutè futurum, concedo; ad consensum sub conditione futurum, nego: quia cum gratia non sit congrua ex intrinsecâ natura sua; hoc enim repugnat libertati creaturae; sed ex connotatione liberi consensus, non potest supponi infallibiliter congrua ante consensum sub conditione futurum. Repugnat igitur, ut præcedat gratia infallibiliter congrua effectum sub conditione futurum, quia ad illum nondum supponitur liber consensus creaturae; non autem ad effectum absolutè futurum, nam ad hunc præsupponitur consensus sub conditione futurus, connotatione cuius gratia fit infallibiliter congrua, saltem inchoatiue: & dico, eandem esse causam effectus absolutè, & sub conditione, futuri quoad vires intrinsecas, sc. gratia; non quoad infallibilitatem, & connotationem extrinsecam: vt. n. præcedit consensum sub conditione futurum, non est formaliter, & infallibiliter efficax, non defectu virtutis intrinsecæ, sed connotationis extrinsecæ; vt verò præcedit consensum absolutè futurum, est formaliter, & infallibiliter efficax, non ratione nouæ virtutis intrinsecæ, sed nouæ connotationis extrinsecæ, & efficacis voluntatis Dei, quam ante suppositionem consen-

sus conditionari non includebat. *August.* ibi cit. loquitur de gratia efficaci in ordine ad effectum absolutè futurum. Quam efficaciam ipse *ibid.* explicat, non per diuersam naturam uocationem ab ea, quæ uocatus uocanti non respondet, ut aduersarij contendunt, sed per eandem alio, atque alio duntaxat modo applicatam: *Cum ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem, eademque res sæpè alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumque moueat, alium non moueat, quis audeat dicere, defuisse Deo modum uocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est?* Quo quid clariùs potuit contra aduersarios *Augustinus* hic pronuntiare, unde suam ipsi sententiam deduci putant? Video physicam prædeterminationem determinatos recursum ad diuersam applicationem internam, per physicam prædeterminationem diuersam. Ac certè ad illam non recurrit *August.* sed vel ad extrinsecas temporis circumstantias, per ordinem ad quas Deus eandem internam motionem videt congruam, aut non congruam, vt *lib. 1. ad Simplicia. q. 2.* vel ad internas condiciones credentium, vt *de bono p. perseuer. c. 14.*

Ad 4. nego sequel. ad prob. nego assump. Etenim prius quàm uocatio fortietur habitudinem ad consensum sub conditione futurum, per quam habitudinem inchoat suam congruitatem, est possibilis: nam prius quàm cum illo sub conditione coniungatur, potuit coniungi: ergo fuit congrua prius vt possibilis, quàm vt futura sub conditione. Nego tamen in illa congrua tantùm vt possibili cognosci posse infallibiliter consensum liberum. Quia hæc possibilitas congruitatis non ponit in uocatione infallibilem habitudinem ad consensum, sed tantùm possibilitatem ad illam: consensus autem non potest infallibiliter cognosci in solâ possibilitate ad habitudinem, sed in habitudine ad effectum formaliter, consensus autem liber non potest infallibiliter cognosci in solâ possibilitate habitudinis ad consensum, sed in actuali habitudine ad consensum determinatè futurum. Ad 5. nego sequel. ad prob. dist. antec. concurrat Deus ad voluntatem indeterminatam ad utrumque confusè, & indistinctè, nego; clarè, & distinctè, concedo: licet. n. Deus antecedenter non determinet concursum ad vnum, quia hoc esset tollere libertatem quoad specificationem; ad utrumque tamen suum concursum offert distinctè. Neque ad hoc est necesse, vt præsupponatur alte a tantùm pars determinatè futura, nam hæc cognoscitur post liberam determinationem creaturae; sed sufficit, vt præsupponatur utraque pars possibilis, ad quam Deus offert suum concursum, distinctè cognoscendo utrumque scientiâ simplicis intelligentiæ. Neque idem modus est concurrenti ex parte Dei ad effectum conditionatum, & absolutum; nam ad absolutum concurrat cum prouisione, & intentione effectus determinatè, quia concurrat, ut actu sequatur effectus; ad conditionatum non concurrat, vt effectus actu sequatur, sed tantùm vt prouideatur: unde ad hunc nulla præcedit voluntas in Deo per modum intentionis, cum talis effectus non ordinetur ad executionem, sed tantùm ad cognitionem. Ad 6. nego, hanc esse doctrinam re nouam; est uocabulo tantùm noua, quam ex *August. & S. Scrip.* euidenter deduxi, patet. ad 1. prob. nam ea re ipsa vsi sunt Patres & Concilia. Ad 2. nego, in nostra sent. destru. gratiæ præuenientis congruitatem, quæ præuenire non debet consensum conditionatum, sed tantùm absolutum; eum sc. in ordine ad quem absolutè eliciendum, velut medium

*Prouisio mediorum in fallib. præcedit electionem efficacem.*

*Constat 1.*

2.

3.

222.

*Ad 3. Gratia congrua est, necesse. ad consensum absolutum condition.*

223.

*Ad 4.*

224.

*Ad 5.*

225.

*Ad 6. Doctrina minime noua.*

medium ex proposito datur, ut ipse determinatè sequatur, nam Deus ante electionem, quæ sit post scientiam conditionatam, non offert suam gratiam ex proposito, ut ex ea determinatè sequatur consensus, (hoc .n. habet post, vel in ipsâ electione) sed tantum ut prævideatur, quid cum eâ voluntas creata sit operatura, si detur, ut possit Deus prænosse quænam media sint ad quemcunque finem conueniendum infallibilia. Vnde illam non tantum offert hominibus creandis, sed etiam non creandis, ut etiam in ordine ad eos sciat, quæ media forent illis congrua, quæ incongrua, cum hoc pertineat ad amplitudinem scientiæ diuinæ. Ad arguendum igitur, nego, antecedenter ad gratiam congruam nostris supernat. consensus esse sub conditione determinatè futuro, cum gratia fiat congrua per ordinem ad consensum sub conditione futurum; proinde nequit ut congrua præsupponi ad consensum sub conditione futurum; cum nulla causa supponi queat, cum eâ determinatione, quam accipit à suo effectu actu posito. Ergo si gratia suam congruitatem accipit ab ipso consensu sub conditione futuro, ut à termino essentialiter connotato, non poterit ante illum supponi congrua. Distinguo hæc signa. 1. quo Deus obiectiuè & sub conditione offert suam gratiam indiscriminatim omnibus tam creandis, quam non creandis, in eoque prænoscit uoluntates humanas in actu r. sufficienter constitutos cum omnibus ad consensum supernat. elicendos prærequisitis. 2. in quo voluntas humana sub eâ conditione liberè cum ipsa gratiâ obiectiuè oblata ad consensum se determinat, potius quam ad dissensum; in quo signo gratia fit inchoatiuè congrua per ordinem ad consensum sub conditione futurum, cum antea fuerit indifferens ad congruitatem. 3. in quo Deus cognoscit, tam consensum sub conditione determinatè futurum, quam gratiam iam congruam factam per ordinem ad consensum sub conditione futurum, cum omnis scientia præsupponat obiectum, ad quod fertur. 4. in quo Deus ex infinitis hominibus certum discernit numerum: & ex his inscrutabili suo consilio aliquos eligit ad eam gratiam, cum quâ præuisi sunt cooperaturi, & non ad eam, cum quâ præuisi sunt non cooperaturi: cæteris relictis cum eâ duntaxat gratiâ, cum quâ præuisi sunt finaliter non cooperaturi. Hoc ordine eum libertate conciliatur congruitas præuenientis gratiæ; libertas per medium, quod antecedenter nullam habet ex naturâ suâ cum consensu infallibilem connexionem; congruitas præuenientis uocationis, per ordinem ad eum consensum, ad quem Deus hominem efficaciter & absolutè prædestinat, ut sit illum re ipsa & determinatè elicitor: nam ante absolutum decretum prædestinationis, scientiâ conditionatâ certissimè nouit Deus, quæ gratia esset huic, vel illi homini congrua.

216.

Dices: ex suppositione, quod voluntas creata cum auxilio sibi oblato sit sub conditione consensura, antequam præuideatur actu sub conditione consentiens, præscit Deus consensum sub conditione futurum, & consequenter videt gratiam congruam, antequam illam offerat uoluntati creatæ: sicut ex suppositione, quod voluntas creata cum auxilio sibi oblato, sit absolutè in tempore consensura, præscit Deus absolutum consensum futurum, & gratiam congruam, antequam præuideatur ipsa voluntas absolutè actu consentiens. Resp. neg. antec. nam quando suppositio non fundatur in aliquo esse determinato effectu in se, causalitate priori ad ipsam suppositionem .n. non potest in eâ certò & in-

Suppositio effectu futurum in quo fundatur.

fallibiliter præuideari effectus futurus. At suppositio liberi consensûs sub conditione futuri, quæ in æternitate fingitur ante consensum actu sub conditione futurum, non potest fundari in aliquo esse determinato ipsius consensûs in se causalitate priori: igitur non poterit in eâ certò & infallibiliter præuideari consensus sub conditione futurus, antequam videatur actu sub conditione futurus. Maior constat, ut obiectum fiat in se determinatè cognoscibile, debet causalitate, seu quasi causalitate præcedere cognitionem, quæ suum obiectum essentialiter supponit. Ratio: Deus eatenus dicitur certò cognoscere liberum consensum ex suppositione futurum, quatenus illum immediatè cognoscit in se ipso secundum illud esse, quod habet in se, quando liberè egreditur à suâ causâ: ergo nisi in se habeat determinatum esse, quantumcunque fiat suppositio, non erit in se certò cognoscibilis. Minor prob. ante factam suppositionem, consensus sub conditione futurus nullum habet determinatum esse in se causalitate prius, in quo talis suppositio fundari possit: sed primum esse, quod in se habet, habet in ipso signo, quo causa libera cum omnibus antecedenter requisitis, liberè se ad illum producendum determinat. Ergo ante hoc signum nequit certò cognosci, quantumcunque fiat suppositio, quia suppositio supponit determinatum esse, in quo Deus consensum immediatè cognoscat. Paritas de consensu absolutè futuro nostram doctrinam confirmat: nam nisi suppositio ab æterno facta supponat liberum consensum in se ipso in tempore existentem, non potuisset illum ab æterno prænoscere: nam eatenus illum ex suppositione futuri ab æterno prænouit, quatenus illum nouit in se ipso, in suâque duratione existentem. Quod si Deus sua decreta prius ratione prænoscat ut ponenda, quam ut actu posita, ut scilicet seq. idè est, quia si per impossibile decreta Dei non existerent in æternitate, sed in tempore, adhuc ea præsciret per ordinem ad illud tempus, in quo existerent. Futurum autem sub conditione nec supponitur exiturum in tempore, nec in æternitate, ante conditionatam determinationem causæ liberæ. Nec dici potest, eos saltem effectus futuros præuideari, ante præuisionem causæ sub conditione liberè se determinantis, qui de facto erant in tempore futuri, eo quod horum suppositio fundetur in ipso esse determinato futuri absoluti: contrâ .n. est, cum futurum absolutum pendeat à futuro conditionato, hoc nondum vi suæ causæ in suo esse sub conditione determinato, non potest illud ante hoc præsciri. Nec est eadem ratio de futuris, quæ saltem ut fore futura prænoscentur prius ratione, quam præsciantur diuina decreta ut actu in æternitate posita, à quibus ut à causâ pendent, ut infra. nam hæc supponunt causas, à quibus pendent, in se determinatas; sc. decreta diuina, à quibus ut à causâ pendent, ut determinatè ponenda; & hæc eadem supponunt seipsa in posteriori signo actu posita.

Ad 3. caput ex falsis suppositis: ad 1. neg. maior. ad prob. neg. conseq. nam hoc ipso, quod Petrus crearetur cum auxilio, cum quo præuisus est sub conditione conuertendus, creatur cum gratiâ speciali, quæ facta est specialis per connotationem consensûs futuri: sicut si darentur Petro centum, quibus præuisus est à morte liberandus, hoc ipso esset illi gratia specialis; esto illa centum ante talem præuisionem non haberent rationem doni specialis, sed communis. Nam sicut donum habet rationem doni potissimum ex effectu, quo datur, & ex fine & effectu, ad quem datur; ita induit rationem

A priori.

Confr. à pari.

Dices:

Contra.

227.

Ad primum supp.

tionem specialis doni ex peculiari affectu, quo datur, & ex speciali fine & effectu, ad quem datur.

228. Ad 2. neg. antec. ad prob. disting. minor. supponit nos credituros viuis naturæ; nego; viribus gratiæ, concedo: hoc autem non est, nos electuros Christum; nam eligere nos Christum, est in ipsum credere absque ipsius gratiæ, vt docuit *August. de Predest. Sanct. cap. 19.* at nos, etiam sub conditione, supponimur credituri, cum gratiæ & ex gratiæ Christi sub conditione nobis oblata.

229. Ad 3. neg. minor. ad prob. dico, talem voluntatem esse in Deo necessariam; non subiectiuè, quia cum sit libera potest subiectiuè in Deo non esse; sed obiectiuè, quia non potest Deus non habere scientiam conditionatam, ad cuius obiecti veritatem prærequiritur voluntas Dei, sub conditione concurrens ad obiectum scibile. Vnde retorqueo argum. aduersarij non solum ponunt talem voluntatem in Deo necessariam obiectiuè, sed etiam subiectiuè; eo quod putent illam necessariam, vt Deus cognoscere possit futura conditionalia. Ad confir. dist. antec. non aliter Deus concurret cum Petro, quam cum Iuda decreto conditionato antecedente scientiam mediam, concedo; decreto absoluto subsequente scientiam mediam, nego: nam decreto absoluto cum Petro concurret auxilio congruo, quo non concurret cum Iuda. Vnde neg. sequel. nam in Petro operatur consensus per gratiam congruam, quem non operatur in Iuda per gratiam sufficientem. Ad prob. conseq. dico, Deum ad effectus supernat. absolutè futuros concurrere decreto efficaci antecedente, quia cum tale decretum supponat scientiam consensus sub conditione tuturi, nullam infert voluntati creatæ necessitatem.

230. Ad 4. disting. maior, de determinatione diuinæ voluntatis, vel ad offerendum suum concursum, quo pacto determinatur à se ipsa; nam à se ipsa liberè applicatur antecedenter ad offerendum suum concursum creaturæ; vel ad concurrendum actu concursu concomitante; quo modo non repugnat, voluntatem diuinam determinari à creatâ; nam hoc ipsum est à Deo volitum, & aliunde est necessarium ad saluandum liberum vsum creaturæ, & permissionem peccati in Deo. Vnde ad 1. prob. minor. resp. posito priori decreto de concurrente cum creaturâ ad omnem eius actum, non esse amplius in potestate Dei cohibere concursum; quia hic includitur in priore decreto; quo posito Deus non potest ratione suæ immutabilitatis non exequi, quod ipse decreuit. Quare prima radix determinationis diuinæ voluntatis ad operandum cum creaturâ simpliciter, est ab ipsâ voluntate diuinâ; ad operandum verò hunc potius actum in specie, quam alium, est ab ipsâ voluntate creatâ, quæ diuinam indifferenter suum concursum offerentem determinat ad vnâ potius actionem, quam ad aliam. Ad 2. nego, determinationem voluntatis creatæ esse Deo conditionem requisitam ad concurrendum antecedenter, quo pacto repugnat, sed solum concomitanter, ex eo quod Deus non decreuit concurrere, nisi ipsa voluerit concurrere. Ad 5. concedo, Deum, saluâ arbitrij libertate, saluare non posse, nisi quem viderit liberè consensurum: nego tamen, Deum præuidisse aliquem cum nullo medio ex infinitis, quæ Deus potest producere, liberè consensurum; atque adeo simpliciter nego, esse aliquem, quem Deus saluare non possit. Virges: saltem metaphysicè non implicat præuideri aliquem cum nullo medio consensurum: ergo saltem metaphysicè non implicat esse aliquem, quem Deus saluare non

possit. Resp. neg. conseq. quia posset hunc saluare, si non ad gloriam vt coronam, dependenter ab eius meritis, saltem ad gloriam vt hæreditatem, per gratiam sanctificantem initio natiuitatis collatam, eumque è viuis eripere, antequam *malitia mutaret intellectum eius.* Ad 6. nego maior. tum quia quoad discretionem vnus ab alio absolutè futuram, prima radix est voluntas Dei præparantis auxilium congruum; quoad discretionem verò conditionatam, non est liberum arbitrium solum, sed ipsum simul cum auxilio gratiæ, tum præuenientis, & allicientis, tum comitantis & adiuuantis.

Ad 1. replicam, hoc ipso quod Deus crearet hominem cum auxilio, cum quo præuisus est consensurus, prima radix futuræ discretionis esset Deus; nam illa gratia, cum quâ præuisus est consensurus, non est illi debita, cum sit extra ordinem naturæ.

Ad 2. magnum est discrimen inter voluntatem absolutam præparantem auxilium congruum post scientiam mediam in ordine ad consensum futurum, & conditionatam antecedentem scientiam mediam; nam prior potest esse efficax, & absoluta antecedenter ad consensum absolutè futurum, propter consensum præuisum sub conditione futurum; Posterior cum nondum supponat medium congruum per infallibilem habitudinem ad consensum liberum, non potest esse absoluta, ne se exponat periculo frustrandi; sed conditionata, si creata consenserit. Præterea prior voluntas non offert gratiam, vt ex eâ determinatè sequatur consensus, sed vt tantum prævideatur. Vnde non datur ex proposito absoluto & efficaci, sed tantum conditionato. Ad 7. disting. maior, de eo, quod requiritur ad actum per modum principij, & de eo quod requiritur per modum concursus, qui non requiritur ad posse operari: vera autem est de eo, quod requiritur per modum principij, quia hoc non debet esse physicè diuersum in eo, qui consen-

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Ad 1. prob. Ad 2. prob. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6. Ad 7. Ad 8.

Prima radix determinationis Dei simpliciter est à Deo.

232.

Prima radix discretionis absolutæ à Deo.

Ad 2. repli-

233.

Plus requiritur ad actum operari quam ad posse.

Oratio necessaria.

Ad 2. repli-

Ad 8.

tentia ipsa exequens. Neque hinc sequitur in nostra tantum potestate esse, ut ea Deus adimpleat, licet non sine nostra libertate, quæ solum requiritur ut obiectiva conditio, sine qua Deus, quæ promissit, liberè ex parte nostra adimplere non posset, in quo sensu loquitur cit. *August.* non .n. negare potuit liberam cooperationem nostræ voluntatis, in adimplendis ijs, quæ Deus nobis promissit: nam licet ut promissit à nostra non pendeat potestate, verum tamen ut promissa adimpleantur, à nostra pendet voluntate, ut *S. Doctor* dixit *lib. 1. ad Simpli. qu. 2. Quod voluerimus solus Deus præstat; ut v. limus, & suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo.* & *lib. de prædest. SS. c. 3. credere & velle utrumque ipsius est,* quia ipse præparat voluntatem, & utrumque nostrum, quid non sit nisi volentibus nobis.

234.  
Ad rationes

Transitus  
obiectivus sine  
mutacione  
subiectivum  
in re.

Ad rationem, concedo antec. de transitu puri possibilis ad futurum absolutum, non ad futurum conditionatum: nam prior transitus est subiectivus, ponens subiectivam mutationem in re ipsa, quæ ex possibili transit in futuram per exercitam existentiam, qui transitus fieri nequit sine decreto actu existente in Deo: posterior est tantum obiectivus, ponens solum obiectivam mutationem in re, quæ ex possibili transit in futuram sub conditione: quæ mutatio fieri potest per solum obiectivum transitum sub conditione tantum ponendum: nam talem transitum supponit effectus in causis, qualem habet ipse in se; transeunt autem causæ à statu possibili ad statum futuri sub conditione, quando non solum concipiuntur potentes efficere, sed etiam ut de facto effecturæ sub conditione. Ad prob. prioris conseq. resp. futura conditionata esse extra statum possibilem obiectivè, non subiectivè, & ideo non requirunt, nisi variationem causarum obiectivè, ut cognosci possint. Ad prob. antec. disting. conseq. manente divina voluntate indifferente subiectivè, & obiectivè, concedo: manente indifferente subiectivè, determinatà obiectivè, nego. Ad 1. confir. disting. minor de determinatione divinæ voluntatis, obiectivà, vel subiectivà. Nullus effectus potest esse vel concipi futurus sine aliquà determinatione primæ causæ obiectivæ vel subiectivæ, concedo. cæterum ad futurum conditionatum sufficit determinatio obiectivæ, ut probatum est. Ad 2. dico comparari divinam voluntatem ad futurum conditionatum, per determinationem obiectivam, per quam non comparatur ad futurum possibile. Ad 3. resp. esse conditionatum, positum esse in coherentia consequentis cum antecedente, aut ex vi formalis illationis, ut in necessarijs; aut ex suppositione causæ liberæ ponentis consequens ad positionem antecedentis, ut in contingentibus; hoc autem diversum quid est in conditionatis contingentibus ab esse possibili; quia possibile non dicit unam partem determinatè, sed utramque indifferenter. Vnde futurum conditionatum eo modo, quo supponit determinatum esse sub conditione, habet determinatam veritatem atque cognoscibilitatem.

235.  
Contra  
sententiam  
mediam  
exco-  
gicatum.

*Obijciat:* Ideò hanc scientiam adstruo, ut vitem physicam prædeterminationem; nisi .n. salvetur infallibilis cooperatio creaturæ cum absoluto decreto Dei, efficaciter creaturam promoventis ad finem æternæ prædestinationis consequendum, per liberam operationem creaturæ sub conditione prævisam, cogimur, ne efficax decretum Dei frustrari possit, recurre ad physicam prædeterminationem, qua creata voluntas efficaci auxilio Dei præventa, non possit non operari id, ad quod est à Deo præ-

uenta. Postquam autem prævidit Deus per hanc scientiam voluntatem creatam sub conditione operationum cum auxilio, cum quo potuisset prævideri non operaturam, cur non potuit hoc ipsum numero auxilium decernere absolutè dandum, per aliam actionem, physicè prædeterminantem voluntatem creatam ad consensum? Nam cum hæc ipsa operatio ab auxilio physicè prædeterminante procedens, sit eadem, quæ prævisa fuit cum hoc eodem numero auxilio, licet per aliam actionem, sub conditione à creatura elicitam, si sub statu conditionato fuit libera, etiam sub statu absoluto erit libera, non obstante physica prædeterminatione: quia cum libertatem accipiat à voluntate, & voluntas cum eodem numero auxilio eam liberè produceret, nunc uti prævisa est illam sub conditione productura, si hoc idem auxilium cum ea actione haberet nunc, cum qua illud habuit sub conditione, perinde est, ac si nunc illam liberè produceret: quia quantum est ex se, etiam nunc illam liberè produceret cum alia actione physicè non prædeterminante. Resp. 1. cum in sententiâ *Aduers.* physica prædeterminatio sit in omni statu necessaria creaturæ, ut prævideri possit actu operans; illam .n. prærequirunt, ut physicum complementum principij producentis, ut efficaciter possit in actum 2. exire; in nullo statu poterit creatura prævideri actu operans sine physica prædeterminatione; ut nec sine physico complemento principij operantis. 2. Libertas ad meritum sufficiens debet esse actualis & absoluta; at hæc esset solum potentialis & conditionata: nam hoc auxilio posito, non esset in hoc statu in potestate voluntatis, actum ad quem prædeterminatur, suspendere: siquidem ad illum antecedenter prævenitur per actionem, cui nequit resistere: ergo respectu huius actus non esset voluntas creata hic & nunc absolutè libera. Major prob. libertas sufficiens ad meritum, est, à qua ita opus meritorium producitur, ut in eiusdem producentis potestate sit, illud non producere: at hoc auxilio posito in potestate producentis non est, illud non producere. Quod autem in potestate ipsius fuerit, illud non producere per aliam actionem in statu conditionato, nil confert ad præsens opus, quod sicut non ex principijs conditionatis, sed ex præsentibus & absolutis, habet suum modum procedendi, ita & suam libertatem, vel necessitatem: igitur si ex præsentibus & absolutis principijs non procedit cum indifferencia, nec procedet cum sufficienti ad meritum. Confir. 1. Ex eo quòd cum eodem auxilio per aliam actionem producto, voluntas non esset consensura, nihil minuit de præsentis merito: ergo ex eo quòd cum eodem auxilio per aliam actionem voluntas esset liberè operaturam, nihil libertatis confert præsentis operi. 2. Quòd idem auxilium per aliam actionem voluntatem necessitaret ad opus, non tollit præsentem libertatem, quam de facto hoc opus habet vi eiusdem auxilij alia actione producti: ergo, quòd vi eiusdem auxilij alia actione collati, voluntas liberè operaretur, nil libertatis confert præsentis actui, si vi eiusdem auxilij per aliam actionem producti, necessitè elicitur. 3. Quòd idem auxilium sub alijs circumstantijs datum, habiturum fuisset effectum, nil confert ad præsens meritum, si in his, in quibus de facto datur nullum habet effectum. Ratio: libertas ad meritum requisita non desumitur ex eo quòd sub hac vel illa conditione voluntas esset operaturam, sed ex eo quòd de facto operatur. 4. Si quis in potestate sua haberet, posse quando vellet, physicam prædetermin. habere, non diceretur mereri per actum,

Videsur  
salvari  
posse  
libera  
coope-  
ratio  
cum  
phy-  
sicè  
præde-  
term.

His  
modis  
non  
salvatur  
libertatem  
sufficiens

A  
contrario

236.  
Ratio  
om-  
nium.

actum, quem physicè determinatus produceret, sed ad summum per actum quo physicam prædeterminationem vellet, quia hunc, non illum, liberè eliceret: ergo nec à fortiori mereri quis poteris per actum, quem physicè prædeterminatus elicit, esto, eundem posset per aliam actionem liberè elicere. Hinc impugnatur sententia, docens, in Christo fuisse libertatem in exequendo præcepto mortis, sibi à Patre iniuncto, quia potuisset præcepti dispensationem à Patre petere. Nam in hoc modo non saluatur libertas in ipsa executione mortis. Quam stante præcepto non potuisset Christus exequi, non minus quam stante physicà prædeterminatione, nequit homo non exequi actum physicæ prædeterminationis: sed ad summum fuisse Christus liber in petendâ, vel non petendâ præcepti dispensatione. Cum non minus per hos Authores præceptum Patris necessitabat voluntatem Christi ad mortem exequendam, quam physica prædeterminatio ad consensum elicendum. Nam ideo ad hoc medium recurrunt, quia putant, stante præcepto non posse Christi libertatem saluari: quia præceptum determinabat voluntatem Christi ad moriendum, sublata ab eâ omni indifferentia ad oppositum. Quomocumque autem tollatur libertas, siue physicè intrinsecè, siue moraliter extrinsecè, tollitur principium meriti.

Obijci potest 2. possibilem esse creaturam quæ cum nullo auxilio gratiæ in quibuscumque circumstantiis oblato dissentura sit; & contrâ, quæ cum nullo consensura sit. Secundum repugnat efficaciam diuinæ gratiæ: nam potentior esset creatura ad resistendum diuinæ vocationi, quam diuina vocatio ad trahendum creaturam ad Deum: cum tamen infinito intervallo gratia diuina excedat vires creaturæ; sc. illa agat in virtute potentiam diuinæ, ut ipsius instrumentum; hæc resistat in virtute libertatis creatæ: vnde quanto distat omnipotentia Dei in cuius virtute operatur gratia, à virtute libertatis creatæ, tanto distat gratia in trahendo consensu voluntatis ad se, à libertate creatâ ad illi resistendum. Primum nimium tribuit libertati creatæ, quæ secundum hanc sententiam virtutis esset, ut etiam si Deus vellet, propter aliquod inscrutabile suum consilium, illam permittere, in aliquâ occasione cadere, non posset. Etenim si talis esset naturæ, ut quoad naturalem, & supernat. cogitationem, in quavis occasione & circumstantiis à Deo præuenta, infallibiliter semper esset operatura, non posset Deus per omnem suam potentiam permittere, ut salua eius libertate, non esset aliquando non operatura: ac proinde fortior esset ad operandum, quam Deus, salua eius libertate ad resistendum.

Primum non tantum de possibili, sed etiam de facto assertum legi a quodam Doctos Viros, qui hoc concedunt B. Virgini: quam Deus, inquit, infinito lumine scientiæ conditionatæ semper vidit in quibuscumque circumstantiis positam sanctè operaturam. Qui fortè de possibili non negarent secundum. Verum utrumque omnino puto impossibile, ac neutrum ex nostra sententia deduci. Ratio: cum tam in remissione, quam in intensione gratiæ procedi possit in infinitum sine termino, dari potest vel ad eò tenuis, remissa & obscura vocatio, ut cum ea non sit voluntas creatæ operatura; vel ad eò clara, intensa & affectiva voluntatis, ut cum ea sit etiam infallibiliter operatura. Implicat igitur creatura,

De Deo, Tom. I.

quæ in quibuscumque circumstantiis posita, aut semper, aut nunquam sic operatura. Nam gratia in operando obtinet primas: est enim, Augustino teste, voluntas creata pedissequa gratiæ. Cum autem gratia sit principalis causa & moralis in suadendo, & physica in efficiendo, ea aucta, vel diminuta, tam in suadendo, quam in efficiendo, augebuntur, vel diminuentur principales vires ad operandum. Confir. Eò usque augeri vel minui possunt vires libertatis creatæ, ut infallibiliter sit vel cum aliqua gratia operatura, vel non operatura: ergo à fortiori eò usque augeri vel minui possunt vires gratiæ, ut cum aliqua voluntas creata sit infallibiliter operatura, cum aliqua infallibiliter non operatura, cum principalior in operando sit gratia, quam libertas creata. Impugnatur eadem sententia.

Primo sequeretur, nullam gratiam sufficientem locum habuisse in Virgine; si omnis gratia in quibuscumque circumstantiis ei collata, præuisa fuerit effectum habitura. 2. B. Virgine non agnoscere à Deo illum specialem dilectionis affectum erga se, quem reliqui prædestinati agnoscunt, ut ex tot auxiliis, quibus per scientiam conditionatam præuenti sunt, ea potissimum electa sint, eis in executione conferenda, cum quibus præuisi fuere cooperaturi: cum eius voluntas præuisa sit cum quavis gratia, sub quacumque circumstantia & occasione oblata semper operatura, proinde non potuit de hoc singulari beneficio sibi præ aliis specialiter præstito, Deo gratias agere, sed solum quod fuerit ad statum gratiæ electa: quod beneficium commune est cum reliquis omnibus, etiam non prædestinatis: esto potuerit & debuerit gratias agere de diuina maternitate, ad quam præ alijs electa fuit, & ad quam per opera ex gratia proficiscentia, se disposuit.

3. Sequeretur contra Apóst. I. Corinth. I. sine B. Virgine non in Domino & virtute gratiæ, sed in se, & viribus suæ libertatis gloriari posse, quod fuerit electa inter prædestinatos. Nam licet gratis fuerit supra naturæ debitum cum reliquis ad statum gratiæ & gloriæ electa; hæc tamen euectione posita, non sinit amplius iuxta hanc sententiam in potestate Dei, illam à gratia & gloria excludere, si cum nullo auxilio gratiæ ex infinitis in thesauro potentiam diuinæ recordatis, præuisa fuit non cooperatura: consequenter non potuisset Deus, nisi illam à statu gratiæ extrahendo, à gloria excludere: nam in statu gratiæ stando, omnis gratia fuit in illa efficax, ac gloriæ promeritoria: proinde ad statum gratiæ semel cum reliquis euecta, ipsa met virtute suæ libertatis omnem gratiam, in quibuscumque circumstantiis & occasione sibi collatam fecisset efficacem; nec quam semel accepit, peritura fuisset unquam. Vnde secundum hanc sententiam speciale beneficium non ponitur in gratia, & speciali affectu Dei, quo eam B. Virgini præparauit; nam quæcumque hæc fuisset, & quocumque affectu à Deo collata, semper habitura fuisset effectum; sed in libertatem creatam, quæ cum quacumque gratia, quantumcumque remissima, & naturæ propriæ incontinenti, semper fuisset operatura. Vnde nulla expectata circumstantia ex parte gratiæ, siue temporis, in quo esset conferenda, siue intensiois, claritatis, & contemperationis, sub qua esset danda, semper ea futura fuisset efficax, vi libertatis creatæ, contra Patres, qui efficaciam gratiæ explicant per ordinem ad eius modi circumstantias inuest. inquit August. ad Simplicia. q. 2. quibus articulis temporum gratia infundatur.

P

4. Hæc

Nec merita  
Christi stant  
cum solâ po-  
tente pe-  
tendi dis-  
pensationem  
à præcepto.

237.  
Obiectio  
altera.

Responso  
absurda.

Ratio.

Confir.

233.

Impugnatur  
aduer-  
sariis ex ab-  
surdis.

Abstrudum

3.

Beneficium  
speciale gra-  
tiam in  
B. Virgine.



Abfurdum.

4.

4. Hæc sent. ponit in B. Virgine specialem confirmationem in bonum, non per specialia auxilia à Deo singulariter electa, sed per communia & vulgaria, quæ vi solius libertatis creatæ, non ex peculiari Dei affectu & beneficio; redduntur infallibiliter operatiua. Vnde sicut confirmati in gratiâ per specialia auxilia, dicuntur potentiâ consequenti peccare non posse: ita B. Virgo per auxilia etiam communia, non poterat potentiâ consequenti peccare: quia ut bene semper operaretur, non egebat auxiliis à Deo peculiariter electis; ex speciali intentione ad effectum operandum datis, siquidem hunc effectum habitura fuissent omnia auxilia, vi piæ voluntatis B. V. quæ cum nullo auxilio præuisa fuisset non operatura: in quo enim auxilia omnia futura sunt efficacia, non dantur aliqua præ alijs ad operandum specialia nisi ad perfectius & intensius operandum. Hoc autem repugnat Tridentino *sess. 6. cano. 23.* ubi hanc singularem B. Virginis in bonum confirmationem, quod semper fuerit ab omni peccato, etiam veniali præseruata, ad speciale refert Dei priuilegium & beneficium singulare. 5. Nequit explicari, quid sit illud, per quod voluntas Virginis reddebat omnia auxilia gratiæ, quantum vis remissima & incontinentata naturæ, efficacia. Nam non erat aliquod donum indebitum naturæ quo præuenta infallibiliter cum quouis auxilio fuisset operatura. Quia si illud reliquisset voluntatem in suâ libertate, ut supponitur, non apparet, quo pacto, adhuc eo posito, voluntas vi suæ libertatis non fuisset aliquando cum aliquo auxilio non operatura, siquidem tale donum non mutasset intrinsecam naturam libertatis: igitur si absque eo fuisset aliquando non operatura, etiam cum eo aliquando fuisset non operatura. Et quia tale donum est indebitum naturæ, non posset esse naturale simpliciter, nec distinctum à libertate, multò minus indistinctum: nam essentia libertatis creatæ petit, ut quemadmodum est in essendo, ita & in operando, sit mutabilis: modus quippe operandi, ut cum S. Tho. I. p. q. 12. ar. 4. c. 3. *cont. Gen. cap. 52.* docent Theologi, sequitur modum essendi, ut proprietatis suam naturam: ergo sicut impossibilis est creatura, quæ non sit quoad esse mutabilis, ita nec quoad operari. Repugnat igitur creatura, quæ exigit semper bene operari, & nunquam à rectè operando deficere. Quod si dicas, hoc non esse per aliquam naturalem exigentiam, sed per suam libertatem: hoc ipso relinquis libertatem creatam in suo statu naturali, in quo ob suam essentialem mutabilitatem in essendo, habet, ut non semper infallibiliter ex se bene operetur. Confirm. Repugnat creatura, quæ cum ordinarijs & communibus auxilijs gratiæ, infinito tempore conseruata extra visionem beatam, sit semper cum illis bene operatura: ergo repugnat creatura, quæ cum cõmunibus & ordinarijs auxilijs præuisa sit in quibusvis circumstantijs & occasionibus semper bene operatura. Nam etiam præuisa esset semper bene operatura in omnibus per totam æternitatem extra visionem beatam futuris. Nisi fortè dicas, præuisam fuisse semper bene operaturam in circumstantijs dumtaxat determinati temporis, non totius æternitatis. At aduersarii asserunt, Deum infinito suo lumine scientiæ conditionatæ præuidisse B. Virginem semper bene operaturam: atqui scientia conditionata Dei, non solum se extendit ad ea, quæ quævis creatura operatura esse in quouis tempore determinato, sed etiam in totâ æternitate. Dum igitur docent, Deum scientiâ con-

Quintum.

Axioma  
Meritis.

Confir.

ditionatâ præuidisse B. Virginem semper bene operaturam, consequenter docent, illam præuisam fuisse etiam per totam æternitatem bene operaturam, si per totam æternitatem conseruata fuisset extra visionem beatam.

Vnum hic effugium; habuisse B. Virginem hoc priuilegium, ut semper præuisa fuerit cum quouis gratiâ, in quibuscumque circumstantijs data, operatura ex meritis Christi. Sed contra: vel merita Christi B. Virgini impetrarunt, ut in quouis circumstantiâ & occasione ea gratia illi decerneretur, quæ præuisa fuit congrua: atqui hoc non tollit, quin saltem aliqua, vel eadem in alijs circumstantijs oblata, præuisa fuerit non congrua: vel ut omnis gratia in quibuscumque circumstantijs, etiam per totam æternitatem oblata, futura esset B. Virgini congrua: at hoc neque Aduersarij dicunt; nam positis Christi meritis non fuisset opus, ut Deus congruitatem gratiæ in B. Virgine certo prænouisset, per scientiam conditionatam in ipsius consensu sub conditione futuro, sed in Christi meritis pro Virgine oblatis. Nam si Christi merita hanc vim haberent, ut ipsis pro Virgine oblatis, omnis gratia in quouis circumstantiâ ei collata, futura esset congrua, necesse non fuisset, ad gratiæ congruitatem cognoscendam, per scientiam conditionatam recurrere ad consensum Virginis sub conditione futuro, cum illam cognouerit in ipsis meritis Christi pro Virgine oblatis. Quod idem etiam dici posset de gratia congrua ex meritis Christi data reliquis prædestinatis. Vel demum merita Christi impetrassent, ut gratia quæ ex suppositione præuisa fuit in B. Virgine non congrua, futura esset congrua. At neque hoc dici potest: nam quæ ex suppositione præuisa est non congrua, implicat ut omnibus inuariatis, eadem sub ijsdem circumstantijs, sub quibus præuisa est non congrua, futura sit congrua: sicut è contra, ut quæ præuisa est congrua, omnibus inuariatis, futura sit non congrua. Confir. Implicat, gratia, quæ ex se est indifferens, ut sit congrua, vel non congrua, ut propter merita Christi, futura sit congrua: alioqui, ut dixi, opus non esset, ad talis gratiæ congruitatem cognoscendam, recurrere ad consensum Virginis sub conditione futuro: ergo pariter implicat, ut gratia, quæ ex suppositione præuisa est non congrua, propter merita Christi futura sit congrua, nulla variatione facta in gratia, vel in circumstantijs. Ratio: in hoc inuoluitur quædam necessitas, quæ ex suppositione, quod est, non potest non esse. Eaque tolli nequit per extrinsecam duntaxat voluntatem Dei, aut Christi, nisi res ipsæ mutantur in se, & aliter se habeant quàm antea: alioqui ijsdem in se inuariatis manentibus, semper manebit idem, ex illo principio, *idem manens idem semper facit idem.* Semel quippe in rebus, essendi necessitate posita, undecumque illa proueniat, semper ea manebit, nisi res ipsæ mutantur. Cum igitur sola voluntas Dei, vel Christi non mutet res in se, non poterit necessitas in rebus semel posita tolli per solam extrinsecam Dei aut Christi voluntatem. Dum igitur hi quædam deuotione volunt B. Virginem exaltare, dignitatem diuinæ gratiæ deprimunt, & naturæ creatæ conditionem destruunt. Accedit testimonium censorum è Societate Iesu Romæ, qui hanc *propos. B. Virgo per scientiam conditionatam præuisa fuit semper & in omnibus circumstantijs bene operatura, iussu adm. R. P. N. Gener. Vincentij Carrafa examinatam censuerunt, non esse in scholis admittendum: Omnis. n. creatura libera ex se peccabilis est, & de facto pec-*

Hoc pugnat  
cum libertate  
creaturæ  
meritis claris.Proposio  
non admittenda  
in  
scholis  
n. s. s.Effugium  
præcluditur.

Ratio.

Principium  
receptissimū.

Sapientissima  
ma conjura  
RR. PP.  
Romanorum  
societ. Le  
su.

Dei para  
privilegium.

239.  
Secundum  
illatum re-  
satur.

Dices:

Resp.

Ratio.

cabit nisi adsit auxilium Dei efficax: videt autem Deus per scientiam conditionatam non solum circumstantias, in quibus cuique creatura libera, quacunque tandem illa sit, daret hoc auxilium efficax, sed etiam alias, in quibus non daret: eligendo autem B. Virginem in Matrem de-creant, eas omnes remouere circumstantias loci & temporis, in quibus esset male operatura per defectum auxilij efficacis, easque solas predestinauit, in quibus cognouit per scientiam conditionatam, eam bene operaturam esse: & in hoc consensu illud speciale privilegium, quo secundum Concil. Tri-den. sess. 6. can. 23. vitauit omnia peccata venialia: simpliciter autem & absolute per solam conditionatam cognoscit Deus, B. Virginem utpote creaturam liberam, peccaturam, si in tali & tali & circumstantia poneretur. Hoc est, speciale privilegium B. Virginis in eo positum fuit, quod inter omnia auxilia gratiae, quibus praeuista fuit sub conditione in quauis circumstantia praeuista, ea potissimum ex singularissimo Dei affectu, illi in executione danda decernerentur, cum quibus praeuista fuit non modo infallibiliter operatura, sed adaequate & secundum totam oblatam gratiae virtutem operatura: ut per excellentissima opera perfectissime se disponeret ad Unigeniti filij sui Maternitatem. An haec dispositio fuerit de congruo, 10. 6. disp. 26. sect. 11.

Nec minus impossibile est secundum sc. creatura, quae cum nullo auxilio in quibusuis circumstantijs oblato consensura sit: Quia cum in infinita serie auxiliorum, quibus Deus voluntatem creatam, salua eius libertate, allicere ad se potest, sicut alia & alia tam in persuadendo, quam in efficiendo valentiora, impossibile est, quin tandem voluntas creata, quantumuis Diuinæ gratiae rebellis, & in malo obstinata, cum aliquo ex his consensura sit. Dices: hinc sequitur, Deum independentem à consensu creaturae sub conditione futuro, certo praecognoscere in ipso auxilio efficaci effectum futurum: cum inter infinita auxilia dabile sit aliquod in persuadendo & efficiendo superans naturalem potentiam, quam creatura habet ad resistendum diuinæ gratiae, in quo Deus certo cognoscat effectum futurum: quia cum haec resistentia creaturae sit finita, dari poterit gratia in operando hanc vim resistentiam excedens. Resp. neg. sequel. ad prob. dicendum, libertatem creatam in resistendo diuinæ vocationi, habere vim quandam infinitam, quae nisi physicè determinetur, vel obiectiue per claram Dei visionem; vel subiectiue per physicam, aut moralem actionem, resistere poterit cuiusque vocationi diuinæ. Quia haec resistentia non consistit in aliqua actione positiva, quae à virtute gratiae superari possit, sed in pura negatione consensus, quem semper negare poterit, quacunque gratia allectiua posita, modo physicè, aut moraliter non praedeterminet.

SECTIO XIII.

An Deus ante suum decretum certo cognoscat futura conditionalia disparata?

SUNT futura conditionalia disparata, quorum conditiones nullo pacto sunt causa veritatis, & existentiae consequentis in propositione conditionali importati, sed habent se ad illud mere concomitanter, vt in hac propos. Si Petrus est niger, Paulus currit; nigredo Petri nullo pacto

240.  
Disparata  
qua?

Tom. I. De Deo.

conducit ad cursum Pauli. De his controuertitur, an Deus ea certo cognoscat ante decretum actuale, quo tales actiones actu ordinet ad veritatem & existentiam consequentis. 1. sent. affirmat. 1. sent. af. quia quidquid potest dependere à decreto Dei actu existente, prius ratione dependere potest à decreto Dei sub conditione futuro: sed huiusmodi conditionalia possunt dependere à decreto Dei actu existente: ergo & à decreto Dei sub conditione futuro; igitur cognosci possunt ante decretum De actu existens: quia omne futurum conditionatum sumit determinatam veritatem per ordinem ad decretum Dei conditionatum. 2. sent. negat. Vasquez. 1. p. disp. 67. n. 26. Arrub. disp. 45. cap. 4. quia conditionalia, quae constant ex rebus disparatis, nullam important connexionem antecedentis cum existentia & veritate consequentis; sed veritas horum conditionalium consistit in huiusmodi connexionem: nam veritas propositionis conditionalis consistit in formali illatione consequentis ab antecedente, quae exprimitur per particulam, Si, quae propterea non solum dicitur propositio, sed etiam consequentia & illatio, quia in illatione formaliter consistit ipsius veritas; vt, si homo currit, mouetur. Quia igitur conditiones disparatae nullam ex natura sua important connexionem cum veritate consequentis, non possunt ante decretum Dei, actu illas ordinantis ad veritatem & existentiam consequentis, esse determinate veræ. Pro explic. nota, in propositione conditionali duo posse considerari, & veritatem extremorum, quae ad formalem veritatem conditionalis se habent materialiter, cum possit veritas propositionis conditionalis saluari in materia impossibili; & formalem illationem consequentis ab antecedente, quae in portatur per particulam, si, quae aequivaler particulæ, Ergo. Vnde conditionalia disparata, in quibus non est necessaria connexio, in ijs non affirmatur illatio consequentis ab antecedente, sed tantum cognoscuntur per modum categoricæ propos. quae significatur per verbum principale, vt, si Petrus crearetur, conuerteretur: id, quod in hac propos. significatur, est conuersio Petri sub tali hypothesi futura. Vnde particula, Si, non significat in hac propos. illationem, sed effectum sub tali hypothesi futurum.

1. Sent. af. firm. fund.

2. Negant

Nota veri-  
tatem ex-  
tremorum;  
Et forma-  
lem illationem

DICO 1. Conditionalia disparata, quoad materialem veritatem extremorum certo cognoscuntur à Deo, ante decretum actu existens; per ordinem tantum ad decretum conditionarum obiectiuum: Suarez in opusc. lib. 2. de scien. condit. cap. 6. n. 4. Albertini Coroll. 3. Theol. ex princip. 4. Philos. Fundam. haec considerata quoad veritatem materialem extremorum, non differunt à reliquis futuris conditionatis: nam haec, Si Petrus curreret, Paulus legeret, considerata quoad solam concomitantiam vnus veritatis cum alia in ratione durationis, aequivaler huic categoricæ, dum Petrus curreret, Paulus legeret: sed haec certo cognoscitur ante decretum: nam ad cognoscendam hanc sufficit cognoscere cursum Petri, & lectionem Pauli sub conditione futuram, per ordinem ad eandem durationem temporis.

241.  
Materialis  
veritas  
cognosc.

Anse de-  
cre-  
tum actu  
existens.

DICO 2. Possunt eadem conditionalia disparata certo cognosci, etiam quoad veritatem formalem ante decretum, licet talis veritas non sit expressibilis in propositione conditionali, per particulam, si, nisi supposito actuali decreto Dei. Prior pars prob. non minus Deus cognoscit per ordinem ad suum decretum conditionatum, quod si ordinaret talem

242.  
Etiam for-  
malis veri-  
tas.

243.  
Lices exprimeri non possit ante decretum.

conditionem, quæ ex naturâ suâ ordinata non est ad existentiam alterius rei disparatæ, resultaret veritas formalis, & illatiua in conditionali, quam per ordinem ad idem decretum cognoscat, quod si concurreret cum hac, vel illâ creaturâ, resultaret talis veritas materialis in eadem propos. nam sicut in esse futuro absoluto vtraque penderet à decreto absoluto Dei, ita in esse futuro conditionato, à decreto conditionato Dei. Posterior prob. veritas formalis & illatiua, vt possit actu exprimi in conditionali, necessariò supponit infallibilem connexionem conditionis antecedentis cum consequente, vel ex naturâ suâ, vel ex actuali ordinatione Dei: sed conditio disparata nullam habet connexionem ex naturâ suâ cum existentia consequentis: ergo supponitur illam habere ex actuali decreto Dei: atque adeò veritas formalis, vt actu expressibilis in conditionali supponit actuale decretum Dei; cum implicet aliquid esse actu, & non dependere ab actuali voluntate Dei. Maior explic. in illâ conditionali, *Si percussisses quinquies &c.* supponitur, quintam percussorem terræ esse actu ordinatam, vt conditionem prærequisitam ex decreto Dei ad deuastationem Syriæ per promissionem Dei, actu factam; alioqui non posset dici, *si percussisses quinquies &c.* sed potius, *si Deus promississet, vt ad quintam, vel sextam percussorem terræ Syriæ deuastaretur.* Confir. statim ac Deus reuelat, quod si poneretur vnum, sequeretur aliud, habet actuale decretum, absolutum respectu promissionis, conditionatum respectu effectus dependentis à tali conditione. Ex his conciliantur ambæ sent. 1. solum probat priorem partem; 2. posterioriorem nostræ sent.

Ambæ sent. concili.

## SECTIO XIV.

### An Deus scientiâ conditionatâ cognoscat sua decreta conditionalia.

244.

Sc. quæ nunquam reipsâ existens in Deo:

**D**V P L E X decretum conditionatum distinguitur in Deo; alterum, quod solâ ratione præcedit absolutum actu existens in Deo: nam cum prius ratione Deus cognoscat rem creatam sub conditione futuram, quàm absolutè futuram; prius etiam ratione præcedit voluntas ipsius, vt causa rei creatæ sub conditione futuræ, quàm vt causa eiusdem rei vt absolutè futuræ: alterum, quod nunquam de facto existit in Deo: existeret autem, si certa conditio poneretur.

245.  
Negas.

DE POSTERIORE; i. sent. Molinæ 1. p. qu. 19. art. 13. disp. 17. negantis. Fundam. ad cognoscendum, quid vnaquæque voluntas, sub quâuis hypothesi est determinatè operatura, non sufficit talem voluntatem comprehendere, sed oportet illam supercomprehendere, per infinitum excessum cognitionis supercomprehendentis ad voluntatem supercomprehensam; sed hunc non habet diuina cognitio respectu suæ voluntatis, sed tantum respectu voluntatis creatæ: quia intellectus increatus non excedit in cognoscendo voluntatem increatam. Maior prob. alioqui posset angelus comprehendendo suam voluntatem cognoscere liberum suum decretum futurum. Ex quâ doctrina deducit, nullius conditionalis scientiam comunicabilem esse creaturæ, quia nulla creatura potest per infinitum excessum supercomprehendere voluntatem creatam.

SECUNDA Fonseca lib. 6. Metaph. cap. 2. q. 4. sect. 10 §. sed quæret, Suarez lib. 2. de scientiâ Dei. cap. 8. Arrub. 1. p. disp. 47. cap. 7. affirmantium. 246. Affirmant. Vera sent.

Quæ sent. vera est. prob. triplex decretum conditionatum in Deo distingui potest; 1. fundatum in decreto absoluto, de promissione factâ sub conditione: vt, promitto tibi gloriam, si te ad illam disposueris. 2. necessariò concomitans effectum liberum creatum sub conditione futurum. 3. pendens ex solâ & merâ suâ voluntate sub hac vel illâ hypothesi rerum constitutâ: at omnia hæc decreta cognoscat Deus: vt quoad priora duo nemo neget: nam primùm cognoscat Deus in decreto absoluto de promissione factâ, in quâ necessariò inuoluitur aliud decretum conditionatum de præstandâ repromissâ, si conditio adimpleatur. Secundum cognoscat in effectu creato præuiso sub conditione futuro; nam qui cognoscat effectum, cognoscat necessariò causas, à quibus talis effectus essentialiter dependet; inter quas est decretum conditionatum Dei, complens causam 2. in actu 1. ad operandum. Difficultas est de tertio; hoc autem certò à Deo cognosci ostendo, 1. Eadem est ratio cognoscendi secundum ac tertium; quia secundum non cognoscat in alio decreto actu existente in Deo, vt cognoscat primum: nec illud cognoscat in effectu sub conditione futuro, vt consequens ipsum effectum, sed vt antecedens; quia cognoscat illud vt causam talis effectus; igitur prius ratione, quàm cognoscat effectum creatum futurum ex vi causæ creatæ, cognoscat suum decretum conditionatum, vi cuius causa creata fit potens producere suum effectum: ergo similiter cognoscere poterit decretum conditionatum ex solâ suâ voluntate dependens. Quia non minus decretum sub conditione offerens auxilium, quod fit causa consensus creati sub conditione futuri, est dependens à solâ voluntate Dei, quàm quodlibet aliud decretum conditionatum & absolutum. Confir. decretum conditionatum & absolutum, in hoc non differunt: atqui absolutum; quo de facto Deus offert auxilia gratiæ ad supernaturalem consensum, pendet ex solâ voluntate Dei; ergo & conditionatum: nam quod est absolutum, prius, ratione fuit conditionatum. 2. Quia non minus Deus, quàm creatura, si liberè se determinasset, ad vnam tantum partem re ipsâ se determinasset: igitur factâ tali suppositione, non minus est determinatè verum, ac proinde certò cognoscibile, quod tale decretum Dei esset sub conditione futurum, quàm ipse liber consensus creaturæ. Confir. hoc non est naturâ suâ incognoscibile, cum sit extra spheram puri nihil; non minus quàm consensus creatus sub conditione futurus; ergo non fugit intellectum increatum, intra cuius spheram est omne verum, & quidquid ab intrinseco non repugnat cognosci. Neque ad hoc requiritur infinitus excessus cognoscens supra cognitum, sed sat erit vis infinita intellectus cognoscentis, etiam si non excedat, sed tantum adæquet rem cognitam. Nam hoc ipso, quod vis cognitiua est infinita, est quâ maior excogitari non potest, proinde necessariò se extendit ad omne id, quod ab intrinseco non repugnat cognosci: alioqui excogitari posset maior vis cognitiua, quæ fieri posset ad tale cognoscibile, & in Deo non esset; quod ex terminis repugnat. Præterea cum omne verum essentialiter constituatur per ordinem ad aliquem intellectum potentem cognoscere, repugnat dicere, decretum conditionatum Dei esse verum, & non

Cognoscat pendens ex solâ suâ voluntate. Et. 1. à pari.

247.  
Pr. 2.

Confir.

non per respectum ad intellectum diuinum potentem illud cognoscere; alioqui esset verum sine suo essentiali respectu. Quod autem illud sit verum, constat à paritate consentus creati sub conditione futuri.

249.  
Ad Molin.  
Sciētia condition. commun. municipalis.  
Ad fundam. primæ sent. neg. maior. ad prob. nego paritatem: nam licet vis cognitiua angeli sit comprehensiuua sui, non est tamen infinita, proinde non omne verum habet intra suam spheram. vnde falsum est, nullius futuri conditionalis scientiam communicari posse creaturæ; nam probabile est, vt eo. 6. multorum conditionalium scientiam communicatam esse animæ Christi, cum talis scientia spectet ad perfectum munus Iudicis ac Mediatoris. Ratio: licet scientia omnium conditionalium nequeat communicari creaturæ ( hæc enim includit cognitionem omnium possibilium, quæ nulli creaturæ communicabilis est ) communicari poterit aliquorum, non connaturaliter, cum hic modus cognoscendi sit proprius Dei, & requirat in intellectu connaturaliter cognoscente vim cognoscendi infinitam, sed supernaturaliter.

249.  
Negant.  
DE PRIORE, sc. an Deus sua decreta absoluta prius ratione cognoscat, vt ponenda, quam quam vt actu posita? i. sent. Molina 1 p. quest. 14. art. 13. disp. 17. Vasquez disput. 65. n. 25. Arrub. disp. 47. cap. 4. Moncaï disp. 3. cap. 17. negantium.

Fund. Molin.  
Fundam. Molina: sequeretur, tolli libertatem in Deo: nam si prius ratione, quam se ipsum determinaret, cognosceret suam futuram determinationem, illam naturaliter cognosceret; nec posset oppositum cognoscere: stante autem tali scientiâ, non posset Deus oppositum velle, alioqui falleretur eius scientia. Fundam. Vasquez, Liberum decretum Dei supra nudam essentiam eiusdem non addit, nisi purum respectum rationis ad res futuras; igitur non potest in priori signo rationis certo cognosci decretum futurum. Quia nihil habet diuina essentia in eo signo, per quod tale decretum cognosci possit: nam respectus rationis, quem liberum decretum addit essentiæ, eo signo intelligi non potest, cum in eo signo nondum intelligantur creaturæ vt futuræ, sed tantum vt possibiles: respectus autem nequit sine termino cognosci. Confir. Deus non distinguit instantia rationis, quibus unum prius ratione concipiat, quam aliud; hoc enim prouenit ex imperfecto modo nostro concipiendi; ergo in eius intellectu ipsius decretum non habet rationem futuri in posteriori signo rationis; nam, vt habeat rationem futuri, debet ipse instantia rationis distinguere. Fundam. Arrub. Nulla est veritas voluntatis diuinæ vt absolutè futuræ, quæ prior sit veritate eiusdem, vt actu præsentis in æternitate: ergo nulla in Deo est cognitio prior voluntatis, vt absolutè futuræ, quam eiusdem in æternitate præsentis. Antec. probat: duobus tantum modis dicitur aliquid prius, causalitate & vniuersalitate: at neque ratio futuri est causa, vt aliquid sit præsens, nec voluntas futura est vniuersalior, & latius patens, quam eadem vt in æternitate præsens: igitur nullo modo voluntas diuina est prior vt futura se ipsâ, vt præsentem in æternitate.

250.  
Fund. Vasquez.  
Confir.  
251.  
Fund. Arrub.  
252.  
Affirm.  
Verior sent.  
SECUNDA Fonseca, & Suarez, supra, affirmantium. Quæ sententia vera est. Fundam. cognoscere Deum vnum prius ratione, quam aliud, est vnum cognoscere independentem ab alio, aliud verò dependentem ab hoc: sed Deus ab æterno cognouit suum liberum decretum, vt ponendum, independentem ab eodem, vt actu posito: ergo prius ratione cognouit illud ut ponendum, quam vt actu positum. Maior est certa: nam ideo dicitur Deus prius ratione velle finem, quam media; quia finem vult independentem à medijs, media dependentem à fine: vnde adhuc non volito hoc, vel illo medio in particulari, volitus esset finis: ergo pariter ideo dicitur Deus vnum prius ratione cognoscere, quam aliud, quia vnum cognoscit independentem ab alio, aliud verò dependentem ab hoc. Minor prob. etsi liberum decretum Dei nunquam in æternitate, vt ponendum præcesserit se ipsum, vt actu positum, sed semper fuit actu positum, ac proinde nunquam fuit cognitum, vt ponendum, quia simul etiam fuerit cognitum, vt actu positum; quia tamen vt ponendum est independentem à seipso, vt actu posito: contra verò vt actu positum est dependens à seipso, vt ponendo; nam etiamsi non fuisset positum in æternitate, sed in tempore, vt multi Scotista opinantur, adhuc fuisset in æternitate cognitum, ut ponendum, & nondum vt actu positum; rectè dicitur, vt ponendum esse prius se ipso, ut actu posito; ac proinde prius ratione à Deo cognitum, vt ponendum, quam vt actu positum; non quidem positivè, quia vt positivè potuerit in æternitate cognosci, vt ponendum, debuisset in æternitate præcedere, vt ponendum: sicut in eâ præcedunt futura creata, quæ propterea in æternitate à Deo cognoscuntur, vt positivè futura; sed tantum negatiuè; quia vt potuerit Deus cognoscere suum decretum liberum ab æternitate, non fuit necessum, vt illud in æternitate existeret; nam etiamsi extitisset in tempore, vt reliqua decreta & effectus creati, adhuc illud ab æterno cognouisset, vt suo tempore ponendum. Quia, vt Deus obiectum cognoscat, solum requirit ex parte obiecti rationem veri & intelligibilis, quæ ex parte obiecti statim ponitur, quam primum illud transiit ex indifferentiâ ad determinationem aliquam.

Confir. prius ratione, quam voluntas diuina intelligatur absoluta, intelligitur conditionata; ergo prius ratione intelligitur ponenda, quam actu posita: nam cognoscitur ponenda, vt est sub conditione; cognoscitur actu posita, purificata conditione. Antec. ostendo; prius ratione cognoscitur effectus creatus sub conditione futurus, quam absolutè futurus: ergo prius etiam ratione cognoscitur voluntas diuina sub conditione ponenda, quam actu posita: quia sub nullo signo intelligi potest effectus creatus sub conditione futurus, quin sub eodem intelligatur voluntas Dei sub conditione etiam futura; quia sub nullo signo intelligi potest effectus creatus sine dependentiâ à voluntate increatâ.

Obijciens 1. Quod ab æterno non fuit, ab æterno cognosci non potuit: sed ab æterno non fuit decretum diuinum vt ponendum, sed semper actu positum; ergo ab æterno cognosci non potuit vt ponendum. Resp. dist. minor. non fuit ab æterno ponendum positivè, concedo; negatiuè, nego: hoc autem sufficit, vt potuerit ab æterno prius ratione cognosci vt ponendum, quam vt actu positum. Dicitur autem positivè ponendum id, quod pro eâ duratione, pro qua cognoscitur ponendum, nondum est actu positum, sed positivè: excludit actualem positionem; ut futura creata, fuerunt ab æterno positivè ponenda, quia pro æternitate, pro qua fuerunt cognita vt ponenda, nondum erant actu posita, sed positivè in æternitate excluderent actualem positionem. Dicitur verò

253.  
Confir.  
254.  
Obj. 1.  
Resp.  
Positivè ponendū quid  
negatiuè

Negativè  
quid?

negativè ponendum id, quod licet in eà duratione, in quâ cognoscitur sit actu positum, ut tamen pro eà duratione potuerit simpliciter cognosci, non erat necessarium, ut esset actu positum; nam etiam si non fuisset pro eà duratione actu positum, potuisset cognosci: eo quod eius cognitio ab æterno non pendebat ab actuali positione æternâ ipsius. Quod autem hoc sufficiat, ut dicatur prius ratio cognosci ut ponendum, quam ut actu positum, constat de eodem decreto diuino cognito in eadem æternitate prius ratione ut possibili, & conditionatè futuro, quam ut actu posito; esto ut possibile, & conditionatè futurum non præcesserit in eadem æternitate se ipsum, ut actu positum: sed factum est, ut ad illud cognoscendum, ut possibile, vel sub conditione futurum non fuerit necesse, ut actu existeret.

255.  
Obiic. 2.

Resp.

Obiicis 2. Sequeretur, Deum in quolibet signo rationis cognoscere suum decretum, ut ponendum, cum non sit maior ratio de vno signo, quam de alio. Resp. neg. sequel. cuius maior ratio est; quia hæc signa concipienda sunt in Deo ordinatè, ut quod præsupponitur ad aliud, non debeat concipi posterius illo, & è conuerso; sed decretum Dei, ut ponendum, præsupponit seipsum, ut possibile, & cum eo omnia necessaria in Deo. Igitur non in quouis signo rationis potest liberum decretum Dei concipi, ut ponendum, sed tantum in eo, in quo cetera necessaria in Deo præsupponuntur cognita.

256.  
Obiic. 3.

Resp.

Obiicis 3. Futurum ut futurum negat existentiam rei pro eà duratione, in quâ dicitur futura: at in nullo signo æternitatis potest decretum absolutum Dei concipi cum negatione existentia; ergo in nullo signo æternitatis concipi potest ut futurum. Resp. transeat totum. Neque enim cum docemus, prius ratione cognosci à Deo suum decretum, ut futurum, docere volumus, illud à Deo cognosci sine actuali existentia in æternitate: sed solum docere volumus, illud cognosci cum independentia ab actuali existentia in æternitate, modo supra exposito, quia nimirum non est necesse ut illud actu existat ab æterno, ut possit ab æterno cognosci, nam etiam si existeret in tempore, cognosceretur ab æterno, ut cognoscuntur decreta creata. Vnde quamuis futurum propriè consistat in posterioritate durationis, tamen hic sumimus futurum, ut dicit solam posterioritatem rationis, & ideo in titulo quæst. consultò abstinui à nomine futuri.

257.  
Obiic. 4.  
Resp.

Obiicis 4. Sequeretur, creaturas esse futuras ante decretum Dei actu existens, nam essent futuræ per decretum Dei ponendum. Resp. neg. sequel. solum enim sequitur, per decretum Dei ponendum creaturas fieri fore futuras, non formaliter futuras, quod nullum est absurdum. Fiunt autem formaliter futuræ per ipsum decretum actu positum.

258.  
Ad Molinam

Ad fundam. Molinæ nego sequel. ad prob. dist. maior. repræsentat cognitio diuina liberum decretum ponendum naturaliter, factâ suppositione liberæ determinationis voluntatis diuinæ, concedo; non factâ, nego. Similiter non potuit oppositum repræsentari, factâ tali suppositione, concedo; simpliciter & absolutè, nego; quia sicut in potestate Dei fuit, decretum non ponere, ita in potestate eiusdem fuit, decretum non cognoscere. Vnde stante tali scientiâ, concedo, quod non sit in libertate Dei illud non ponere, nam hoc involuit necessitatem suppositionis liberæ determinationis ipsius. Sicut, stante in Christo intuitiuâ cognitione suo-

rum operum, non poterat, in sensu composito ea non exercere; simpliciter tamen fuit liber ad ea exercenda, quia talis intuitio non erat causa, ut ita operaretur, sed signum tantum præsupponens liberam determinationem futuram Christi.

Ad Fundam. Vasquez nego consequ. nam quidquid sit illud, quo liberum decretum Dei formaliter constituitur, potest certò cognosci ut ponendum prius ratione, quam actu positum, modo declarato. Concedo autem, in eo signo, in quo intelligitur decretum ponendum, non intelligi creaturas ut futuras, intelligi tamen, ut fore futuras, per ordinem ad quas intelligitur decretum Dei ut ponendum. Ad confirm. ut dicatur Deus concipere vnum prius alio, non oportet, ut ipse distinguat instantia rationis, in quibus concipiat vnum, non concepto alio; sed sufficit, ut concipiat vnum cum independentiâ ab alio, esto utrumque simul concipiat. Quia igitur decretum Dei ut ponibile, est independentens à se ipso, ut ponendo; & hoc, ut à Deo cognoscatur est independentens à se ipso, ut in æternitate posito; nam etiam si non poneretur in æternitate, sed in tempore, adhuc cognosceretur, ab æterno; dicitur illud prius ratione cognosci, ut ponibile, quam ut ponendum; & hoc prius ratione, quam ut actu positum. Ad Fundam. Arrub. nego antec. ad prob. nego, illis duobus tantum modis dici posse vnum prius alio, sed quocumque alio modo potest vnum esse independentens ab alio, dici potest prius alio. Reducitur autem hæc prioritas ad eam, quæ iuxta Arist. cap. de priori, dicitur Prioritas secundum subsistendi consequentiam, qua ab vno ad alterum non conuertitur consequentia: nam licet valeat consequ. decretum diuinum est actu positum: ergo fuit ponibile: hæc tamen conuertitur subsistendi consequentia: fuit ponibile; ergo est actu positum. Id enim à quo non conuertitur consequentia est prius eo, à quo conuertitur consequentia; ut *ibid.* Arist.

259.  
Ad fund.  
Vasquez.

Ad conf.

Notandum  
maximè.

260.  
Ad fund.  
Arrubal.

Arist.

## SECTIO XV.

An, & quomodo Deus cognoscat negationes & priuationes?

CERTUM est, Deum cognoscere negationes & priuationes omnes, tam physicas, quam morales; imò & quæcunque entia, quæ à quolibet intellectu fingi excogitarique possunt. Fundam. hæc omnia sunt aliquo modo cognoscibilia, siquidem cognoscuntur à nobis; igitur actu etiam à Deo. Nam quidquid est cognoscibile, actu cognoscitur à Deo; cum Deus non supponat, nisi cognoscibilitatem obiecti, ut illud actu statim cognoscat; nam totam rationem cognoscendi habet à se. Contrauersa est de modo, quo illas cognoscat, an immediatè in se ipsis; an per formam positiuam, quæ cognitâ, cognoscantur omnes negationes & priuationes in eâ fundatæ. 1. Sent. affirmat, Deum negationes priuationesque immediatè cognoscere in se ipsis. Fundam. hic modus cognoscendi est nobilior, sc. cognoscere obiectum immediate per se ipsum, quam mediante alio. Confir. nequit forma positua esse ratio cognoscendi negationem; cum forma positua & negatiua habeant oppositas cognoscibilitates: igitur nequit vna esse ratio cognoscendi aliam. Secunda affirmat, eas cognoscere per formam positiuam. Sed, an per formam positiuam creatam, an increatam? Multi censent, eas cognoscere

261.

Sunt cognoscibiles physica & morales.

1. Sent.  
261.

261.  
2. Sent.

scere per increatam bonitatem, quæ cognita cognoscitur omnis negatio; quia ob sui eminentiam continet omnem bonitatem creatam: ergo in ea cognoscitur omnis bonitas creata; & recessus à bonitate, siue creata siue increata; ac proinde omnis privatio & negatio, quæ & recessus ab aliqua bonitate.

Pro explicatione, potest vnum esse ratio cognoscendi aliud; 1. vt ratio mediatè cognoscendi. 2. vt fundamentum prius cognitum.

**DICO 1.** Ratio immediatè cognoscendi negationes & priuationes, non est forma positiua. Fundam. ratio illa non potest esse contradictoriè opposita negationi & priuationi; vt forma positiua est contradictoriè ei opposita; homo negationi hominis, forma ignis priuationi ignis. quia ratio immediatè cognoscendi est, quæ immediatè exprimit obiectum: nulla autem forma immediatè exprimere potest suum oppositum, seu immediatè obijcere intellectui contradictorium sui: nam id obijcit immediatè intellectui, quod immediatè continet: non continet contradictorium sui, nec potest illud immediatè intellectui obijcere.

**DICO 2.** Implicat Deum cognoscere negationem & priuationem, non cognita prius forma positiua, cuius est negatio & priuatio. Fundam. forma est specificatiuum negationis & priuationis; non constitutiuum, sed remouibile; quia est terminus qui essentialiter importatur, vt remouibilis à negatione. Nequit autem intelligi specificatum, nisi præintelligatur forma specificans: nec negatio, nisi præintelligatur forma, cuius est negatio. Vnde Philos. proloquium est, *priuationem non cognosci, nisi per habitum.* Confirm. negatio vel priuatio determinatur ad hanc speciem, vel numero negationem aut priuationem per hanc speciem, aut numero formam; ergo nequit cognosci hæc speciem, aut numero negatio, vel priuatio, nisi præcognita hac speciem, vel numero formam, cuius est negatio, aut priuatio. Vnde ad cognoscendam negationem, vna tantum forma est præcognoscenda, ea nimirum, cuius est negatio: ad cognoscendam vero priuationem, præter formam, cuius est priuatio, præcognoscendum est etiam subiectum, in quo talis priuatio est, cum aptitudine ad oppositam formam recipiendam.

**DICO 3.** Hæc forma, quæ immediatè præcognoscenda est ad negationes, & priuationes rerum intelligendas, non est bonitas increata, sed creata, ea nimirum, quæ immediatè per negationem, priuationemque remouetur. Fundam. ea bonitas vel forma ad negationem, priuationemque intelligitur immediatè præcognoscenda, quæ immediatè per negationem, priuationemque remouetur; sed bonitas, quæ immediatè per negationem visus, ex. gr. remouetur, non est bonitas increata, sed creata visus: igitur hæc tantum est immediatè præcognoscenda: non inficior, bonitatem increatam mediatè esse præcognoscendam ad negationes, priuationesque intelligendas: sicut prius cognoscenda est bonitas increata, quam creata, sicut obiectum primarium quam secundarium; ita mediatè prius cognoscenda est bonitas increata, quam quæuis negatio, aut priuatio bonitatis creatæ. Dices. Saltem priuatio moralis, quam inuoluit peccatum, non potest cognosci, nisi immediatè præcognoscatur bonitas ipsa increata, cuius est priuatiua. Resp. neg. assump. nam peccatum non est priuatiuum bonitatis increatæ, vt formæ oppositæ, sed solum vt obiecti; immediatè solum est priuatiuum, vt formæ oppositæ, bonitatis creatæ; mediatè & per modum obiecti etiam bonitatis increatæ. Quia quod priuat visione, priuat obiecto viso: quare Deus vt obiectum visum

consequenter tantum cognoscitur ad cognitionem visionis beatæ, quæ peccatum priuat.

**DICO 4.** Non omnes negationes, aut priuationes cognoscit Deus scientia visionis, sed aliquas scientia visionis, aliquas scientia simplicis intelligentiæ. prob. sicut entia alia sunt possibilis, alia existens: ita negationes & priuationes, aliæ sunt possibilis, aliæ existens: quæ tantum sunt possibilis, cognoscuntur à Deo scientia simplicis intellig. quæ existens, scientiæ visionis. Genus negationum, aliud earum, quæ fundantur in rebus possibilibus nunquam exituris; aliud earum, quæ comitantur res existens. Priores cognoscit Deus scientia visionis, quia sicut res possibilis nunquam exituræ sunt, ita negatio talis existentiæ semper suo modo existit; ac proinde talis negatio cognoscitur scientia visionis. Posteriores, si considerentur in ordine ad subiectum, in quo sunt, cognoscuntur scientia visionis; si in ordine ad terminum existens, quem à subiecto remouent, cognoscuntur scientia simplicis intellig. Velut negatio lapidis in homine, si consideretur in ordine ad hominem, in quo concipitur, vt in subiecto, cognoscitur scientia visionis; nam in homine talis negatio actu, suo modo existit; si in ordine ad lapidem, qui de homine negatur, scientiæ simplicis intellig. quia in ordine ad lapidem talis negatio non existit, sed potuit existere.

Dices. Hinc sequeretur, æquè latè patere obiectum visionis, & simplicis intellig. nam obiectum visionis sunt omnes negationes rerum possibilium; obiectum verò simplicis intelligentiæ, sunt res ipsæ possibilis. Confirm. nequeunt cognosci negationes possibilium, quin cognoscantur possibilis: ergo eadem possibilis erunt obiectum vtriusque scientiæ, simplicis intellig. & visionis. Resp. Concedo sequel. si comparatio fiat inter obiectum negatiuum scientiæ visionis, & positiuum scientiæ simplicis intellig. nego, si comparatio fiat inter obiectum positiuum vtriusque scientiæ: quia sicut plurà sunt, quæ Deus facere potest, & nunquam facturus, quàm quæ fecit, vel facturus est: ita latius patet obiectum positiuum simplicis intellig. quàm obiectum positiuum visionis. Et quia huius tantum obiecti habetur ratio, idè simpliciter dicendum est, latius patere obiectum simplicis intelligentiæ, quàm visionis. Ad confirm. concedo possibilis esse obiectum vtriusque scientiæ, diuerso tamen modo; simplicis intellig. per se & directè; visionis indirectè.

Sequitur 1. per quam scientiam Deus cognoscatur entia rationis ab homine ficta, vel fictibilia. nam quæ fingi possunt, nunquam tamen ab homine fingentur, cognoscit Deus scientia simplicis intellig. quæ verò actu fingentur, scientiæ visionis. An autem Deus ipse formetens rationis, Distinguo; de ente rationis per simplicem & absolutam apprehensionem; hoc Deo negatur, quia importat apprehensionem rei aliter ac est in se; & de ente rationis, quod necessariò supponitur ad verissimum iudicium, quod Deus habet de conuenientia prædicati, quod subiecto sub conditione impossibili apprehenso competeret, vt si homo esset lapis, non sentiret: In quo iudicio, quod Deo negari non potest, supponitur homo apprehensus vt lapis tanquam subiectum, de quo verissimè negaretur sentatio: talis. n. hypoth. sis, nempe hominem esse lapidem, cum sic impossibilis, est etiam rationis: cumque necessariò à Deo cognoscatur, vt possit habere certum iudicium de prædicato, quod tali subiecto sub hypothese apprehenso conueniret, sequitur Deum facere ens rationis.

264. Nota.

265. Forma positiua immediatè non est ratio cognos.

264. Sed mediata

Philosophorum axioma.

266. Conf.

267.

Quæ immediatè remouetur.

268. Dices.

Resp.

269. Scientia simplicis intelligentiæ. negationes:

270. Negationum duplex generis.

271. Dices.

Conf.

Resp.

Aid conf.

272. Quid de entibus rationis.

273. An Deus sciat ens rationis.

224.  
Sequitur 2.

Sequitur 2. ut obiectum sit cognoscibile scientiâ visionis, non esse necessarium, ut ita existat, ut possit non existere; sed sufficit, ut existat, etiam si nequeat non existere; ut Deus cognoscit seipsum scientiâ visionis, cum tamen nequeat ipse non existere. Contrâ verò, ut obiectum sit cognoscibile scientiâ simplicis intellig. non est necessarium, ut ita non existat, ut possit existere; sed sufficit, ut non existat, etiam si non possit existere, ut negatio Dei, ita non existit, ut implicet existere, quæ tamen cognoscitur scientiâ simplicis intellig. 3. Deum non cognoscere negationes & priuationes per assensum, dicendo, *tenebræ sunt, Petrus est cæcus, homo est non equus*: sed per dissensum, *lux non est, Petrus non habet uisum, homo non est equus*. Ratio: affirmatio existentiae de negatione supponit identitatem existentiae cum negatione vel priuatione, ac proinde supponit apprehensionem rei aliter ac in se est: quæ cognitio cum sit difformis obiecto, in Deum cadere non potest. 4. Ad cognoscendas negationes & priuationes Deum non determinari à suâ essentiâ, ut immediatâ specie negationum & priuationum, cum hæc, utpotè nihil, species sui repræsentatiuas non habeant; sed à suâ essentiâ, ut specie terminorum negatorum; cognitio n. positivis terminis negatis, homine & equo, absque alijs speciebus, aut diuina essentia supplete negationum species, perfectissimè à Deo cognoscitur, hominem non esse equum. Ita S. Tho. 1. con. gen. c. 71. dicit, negationes à Deo cognosci in ipsa rerum distinctione: quia cognitio proprijs quidditatibus rerum, in quidditatibus cognoscuntur negationes, Idem *ibid.* docet, malum non cognosci nisi per bonum: Nam bonum, inquit, est quasi ratio cognitionis mali, cum malum nihil aliud sit, quam priuatio boni. Qua de causa negat ubique S. Tho. Deum habere idæam de malo: Quoniam, ut cit. cap. ad 2. Ferrari. de malo nullus formatur conceptus quidditatus, cum nullam quidditatem dicat, sed magis negationem quidditatis: sed intellectus sicut per eandem speciem intelligibilem, qua cognoscit bonum, cognoscit malum, ita per eundem conceptum, qui cognoscit quidditatem boni, cognoscit etiam malum illi oppositum: non enim oportet, ut omne cognitum cognoscatur per propriam speciem, ac per proprium conceptum illius repræsentatiuum, sed sufficit, quod aliquid per similitudinem sui oppositi cognoscatur. Hæc ex mente S. Doct. Vnde miror aliquos ex hoc loco probare suam sent. de immediatâ cognitione negationum.

Deus non est species negationum.

De malo nullus conceptus quidditatus.

275.  
Ad fund. 1.

ad conf.

Ad Fundam. primæ, nego assumptum, cum enim talis modus in negationibus implicet, nequit esse modus cognoscendi nobilior; quia hic supponit possibilitatem talis modi cognoscendi. Ad confir. concedo, formam positivam non esse rationem immediatè cognoscendi sui negationem; nego autem non esse fundamentum, seu terminum prius cognitum. Ad Fundam. secundæ, dist. conseq. cognoscitur in bonitate increata omnis bonitas creata mediatè, concedo; immediatè, nego: immediatè enim sola cognoscitur bonitas increata, quæ cognita cognoscitur & bonitas creata, ut effectus, & obiectum secundarium; atque adeo & negatio, priuatioque ipsa bonitatis creatæ mediatè tantum cognoscitur in bonitate increata.

277.

Scientia Dei est causa rerum ut ars.

Rogas 1. An scientia Dei sit causa rerum? Resp. affirmi, ut certum est: non tamen effectiua, sed directiua. Prob. se habet respectu rerum, sicut ars artificis respectu artificiatorum: sicut. n. artifex producit artificiatâ directus ab arte præmonstrante modum effingendi opus; ita Deus producit res directus à scientiâ, præmonstrante modum effingendi res. Sed ars complet potentiam artificis in ordi-

ne ad opus artificiatum producendum. Capreol in 1. non effectiua dist. 35. q. 2. sine, ad argu. contra 8. concl. & Zumel. 1. p. q. 14. art. 8. disp. vn. concl. 3. asserunt, scientiam Dei esse causam effectiua rerum. Sed contrâ: scientia causat tantum dirigendo, non efficiendo, ut rectè Durand. in 1. dist. 38. q. 1. causat præmonstrando tantum modum efformandi res, & in hoc completur tota eius causalitas: quia in artifice creato ars non concurrat ad artificiatum, nisi tantum dirigendo, non efficiendo immediatè ipsum opus, cuius effectiua immediatè attingit sola potentia executiua; ergo neque in Deo: nam de diuinis philosophari debemus per analogiam ad creatâ. Est igitur scientia causa operis, dirigendo tantum potentiam executricem ad opus exequentem, iuxta normam ab ipsa præscriptam. Vnde dicitur complementum potentie actiue, non in ratione coagentis, sed dirigentis; pertinetque ad illam, ut complementum, non eiusdem, sed diuersæ rationis. Nec refert, quod Arist. 6. Ethic. 4. artem definit habitum cum vera ratione effectiuum. Nam explicari potest; 1. quod sit effectiuus mediante potentia executiua, quam dirigit; 2. quod ibi definit artem, ut est principium completum operis; quo pacto, præter scientiam dirigentem, includit potentiam exequentem.

Rogas 2, quomodo scientia Dei sit causa rerum? Resp. non formaliter per adiunctum actum voluntatis, licet non valeat actu causare, nisi determinata per voluntatem; ita Capreol. cit. qui in hoc sensu explicat S. Tho. dum 1. p. q. 14. at. 8. docet, scientiam Dei esse causam rerum per voluntatem adiunctam. Fundam. scientia est causa operis, dictando modum efformandi opus, eoque voluntatem dirigendo ad opus exequentem; igitur vim causandi mutare non potest à voluntate: nam practicum dictamen de modo effingendi opus, ratione præcedit voluntatem; ergo non potest ab illa formaliter, vim mutare, cum nullum prius, ut sic, vim suam accipere possit à posteriori. Quod autem nequeat actu causare, nisi determinata per voluntatem constat: nam ad actu causandum requiritur executio operis; scientia enim suam causalitatem exercet in opus, dirigendo potentiam executricem ad illud exequentem, sicut ab ipsa præscribitur: at potentia executrix non exequitur opus, nisi determinata per voluntatem, cuius est omnes potentias executrices imperio suo mouere ad opus exequentem. Caterum quo ordine se habeant omnes istæ causalitates ad opus producendum, nempe scientiæ ut dirigentis, voluntatis ut determinantis, potentie ut exequentis, infra, cum de potentia Dei.

Rogas 3. quæ scientia Dei sit causa rerum? Resp. non omnis, sed quæ liberum decretum præcedit de opere faciendo, per modum practici dictamen. Triplex in Deo de creaturis distinguitur scientia, simplicis intelligentiæ, visionis, & conditionata: prima præcedit liberum decretum Dei, estque omnino necessaria: 2. subsequitur illud, estque omnino libera: 3. antecedit omne decretum absolute, non tamen conditionatum, estque partim libera, partim necessaria. Primò scientia visionis non est causa rerum, quia hæc supponit res obiectiuè futuras, easque subsequitur, ut pura contemplatio earum. 2. non omnis scientia simplicis intellig. est causa rerum, cum multa per hanc scientiam cognoscantur, quæ non sunt factibilia, ut impossibilia: ars autem, teste Philos. 6. Ethic. 4. esse debet de ijs, quæ ab artifice liberè fieri possunt: Vnde etiam excluditur notitia, quam Deus habet de suis increatis processibus, cum illæ non liberè, sed necessariò,

Sed dirigi.

278.

Non perac. Et volunt.

Sed determi. nasa per volunt.

279.

Scientia

Visionis.

non est causa.

Nec simplicis intel. qualibet.

cessario, producantur; ac proinde cadere non possunt, sub obiectum practicæ scientiæ, sed tantum speculatiuè, *contra Scot. q. 4. prologi. §. si obijciatur.* 3. non omnis scientia simplicis intellig. etiam rerum possibilium, est causa earum; nam quæ circa illas speculatiuè versatur, contemplando tantum earum naturas, & proprietates, practica non est: atque aded nec causa rerum esse potest. Fit enim scientia formaliter practica per ordinem ad praxim, quo ordine caret speculatiua, quæ in sola veritate rei sistit. Porro scientia, quæ practica non est, causa esse non potest; nam causa dicitur per ordinem ad effectum cauandum; scientia autem speculatiua nullum habet ordinem ad effectum cauandum, quia hic non habetur, nisi per ordinem ad praxim; sed tantum habet ordinem ad obiectum contemplandum. Super est igitur, vt scilicet scientia simplicis intellig. quæ versatur circa res contingenter producibiles sit causa rerum practico modo de illis dictando. Non est autem necesse, vt talis scientia, practica practice dicat de opere faciendo, hoc est vt actu dirigat voluntatem ad opus fabricandum, sed sufficit, si tantum practice, hoc est, si tantum proponat voluntati practicum modum fabricandi opus; esto ad illud actu voluntatem non dirigat. Nam scientia non dicitur causa, quia actu causat, sed quia potest causare; potest autem causare non per actualem, sed per virtualem directionem, quam habet hoc ipso, quod practice proponit modum fabricandi opus. Difficultas superest de scientiâ conditionatâ; Resp. si comparatur ad effectum sub conditione futurum, non est causa illius, quia vt sic non præcedit, sed subsequitur illum; nec circa illum causalitatem exercet: prius enim supponitur effectus sub conditione futurus, quam cognoscatur, cum nihil cognosci possit, nisi quod supponitur esse. Si vero comparatur ad effectum absolutè futurum, vt sic, est causa illius, quia vt sic præcedit illum; prius enim cognoscitur effectus sub conditione futurus, quam absolutè futurus. Et præterea dirigit voluntatem diuinam ad executionem operis, præmonstrando modum, quo talis effectus sub conditione futurus, fieri possit absolutè futurus.

Triacerta:

280.  
Sed qua circa  
contingentia  
practico modo,281.  
Es conditio-  
nata,Si compara-  
tur ad effe-  
ctum abso-  
lutum.282.  
Scientia sem-  
plex.  
Approbatio-  
nis.

283.

Ex traditâ doctrinâ intelligitur 1. celebris illa diuisio scientiæ diuinæ, in simplicem, & approbationis seu beneplaciti. Simplex scientia dicitur, quæ circa res versatur, earum tantum naturas contemplando; Approbationis, quæ circa res versatur, illas approbando per productionem, & in illis sibi complacendo per conseruationem. De hac scientiâ intelligitur illud Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* sc. approbando illa per productionem, & complacendo sibi in illis per conseruationem. 2. distinctio Patrum, quod *ideo aliqua futura sunt, quia Deus nouit illa*; alia contrâ; *ideo Deus nouit illa, quia futura sunt.* Prior intelligitur de scientiâ Approbationis, quæ est causa rerum: ideo, n. res sunt futuræ, quia Deus nouit illas, approbando per decretum suæ voluntatis. Vnde *August. 15. de Trinit. cap. 13. Vniuersas creaturas & spirituales. & corporales, non quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit.* Posterior de scientiâ visionis, quæ est purè contemplatiua: ideo Deus nouit illas, quia futuræ sunt, non contrâ; quia videlicet obiectum supponitur ad noticiam: contrâ verò effectus subsequitur ad causam. De hac scientia dixit *Orige. in Epist. ad Rom. Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum; sed quia futurum est, ideo scitur a Deo, antequam fiat.*

284.

Postremo colligitur, quo pacto scientia diuina

fit causa negationum, & priuationum: indirectè scilicet, & consequenter. Quia eadem scientia, quæ practice dicat de re creandâ, aut formâ inducendâ, consequenter etiam dicat de oppositâ negatione, aut priuatione destruendâ. Non est autem scientia Dei, causa, priuationis moralis, seu mali culpe; quia licet Deus perfectè sciât malum culpæ, & modum quo à creatura illud committi possit, talis tamen scientia in Deo practica non est, sed speculatiua. Sicut & scientia, quam Deus habet de entibus chymæricis ab homine si&ilibus, Ratio: vt in aliquo supposito scientia sit practica, & causa rerum requirit, vt in eo habere possit effectum; alioqui, si in eo suum effectum habere non possit, neque causæ rationem habere poterit; quia hæc formaliter constituitur per ordinem ad effectum saltem possibilem. Nec satis est, quod Deus simul cum creaturâ causet peccatum; quia non causet illud sub ratione peccati, sed tantum sub ratione entis.

Scientia est  
causa negat-  
ionum indi-  
rectè.

## SECTIO XVI.

## An scientia Dei sit variabilis?

DO T I S S I M A ratio dubit. scientia Dei posset non repræsentare aliqua obiecta quæ de facto repræsentat; & vice versa, posset aliqua obiecta repræsentare, quæ de facto non repræsentat: vt constat tam de scientiâ conditionatâ, quam de absolutâ: ergo vtraque est variabilis: nam tam scientia de penitentia Tyrionum sub conditione, quam de mundo absolutè futuro, est perfectio intrinseca & increata in Deo: Sed hæc potuit in Deo non esse: ergo aliqua perfectio intrinseca & increata in Deo est, quæ potuit non esse: & contra, aliqua perfectio intrinseca, & increata expressiua alicuius effectus futuri potuit in Deo esse, quæ de facto non est: sc. omnis scientia est vitalis expressio obiecti, & vitaliter certificat intelligentem de veritate obiecti: ergo est intrinseca perfectio intelligentis, quæ potuit non esse in Deo; & aliqua vitalis perfectio in Deo non est, quæ potuit esse.

285.  
Ratio dub. de  
scientia con-  
ditio-  
nata.

Certa omnium sententia est, scientiam Dei quo ad intrinsecam perfectionem, quam in recto dicit, esse inuariabilem; nec potuisse quoad intrinsecam vllam aut defecisse, aut profecisse: ne contra *Iacob.* aliqua *transmutatio aut vicissi-  
tudinis obumbratio* admittatur in Deo. fundam. quicquid in Deo est, necessarium est; cum sit ipsum esse per essentiam, à nullo dependens, neque ab ipso Deo, qui suas intrinsecas perfectiones non liberè, sed necessariò continet, eâ prorsus necessitate, qua ipse est: alioqui posset Deus in se ipso admittere accidentia physica, cum quibus componeret vnum accidentale: non esset actus purus; nam hic omnem omninò potentialitatem excludit ad vltiorem perfectionem in se ipso recipiendam: vnde contra Patres, non quicquid esset in Deo, esset Deus, siquidem aliquid esset in Deo, quod potuisset non esse, cum tamen de ratione Dei, & cuiuscumque perfectionis diuinæ sit, non posse non esse. Confirm. vt *B Gregor. lib. 15. Moral. cap. 4. docet, omnis mutatio est quædam mortis imitatio: Id enim quod mutat, quasi ab eo quod erat imersit, vt desinat esse, quod fuit, & incipiat esse, quod non fuit.* A Deo longè ab est omnis mortis imitatio, cum sit purissima vita totius mortis expers. Dices, potest aliquid intra Deum produci, & tamen cum Deo ipso identificari: Esto igitur Deus, intra se producat aliquem actum scientiæ, potest tamen statim ille productus identifica-

286.  
Scientia Dei  
est inuari-  
abilis quo ad  
perfectionem  
intrinsecam.287.  
mutatio imi-  
tatio mortis.288.  
Dicit.



Probatur.

ricum Deo, Non igitur recte sequitur, talem actum fore accidens, & distinctum à Deo, & compositurum vnum accidentale cum Deo. Antec. Prob. tam generatio passiva Verbi, quam spiratio passiva Spiritus S. producit à Deo, & tamen utraque producta statim identificatur cum Deo. Ergo pari modo posset aliquis actus scientiæ produci à Deo, & productus statim identificari cum essentia Dei. Resp. antec. implicat ex terminis, vt d. sp. 23. sect. 2. nam quod realiter producit, debet realiter egredi à principio producente; nequit idem realiter egredi à se ipso; nec quod semel vt distinctum realiter egreditur ab alio, potest re ipsa identificari cum eo; sicut contra, quod semel re ipsa identificatur cum alio, nequit realiter ab eo distingui.

189.  
Resp.  
productum  
cum produ-  
cente idem  
identificari im-  
plicat.

190.  
Val. prod-  
ucta dura-  
tione distin-  
gui ac idem  
est.

191.  
Ad prob.

At, inquit, potest aliquid distingui ab alio in fieri, & simul cum eo identificari in facto esse. Sed contra; 1. intelligibile est, vt aliquid pro vna duratione realiter distingatur ab aliquo, & pro alia re ipsa identificetur cum eodem: sicut è contra intelligibile est, vt aliquid pro vna duratione identificetur cum aliquo, & in alia realiter distingatur ab eodem: hoc. n. ipso vnum mutaretur in essentiam alterius. 2. semper productum retinet relationem producti erga suum producentem: vt Verbum & Spiritus S. semper manent realiter distincti à suis principijs producentibus. 3. implicat, vt idem absque vlla mutatione transeat in contradictorium sui; at realiter seu in fieri distingui, & non realiter seu in facto esse distingui ab aliquo sunt contradictoria: Neque dicas mutationem esse cessationem actionis, qua res ab alio producit, quia cum vi actionis res accipiat esse, implicat, cessante actione, rem permanere, nedum permanere identificatam cum alio. Ad prob. antec. nego, tam passivam generationem Verbi, quam passivam processionem Spiritus S. re ipsa identificari cum principio producente; aio semper manere realiter distinctas ab eo, sc. à Paternitate, & virtute spirandi formaliter productivis. Instas: potest eadem indiuisibilis entitas, communicari & non communicari, produci & non produci; vt essentia diuina; ergo eadem res in fieri distingui à principio producente, & in facto esse identificati cum eodem.

192.  
Instas.

193.  
Resp.

Resp. neg. conseq. Ratio non repugnat, cum simplicissima entitate identificari plures perfectiones, quæ relatiuè opponantur inter se, & non cum entitate; ita vt maneant incommunicabiles inter se, communicabiles communi entitati: producibiles ipsæ, non producibili communi entitate: cuius à priori, & in entitate infinita nulla apparet contradictio: at manifesta apparet, quod idem simul ab eodem distingatur, quatenus ab eo producit; identificetur, quatenus à parte rei fit vnum cum eo; nam quid magis implicans, quam idem secundum idem distingui, & non distingui, identificari & non identificari cum eodem? Vel quod semel distinguitur ab aliquo, cum eodem identificetur? aut quod semel identificatum est cum aliquo, distingatur ab illo?

contradictio  
manifesta.

194.

Difficultas est in ratione dubit. Aliqui ita illam soluunt, vt si non verbis, re tamen intrinsecam variationem non ponere videantur in scientia Dei: Dicunt, n. ipsam scientiam Dei, posito effectu sub conditione vel absolute futuro, vitaliter exprimere illam absque vlla mutatione sui: Adco vt vitalis representatio effectus sub conditione vel absolute futuri, quæ in Deo potuit non esse, sit increata perfectio distincta ab effectu vel connotatione effectus sub conditione vel absolute futuri, &

vitali expressione eiusdem effectus vt possibilis, sc. scientia Dei ob infinitam eminentiam potest vitaliter exprimere obiectum, quod potuit vitaliter non exprimere absque vlla intrinseca variatione sui: vt etiam de volitione libera Dei theologantur, infra.

Infini-  
tiam  
scientia

Sed contra; iuxta hanc sent. hæc vitalis representatio effectus futuri in Deo est perfectio seu formalitas intrinseca, ratione saltem distincta à scientia eiusdem effectus vt possibilis; sed hæc potuit in Deo non esse: ergo perfectio increata seu formalitas in Deo est, quæ potuit non esse, contra ea, quæ supra ostendi, nihil posse in Deo esse, quod potuerit non esse; quod non solum probat de perfectionibus distinctis, sed de quacumque formalitate reali intrinseca Deo. Cæterum dicere, quod hoc fieri possit absque vlla intrinseca mutatione & variatione scientiæ diuinæ, ob infinitam suam eminentiam, est pugnantia loqui: sc. ex vna parte ponitur intrinseca & vitalis perfectio ratione diuersa ab ipsa scientia obiecti possibilis, quæ potuit in Deo non esse: Ex alia ponitur, id totum fieri absque intrinseca variatione eiusdem scientiæ diuinæ: cum aperte pugnet, posse id, quod est intrinseca perfectio intelligentis, desinere esse, & id fieri absque intrinseca mutatione eiusdem. Nam quæ maior mutatio, quam quæ de facto est realis in Deo, potuerit realis perfectio in Deo non esse? & contra, quæ de facto realis perfectio in Deo non est, realis perfectio in Deo esse potuerit? Quod autem hæc intrinseca perfectio vitaliter exprimens effectum futurum potuerit in Deo non esse, patet: quia potuit effectus ipse futurus non esse; ergo & ipsa vitalis expressio futuri effectus, quæ per aduers. est perfectio intrinseca, ratione saltem inadæquarè diuersa ab expressione effectus possibilis.

195.  
Contra.

Pugna ter-  
minorum.

Ex principijs, infra tradendis de libera volitione Dei, ad rationem dub. respondeo, neg. conseq. Ad prob. diff. maior: expressio & vitalis representatio effectus futuri est perfectio Dei ratione distincta ab expressione eiusdem vt possibilis, per aliquam vitalem formalitatem, nego; per extrinsecam tantum connotationem effectus in se ipso existentis, concedo. Eadem igitur scientia simplicis notitiæ, quæ intrinsecè & vitaliter exprimit omnia obiecta possibilis, omnesque combinationes obiectorum possibilis, accedente sola connotatione obiecti existentis in se, inuariata quoad omnia intrinseca, fit & dicitur scientia visionis: ita & media, addit super scientiam simplicis notitiæ, solam connotationem extrinsecam effectus sub conditione futuri: & libera volitio in Deo supra volitionem simplicis complacentiæ necessariò terminata ad creaturas possibilis, addit solam extrinsecam connotationem effectus liberè à se dependentis: nam quicquid requiritur in ratione vitalis tendentiæ ad effectum existentem, præsupponitur in diuina voluntate necessariò terminata per modum simplicis complacentiæ & affectus ad eundem effectum possibilem, solumque illi deerat extrinseca connotatio effectus liberè à se producti, vel producendi, defectu cuius non poterat denominari amor & complacentia efficax; quæ supra simplicem addit solam liberam productionem effectus, à se dependentis. Ita quicquid ad vitalem expressionem effectus futuri requiritur, præsupponitur in scientia simplicis notitiæ, quæ dearticulatè exprimit quicquid perfectionis est, vel esse posset, quacumque combinatione possibili in effectu futuro, tantumque illi deerat connotatio eiusdem effectus in se ipso existentis. Duo quippe in scientia visionis Dei distinguenda sunt, vitalis expressio effectus

Per extrin-  
secam con-  
notationem  
effectus fu-  
turi

Fit scientia  
visionis

Et media.

effectus futuri, & extrinseca terminatio eiusdem scientiæ ad effectum in se ipso existentem. Prima est perfectio intrinseca & inuariabilis, quam Deus necessariò habet, quatenus est perfectissima species omnium & singularum rerum possibiliù, omniumque combinationum, quas obiecta creata in quacunque dispositione posita habere possunt. Secunda, est extrinseca connotatio, seu terminatio eiusdem scientiæ ad effectum futurum, ad quem, posita futuritione, statim diuinus intellectus terminatur per modum vitalis intuitus, absque nouo respectu reali intrinseco, ne ratione quidem distincto ab intuitu, quo terminabatur ad eundem vt possibilem. Nam omnis nouus respectus realis scientiæ in obiectum est ad exprimendum aliquid in obiecto, quod antea non exprimebatur: Scientia. n. est propter exprimendum obiectum: At nihil exprimendum est in effectu futuro, quod non fuerat expressum in eodem vt possibili: quicquid .n. siue intrinsecum, siue extrinsecum est, vel esse potest in effectu futuro, priùs fuit in eodem vt possibili, cum nil possit esse futurum, quin fuerit possibile: vnde ipsa futuritio effectus priùs fuit possibilis, quam exercitè futura: sc. solùm futuritio effectus ponit effectum extra causas in se ipso existentem; & cum nil pot. at in effectu quod non fuerit possibile, non poterit diuinam: scientiam intrinsecè mutare, sed illam tantùm terminabit per modum extrinseca termini: quo pacto si Deus produceret in meo oculo speciem expressam Antichristi futuri cum omnibus coloribus & lineamentis, quæ habiturus est in se ipso existens, eaque perseveraret vsque ad exercitam existentiam præsentis; talis exercita Antichristi existentia nil variaret de meâ intrinsecâ visione, quam de eodem antea habebam: Quia nil poneret visibile in obiecto, quod non fuisset antea expressum per speciem, a Deo infusam. Solùm autem exercita existentia Antichristi præsentis extrinsecè terminaret vitalem intuitum mei oculi, qui antea terminabatur ad eandem ut intentionaliter expressam per visionem à Deo productam. Pari modo nec intrinsecè variaretur eadem corporea visio, si adhuc eâ perseverante corrumpereetur obiectum. Nam eodem modo oculus haberet illud intra se per visionem intentionaliter expressam, atque habebat antea, dum illud erat realiter præsens; solùm variaretur extrinseca terminatio visionis ad obiectum in se ipso existens.

Vnum discrimen; quoddam forte oculus habens speciem expressam obiecti possibilis non aduertet præsentiam illius, si illud postea fieret præsens: sicut nec absentiam eiusdem si ex præsentis fieret absens, perseverante eadem visione vt antea: cum tamen intellectus diuinus perfectissimè aduertat obiectum ex possibili factum esse præsens & actu in se ipso existens. Verùm hæc aduertentia in Deo cum sit per modum vitalis intuitus terminati in obiectum in se ipso existens, non addit nouum respectum realem intrinsecum in scientiâ Dei ratione diuersum ab intuitu vitali terminato ad idem obiectum vt possibile, sed extrinsecam duntaxat connotationem eiusdem obiecti in se ipso existentis.

Ex his soluitur, & quo pacto possit diuinus intellectus reddi certus de effectu futuro absque nouo respectu, vel formalitate reali intrinsecâ distinctâ ab ipsa scientiâ de eodem effectu possibili: quia videlicet hæc certitudo non est, nisi per modum vitalis intuitus terminati ad obiectum in se ipso existens, de quo cum nil noui debeat intellectus diuinus in se ipso exprimere, quod in se expressum non præhabeat, nulla accessio sit scientiæ diuina

ex huiusmodi certitudine, sed noua tantùm connotatio obiecti in se ipso existentis. At inquis, certitudo est perfectio intrinseca scientis; quâ redditur vitaliter certus de veritate obiecti: sed aliqua certitudo potuit in Deo non esse: sc. certitudo obiecti futuri potuit in Deo non esse, & potuit esse opposita certitudo de effectu non futuro. Resp. concessâ maiore, dist. minor. potuit aliqua obiecti certitudo à Deo abesse ratione alicuius intrinseca perfectionis, nego; ratione extrinseca terminationis, obiectique connotati, concedo. nam cum scientia diuina necessaria non extendatur ad obiecta futura per modum nouæ expressionis vitalis, sed præ intuitionis, intuendo tantùm illa in se ipsis existentia, poterit absque nouâ accessione perfectionis intrinseca, solâ extrinsecâ terminatione connotationeque obiecti in se ipso existentis, vitaliter certificare intellectum diuinum de futuritione obiecti. Ratio: scientia non variatur intrinsecè, nisi ad variationem intentionalis ac vitalis expressionis obiecti: at hæc in scientiâ diuinâ non variatur, vt supra, cum nil in futuro effectu expressibile sit, quod de eodem vt possibile expressum non fuerit. Hanc rationem colligo ex *August. lib. 15. de Trinit. cap. 13.* vbi nil scientiæ diuinæ accedere ex futuris rebus, cum eas perfectè nouerit ante earum futuritionem, sic docet: *Vniuersas autem creaturas suas & spirituales & corporales non quia sunt, nouit, sed ideo sunt, quia nouit: non enim nesciuit que fuerat creaturus. Quia ergo sciuit, creauit, non quia creauit, sciuit: nec aliter ea sciuit creata, quam creanda Non enim eius sapientia aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus, sicut oportebat, & quando oportebat, illa mansit vt erat.*

Urgebis: est de facto in Deo vt in nobis hoc iudicium, *mundus existit*: perfectio nulli admixta imperfectioni; vt de rebus possibilibus, ita etiam de existentibus Deo inexistens: sed hæc est intrinseca perfectio ratione diuersa ab ipsa simplici mundi representatione: tum quia in nobis est perfectio diuersa ab obiecti expressione; nam hæc habetur per primam operationem, quæ obiectum simpliciter repræsentat: illud est mentalis quædam sententia, quâ affirmatur, vel negatur obiectum ita se habere, vel non habere in se, sicut per primam operationem repræsentatur: propterea iudicium dicitur, quod intellectus fert de conformitate, vel difformitate obiecti secundum se, cum eodem ut mentaliter expresso: Tum quia simplex repræsentatio solùm exprimit, quod est in obiecto; iudicium addit mentalem affirmationem, vel negationem de conformitate, vel difformitate repræsentationis cum obiecto secundum se: Ex quo nascitur reflexa certitudo, quod obiectum ita se habeat in se, sicut per intellectum repræsentatur: vnde Deus perfectissimè exprimens erroneum iudicium Gentilis, quo iudicat Deum esse unum personaliter, duplex format iudicium, unum affirmatiuum, quo iudicat suam cognitionem perfectissimè conformari erroneo iudicio Ethnici; alterum negatiuum, quo cognoscit iudicium ab Ethnico formatum non esse suo obiecto conforme: subsumo: hoc iudicium, *mundus existit*, potuit in Deo non esse; & contrarium de non existentia mundi potuit in Deo esse: illud. n. petit essentialiter ad sui veritatem exercitam mundi existentiam: ergo mundo non existente, non potuit in Deo esse. Resp. dist. subsump. potuit hoc iudicium, *mundus existit*, quoad perfectionem intrinsecam à Deo abesse nego; potuit quoad connotationem extrinsecam, concedo. Etenim iudicium duo importat, mentalem certitudinem de conformitate cognitionis cum obiecto secundum

Ab sine nouo reali respectu intrinseco.

nouaque expressione.

293.

299. Vitalis aduertentia in Deo nil ipsum mutat.

300.

Vitalis intuitus nil noui exprimit: certum videlicet.

301. Resp.

302. Confirm. efficacius ratio dubit. initio alla- 1a.

se, causatam ex formali aut virtuali comparatione cognitionis cum obiecto secundum se; & præterea connotationem obiecti sic se habentis in se, sicut cognitione repræsentatur. Quæ duo explicantur per intelligibilem quandam affirmationem, vel negationem, quâ intellectus mentaliter affirmat, vel negat, obiectum ita se habere in se, sicut repræsentatur. Iam quidquid in hoc iudicio, *mundus existit*, intrinsecum est, siue sit certitudo conformitatis diuinæ cognitionis cum obiecto ipso secundum se, orta ex formali, aut virtuali comparatione cognitionis cum obiecto, siue de his omnibus mentalis affirmatio, id totum præcessit in actu scientiæ simplicis intellig. necessario, & solum supra illud additur extrinseca connotatio mundi existens, quâ iudicium illud uniuersale inclusum in scientia simplicis intellig. de certitudine conformabilitatis diuinæ cognitionis cum omni omnino obiecto, ad quod diuina scientia est comparabilis, determinatur ad conformitatem cum hoc determinato ac particulari obiecto: eo prorsus modo, quo *infra* dicam; uniuersalis amor & complacentia Dei de omnibus creaturis possibilibus, quæ præcedit actum liberum Dei, quo efficaciter amat hanc, vel illam creaturam, in ratione amoris efficacis, determinatur ad hanc creaturam, & fit ac denominatur amor efficax huius creaturæ per solam extrinsecam connotationem productionis huius creaturæ: ita iudicium illud uniuersale, quod Deus habet de conformitate seu conformabilitate infinitæ suæ cognitionis cum quouis obiecto, ad quod est comparabilis, accedente solâ extrinsecâ connotatione huius, vel illius obiecti sic vel sic se habentis, absque nouâ perfectione intrinsecâ additâ, fit & denominatur actuale ac formale iudicium de hoc obiecto, quod sic ostendo. Deus actu scientiæ simplicis intelligentiæ non modò perfectissimè cognoscit omnia, & singula obiecta, secundum omnem dispositionem & statum, quem possunt habere, siue possibilitatis, siue existentæ; verum etiam virtuali reflexione cognoscit suam cognitionem, ob infinitam in exprimendo perfectionem, habere cum quouis obiecto, ad quod est comparabilis, infallibilem conformitatem, ac proinde de sua cognitione habet hoc certum iudicium, quod in se contineat infinitam perfectionem infallibiliter conformandi se cum quouis obiecto. Vnde accedente postea existentia, vel non existentia obiecti, nihil intrinsecum huic iudicio diuino additur nisi sola connotatio obiecti sic vel sic se habentis, & efficaciam diuinæ voluntatis obiectum producentis, vel non producentis. Per quam liberam connotationem quasi ex indifferenti determinatur ut sit liberum iudicium de hoc obiecto: non quòd de hoc obiecto acquirat nouam certitudinem, & conformitatem intrinsecam, quam antea non habebat, siquidem iudicium, quod in Deo necessario præcedit, non solum est de rebus uniuersalibus, sed etiam particularibus secundum omnem particularem dispositionem & statum, quem tam specificè quàm individualiter habere possunt; sed extrinsecam duntaxat connotationem rei existentis, vel non existentis. Sicut amor Dei uniuersalis creaturarum sit specificus & indiuidualis huius creaturæ; non per nouam complacentiam aut vitalem tendentiam in hanc creaturam, sed solâ connotatione liberæ productionis huius creaturæ.

303. *Vi propositio immutata in se sit de uera falsa & contraria.* DICES: ante existentiam mundi non erat conformitas cognitionis diuinæ cum existentia mundi: ergo per existentiam mundi noua conformitas illi accedit. Resp. dist. antec. non erat conformitas

cum existentia mundi defectu connotationis existentia mundi, concedo; defectu perfectionis intrinsecæ, nego: nam ante existentiam mundi habebat omnem perfectionem intrinsecam, & solum illi deerat connotatio existentia mundi, quam essentialiter importat conformitas cognitionis cum existentia mundi. Quod rectè declaratur in sent. probabiliter asserente, nostram cognitionem mutari de non uerâ in ueram, solâ connotatione obiecti: iudicium. n. de Petro currente, posito tantum cursu in Petro, ex non uerâ transit in ueram. Ratio: in ipsa conformitate cognitionis cum obiecto essentialiter importatur obiectum ut connotatum: quo variato, variatur conformitas ipsa non secundum se & subiectiuè, sed extrinsecè & terminatiuè. Sicut in sent. omnium, actus indeliberatus voluntatis circa obiectum turpe sit malus; & peccaminosus, sola aduertentia rationis accedente, quæ actum voluntatis quoad intrinsecam non mutat, sed solum quoad extrinsecam connotationem nouæ aduertentia rationis accedentis.

A fortiori sequitur, non variari intrinsecè scientiam diuinam circa futura, quæ modò dicitur repræsentare ut futura, modò ut præsentia, modò ut præterita: exempli gratiâ, eundem Adam, quem ab æterno dicebatur repræsentare ut futurum, in tempore dicitur repræsentasse ut præsentem, nunc uerò ut præteritum: omnes. n. istæ denominationes desumuntur per connotationem ad diuersa tempora, respectu quorum eadem res dicitur vel futura, vel præsens, vel præterita: ita tota præcedente æternitate dicebatur Adam futurus; tempore quo est creatus, præsens; toto tempore subsequente ipsius mortem, dicitur præteritus. at scientia diuina ex ipsa æternitate repræsentauit illum ut existentem in sua propria duratione cum respectu ad omne tempus, præteritum, præsens, & futurum: quo sit ut scientia Diuina nunquam desinat eandem rem repræsentare ut futuram, ut præsentem, & ut præteritam per ordinem ad diuersa tempora, quibus dicitur futura, præsens, & præterita: & nunc repræsentet Adam ut futurum, non respectu temporis præsentis, quo illum repræsentat ut præteritum, sed respectu præcedentis æternitatis. per ordinem ad quam dicitur futurus. Quare sicut Deus æterno suo intuitu comprehendit totam æternitatem, eamque semper actu repræsentat, nec unquam illam desinit repræsentare: ita semper actu repræsentat res omnes, quæ in eadem æternitate coexistunt cum respectu ad tempus præcedens, præsens, & subsequens eorum existentiam. licet. n. res ipsa desinat pro vno tempore esse futura, vel præsens; haud tamen desinit, quin pro alio tempore fuerit futura, aut præsens, & Deus semper repræsentat rem eum triplici respectu, sc. temporis præcedentis, coexistentis, subsequens; idè etiam si res ipsa respectu unius temporis desinat esse futura vel præsens, haud tamen desinit Deus illam repræsentare ut futuram vel præsentem respectu illius temporis, in quo fuit futura vel præsens, ex eo. n. quòd Adam pro hoc tempore desijt esse futurus, non desijt, quin aliquando futurus fuerit: neque ex eo quòd res desinit esse futura, Deus desinit illam cognoscere ut futuram per connotationem illius temporis, quo fuit futura. Vnde August. lib. II. de Ciuit. cap. 21. Non enim inquit, more nostro ille, vel quod futurum est prospicit, vel quod præsens est, aspicit, vel quod præteritum est, respicit: sed alio modo quodam à nostrarum cogitationum consuetudine longe lateque diuerso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata, sed omnino incommu-

304. *Scientia Dei connotat tempora uaria inuariabilis.*

*Iudicium uniuersale Dei sit specificum & indiuid.*

*Vi amor uniuersalis sit specificus & indiuid.*

*Vi propositio immutata in se sit de uera falsa & contraria.*

*Luculentum Augustini testum.*

*tabilitas*

stabiliter videt: ita ut illa quidem, que temporaliter fiunt, & futura nondum sint, & presentiam sine, & preteritam iam non sint, ipse vero hac omnia stabili ac sempiterna presentia comprehendat. Eadem ratione cum dicitur divina presentia mutari in simplicem scientiam seu visionem rei presentis, non est mutatio, nisi quo-ad extrinsecam denominationem per ordinem ad diversa tempora, per ordinem ad quae eadem res representatur. Eadem quippe scientia divina ut representat rem futuram, seu per respectum ad tempus antecedens existentiam ipsius, dicitur presentia: Eadem ut representat rem presentem, seu per respectum ad tempus presentem, cui res coexistit, dicitur scientia seu visio.

Presentia, scientiam ad rem.

306. Enunciatio transire potest de vera in falsam.

Ex his soluitur questio S. Tho. p. p. qu. 14. ar. 15. ad 3. An Deus desinat scire aliquam enunciationem, quam prius sciuit? Cui responderet affirmative: quia sicut eadem enunciatio transire potest de vera in falsam: ut ante Christi natiuitatem, haec enunciatio, *Christus nascetur*, erat vera; post eius natiuitatem, coepit esse falsa; ita eadem enunciatio transire potest de scibili in nescibilem: nam quod est verum, est scibile: quod est falsum, est nescibile. Igitur potuit Deus scire desinare aliquam enunciationem ut veram, quam prius ut veram sciebat, non variatione ipsius scientiae, sed obiecti sciri. Nec est eadem ratio, ut in cit. loc. aduertit Caiet de re, & enunciatione; nam res non potest eadem perueiens mutari de vera in falsam: nam si res mutatur de esse in non esse, vel contra, non manet eadem; ideoque nequit, vna eademque res inuariata in se modo esse scibilis, modo nescibilis. At enunciatione eadem inuariata manens mutari potest de vera in falsam, & de falsa in veram, variatio tantum ipsius significati.

306. Deus non desinat scire enunciationem ut veram.

Verum consequenter dico, nunquam Deum desinare scire aliquam enunciationem ut veram, quam prius sciuit ut veram, sed semper illam scire ut veram per ordinem ad vnum tempus, eandemque scire ut falsam, seu non scire ut veram per ordinem ad aliud tempus, uti de rebus ipsis supra dictum est: nam eodem modo enunciatio, quae semel respectu vnius temporis fuit vera, manet respectu eiusdem temporis semper vera, & consequenter a scientia diuina representatur ut vera; esto respectu alterius temporis sit falsa, & a diuina scientia respectu talis temporis semper representetur ut falsa.

307.

Obijcies 1. Si scientia visionis rei futurae nullam addit perfectionem intrinsecam scientiae simplicis intellig. sequitur, quod etiam si Deus nesciat rem futuram, nulla careat perfectione. Potu igitur Deus absque detrimento suae scientiae non scire res, quae aliquando sunt futurae.

308. Resp.

Resp. neg. sequel, nam esto scientia visionis nullam addat perfectionem scientiae simplicis intellig. supponit tamen illam ita perfectam, ut statim ac ponitur noua veritas, necessario eam representet, absque nouo accremento sui, cum praehabeat in se quicquid requiritur ad quamcunque nouam veritatem representandam. Argueretur igitur imperfectio seu finitas & limitatio in scientia diuina, si posita noua veritate, non statim ad illam se extenderet; esto nullam de nouo perfectionem acciperet, ex tali representatione. Ratio: scientia diuina non sumit a rebus, sed ex se ipsa habet, quatenus est infinita species omnium creaturarum, & combinatio-

308. Resp. a sua infinitate habet quod non a rebus.

Tom. I, De Deo.

num possibilium, ut positus omnibus ad sciendum requisitis, statim representet quamcunque veritatem de nouo positam, cum de ratione scientiae sit necessarium in verum ferri. Vnde si aliquod verum esset, ad quod scientia diuina non ferretur, id necessario accideret ex defectu alicuius perfectionis intrinsecae ipsius scientiae; nemp: luminis, speciei, vel actus, cum ex parte obiecti non requiratur nisi sola veritatis positio.

Obijcies 2. Deus scit aliqua, quae possunt de facto non esse: ergo saltem non omnia, quae ipsius scientia representat, representat infallibiliter. Antec. prob. scit futurum peccatum Antichristi, quod potest de facto non esse futurum, cum semper maneat in Antichristo libertas ad peccandum; donec actu ponat actum peccaminosum extra suas causas. Resp. dist. antec. possunt de facto non esse futura, quae pendent a libera voluntate creaturae, potestate antecedente, & in sensu disiuncto, concedo: possunt non esse futura potestate consequenti, & in sensu composito, nego. Nam facta semel suppositione, quod res sit futura, non potest non esse futura: non minus quam facta semel suppositione, quod res sit praesens, non potest non esse praesens; & consequenter nec potest a Deo non sciri. Caret um quia scientia Dei non tollit, nec mutat intrinsecam potentiam, quam intellectualis creatura habet ad omnes suas liberas actiones, cum infallibilitate scientiae diuinae fundatae in huiusmodi suppositione rei futurae, semper manet libera, & antecedens potestas ad oppositum faciendum, donec creatura liberè se determinet ad id, ad quod ex suppositione ponitur se determinatura.

309. Obij.

310. Resp.

311.

Hinc etiam constat, cur Deus necessario sciat omnia futura conditionata: antecedenter enim ad liberum decretum diuinum actu positum in Deo datur veritas futurorum conditionalium fundata in suppositione huiusmodi futurorum, qua suppositione facta diuina scientiam necessario illa representat, in nostra sent. cum maxima perfectio in Deo sit, scire, quid vnaquaeque creatura in quacunque dispositione posita liberè operatura sit; quamuis ipsa representatio futuri conditionati non addat nouam perfectionem scientiae simplicis notitiae; supponit. n. illam ita perfectam, ut absque vlla sui mutatione necessario se extendat ad huiusmodi futura conditionalia. Nec est eadem ratio de scientia absolute futurorum, quae sine vlla imperfectione potuit in Deo non esse: nam si haec scientia poneretur in Deo necessaria, prauidicaret maiori perfectioni diuinae, quae est libertas in producendis, vel non producendis creaturis; cui perfectioni non obstat, si ponatur scientia futurorum conditionalium necessaria in Deo: nam ut haec a Deo cognoscantur, necesse non est, ut illa Deus ad extra producat, sed sufficit, ut de illis tantum habeat conditionatum decretum, siue obiectiue, siue subiectiue iuxta varias sent. quo posito statim de illis resultat determinata veritas, a Deo cognoscibilis: imo etiam si haec futura conditionalia cognoscenda essent per decretum intra Deum actu positum, eorum scientia necessario ponenda est in Deo, cum maior perfectio Dei sit notitia omnium conditionalium, quam libertas talia decreta intra se condendi: quia cum per

Cur scit futura conditionata ante decretum?

Ida nunc in

Summa Dei perfectio,

Q

per hæc decreta nil debeat Deus ad extra producere, sed tantum maneat intra Deum, nulli videntur perfectioni diuinæ præiudicare, si necessario in Deo ponantur ad ampliorem de creaturis notitiam habendam.

312.

*Obijciēs 3.* Nulla concipi potest inter duo extrema realis variatio, nisi aliquo saltem extremo realiter variato. Sed inter scientiam Dei conditionatam, & ipsius obiectum concipitur realis variatio, nulla reali mutatione facta in obiecto; ergo debet realis variatio fieri in ipsa scientia: & consequenter scientia conditionata Dei erit intrinsecè variabilis. Maior patet: nequeunt eadem extrema eodem modo permanentia nouam denominationem realem causare, cum omnis realis denominatio fundari debeat in aliqua forma reali intrinseca, vel extrinseca. Minor prob. eadem scientia conditionalis de penitentia Tyrionum sub conditione futura potuit esse scientia de opposita impenitentia sub conditione futura, nulla reali mutatione facta in obiecto, cum obiectum conditionatum in se ipso non mutetur, sed semper maneat sub suo non esse. Resp. dist. minor. nulla fit in obiecto conditionali realis mutatio subiectiua, concedo: nulla realis obiectiua, nego: Quæ sufficit ad nouam denominationem realem, per quam eadem scientia inuariata intrinsecè fieri possit scientia contradictoriorum. Vnde concedo, obiectum conditionatum, vt tale semper manere sub non esse absoluto, variari sub esse conditionato & obiectiuo: quia quod habuit esse sub conditione ex suppositione liberæ determinationis creaturæ, habere potuit non esse sub conditione, ex suppositione liberæ determinationis eiusdem.

313.  
in obiecto  
condit. mu-  
tatio obiectiua.

314.

An scientia  
possibil. ad-  
dat Deo  
perfect. in-  
tra.

*Obijciēs 4.* videtur supra supponere, scientiam Dei de creaturis possibilibus addere perfectionem intrinsecam & necessariam scientiæ Dei de sua essentia. Hoc autem falsum est, 1. quia creaturæ possibilis sunt tantum obiectum secundarium, & materiale scientiæ diuinæ, cum scientia totam suam intrinsecam perfectionem sumat ex motiuo formali & obiecto primario, quod in scientia diuina est sola increata essentia: 2. eadem ratio est de creaturis possibilibus ac futuris: ergo sicut ad futuras extenditur absque intrinseca perfectione, sola connotatione obiecti futuri; ita ad posibles absque vitali perfectione, sola connotatione obiecti possibilis: 3. alioqui Deus penderet à creaturis nam cum scientia Dei sit ipsum esse Dei, si scientia Dei de creaturis possibilibus adderet perfectionem intrinsecam scientiæ, quam Deus de se ipso habet, esse Dei dependeret à creaturis possibilibus. *Vasq. p. p. q. 14. in expos. art. 15. & disp. 143. cap. 6. Didacus Alarcon tract. 2. de scien. Dei disp. 1. cap. 3. cum alijs recen. existimant, scientiam Dei de possibilibus nullam addere perfectionem intrinsecam scientiæ, quam Deus habet de se ipso, sed extrinsecam duntaxat terminationem, non secus ac scientia visionis de futuris nullam addit intrinsecam perfectionem scientiæ, quam Deus de se ipso habet infert; vt sublata futuritione creaturarum, nihil perfectionis intrinsecæ decedit ex scientia diuina; ita sublata possibilitate creaturarum, nil perfectionis intrinsecæ demitur ex eadem.*

315.  
Negant.

316.  
Affirman-  
dum.  
ex August.

Opposita sent. quæ asserit, scientiam possibilem intrinsecam perfectionem addere scientiæ, quam Deus de se ipso habet, nostris principijs conformior; ex *August. lib. 83. quæst. q. 46.* vbi definiens, quid sint ideas in mente diuina, ita

scribit: *Sunt ideas principales forma quedam, vel rationes verae, stabiles atque immutabiles, qua ipse formata non sunt, & per hoc aeterna, ac semper eodem modo sese habentes, qua in diuina intelligentia continentur. Et cum ipsa neque oriuntur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Et paulò post: Has autem rationes vis arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris, non enim extra se quidquam positum intuebatur ut secundum id constitueret, quod constituerebat: nam hoc opinari sacrilegum est. Quod si hæc (concludit) rerum omnium creaturatum, creaturarumve rationes in diuina mente continentur, neque in diuina mente quidquam nisi aeternum atque incommutabile potest esse: Atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato; non solum sunt ideas, sed ipsa vera sunt, quia aeterna sunt, & eiusmodi atque incommutabiles manent, quarum participatione fit, vt sit quidquid est, quoquo modo est; & quarum visione anima rationalis fit beatissima. Sunt igitur in sent. August. ideas rationes aeternæ ac increatæ in diuina mente existentes, ad quas Deus respiciebat, dum creaturas extra se ab aeternitate condere decernebat. At hæc rationes aeternæ atque incommutabiles perfectionem in Deo dicunt ratione diuersam ab ipsa cognitione, quam Deus habet de sua increata essentia: ergo cognitio possibilium perfectionem intrinsecam addit Deo ratione diuersam à perfectione, quam solius increatæ essentiæ cognitio importat. Igitur sublata possibilitate creaturarum, ac proinde earum cognitione à Deo, perfectio intrinseca decederet à Deo. Minor prob. illæ rationes aeternæ & incommutabiles in Deo, quarum visione anima rationalis beatur, sunt ipsæ creaturæ intentionaliter in diuina mente expressæ: sed has non exprimit sola præcisa cognitio diuinæ essentiæ, quod vel inde patet; nam si creaturæ non essent posibles, adhuc maneret cognitio diuinæ essentiæ exprimens essentiam, absque expressione creaturarum: ergo expressio creaturarum ratione diuersa est ab expressione essentiæ diuinæ: siquidem in ea hypothese esset tota expressio diuinæ essentiæ absque expressione creaturarum. Video huic argu. responsuros, sublata possibilitate creaturarum; nihil perfectionis intrinsecæ sublatum iri ex scientia Dei, sed tantum connotatum extrinsecum. Contendunt autem scientiam possibilem in Deo non esse aliud, quam cognitionem diuinæ essentiæ, connotata tantum possibilitate creaturarum, qua sublata maneret tota intrinseca perfectio scientiæ diuinæ. Sed videant isti, an hac solutione satisfaciant Augustino: Contendit. n. rationes istas, quas Plato ideas appellabat, esse aliquid increatum in Deo, siquidem, vt ait, earum visione anima rationalis fit beatissima: non visione secundum esse earum proprium, sed intentionale in diuina mente expressum, quo modo sunt ipsa increata essentia, vt est species intelligibilis creaturarum. Nec dici potest, has rationes esse ipsam cognitionem diuinæ essentiæ, connotata tantum possibilitate creaturarum: nam August. contendit, animam rationalem non tantum beari visione cognitionis Dei, qua perfectio subiectiua est in Deo, sed ipsarum etiam rationum, & obiectorum, quæ diuina cognitione exprimentur, quæ sunt ipsæ creaturæ secundum esse intelligibile in Deo expressum. Porro si hæc rationes diuina cognitione expressæ nil aliud essent, quàm ipsæ creaturæ connotatæ secundum illud esse naturale & creatum, quod extra Deum habent,*

Rationes  
aeterna per-  
fectionem  
in Deo di-  
cunt.

317.

increata,  
beantes,  
Species in-  
telligib.  
creaturarum.

habent, non posset anima rationalis earum visione beari.

Eadē sent. sequitur ex S. Tho. Docet. n. Deū intelligere creaturas secundum proprias rationes ipsarum, easque expressas intelligere in suo Verbo, ut in ratione in quā, ut ex varijs testimonijs ipsius fuisse *probo disp. 9. sect. 3.* Cuius opin. fuisse Doctorem S. fatetur *Vasq. 1. p. disp. 72. cap. 2. nu. 11.* Ex his igitur S. Tho. principijs, quibus *cu. loco cum eodem* negavi speciem impressam & expressam diuinæ essentia, sic deducitur nostra sent. Deus intelligit creaturas possibiles expressas in suo Verbo ut ratione in quā ex S. Tho. ergo creaturæ ut in diuinā cognitione expressæ sunt aliquid intrinsecum in Deo ratione diuersum ab essentia & cognitione Dei. quia si Verbum non est tantum ratio, quæ Deus intuetur creaturas, sed etiam ratio, in quā eas intentionaliter expressas intuetur, debet eas in se ipso secundum esse intentionale continere: quia cum nec illæ contineantur in Deo formaliter secundum esse naturale, quod à Deo distinctum habent, neque sola continentia eminentialis seu causalis sufficiat ad eas in se ipso secundum proprium esse intuendas, alius modus non superest, quàm continentia intentionalis: sc. ut creaturas exprimat in suo Verbo secundum illud idem esse, quod à Deo distinctum habent. Est. n. Verbum mentis naturalis imago obiecti, in quā delineatur natura & proprietates obiecti; quæ telle *Aureolo*, ponit in prospectu intellectus obiectum, quod in se ipso intelligibiliter expressum habet: At hac intentionaliter expressione careret Deus, sublata possibilitate creaturarum: ergo cognitio possibilium, intrinsecam perfectionem addit scientiæ, quam Deus de se ipso habet.

Prob. hæc sent. à priori: exprimere in se intelligibiliter creaturas, non est tantum eas extrinsecè connotare, sed eas intra se ipsum intentionaliter expressas habere: tum quia habere in se creaturas per speciem intelligibilem impressam, est illas intra se ipsum realiter continere per similitudinem intelligibilem virtualem, quæ intrinseca est Deo; ergo habere in se easdem per speciem intelligibilem expressam, est eas intra se ipsum realiter continere per similitudinem intelligibilem formalem, quæ pari modo intrinseca est Deo: Tum ex proprio modo operandi intellectus, qui est, trahere ad se obiectum per vitalem similitudinem illius: ergo expressio creaturarum est perfectio intrinseca in Deo.

Confirm. 1. Aliqua perfectio intrinseca decederet à Deo, si sublata possibilitate creaturarum, tolleretur species intelligibilis impressa illarum: ergo etiam, si tolleretur species expressa earum: tum quia non minus intrinseca perfectio Dei est species expressa, quàm impressa creaturarum: tum quia sublata expressa, tolleretur impressa earum, quæ tota ordinatur ad expressam. Antec. prob. species intelligibilis impressa creaturarum non est pura connotatio extrinseca obiecti, sed virtus & perfectio intrinseca, vim habens assimilandi creaturas in esse intelligibili intra Deum intelligentem. 2. Cognitio, quæ Deus se ipsum cognoscit, & in Verbo intentionaliter exprimit, est perfectio intrinseca ratione diuersa ab essentia & intellectu diuino, quæ si careret, perfectione intrinseca careret; ergo etiam cognitio, quæ Deus creaturas possibiles cognoscit, & intentionaliter in Verbo exprimit, est perfectio ratione diuersa ab intellectu & cognitione, quæ Deus suam essentiam cognoscit; quæ si careret, perfectione intrinseca careret. Nam si vera est aduers. ratio; quæ probat,

cognitionem possibilium nil perfectionis intrinsecæ addere cognitioni diuinæ, quæ se ipsum cognoscit, eo quod scientia Dei nihil aliud est, inquit, quàm perfectio & actus diuinæ essentia, connotata cognoscibilitate obiecti, eadem ratio probat, scientiam, quæ Deus suam essentiam cognoscit, nil aliud esse, quàm suum ipsius intellectum, connotata cognoscibilitate suæ essentia: & nulla intrinseca perfectione cariturum Deum, si suæ essentia cognitione careret.

At obijciunt 1. Deus per indiuisibilem rationem immensitatis, quæ coëxistit vni loco, coëxistit omnibus & infinitis: & per indiuisibilem æternitatem, quæ coëxistit vni temporis, coëxistit omni atque infinito temporis: ergo per indiuisibilem cognitionem, quæ suam essentiam cognoscit, cognoscit creaturas omnes, earum tantum possibilitate connotata. Resp. neg. conseq. nam ratio immensitatis, & æternitatis, præter perfectionem intrinsecam in Deo existentem, importat solam connotationem extrinsecam loci ac temporis sibi coëxistentis, vnde poterit eadem perfectio diuina intrinseca inuariata in se coëxistere pluribus spatijs ac temporibus; quia non debet illa intra se exprimere, sed tantum extrinsecè connotare. Cognitio vero non dicit solam extrinsecam connotationem obiecti, sed vitalem intentionalemque expressionem ipsius intra intellectum cognoscentis. Et confirm. etiam in creaturis concipi potest res diutius & diutius durare absque intrinseca mutatione rei durantis, sola extrinseca connotatione temporis sibi coëxistentis; & per aliquos potest idem angelus intra suam spheram modo minus spatium occupare absque intrinseca mutatione sui, sola extrinseca connotatione loci: Nequit autem idem intellectus de vno in aliud obiectum discurrere absque intrinseca mutatione suæ cognitionis.

Obijciunt 2. non minor perfectio intrinseca Deo est potentia producendi creaturas, quam cognitio easdem representans. At sublata possibilitate creaturarum, nihil de intrinseca perfectione decederet Deo: ergo earum possibilitate sublata nihil de intrinseca perfectione demeretur Deo.

Resp. 1. neg. minor. nam sublata possibilitate creaturarum, tolleretur virtus producendi creaturas à Deo, non propter dependentiam Dei à creaturis, sed propter dependentiam creaturarum à Deo. 2. neg. conseq. nam potentia ad extra productiua in Deo per se tendit ad communicandum esse alteri, fundaturque in essentia Dei. vnde posita impossibilitate creaturæ, maneret virtus quoad intrinsecam perfectionem, & effectum principalem formalem constituendi essentiam Dei, mutata sola denominatione potentia quoad extrinsecum connotatum creaturæ producibilis; Cognitio verò tendit ad exprimendum vitaliter obiectum intra cognoscentem: vnde sublata possibilitate obiecti, tollitur vitalis expressio ipsius intra cognoscentem; nec manere potest propter alium effectum, cum alium non habeat. Secus est de potentia, quæ si fundatur immediate in substantia agentis, ut fundatur potentia diuina, sublata possibilitate effectus, manere poterit quoad totam intrinsecam perfectionem propter constitutionem naturæ agentis.

Dicas. Sublata possibilitate creaturarum, Deus non posceret illas vitaliter intra se exprimere: ergo nulla careret perfectione sibi debita. Resp. Transeat totum: nego tamen ea hypothetici futurum Deum cum ijs omnibus perfectionibus, cum quibus nunc est. ut si ponatur Deus ex hypo-

Verbum ratio qua in qua Deus intuetur creaturas.

319. exprimere non est connotare

320. Conf. 1.

321. Conf. 2.

322. Obic. 1.

323. Resp. immensitatis ac cognitionis discrimen.

324. Obic. 2.

325. Resp.

potentia & cognitionis discrimen.

326. Dicas.

potest ad intra non productius, non posset personarum Trinitatem: quia tamen carere, esset intrinsecam perfectione carere: ac proinde alterius perfectionis futurus esset Deus tunc, ac est nunc.

327.

Perfectio  
scientia: si-  
am ex ob-  
iecto mate-  
riali sumi-  
tur.

Ex his resp. ad instantias 4. obiect. Ad 1. tota perfectio scientia non sumitur ex motivo formali & obiecto primario, sed etiam ex materiali & secundario. Nam licet specificatio scientia sumatur ex formali & primario, indiuiduatio tamen sumitur etiam ex obiecto materiali & termino secundario. Ratio: scientia exprimit intentionaliter intra intellectum cognoscentis obiectum etiam quodcumque materiale & secundarium: ac proinde non tantum intrinsecam perfectionem sumit ex obiecto formali & primario, sed etiam ex materiali & secundario; quamvis ex illo sumat speciem, ex hoc indiuiduationem tantum. Ad 2. neg. antec. nam in obiecto futuro nihil remanet intentionaliter exprimendum, quod non supponatur expressum per cognitionem de eodem obiecto ut possibili, *vti supra*. At in possibilibus est aliquid intentionaliter exprimendum, quod non supponitur expressum per solam cognitionem diuinae essentia, nempe proprium esse naturae creaturarum, quod in diuina essentia formaliter non continetur. Ad 3. neg. sequel. nam licet cognitio creaturarum sit perfectio intrinseca Dei, illam tamen Deus a creaturis non emendicat, sed habet a se, ex eo quod est species intelligibilis earum. Vnde sicut ex eo quod est species intelligibilis impressa creaturarum, qua careret, implicantibus creaturis, non dicitur dependere a creaturis: ita ex eo quod sit species expressa earundem, qua careret, implicantibus creaturis, non dicitur dependere a creaturis: eo quod huiusmodi perfectionem non sumit a creaturis, sed habet ex se.

328.

Ad sectio-  
nem instan-  
de obiecto  
suis.

329.  
Ad 3.

## SECTIO XVII.

### An scientia diuina representet infinita categorematicè?

330.

Que Deus  
cognoscit  
suis sine  
termino:

Questio est de obiectis secundarijs, tam possibilibus, quam futuris, an ea in mente diuina sint infinita categorematicè, an syncategor. Absque controuersia est, quae Deus a se distincta cognoscit, esse infinita, ac sine certo termino, contra quosdam antiquos qui assererent, quae Deus cognoscit, esse finita, eo quod infinitum ut infinitum cognoscibile non est. Cuius erroris fuisse videtur Aristot. qui 1. *Physi. tex. 35. & 2. Metaph. fine*, ait, infinitum ut infinitum esse ignotum. Verum hos Philof. hac ratione confutat August. 12. de *Ciuit. cap. 18*. Omnes numeri sunt infiniti: nam quocumque dato dabilis est alius sine fine: at omnes numeros cognoscit Deus; quod non nisi dementissimus neget: ergo Deus cognoscit infinita. Confirmat: cum non sit assignabilis certus numerus, ultra quem increatus intellectus non se extendat, dicendus est, ad omnes posibles numeros se extendere: ut in *Plal. 146. Sapientia eius non est numerus. infinitas itaque numeri, infer: quamuis infinitorum numerorum nullus si numerus, non est tamen incomprehensibilis ei, cuius intelligentia non est numerus.* sc. sicut scientia diuina in cognoscendo est simpliciter infinita: ita nullus est numerus possibilis, quem actu non cognoscat: alioqui si esset aliquis possibilis, quem actu non cognosceret, non haberet eam perfectionem, quae ad cognof-

numeros in  
finitos cog-  
noscat Deus

is ratioci-  
nationis.

centum talem ulteriois numerum necessaria foret.

Quoniam verò ij Philof. vt de *Arist.* certum est, putabant, mundum productum esse ab aeterno, ne cogerentur concedere, Deum per aeternitatem a parte antè produxisse infinita, quae ipse non cognosceret, finerunt, *vt ibid. 17. cap. notat August.* Deum semper eadem repetendo, quae antea produxerat, reproduxisse. Quoniam si non eadem, inquebant, repetantur, non possunt infinita diuersitate variata vlla eius scientia, vel praescientia comprehendere. Non procul ab hoc errore fuerunt *Wicleff*, & *Ioannes Hus*, quorum, *vt in Concil. Constant. sessi. 15.* inter falsa dogmata, vnum erat hoc: *Non potest Deus mundum maiore vel minore: sed animas usque ad certum numerum creare & non ultra.*

Vterque error hoc argu. euincitur: Potentia Dei ad extra productiua pro termino habet, quicquid non implicat: immediate, n. fundatur in essentia Dei increata, quae vt in essendo non habet limitem, ita nullum in producendo terminum: Non implicat plures & plures creaturæ tam numero, quam specie diuersae in infinitum producibiles: cum nulla haecenus allata sit, nec afferri possit implicancia huius rei: ergo ad omnes illas se extendit potentia Dei; non tantum ad finitas. Confirm. Tot sunt creaturæ producibiles quot sunt exemplabiles ab essentia diuina: cum omnes sint participationes & imitationes diuini esse, sicut omnis effectus est participatio & imitatio suae causae: at haec creaturæ exemplabiles ab essentia diuina ac participabiles sunt sine termino infinitae: nam participabilitas & exemplabilitas creaturæ fundatur in ipso esse diuino; ergo si ipsum est illimitatum, etiam creaturæ ab ipso participabiles & exemplabiles erunt sine termino infinitae: nam eò usque diuina essentia participari, atque exemplari potest a creaturis, quousque ipsius perfectio non exhaerit: at a nulla creaturæ, aut multitudine creaturarum exhaeribilis est increata perfectio diuinae essentiae, cum omnis ea infinitè distet ab essentia Dei: ergo.

331.  
Potentia Dei  
pro termino  
habet quid  
quid non  
implicat.

334.  
quot exem-  
plabiles  
creatura

Sola igitur controuersia est: An quae Deus cognoscit, sint infinita categorematicè, an syncategor. Durand. in 1. *dist. 39. q. 2. tota & Marfil. dist. 38. art. 3.* contendunt, creaturas tam posibles, quam tota aeternitate futuras, esse infinitas tantum syncategor. assentiunt *Suarez 3. p. disp. 26. sect. ult. Valent. p. p. disp. 1. q. 14. pu. 6. Tanner. disp. 2. q. 2. dub. 4. asser. 6. aliique recen. fundam.* Deus non cognoscit creaturas, nisi quatenus sunt ad existendum posibles: At non sunt ad existendum posibles, nisi infinitae syncategor. semper finitae in infinitum, ne ex futuris per totam aeternitatem extituras aliquando existant, vel existere possint infinitae actu. Maior prob. vt cognitio sit vera debet conformari & adaequari suo obiecto: ergo si obiectum est infinitum syncategor. nequit a Deo cognosci vt infinitum categorematicum: alioqui diuina cognitio non conformaretur suo obiecto.

335.  
Catholica  
conson.

Fund. posit-  
sumum.

Contra verò *Richard. in 1. dist. 36. art. 2. q. 5. Molina, Bannez p. p. q. 14. art. 12. Vasq. disp. 63. Arrub. disp. 37. cap. 2. Ruiz de scien. Dei disp. 20. sect. 3. Alarcon tract. 2. de scien. Dei. disp. 3. cap. 3. aliique recen. putant, quae Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiae & visionis, esse infinita categor. lauent Bonauen. in 1. dist. 35. q. 5. & dist. 39. art. 1. q. 3. S. Tho. p. p. q. 14. art. 12. 1. con- gen. cap. 69. & q. 2. de veri. art. 9. Caiet. Ferrar. cit. qui absolute docent, Deum cognoscere actu infinita, esto non sint possible, aut futura, nisi finita*

336.

finita in infinitum. Pro explic. nota, hanc diffic. non solum premere eos, qui vt impossibile negant omne infinitum categor. producibile extra Deum, sed etiam qui illud concedunt. Nam esto illud concedant in possibilibus, proinde circa illa nullam habeant diffic. concedendi infinita categor. in mente diuinâ, vt illa concedunt existere posse extra Deum; manet difficultas ab omnibus soluenda tum de effectibus æternum futuris, tum de partibus continui in infinitum diuisibilibus. Nam nec beatorum, ac damnatorum cogitationes tota æternitate futuræ, nec diuisiones continui possunt esse actu & categor. infinitæ, sed semper finitæ in infinitum. igitur restat difficultas ab vtriusque soluenda, An cogitationes æternum futuræ, diuisionesque continui sint categor. an syncategor. infinitæ in mente diuina.

338. Dicendum, omnia, quæ in se ipsis, & secundum realem existentiam sunt infinita tantum syncategor. in mente diuinâ esse infinita categor. Ratio est natura infiniti categor. & syncategor. quam cum Arist. 3. Phys. admittunt omnes Philol. ac Theol. Est autem infinitum syncateg. quod nunquam est totum simul actu, sed partim actu, partim potentia; ita vt quod actu simul est, semper finitum est; quod in potentia est, infinitum est ac sine termino. Vt quocumque cogitationes ipsa æternitate existentes, semper sunt finitæ: contra vero, quæ remanent tota æternitate futuræ, infinitæ sunt & absque termino: quocumque diuisiones continui assignantur, semper actu sunt finitæ; quæ remanent assignabiles, semper sunt potentia infinitæ. Infinitum autem categor. est illud, quod totum simul actu est, & in eo quod infinitum est, termino ac sine caret. Hac definitione posita, prob. assertio: quæ in se ipsis secundum realem existentiam live possibilem, siue futuram, sunt tantum potentia infinita, in mente diuinâ sunt omnia actu simul cognita & expressa: ergo in se ipsis infinita syncategor. in mente diuina sunt infinita categor. Antec. prob. licet quoad realem existentiam nunquam tota multitudo cogitationum æternum futurarum, ac diuisionum continui possit esse actu re ipsa posita extra omnem potentialitatem, cum nequeant existere tot, quin plures & plures sine fine cogitationes, & continui diuisiones: eadem tamen & tam cogitationum, & diuisionum multitudo tota simul comprehenditur & concluditur intra cognitionem diuinam, vt nulla maneat non actu à Deo cognita, sed potentia cognoscibilis. Conseq. deducitur ex definitione infiniti categor. cuius quidditas est, vt actu simul totum positum sit absque fine & termino. At in mente diuina omnes cogitationes æternum futuræ, omnesque continui diuisiones actu simul omnes positæ sunt secundum esse intentionale absque vilo termino & fine, cum singulæ & omnes æquæ actu cognitæ à Deo sint. Igitur in mente diuinâ sunt actu infinitæ.

Confirm. 1. quæ in mente diuina obiectiue existunt, non sunt finita, alioqui non cognosceret Deus infinita; & nullam habent admittam potentialitatem, sed omnia in esse intelligibili sunt actu posita & vitaliter expressa: ergo non possunt esse infinita syncategor. cuius essentia est, vt nunquam sint actu simul omnia posita; sed semper per superline alia sine termino ponenda; & obiectiue in mente diuinâ omnia simul sunt actu cognita, nec super sunt alia vitaliter exprimenda: ergo sunt infinita categor. 2. Si omnia ea, quæ actu simul obiectiue existunt in mente diuina in esse intentionali, existerent actu simul subiectiue in esse naturali, essent

infinita categor. ergo etiam vt obiectiue existunt in mente diuinâ in esse intentionali, sunt infinita categor. nam ideò si omnia actu simul existerent in se in esse naturali, essent infinita categor. quia in esse naturali essent actu omnia simul absque termino: at in mente diuina in esse intentionali sunt omnia actu simul absque termino: ergo.

Dices: ideò quæ Deus cognoscit, sunt infinita syncategor. quia non potest Deus aliter res cognoscere, quam possibile sunt: non sunt possibile, nisi infinitæ syncategor. nequeunt igitur à Deo cognosci infinitæ categor. alioqui diuina cognitio destrueret suum obiectum, aliter illud representando, atque est in se. Resp. dist. minor. non sunt res possibile nisi infinitæ syncategor. quoad realem existentiam & in se ipsis, verum est: non sunt possibile nisi infinitæ syncategor. quoad existentiam intentionalem & obiectiuam in mente diuina, falsum est. Ratio: res sunt in mente diuinâ, sc. omnes simul actu expressæ, nulla exprimenda, aliter ac esse possunt in se ipsis: nec propterea diuina cognitio aliter eas representat, ac ipsæ representabiles sunt: possunt igitur in mente diuina esse infinitæ categor. esto in se ipsis categor. infinitæ esse non possunt intentionalis, n. obiectiua existentia nullam retinent potentialitatem ad vltiorem intentionalem, cum secundum hanc sint omnes actu simul præsentis diuinæ menti: igitur secundum hanc non possunt esse infinitæ syncategor. cum hæc infinitas essentialiter includat potentialitatem ad vltiorem terminum nondum actu positum, sed ponendum. Confirm. non solum in hoc statu obiectiuo & intentionali, sed in quocumque alio res depurcentur à potentialitate ad vltiorem terminum, erunt infinitæ categor. Sic omnes cogitationes æternum futuræ in ratione futuri sunt infinitæ categor. nam in ratione futuri nullam dicunt potentialitatem ad vltiorem terminum futurum, cum in ratione futuri accipiuntur omnes simul collectiue, nulla exclusa, esto in ratione actualis existentie nequeant esse nisi infinitæ syncategor. quoniam vt in esse futuri sint omnes simul, exclusa omni potentialitate ad vltiorem terminum futurum necesse non est, vt omnes simul aliquando existerent vel exituræ sint, sed sufficit vt nulla sit, quæ non sit exitura. Sic omnes partes continui consideratæ in esse diuisibili, non in esse actualis diuisionis, sunt categor. infinitæ; quia in esse diuisibili sumuntur collectiue omnes absque termino ad vltiorem diuisibilitatem. Sic creaturæ in ratione possibile sunt infinitæ categor. quia in esse possibili accipiuntur omnes collectiue, exclusa omni potentialitate ad vltiorem possibilem. Nec sequitur, Deum aliter res cognoscere, ac in se cognoscibile sunt; cum illas sua cognitione exprimat ac comprehendat cum essentiali potentialitate, quam dicunt ad vltiorem existentiam realem: tamen totum obiectum cum sua potentialitate actu simul representatum diuinæ menti, in ratione representati non est infinitum syncategor. cum in ratione representati actu exprimitur totum, eiusque potentialitas, cum per ordinem ad suam realem existentiam in ponat. Et distinguo duplex esse creaturarum futurarum, vel possibilem: alterum, quod ipsæ habituræ sunt in se, vel habere possunt extra Deum: alterum, quod habent in Deo, in quo obiectiue existunt intentionaliiter expressæ. Quoad hoc 2. esse sunt categor. infinitæ: quia quoad hoc esse, sunt omnes simul actu in diuina mente expressæ absque termino & potentialitate ad vltiorem exi-

Nodus communis, ac mole sius.

Syncateg. definitur.

Categor.

339. In mente Dei infinitas categor.

cogitationum

Diuisionum

340. Conf. 1.

341. Conf. 2.

342. Conuoluitur fundam. Aduers.

Resp. sunt in Deo infinitæ categor. existentia obiecti.

343. Conf. 1.

344. Deus non cognoscit possibile, aliter ac sunt in se ipsis.

34. Duplex esse creat.



extra Deum scientiam obiectiuam, Quoad esse, adhuc bifariam considerari possunt, vel ut actu simul omnes terminant diuinam cognitionem, vel ut in se ipsis existunt, aut existere possunt. Primo modo consideratæ adhuc sunt infinitæ categor. quia actu simul omnes terminant diuinam cognitionem, nec in ratione eam terminandi ullam retinent potentialitatem. Consideratæ 2. modo sunt infinitæ syncategor. quia ut sic includunt potentialitatem ad ulteriorem existentiam realem nunquã totam in actu redigendam. Quo fit ut Deus creaturas sibi representet cum eã potentialitate, quam ipsæ essentialiter important, & nihilominus illæ actu omnes simul à Deo cognitæ sint infinitæ categor. quia ipsa potentialitas, quam creaturæ per ordinem ad realem existentiam dicunt, actu tota simul exprimitur, & quasi exhauritur atque comprehenditur à diuina cognitione. Ita omnes partes motus dicunt essentialem successionem inter se, quarum vnã existente, non existunt reliquæ, cum tamen in potentiã cognoscentis sint omnes simul obiectiuè existentes, quia omnes simul actu terminant notitiã cognoscentis. nec propterea aliter cognoscuntur, ac ipsæ cognoscibiles sunt: quia licet omnes actu simul terminent notitiã cognoscentis, eo quod dum vna pars actu terminat notitiã cognoscentis, omnes actu simul terminant; non tamen illæ representantur cum simultaneã coexistentiã in ordine ad esse, quod extra cognoscentem habent, sed cum essentiali successione vnus partis post aliam: quamuis ipsa successio, quæ partes dicunt in esse reali, tota simul actu representetur notitiã cognoscentis: Ad eum modum, quo in imagine actu simul & permanenter representatur avis volatus. Nec propterea dicitur falsa imago vel aliter representare avis volatum, quam representabilis est: cum proprium imaginis siue naturalis, vi est omnis cognitio respectu sui obiecti, siue artificialis, sit simul actu representare suum imaginatum, etiam si imaginatum sit successiuum & potenziale, cum ipsa successio & potentialitas actu simul & permanenter debeat per imaginem, & in imagine representari.

Ex dictis inferitur, scientiam diuinam de creaturis possib. futuris cogitationib. cõtinui diuisionib. non modo esse categor. infinitam subiectiuè, secundum esse, quod habet in Deo, quæ cognitio diuina est; sed etiam obiectiuè, secundum terminos & obiecta, quæ intentionaliter exprimit, quæ species expressa & verbum creaturarum est. Ratio: non solum est actu tota simul absque termino perfectionis intensiuz, sed etiam est actu tota simul absque termino perfectionis extensiuz, cum actu simul representet infinita obiecta absque termino: contra nonnullos, qui recurrunt ad infinitatem subiectiuam scientiæ diuinæ categor. negantes eam esse infinitam categor. obiectiuè: eo quod, inquit, obiectum non est nisi syncategor. infinitum. Verum hi non distinguunt obiectum secundum se, & in ordine ad realem existentiam, infinitum syncateg. nunquam totum actu extra causas; & prout exprimitur in scientia diuinã, ut totum actu simul est infinitum categor. si. n. multitudo possibilem, vel diuisionum cõtinui, quas Deus sua scientia exprimit, poneretur actu simul tota extra causas, illam concedunt aduersarij fore infinitam categor. quia esset actu tota simul absque termino & potentialitate ad ulteriorem terminum; cur pari modo illam non concedunt infinitam categor. prout actu tota simul absque termino & potentialitate ad ulteriorem existentiam ob-

iectiuam representatur in scientia diuina? Ex his Patet ad fundam. Durandi, & ad illud, ad quod recurrit, sc. Deum non cognoscere infinitam multitudinem creaturarum, ut quoddam totum illud comprehendens, cum hoc possibile non sit, sed per partes, in quantum, inquit, intelligitur, quod quacunque parte accepta remanet potentia ad ulteriorem accipiendam: Concludens, Deum intelligere infinitum sine termino, seu quod potest ulterius procedere. Contra est; quia nihil possibile, aut futurum remanet, quod diuina cognitione comprehensum non sit; ac proinde non tantum Deus infinitum cognoscit per partes, secundum quas ulterius existere potest, sed secundum se totum, cum nihil, quod possibile est, maneat à Deo incomprehensum: Ac proinde licet possibile non sit, ut infinitum existat totum in se in esse reali, possibile tamen est, ut existat totum in esse intentionali in diuina cognitione expressum: ita August. 12. de Ciuit. cap. 18. Si quicquid scientia comprehenditur. scientis comprehensione fitur; profecto & omnis infinitas quodam ineffabili modo Deo finita est, quia scientia eius ipsi incomprehensibilis non est; maluit concedere, omne infinitum comprehensione Dei quodammodo finiri, quam negare (quod negat Durandus) totum infinitum seu possibile rei concludi intra cognitionem Dei,

Obijcis 1. Si Deus videret diuisiones cõtinui infinitas categor. videret continuum in omnem sui partem diuisum (quod est impossibile, per Philof. & Theolog.) videret. n. omnes cõtinui partes diuisas; alioqui si non videret, nec videret omnes diuisiones posibles, quod de scientia diuina, quæ distinctissimè exprimit quicquid est possibile, nefas est suspicari. Resp. neg. sequel. eiusque prob. & Deum non videre omnes posibles cõtinui diuisionis, & inde sequi, videre omnes cõtinui partes diuisas; quia cum hoc possibile non sit, à Deo visibile non est. Sunt igitur in diuina mente omnes diuisiones cõtinui categor. infinitæ absque termino, in qua tamen infinita multitudine nullam uidet assignabilem partem in alias non diuisibilem: proinde nullam videt cõtinui partem in omnem sui partem diuisam, sed semper in alias diuisibilem. Nec propterea non videt omnes posibles cõtinui diuisiones, sed tantum sequitur, videre omnes absque ultima. Quod etiam de cogitationibus æternum futuris debent omnes concedere. Nam eas omnes actu simul cognoscit Deus scientia visionis, cum tamen impossibile sit, aliquando dici, quod omnes habuerint existentiam; sicut dici potest de eisdem in mente diuina expressis, quod omnes habeant existentiam intentionalem. Dices. Si non omnes habituræ sunt existentiam, ergo non omnes sunt futuræ; nam eatenus sunt futuræ, quatenus aliquando habituræ sunt existentiam. Resp. neg. conseq. nam eo modo habituræ sunt existentiam omnes, quo futuræ sunt omnes: Sunt autem futuræ omnes sine termino: ergo habituræ sunt existentiam omnes sine termino: proinde nunquam de eis verificari poterit, quod habuerint existentiam omnes: nam hoc ipso esset dicere, quod non remaneret aliæ exituræ. Ad prob. Resp. ut dicantur omnes futuræ, sat esse, ut nulla sit assignabilis, quæ non sit existentiam habitura. Vel melius; eatenus sunt futuræ omnes, quatenus habituræ sunt existentiam sine termino; quod est in existendo nunquam perueniri posse ad ultimam, proinde nunquam dici posse exituras omnes.

Obijcis 2. Si Deus scientia simplicis intellig. cognoscit creaturas posibles categor. infinitas, possit

ut actu terminans cognitionis sunt eateg. ut existunt syncat.

346. Exemplum de partib. motus.

347. Scientia Dei

Infinita extensiue.

348. Ad fund. Durand.

349.

350. Resp. Deus videt omnes diuisiones posibles.

absque ultima.

Dices.

Resp.

Cur non implet infinitum in mente Dei.

posset eas omnes producere; ergo posset producere omne producibile: quia si potest producere omnes quas cognoscit, ergo omne producibile, cum non sit producibile, nisi quod Deus cognoscit, nec Deus sit productivus nisi per intellectum. Sequela prob. nulla assignari potest implicancia de infinito producto, quæ assignari non possit de infinito cognito. Porro duplex potissima assignatur; 1. sequeretur, infinitum productum habere terminum, quod est contra naturam infiniti categor. quod termino caret: 2. exhauriretur tam diuina essentia in exemplandis creaturis perfectioribus in infinitum, quam potentia in producendis novis sine termino. Utraque reperitur in infinito à Deo cognito: de illo .n. dici potest, quod terminum habeat, ultra quem non sunt aliæ creaturæ possibiles, & quod per illud cognoscatur diuina virtus tam in exemplando, quam in producendo adæquata à totâ multitudine possibilium. Hoc argu. triumphant, qui putant, possibile esse infinitum categor. extra Deum, imò & totum producibile: cum non sit maior ratio de toto producibili in diuinâ mente expresso, ac à parte rei producto. Verum, hæc opinio de possibilitate infiniti extra Deum mihi semper displicuit. Resp. igitur, à posteriori constat, multa esse categor. infinita in mente diuinâ, quæ re ipsâ nequeunt nisi syncategor. esse infinitas: vt diuisiones continui, cogitationes æternum futuræ. hoc est: Implicat, re ipsa poni omnes diuisiones continui, omnesque cogitationes æternum futuras à parte rei existentes; cum tamen non implicet easdem in mente diuinâ esse categor. infinitas: si .n. re ipsâ ponerentur omnes partes continui, essent omnes re ipsâ diuisæ, quod implicat, ex cõmuni sensu: Item si ponerentur omnes cogitationes æternum futuræ à parte rei existentes, valeret aliquando dicere, ultra illas non esse alias futuras; cum iam supponerentur extitisse omnes. Sicut quia in esse obiectiuo & intentionali cogitationes æternum futuræ existunt omnes in mente diuinâ, valet de illis dicere, ultra eas non esse alias assignabiles vt cognoscibiles ab intellectu diuino: hinc sequeretur, infinitum syncateg. vt cogitationes æternum futuras, aliquando totum in actu poni totumque pertransiri: Quod cum fieri non possit, sequitur, tam diuisiones, quæ remanent ponendæ, quam cogitationes, quæ remanent futuræ, esse infinitas; quæ sunt positæ, finitas; cum hoc sit de quidditate infiniti syncateg. vt semper actu habeat finita, potentiâ infinita. Nec dici potest, tam quæ actu ponuntur, quam quæ potentiâ restant ponenda, esse infinita: nam hinc manifestè sequeretur, infinitum in actu positum claudi terminis, primâ nempe cogitatione, quæ incepit; & vltimâ, quâ terminatur infinitum cogitationum re ipsâ existentium, cum Deus distinguat cogitationes re ipsa existentes à non existentibus, sed extituris. Neque hic recurri potest ad cogitationem indeterminatem, quia omnes & singulæ sunt determinatæ naturæ & entitatis, omnesque sunt clausæ primâ & vltimâ existente. Pari igitur ratione poterunt creaturæ possibiles in esse obiectiuo in mente diuinâ esse infinitæ categor. etsi nequeant esse infinitæ categor. extra Deum in esse reali subiectiuo. Prob. 2. hoc discrimen: in esse possibili creaturæ sumi possunt omnes; nequeunt sumi omnes in esse existentis actualis: ergo in esse possibili possunt esse infinitæ, non in esse existentis actualis. Maior patet: nam in esse possibili omnes creaturæ nullâ omnino exclusâ, comprehenduntur intra potentiam & cognitionem diuinam. Minor prob.

in esse actualis existentis non tot poni possunt, quin plures possint absque termino: nam quæ à unquam multitudine creaturarum, vel quâuis perfectissimâ productâ, semper producibiles sunt aut plures aut perfectiores absque termino: nam semper remanent in Deo infiniti alij modi ac perfectiones, quibus participabilis est à creaturis, cum impossibile sit, infinitam virtutem Dei exhauriri à quâuis creatura, vel multitudine earum, cum semper inter creaturas participantes & Deum participabilem mediet infinita distantia. Conseq. prob. vel infinitum includit quiddid intra illud genus supponitur possibile, quod cum totum in actu poni non possit, neque infinitum in actu poni potest: vel saltem sequitur, non posse in actu poni totum id, quod possibile simpliciter est. Confirm. pos. sunt cogitationes æternum futuræ in esse futuritionis sumi omnes, non in esse actualis existentis: sicut & partes continui in ratione diuisibilitatis sumi possunt omnes, non in ratione actualis diuisionis: ergo & creaturæ in esse possibili sumi possunt omnes, etiam si in esse actualis existentis nequeant sumi omnes.

Sed contrâ est aduersariorū Achilles: ideò nequeunt omnes creaturæ poni in actu existentis, quia quacunque multitudine actu posita, semper restant aliæ à diuinâ essentia exemplabiles ac participabiles. At hæc eadem implicancia reperitur in creaturis in statu possibilitatis; sc. infinitè distant à Deo, inter Deum & omnes possibiles mediat infinita perfectio, qua Deus semper est magis participabilis. Ergo neutrobique sumi possunt omnes, vel certè si sumi possunt omnes in statu possibilitatis, sumi etiam poterunt omnes in statu actualis existentis. Huius argum. neg. minor. ad prob. dist. antec. Omnes creaturæ in statu possibilitatis infinitè distant à Deo, vel per aliquam determinatam creaturam omnium perfectissimam, vel per aliquam determinatam multitudinem, nego: infinitè distant à Deo per species perfectiores in infinitum absque aliqua vltima ac suprema, perque numerosiore multitudine absque termino, concedo. Quo fit, vt Deus nec in tota multitudine possibilium videat vnam omnium perfectissimam, nec vnam tantum multitudinem, absque alia sine termino: cum nec illa, nec ista sit in multitudine possibilium. Quemadmodum nec in tota multitudine partium continui videt vnam omnium minimam, nec aliquam multitudinem ita numerosam, vt non videat aliam numerosiore; cum nec illa, nec ista possibilis sit. At eo ipso, quod omnes creaturæ ponerentur in actu existentis, determinarentur vel ad vnam omnium perfectissimam, vel ad tantam multitudinem, qua numerosior dari non posset; proinde adæquaretur infinita virtus ac perfectio exemplabilis ac participabilis Dei; vt hoc ipso, quod omnes partes continui ponerentur in actu diuisionis, dererminarentur ad vnam omnium minimam, & ad certam multitudinem, qua numerosior dari non posset; proinde adæquaretur infinita diuisibilitas continui; quod implicat cum sit inexhaustibilis. At non minus est inexhaustibilis infinita perfectio Dei.

Vrgebis: Etiam inter Deum & totam multitudinem possibilium mediat infinita perfectio, quæ adhuc participabilis est à creaturis: ergo neque creaturæ in statu possibilitatis sunt tot, quin plures esse possint. Resp. creaturas in statu possibilitatis non videri à Deo cum tota potentialitate expleta, quam dicunt ad realem existentiam, sed semper cum potentialitate ad illam, cum sit illis essentialis:

Cum implicet extra Deum?

353.

354. Disparitas à posteriori. Iustificetur posset.

Alias infinitum totum actu poni posset.

355.

Et claudis terminis.

356. Discrimen à priori.

in esse possibili comprehenduntur omnes.

Confirm. pos.

357. Achilles aduers.

358. Resp.

Nallam videt Deus perfectiss.

Nec minimam.

Adæquaret nequis perfectio exemplabilis.

Nec diuisibilitas continui.

359. Vrgebis.

Resp.

lis: ac proinde creaturas nunquam videri cum determinata distantia ex parte ipsarum à Deo, cum hæc possibilis non sit, eo ipso quod possibilis non est vltima omnium perfectissima, vel multitudo omnium numerosissima. In statu verò actualis existentie, cum tota potentialitas ad existendum tollatur per actualem existentiam, non possunt amplius videri cum potentialitate ad vltiorem perfectionem diuinam participandam, ac proinde cum indeterminata distantia ex parte ipsarum à Deo; sed cum expleta actualitate, ac proinde cum determinata distantia ex parte ipsarum à Deo.

360.  
Exemplum  
continui  
illustre.

361.

Ita quæcunque partes continui videntur in statu possibilis diuisionis, videntur cum essentiali potentialitate ad vltiores diuisiones, & nunquam cum tota potentialitate expleta ad omnes partes diuisibiles: in statu verò actualis diuisionis quæcunque partes videntur, videntur cum potentialitate expleta ad diuisionem. Neque hinc sequitur, quod creaturæ in esse intentionali & obiectiuo in mente diuina non sint actu omnes infinitæ categor. quia licet per ordinem ad existentiam realem nunquam videantur actu omnes, eo quod impossibile sit, vt per ordinem ad existentiam realem sint actu existentes omnes: sicut impossibile est, vt vel partes continui sint diuisæ omnes, vel cogitationes æternum futuræ sint actu existentes omnes; sunt tamen in mente diuina omnes; quia nulla est, quæ actu non terminet cognitionem diuinam, totaque illa potentialitas, quam creaturæ dicunt ad propriam existentiam realem, actu exprimitur in scientia diuina.

362.  
An possibi-  
lis creatura  
omnium  
perfectiss.  
Probans.

363.  
Confirmans  
1.

Pr. conseq.

364.  
Confir. 2.

At obijciunt alij (contententes possibilem esse creaturam omnium perfectissimam, & imperfectissimam, quæ nec illa perfectior, nec ista imperfectior dari possit) Non omnes creaturæ, quæ sunt in tota collectione possibilium exceduntur à creaturis: ergo necesse est, vt sit aliqua, quæ non excedatur: hæc ergo erit omnium perfectissima. Antec. probant: implicat, vt omnes creaturæ excedantur à creaturis; daretur .n. in eâ collectione mutuus excessus secundum perfectionem, qui repugnat. Confirmant 1. Implicat omnes creaturas produci à creaturis, nisi detur mutua productio: ergo implicat, vt omnes creaturæ excedantur à creatoris, nisi detur mutuus excessus inter eas. ergo sicut ne detur mutua productio inter creaturas, necessariò deueniendum est ad vnum primum ens omnium entium perfectissimum, à quo improducto producantur omnes: ita ne detur mutuus excessus inter creaturas, necessariò deueniendum est ad vnam, quæ ita reliquas excedat, vt ipsa à nulla excedatur. Vtraque conseq. prob. euidentius repugnat mutuus excessus in perfectione, quam mutua causalitas; nam excedens dicit habere maiorem perfectionem excessu; & excessum minorem excedente: ergo si idem excederet & excederetur, idem haberet maiorem perfectionem, quæ excederet, & non haberet maiorem, quæ excederetur. 2. In tota collectione specierum possibilium ab homine inclusiuè non omnes species exceduntur: ergo aliqua est quæ non exceditur: ergo illa erit omnium maxima & suprema. Antec. prob. si omnes excederentur, sequeretur plures fore excessas excedentibus, & simul non plures fore excessas excedentibus, quæ sunt manifestè contradictoria. Sequel. probant: per te omnes species perfectiores homine exceduntur & excedunt: homo tantum exceditur & non excedit, cum homo tantum in eâ collectione sit omnium infimus: ergo excessus sunt vna amplius excedentibus. Rursus

sequitur, non esse plures: quia quælibet species excessa debet habere excedentem, à quâ immediate excedatur: ergo vt omnes excedantur, tot debent esse excedentes, quot excessæ, & non plures: ergo sunt tot & non sunt tot. 3. In tota collectione possibilium est summa propinquitas in perfectione cum Deo, quæ in creaturis esse potest; cum supra totam collectionem non est possibilis creatura Deo propinquior: sed hæc summa propinquitas non reperitur in omnibus, nec in duabus aut tribus speciebus, cum omnes species sint inæqualis perfectionis; ergo in vna. Datur ergo vna secundum perfectionem Deo summè propinqua. 4. Deus cognoscit omnes creaturas perfectiores homine, quæ illum excedunt: ergo vel in tota hæc serie excedentium & excessarum cognitio diuina sistit in aliqua, supra quam non progreditur ad aliam perfectiorem cognoscendam, cum tamen verè sit; quod de diuina cognitione dici non potest: vel certè cognoscit vnam, vltra quam non progreditur, & hæc est omnium perfectissima. 5. Deus producere potest creaturam summè perfectam, quam potest: est. n. propositio idætica per se nota: Producat, vel illa erit omnium perfectissima, & habetur intentum; vel non; & iam Deus poterit aliam perfectiorem producere, adeoque quam produxit, non fuit summè perfecta, quam producere poterat.

Verum hi non aduerterunt, hæc argu. quæ contorquent contra negantes creaturam omnium perfectissimam, & imperfectissimam, repellenda esse etiam ab ipsis tum in infinitate partium continui, tum cogitationum æternum futurarum. Nam eandem formam argu. applico ad probandum possibilem esse vnam cogitationem in tota collectione æternum futurarum intensione omnium maximam, vnamque partem continui in tota collectione diuisionum possibilium omnium minimam. Suppono autem, quod non negabunt, posse Deum cum Beatorum, vel damnatorum intellectu producere cogitationes intensiores tota æternitate futuræ. Sic retorq. argum. Non omnes cogitatione, quæ sunt in tota collectione æternum futuræ exceduntur perfectione intensiua à cogitationibus æternum futuris; implicat .n. mutuus excessus in perfectione intensiua, vt in specifica; ergo necesse est vt sit aliqua cogitatio, quæ perfectione intensiua non excedatur: ergo datur in tota collectione cogitationum æternum futurarum vna omnium intensissima. Pari modo; non omnes partes, quæ sunt in tota collectione diuisionum possibilium in minoritate exceduntur à partibus: implicat .n. mutuus excessus in minoritate vt in specifica perfectione: ergo necesse est esse aliquam, quæ in minoritate non excedatur: ergo datur in tota collectione diuisionum continui vna omnium minima, qua minor dari non potest.

Dices, hinc nullum sequi absurdum; infinitum claudi terminis, prima & vltima cogitatione, prima parte continui, supponi in sent. quæ inter infimam & supremam creaturam admittit infinitam multitudinem terminis clausam: nec huiusmodi clausuram repugnare infinito, cuius essentia in eo sit, vt ex vno termino ad alium successiuè perueniri non possit: quod rectè saluari potest, etiam si terminis claudatur. Sed contra 1. videtur ex terminis notum, quod infinitum, quæ infinitum, debeat carere fine: est enim infinitum, contentu omnium, quod sine caret: & per hoc discriminetur à finito. Nec minùs repugnat infinito habere terminum, quàm repugnet finito, carere termino. 2. magis videtur repugnare infinito, claudi terminis,

365.  
Conf. 3.

366.  
Conf. 4.

367.  
Confir. 5.

368.  
Retorquo  
argum.

Eadem ser-  
mâ.

369.  
De cogitat.  
intensior.

370.  
De minimâ  
parte continui.

371.  
Admittant  
intensivissimam  
Minimam.

372.  
Contrâ 1.  
Infinitum  
sine carit.

quis pertransiri, minis, quàm successiue pertransiri. Nam qui admittunt possibiles generationes & circulationes ab æterno, debent necessariò admittere, potuisse infinitum vt infinitum successiue pertransiri, cum tamen ijdem admittere non audeant, huiusmodi generationes & circulationes ab æterno inceperunt per aliquam primam. 3. saltem tale infinitum esset numerando pertransibile à cognitione diuinâ. Etenim distinctè cognoscit Deus per aduers. ultimam cogitationem omnium intensissimam excedere immediatè sequentem, & hanc excedere aliam immediatè sibi subsequenter, & sic non quidem successiue, sed vno ictu in instanti ab ultimâ omnium intensissima numerando perueniri ad primam omnium remississimam. 4. sequeretur, finiri cogitationes æternùm futuras, cum tamen non finitur nec terminetur æternitas ipsa à parte post, in qua futuræ sunt semper plures cogitationes sine fine. Nam post ultimam cogitationem omnium intensissimam non esset futura alia, est ergo vltima, cum tamen nondum terminata esset æternitas; cui hoc ipso, quòd assignaretur terminus, non esset æternitas, sed tempus. Confir. Deus per aduers. distinctè discernit, ultimam cogitationem determinato excessu superare immediatè sibi subsequenter; non infinito, alioqui cæteræ subsequentes vsque ad primam essent finitæ numero contra aduers. quia cum omnes subsequentes versus primam progrediantur secundum partes proportionales minores in intensione, si immediatè sequens vltimam, habet finitos gradus intensiõis, cum etiam prima supponatur habere finitos gradus determinatos, intensiõis, non poterunt omnes post vltimam esse numero infinitæ; alioqui deberet prima habere minimam intensiõem, quâ minor dari non posset, quòd implicat: Nec excessu finito: interrogatio .n. fiet de subsequente penultimam, de quæ aliis sequentibus vsque ad primam: an singulæ superiores excedant singulas inferiores excessu finito, vel infinito, si finito, omnes & singulæ, includendo etiam primam, erunt infinitæ intensiõis, contra suppositum: Si infinito, assignetur talis cogitatio, & contra illam redibit idem argu. quòd supra contra vltimam cogitationem. At dices, omnes cogitationes, quæ inter talem assignabilem & vltimam intercedunt, esse numero infinitas. Sed contra; hæc responsio admittit non solùm clausuram in infinito quâ infinito, sed etiam additionem & deminutionem, quòd non minus repugnat, quàm infinitum habere terminum: hoc .n. ipso, quòd infinito fit additio, assignatur terminus, cui fit additio: sicut hoc ipso quòd additur lineæ palmus, supponitur terminus, cui palmaris quantitas additur; & hoc ipso quòd à quantitate demitur palmus, assignatur terminus, qui solutâ vnione cum priori palmo, remanet: nec omnes cogitationes æternùm futuræ proportionaliter sese excederent intensiõem, contra suppositum. Siquidem daretur vna, quæ infinito excessu superaret immediatè sibi subsequenter, cum tamen ipsa non excederetur à præcedente excessu infinito, sed finito. Sequeretur & continuum diuidi in omnem sui partem; si posset minima pars continui assignari, quâ minor assignabilis non esset; & alia absurda dediti posset; sed hunc laborem relinquo solidioris Philof. studiosis.

Ad argum. si propositio illa, Non omnes creaturae in tota collectione possibilibus exceduntur à creaturis, sumatur in sensu distributivo, dico, non omnes exceduntur, sed inferiores à superioribus: Si sumatur in sensu collectiuo; nego, non omnes ex-

duntur, cum in totâ collectione non detur vna summa, quæ reliquas omnes excedat; alioqui assignabilis esset vna, à quâ reliquæ collectiue sumptæ excederentur. Nec mirum, cum hoc sit de ratione infiniti carentis vltimo termino. Vnde id argum. fieri potest de totâ collectione partium continui: nam omnes in totâ collectione exceduntur in minoritate à partibus. Respondendū, quòd omnes distributiue sumptæ habent maiorem, à qua exceduntur, & minorem, quam excedunt; omnes collectiue sumptæ non exceduntur, quia non habent vnâ, à qua reliquæ omnes excedantur. Ad prob. antec. neg. sequela, eo quòd mutuus ille excessus non est respectu eorundem, sed diuersorum: est .n. excessus in creatura superiore respectu inferioris, & defectus in creatura inferiore respectu superioris. Ad 1. confir. neg. conseq. nam produci & dependere à primo ente improducto consequitur essentiam creaturæ vt sic, quòd tolli nequit per rationem infiniti. Creaturam verò excedere aliam, vel excedi ab aliâ creaturâ; est accidens illi adueniens per comparationem ad alias, quòd separari potest, integra manente essentiâ creaturæ. Cum igitur in infinita collectione perfectiorū nequeant omnes comparari ad vnâ omnium perfectissimam, quia talis in eâ collectione non datur, non poterit in eâ collectione dari excessus vnus creaturæ supra reliquas omnes sub se contentas, adhuc perseverante in singulis & omnibus essentiâ creaturæ. Ad prob. conseq. concedo, mutuum excessum secundum perfectionem respectu eiusdem inferre contradictoria; nego illa inferre respectu diuersorum, vt constat tam de partibus continui, quàm de cogitationibus intensioribus æternùm futuris. Ad 2. neg. antec. Ad prob. neg. sequela, nempe in collectione infinita creaturarum & plures esse excessus excedentibus, & non plures esse excessus excedentibus; nam sumptæ distributiue tot semper assignari possunt excessæ, quot excedentes: sumptæ collectiue plures assignantur excessæ, quàm excedentes; eò quòd in totâ collectione datur prima, quæ ab omnibus exceditur, non datur vltima, quæ reliquas omnes excedat. Sicut in cogitationibus intensioribus æternùm futuris datur prima, quæ ab omnibus exceditur, & non datur vltima, quæ reliquas omnes excedat: & in partibus proportionalibus continui palmaris datur prima pars semi-palmaris, quæ excedit reliquas omnes; nulla vltima, quæ excedatur ab omnibus.

Ad 3. neg. minor. Etenim summa illa propinquitas cum Deo non est in vnâ creatura, sed in totâ collectione earum, supra quam licet non sit possibilis alia perfectior, cum in eâ collectione comprehendantur omnes, quâcunque tamen distributiue sumptæ semper dabilis est alia perfectior. Sicut licet supra totam collectionem diuisionum possibilium non detur alia diuisio, cum in eâ includantur omnes, quâlibet tamen distributiue assignatâ, assignabilis est alia absque termino; & licet supra totam collectionem cogitationum æternùm futurarum non sit alia futura, quâuis tamen data, dabilis est alia absque termino. Nec refert, quòd omnes creaturæ sint inæqualis perfectionis specificæ: nam etiam partes proportionales continui, & cogitationes intensiores æternùm futuræ sunt inæqualis quantitatis & intensiõis: cum tamen neque in illis, neque in his assignabilis sit aliqua in totâ collectione vltima. Ad 4. Resp. cognitionem diuinam nec sistere in aliquâ creaturâ, non progrediendo in alias, quæ supra illam sunt, si verè sunt, nec in tota collectione possibilium cognoscere vnâ

373. nec finiri, intensiud 374. excessu infinito nec finiri 375. Dices Contra Continuum diuideretur in omnem sui partem 376. Resp.

sensus distrib. coll. d. mutans excessus repub. diuersorum 377. Ad primam conf. Inter produci & excedere dist. crim. d. 378. Ad 2. 379. Ad 3. Summa pro diuinitas cum Deo non est ibi vna 380. Ad 4.

Cognitio  
Dei in nullis  
Assis.

vnam omnium perfectissimam; sed sistere in tota  
colle&ione infinita, quam perfectissime compreh-  
dit absque vlllo termino vltimo. Sicut in tota col-  
lectione diuisionum possibilium continui non sinit  
in vna parte, infra quam non cognoscat alias mi-  
nores, quæ sunt diuisibiles infra illam; seu non si-  
stit in aliqua omnium minima, sed in tota colle-  
ctione, illam perfectissime comprehendendo abs-  
que vltima. Idem dicitur de tota colle&ione cogi-  
tationum intensiorum æternum futurarum.

321.  
Ad 5.

Ad 5. neg. antec. Implicat in. vt Deus pro-  
ducatur creaturam, quam potest, omnium per-  
fectissimam; aut partem continui, quam potest,  
omnium minimam: eo quod inexhaustibilis est in-  
finita diuisibilitas continui; nec minus infinita  
perfectio Dei. Quæres, quantum ergo poterit Deus  
producere, si non potest totum, quod potest?  
Resp. quantum libera ipsius voluntas determina-  
uerit, cui in producendo, ad extra subordinatur di-  
uina potentia.

### DISPV TATIO XIII.

An, & quid sint ideæ in mente  
Diuina?

1.  
Dantur  
ideæ.

Ratio ex  
parte effe-  
ctus.

CONSTANS est Patrum, & Scholast. sententia, in  
Deo ideas esse, quas & gentiles Philosophi co-  
gnouerunt: Plato, primus earum inuentor ex  
August. l. 83. quæst. qu. 46. Ratio ex parte effectus  
producibilis est; quidquid perfectionis est in esse-  
ctu, id totum in causa, à qua effectus totum suum  
esse participat, præexistere debet. at omnis effectus  
creatus non solum participat esse naturæ, qua con-  
stat; sed etiam artis, quam imitando exprimit: igitur  
in Deo non solum præsupponendum est prin-  
cipium effectuum, quo esse naturæ rebus commu-  
nicet; sed etiam esse artificium, quo esse artis  
ipsæ impertiat. Minor apparet in hac ordina-  
tissima mundi machina, in qua non modo elucet  
esse naturæ quo vnaquæque res in suo esse consti-  
tuitur; sed etiam esse artis, qua cuncta creata di-  
uersissima quamuis naturæ, mira tamen connec-  
tione & ordine inter se cohærentia, mirabilem il-  
lam diuinæ mentis architecturam imitando exprin-  
tunt. Vnde familiare est Patribus, ex huius vni-  
uersi ordine supremam illam arguere mentem, quæ  
infallibili sua sapientia & arte omnia disponit ac  
dirigit; cum non nisi à sapiente ordo esse possit:  
& sapiens ex August. loco cit. nemo esse possit, nisi  
ideis intellectis. Ratio ex parte Dei producentis  
est; cum Deus in producendo sit infinitus, nec  
certa limitetur virtute ad determinatos effectus  
producendos, sed producere possit plures & per-  
fectiores in infinitum; vt certos determinatè pro-  
ducatur, oportet, libera voluntate illos determinet,  
applicando infinitam potentiam ad hos potius,  
quam ad alios producendos: nequit autem vo-  
luntas potentiam ad determinatos effectus liberè  
applicare, nisi illos præcognoscat, cum non possit  
in incognitum ferri: igitur præsupponenda est in  
Deo notitia effectuum producendorum: at hæc no-  
titia in Deo habet rationem ideæ. Dantur igitur  
ideæ in Deo. Hoc vt certo posito, grauis contro-  
uersia est, quid formaliter importet idea in Deo.

2.  
Ratio ex  
parte Dei

3.  
Esse creatu-  
ras secun-  
dum esse  
creatum

PRIMA sent. docet, ideas in Deo esse ipsas  
creaturas, secundum esse creatum in Diuina mente  
obiectiuè existentes, secundum illud idem esse,  
quod habituræ sunt in se ipsis in propria natura  
existentes: Obiam in 1. dist. 35. qu. 5. Gabriel qu. 5.

art. 2. concl. 4. Durand. dist. 36. qu. 3. Fundam. idea  
est id, ad imitar cuius artifex suum opus ad extra  
producit, vt definitur. sed Deus suum opus ad ex-  
tra non producit ad instar suæ essentia, vel alicuius  
perfectionis increatæ; sed ad instar ipsius creatu-  
ræ, quæ producenda est; & in esse producto,  
imitatur se ipsam in esse præconcepto. Minor  
prob. 1. idem opus ad formandum opus in externa  
materia: sanitas in materia, inquit Arist. 7. me-  
taph. fit à sanitate, quæ est in anima. vnde per acci-  
dens est, quod artifex creatus vtatur distincto ex-  
emplari ad opus externum formandum; si. n. ha-  
beret practicam notitiam eiusdem operis faciendi à  
Deo infusam, hæc esset vera & propria ratio ideæ;  
nec requirit, vt forma præconcepta imitabilis di-  
stinguatur à formâ producibili imitatuâ. Igitur  
potest in artifice increato sola creatura præconcep-  
ta, & in mente diuinâ obiectiuè existens habere  
rationem ideæ, respectu creaturæ producendæ.

à pari

Prob. 2. Ratio ideæ formaliter consistit in pas-  
siuâ imitabilitate; est. n. forma præconcepta, quam  
imitatur opus ad extra productum: at nec diuina  
essentia, nec vlla ratio increata habere potest passiuam  
imitabilitatem respectu creaturæ; quia quæ  
sunt dissimilia, non possunt habere rationem imita-  
bilis & imitatiui: imitatio enim fit ad expressio-  
nem alterius rei consimilis: diuina autem essentia, aut  
quæuis alia perfectio increata magis dissimilis est,  
quam similis creaturæ seu longè diuersæ rationis in  
Deo, quàm in creatura. Nec sat est similitudo ana-  
loga, vt habeatur in Deo perfecta ratio ideæ; nam  
sicut ratio ideæ consistit in imitabilitate; ita per-  
fecta idea, qualis est increata, in perfectâ imitabi-  
litate. Nequit autem esse perfectè imitabilis ratio,  
quam nequeunt effectus imitari in propria & spe-  
cificâ ratione, sed tantum communi & genericâ.

4.  
Probans  
2. à priori

Confirm. illud est idea in Deo, quo solo præ-  
concepto, & omni alio præscripto, Deus est imita-  
bilis à creaturis; sed præconceptis solis creaturis,  
& omni alio obiecto præscripto, Deus est imitabi-  
lis à creaturis: contra verò quolibet alio obiecto  
præconcepto, & solis creaturis præscriptis obie-  
ctiuè existentibus in mente Diuinâ, Deus non est  
imitabilis à creaturis: igitur solæ creaturæ præcon-  
ceptæ, & in diuina mente obiectiuè existentes ha-  
bent rationem ideæ in Deo.

5.  
Confir.

SECUNDA affirmat, solam essentiam diuinam  
habere rationem ideæ: Henri. quodlib. 9. q. 2. Alen.  
1. p. qu. 23. me. 4. art. 1. S. Tho. 1. p. q. 15. art. 2.  
& de verit. q. 3. art. 2. Bonau. in 1. dist. 35. q. 1. & 2.  
Rubi. q. 2. art. 1. Richar. dist. 36. art. 2. qu. 1. & 2. Aureo.  
dist. 36. p. 2. art. 1. Herua. art. 2. & 3. Caprao. art. 1.  
concl. 3. & ad argu. contra 2. & 3. concl. Argen. art. 1.  
Gerar. art. 1. Agid. apud ipsum, Palat. disp. 1. concl. 4.  
Marfil. in prologo qu. 1. ars. 1. Ferrari. 1. con. gen. c. 5. 4.  
Caiet. 1. p. loco cit. Bannez. ibid. art. 1. concl. 3. Molin.  
disp. 2. concl. 1. Vasquez disp. 71 & 72. Suarez lib. 3.  
de attrib. c. 5. & c. 1. communis Fundam. est auctori-  
tas Patrum, August. libr. 83. quæst. q. 46. Vbi do-  
cet, visione idearum animam beati: quod non nisi  
de essentia Diuinâ, quæ sola beate potest, dici po-  
terit. ibid. ait, quicquid fit, participatione harum  
idearum fieri: nihil autem fit participatione sui:  
igitur nequeunt ideæ Diuinæ esse ipsæ creaturæ,  
Diuinâ mente præconceptæ; alioqui idem fieret  
participatione sui ipsius. Et tract. 1. in Ioan. affir-  
mat, ideas viuere vitâ ipsius Dei, quod de creatu-  
ris secundum esse creatum intelligi nequit.

6.  
Esse solam  
essentiam  
Dei affir-  
mans rectè

Ratio fundam. idea, ex cit. loco August. consistit  
in passiuâ imitabilitate & participatione sui: parti-  
cipatio

7.  
Ratio

icipatio & imitatio essentialem respectum dicit ad alterum: Igitur ideæ Diuinæ non possunt esse ipsæ creaturæ producibiles, vt in diuinâ mente obiectiuè existentes.

Est autem controuersia, sub quâ ratione essentia diuina sit idea creaturarum: potest .n. considerari;

1. vt constitutiuâ Deitatis: 2. vt causa effectrix creaturarum; 3. vt species intelligibilis earundem. 4. vt primarium obiectum Diuinæ cognitionis. 5. vt cognitio est & species expressa creaturarum. Omnes conueniunt, essentiam Diuinam non esse ideam vt est causa effectriua creaturarum, quia causalitas idealis non est effectriua, sed directiua & imitabilis exemplariter; atque adeo idea non est ratio, quâ opus efficitur, sed quâ dirigitur & exemplariter effigiatur, difficultas superest de reliquis 4. Aureolus putat, essentiam diuinam absolutè sumptam, sub ratione Deitatis, esse ideam. Quia idea est perfectio illa, quam creatura imitatur in Deo; hæc autem præcedit in essentiâ Dei, antequam cognoscatur à Deo; ideò .n. à Deo cognoscitur vt imitabilis, quia talem imitabilitatem in se ipsâ continet. Alij fortasse ideæ rationem collocabunt in essentiâ Dei, vt est species intelligibilis creaturarum; quia idea importat similitudinem cum re ideandâ; Deus non habet similitudinem cum creaturis ideandis, quâ essentia est, sed quâ species intelligibilis est, quia vt sic est intentionalis similitudo earum. Thomistæ censent, ideam consistere in essentiâ Dei, vt obiectiuè existens est in Deo, ita vt, si per impossibile diuina essentia existeret tantum obiectiuè in Deo; haberet veram rationem ideæ. Ratio: idea est forma imitabilis exemplariter; de ratione exemplaris est esse obiectiuum: vnde licet essentia Diuina, antequam cognoscatur, sit fundamentaliter imitabilis, non tamen exemplariter, donec fiat obiectiuè in intellectu Diuino. Bonau. Rubio. Masfil. Argent. Suarez. Vasq. opinantur, Diuinam essentiam habere rationem ideæ quatenus est species expressa creaturarum. Nota (quod nemo, quem legi, aduertit) exemplar est primum directiuum, in aliud non reducibile: idea est immediatum & proximum directiuum, in aliud reducibile; vt figura Cæsaris, quam pictor intra se format de ipsius imagine in tabellâ delineanda, est idea; Cæsar, de quo imaginem intra se artifex format, est exemplar; hoc .n. respectu pictoris est primum directiuum ad opus externum effigandum: figura verò intra se formata est directiuum proximum, à quo immediatè dirigitur ad externum opus effigandum. Ex quo sequitur 2. discrimen, quòd opus productum immediatè & proximè non assimilatur exemplari, sed ideæ: nam hæc est, à quâ proximè & immediatè dirigitur artifex; sc. non proximè ab externo exemplari, sed à forma intra se præconcepta. 3. Exemplar potest esse vnum, ideæ multæ; ex vno enim eodemque exemplari formari possunt multæ ideæ. 4. De ratione exemplaris non est, vt vniocè conueniat cum ideato; est de ratione ideæ, quæ debet proximè determinare artificem ad consimile opus producendum, & opus vniocè continere; nec potest determinare, nisi per id, quod intentionaliter continet, cum non sit intellectus aptus determinari, ad externum opus dirigendum, nisi per obiectum actu cognitum, & representatum. Exemplar verò, quia non debet proximè ad opus producendum intellectum determinare, sed tantum remotè, non est necesse, vt cum opere producendo vniocè conueniat. His positis, vt certis, ad facilem decisionem.

D i c o 1. Essentia diuina, antequam actu co-

gnoscatur à Deo, est tantum remotum exemplar creaturarum: sicut Cæsar, antequam actu cognoscatur ab artifice, est remotum exemplar externæ imaginis, ab artifice formandæ. Fundam. vt aliquid sit remotum exemplar, sufficit, vt aliquam in se præhabeat cum exemplando similitudinem, in quâ exemplari ab illo possit: sed diuina essentia, antequam actu cognoscatur à Deo, præhabet in se aliquam saltem analogam similitudinem cum creaturis, quia illas continet eminenter, secundum aliquas perfectiones ab ipsis participabiles: non .n. ideò essentia Dei continet creaturas, quia cognoscitur à Deo; sed ideò à Deo cognoscitur, vt continens creaturas, quia illas eminenter præhabet in se.

D i c o 2. Essentia diuina vt actu cognita à Deo, est proximum exemplar, non idea creaturarum. Constat pars 1. quia per cognitionem proximè completur in ratione exemplaris; nam per eam fit formaliter directiua operis faciendi. Nec censenda est sola conditio, sed ratio formalis integrans causam exemplarem; eò quod non tantum obiectum, sed cognitio est directiua operis, quatenus dicitur de opere sic & sic effigiando, vt producat ad instar exemplaris præconcepti. Secunda pars prob. idea requirit vniocam conuenientiam in representando cum ideato: diuina autem essentia, neque vt cognita, habet vniocam conuenientiam in representando cum creaturis; quia cognitio non variat esse obiecti, quod representat, sed illud tale representat intellectui, quale supponitur in se, ergo si essentia diuina non continet creaturas in se, secundum proprium esse creatum, neque vt cognita poterit eas representare. Nec fert, quòd eas continet eminenter; nam eminens esse creaturarum, non est esse creaturæ, sed Dei: obiectum autem cognitum, non manifestat intellectui, nisi quod in se continet formaliter. Igitur diuina essentia, neque vt cognita, representat formaliter creaturas; atque adeò non poterit habere vniocam conuenientiam cum illis in representando.

D i c o 3. Essentia diuina non est idea creaturarum, quatenus est intelligibilis species earum, sed quatenus est species expressa, & actualis similitudo earundem. Prior pars prob. vt ex philos. suppono, species intelligibilis non est medium cognitum, in quo formaliter videatur obiectum, sed tantum medium incognitum, & principium, quo effectiuè duntaxat determinatur potentia ad speciem expressam producendam, in quâ solum vt in propria & naturali imagine cernitur obiectum.

Posteri. partem sic ostendo: diuina essentia vt species expressa creaturarum, est vitalis imago, expressa & intentionalis similitudo earum; ergo habet cum illis in representando vniocam conuenientiam, & formalem rationem ideæ. Antec. prob. Diuina essentia, vt species expressa creaturarum, est perfectum verbum earum; procedit .n. nostro modo intelligendi ab eadem diuina essentia, vt ab adæquata specie intelligibili creaturarum, & à Diuino intellectu, vt à perfecta potentia intellectiua, atque adeò vt perfectum, & adæquatum verbum earum: in verbo autem perfectè reuertet obiectum, secundum proprium & formale esse ipsius, cum totum esse obiecti intentionaliter contineatur in verbo. Hanc sent. expressit August. serm. 38. de verbis Do. vbi Verbum Dei, appellat formam omnium rerum; formam, inquit, non formatam, sed omnium formatorum. Et tract. 1. in Ioan. docet, in sapientia & arte Diuinâ esse ideas, & rationem omnium creandorum, in qua sunt, antequam fiant, in eaque viuere vita ipsius Dei. Dixit autem

8.  
Essentia Dei  
confid. mo-  
dis 5.

9.  
Aureol.

10.  
Alij.

11.  
Thomista.

12.  
Bonauent.  
Rubio, &c.

13.  
Nota exem-  
plar.  
idea di-  
sing. i.

2.

3.

4.

14.  
Concl. de  
remoto  
exempl.

Fund.

15.  
Essentia Dei  
vt actu co-  
gnita est  
proximum  
exemplar.

16.  
non est idea  
creat.

17.  
Sed quâ  
species in-  
telligi-  
bilitatis.

18.  
Sed quâ spe-  
cies expres-  
sa.

19.

ars una,

autem in sapientiâ, & arte esse ideas, non artem & sapientiam ideas esse: quia ars & sapientia est, quâ artifex intelligit, non quod intelligit: idea autem est, quod artifex intelligit: est enim id, ad quod aspiciens opus ad extra producit. Licet in Deo idea ab arte & sapientiâ non distinguatur: est enim ars & sapientia, ut se tenet ex parte Dei intelligentis; idea vero, ut se tenet ex parte obiecti expressi & intellecti. Vnde in Deo plures dicuntur esse ideas, una tantum ars & sapientia; quæ non intelligitur multiplicari, nisi ad multiplicationem intrinsecam sapientiæ; idea multiplicatur ad rationem extrinsecam obiectorum.

idea multiplices.

20. Signum 1. in Deo.

Distinguenda hæc signa in Deo: 1. in quo eius essentia præcedit actum Diuinæ cognitionis: in quo signo Diuina essentia est tantum remorum exemplar creaturarum, quatenus in eâ eminenter continentur perfectiones omnium rerum; continentur autem non solum in esse causæ eminentialis naturalis, sed etiam in esse speciei intelligibilis intentionalis; uterque .n. modus continentia spectat ad perfectionem primi entis. 2. in quo essentia actu cognoscitur à Deo, & completur in ratione exemplaris; nam in hoc signo cognoscitur sub varijs, modis exemplabilis à creaturis; à rebus inanimatis secundum esse; à plantis secundum viuere; ab animantibus secundum cognoscere; ab intelligentiâ præditis secundum intelligere & velle: & secundum has easdem perfectiones cognoscitur infinite participabilis; nam non ita de facto participatur à supremo angelo, quin participari possit ab alio, & alio perfectiore in infinitum. In hoc autem signo nondum cognoscuntur creaturæ in esse proprio & participato, sed eminentiali, & imparticipato, quod creaturæ supponunt in Deo; eò quod nondum intelligitur diuina cognitio, ut determinata ab essentia Dei ut specie creaturarum; prius enim concipitur, ut determinata ab essentia, ut est species sui, ut obiecti primarij, quàm ut est species creaturarum, ut obiecti secundarij. Ex alia parte ratio, quæ sufficit ad determinandum diuinam cognitionem ad repræsentandam scipiam, ut obiectum primarium, non sufficit, ad repræsentandas creaturas, ut obiectum secundarium; quia cum hæc non contineantur formaliter in obiecto primario, supponere debent propriam determinationem, ratione distinctam à determinatione obiecti primarij; atque adeò non potest in hoc signo talis cognitio habere rationem ideæ. 3. In quo eadem cognitio diuina determinata ab essentia, ut specie intelligibili creaturarum, concipitur, eisdem creaturas in se ipsa exprimere intentionaliter, & obiectiue, secundum proprium esse vniuscuiusque: atque adeò in hoc signo diuina cognitio, non quæ cognitio est formaliter, sed quæ uerbum & species expressa creaturarum, est idea rerum omnium: quia in hoc signo creaturæ concipiuntur expressæ, & distinctè repræsentatæ, secundum proprium & formale esse earum in cognitione Diuinâ, ut in specie expressa & verbo ipsarum. Et consequenter in hoc 3. signo Diuina cognitio habet rationem ideæ, quæ uniuocam requirit similitudinem in representando cum ideato; cum in 2. signo creaturæ non cognoscantur, nisi in esse eminentiali & imparticipato causa.

in quo cogn. esse eminentiale imparticipat.

22. Signum 3. in quo cogn. proprium esse.

4. In quo Deus proximè determinatus à proprio esse creaturarum, obiectiue & intentionaliter expresso in suâ cognitione, remotè ab essentia, ut à primo exemplari, illas ad extra producit. Totus hic discursus pendet ex discrimine inter ideam & exemplar: 1. idea requirit uniuocam convenientiam

23. Signum 4. in quo ad extra producantur

in repræsentando cum ideato, exemplar solam analogicam: 2. idea reducibilis est ad exemplar, ut causa proxima ad remotam & supremam in suo genere: exemplar non est reducibile ad aliud in genere exemplaris, cum sit primum & supremum in eo genere. At Diuina cognitio, ut distinctè exprimens creaturas, habet uniuocam convenientiam in representando cum creaturis, quàm non habet essentia, cognita ut imitabilis à creaturis; utque distinctè exprimens creaturas, reducibilis est ad diuinam essentiam, ut ad primam causam in genere exemplaris: siquidem, ut exprimat distinctè creaturas, pendet à diuinâ essentia, ut continente illas exemplariter; nec essentia, ut exemplar creaturarum, est in aliud exemplar reducibilis; sed in genere exemplaris prima, à qua omnes creaturæ sunt exemplabiles, & primò participiant rationem entis possibilis; sublato .n. primo exemplari, nulla creatura haberet positiuam rationem entis possibilis. Participant autem illam per solam denominationem extrinsecam increati exemplaris, à quo & exemplari & participari possunt; cum in se ipsis nihil sint, nisi non-repugnantia ad existendum, quæ est pura negatio entis positiui, cum negatione repugnantia ad essendum: quæ solum importat terminorum combinabilitatem, per quam differunt entia possibilis ab entibus impossibilibus seu prohibitis, quæ non solum dicunt negationem entis positiui in se, sed etiam negationem terminorum combinabilium. D I C E S. In eo signo in quo cognoscitur essentia diuina, ut imitabilis à creaturis, necessariò cognoscuntur creaturæ in proprio esse creato, ut imitatiue sunt Dei: ergo in essentia, cognita ut imitabili, cognoscuntur creaturæ in proprio, esse ipsarum Resp. in eo signo esse tantum cognoscibiles creaturas in proprio esse ipsarum abstractiue, non intuitiue & in se ipsis in signo, in quo intelligitur diuina cognitio, ut determinata ab essentia, ut specie creaturarum.

Uniuocam convenientiam cognitio creatura.

essentia possibilis quid.

Dicit

Resp.

ratio idea increata

26. Coroll. 2. ut possibilis

non malum

Deducitur 1. non solum ratio exemplaris, sed etiam idealis in Deo est increata; quia non solum essentia diuina, ut imitabilis à creaturis, sed ipsa etiam cognitio Dei, ut exprimens distinctè creaturas, seu ipsæ creaturæ, ut in diuina cognitione expressæ, ut in proprio verbo, & perfectissima imagine earum, est ratio increata: atque adeò rectè quadrant diuinis ideis, que de ijs August. prædicat l. 83. quest. q. 46. quod sint forme quedam principales, seu rationes rerum stabiles atque incommutabiles, que ipse formæ non sunt, ac per hoc æterna, & semper eodem modo sese habentes, que in diuina intelligentia continentur: & cum ipse neque oriatur neque intereat, secundum eas tamen formari dicitur omne, quod oriri, & interire potest; & quantum participatione sit, ut sit quidquid est quo quomodo est: quarum uisione anima beatissima fit; eæque uiuunt uitâ ipsius Dei. Vnde cum sit creatura in se ipsa, rectè dicitur fieri ad instar ideæ, quam Deus habet de illâ, ut de re distinctâ; quia creatura in se ipsa, & in suâ ideâ differt, ut ens creatum & increatum. 2. Deus non modò habet ideas futurorû, sed etiam possibilium; quia de ratione ideæ non est actu, sed aptitudine tantum dirigere intellectum artificis ad opus formandû: vnde etiam si edificator nunquam externam domum construat, semper tamen dicitur de illâ propriam habere ideam, quâ aptus est externam domum construere. Contrà uero, non habet Deus ideas malorum, aut impossibilium; unde non dicuntur hæc in Deo vivere uitâ Dei. Ratio: idea non est, nisi de factibilibus; mala, etsi suo modo sint, quia non sunt ratione propria, sed alterius, nempe boni, cuius priuationes sunt, propriam ideam

27.  
Coroll. 3.

ideam non habent, distincta ab idea boni, per quam mala cognoscuntur. 3. idea essentialiter requirit vim productivam ideati in artifice, defectu cuius res naturales, intentionaliter expressae in verbo angelico, non dicuntur ideae: non est tamen necesse, ut idea supponat in artifice vim productivam quoad esse materiale, & substratum ipsius operis faciendi; sed sat est, si supponat vim productivam solum quoad esse artificiatum operis. Sic idea statuae conformandae, non supponit in statuario vim productivam marmoris, quoad est substratum statuae, sed solius formae & figurae artificialis. 4. aeternus Pater non habet ideam de aeterno Filio, etsi illum producat ex propria notitia ipsius; quia illum non producit naturam diversam ac discretum a se; quod ad rationem ideae essentialiter requiritur; est .n. idea id, ad instar cuius aliud fit: idem talis notitia nequit habere rationem ideae. 5. idea formaliter non consistit in conceptu formali, sed obiectivo. Quia idea est id ad quod artifex aspiciens opus ad extra producit; non conceptum formalem, sed obiectivum, qui est expressivus, & similis operis faciendi: artifex autem, cum ad opus faciendum determinatur, determinari debet ab eo, quod est simile, non quod dissimile est operi faciundo. 6. idea habet veram rationem causae, non quam opus fit: talem .n. rationem habet vis effectiva, sed ad instar cuius fit; quod est genus causae regulantis ac dirigentis: sicut mensura est causa mensurari, media directione ac regulatione, ut propria causalitate. Ex quo sequitur, causam idealem suam causalitatem exercere non posse, nisi in agere intellectuuali, in quo supponit virtutem effectivam operis quam idea complet, obiectivum tantum dirigendo. 7. discrimen inter causam idealem & finalem; quod finalis movet agens ad agendum, propter sui bonitatem; unde praecipuam causalitatem exercet in voluntate, cuius obiectum est bonitas; inclinando & alliciendo illam ad opus: Idealis dirigit agens ad opus, propter solam existentiam operis: unde suam causalitatem immediate exercet in intellectu, cuius est reliquas potentias ad opus dirigere. Eius vero causalitas est externi operis directio, ad instar operis praconcepti. Sicut causalitas finis est operis effectio, propter bonitatem intentam. 8. in Deo est unum exemplar, plures ideae. Quia exemplar, cum sit causa aequivoce & eminentialis, potest indistincte continere multa exemplabilia: ita virtus aequivoce indistincte continet plures speciem effectus producibiles. Idea, cum sit in representando univoce, non potest indistincte plura specie ideabilia continere, sed singulis ideabilibus singulae correspondent ideae. 9. Deus non habet ideam, nec est exemplar earum perfectionum, quae incommunicabiles sunt creaturis: nam idea, vel exemplar importat passivam exemplabilitatem; nulla autem esse potest passiva imitabilitas in ijs perfectionibus, quae sunt propriae Dei, & incommunicabiles creaturis; quae .n. incommunicabiles, sunt imparticipabiles, inexemplabiles, imitabiles: quales perfectiones in Deo sunt independentia ab alio, existentia essentialis, actus purus, infinitas essendi, immensitas, &c. 10. idea non modo est principium dirigendi, sed etiam cognoscendi ideatum: non .n. dirigit, nisi cognoscendo ideatum & modum, quo ipsum sit formandum: nec est aliud, quam expressa & intentionalis similitudo ideati in mente artificis; haec autem est ipsissima ratio cognoscendi ideatum.

28.  
Coroll. 4.

29.  
Coroll. 5.

30.  
Coroll. 6.

31.  
Coroll. 7.

32.  
Coroll. 8.

33.  
Coroll. 9.

34.  
Coroll. 10.

35.  
Coroll. 11.

11. in divinis ideis, constituendus est aliquis ordo, non realis, sed rationis. Quod sit aliquis ordo constituendus, constat a paritate divinum attributorum, ad quorum imitationem Divinae ideae ponun-

tur: si .n. inter attributa concedendus est aliquis ordo, ut unum concipi debeat prius alio, a fortiori talis ordo concipi debet inter ideam, quae sunt attributorum imitationes & participationes. 12. ideae sunt communes omnibus divinis personis, quia idealis perfectio est absoluta, cum pertineat ad cognitionem absolutam; etsi per appropriationem tribuantur soli Filio ex modo loquendi script. Ioan. 1. ubi de Filio Dei, Omnia, inquit, per ipsum facta sunt: quae est causalitas idealis: & ad Hebraeos. 1. Per quem, sc. per Filium, fecit & saecula, post ansque omnia verbo virtutis suae. Ratio appropriationis est; quia sicut solus Filius procedit, ut verbum notionale Patris; ita omnia, quae pertinent ad Verbum, & cognitionem absolutam, attribuuntur Filio. Sicut quia solus Spiritus S. procedit, ut amor notionalis utriusque, omnia quae pertinent ad amorem essentialem, attribuuntur Spiritui S. ita quae pertinent ad omnipotentiam, attribuuntur soli Patri; eo quod solus Pater est, esse primum & originale principium productivum ad intra.

Ex his patet ad alias sent. & argum. primae. Falsum est, idem imitari ac participare seipsum. cum .n. Deus producat creaturas, proximè non respicit ad suam essentiam, sed ad creaturas expressas in sua cognitione; seu ad aliquid intentionaliter simile, & distinctum a creatura producenda. Idem dico de artifice creato; non .n. hic dirigitur ab opere ad extra producendo, sed intra se expresso, quod distinguitur ab ipso ad extra producto. unde cognitio, quam Deus infunderet artifici de opere producendo, distincta esset ab opere ad extra producendo, ut verbum a re ipsa extra existente; est .n. cognitio expressa, similitudo rei, non res extra producta. Et licet creatura intentionaliter expressa in Divina cognitione, sit ratio increata; atque adeo dissimilis creaturae extra productae, in esse naturali & subiectivo; est tamen illi similis in esse intentionali & obiectivo, quod ad rationem ideae sufficit. Ex his patet ad confirm. quae tantum probat, praeter Divinam essentiam cognitam, ut imitabilem, necessarias esse creaturas distinctè expressas per Divinam cognitionem; quae tamen creaturae in Divina cognitione expressae, non sunt realiter ipsae creaturae extra producibiles, sed earum intentionales imagines & similitudines.

Obijciunt 1. distinctio haec obscura est, & in quaestione de puro nomine a communi usu sapientium recedit, qui ideam & exemplar pro eodem usurpant.

2. Male dicitur exemplar non esse id quod proximè imitamus, nam dum pictor habet ante se Caesarem, quem vult exprimerè, qui in nostram sent. est exemplar, immediate illum imitatur: non .n. dum illum in tabella delineat, ad aliud respicit, quam ad ipsum exemplar ante se positum: quin etiam dum illum in absentia exprimit, non ad aliud respicit, quam ad ipsum Caesarem, quem sibi memoria praesentem facit. 3. Data distinctio non est adaequata; non .n. complectitur omnia membra, quae sub se habere potest: nam si ab aliquo excellenti pictore pingatur nobilis aliqua Caesaris imago, quam alius pictor conetur imitari, reliqui vero imitentur hanc secundam; prima nec erit exemplar, cum sit reducibilis in Caesarem; nec idea, cum non sit proximè directiva.

4. Nequit divina essentia ob infinitam diversitatem inter se & creaturas, esse earum exemplar: igitur non bene divina essentia assignatur creaturarum exemplar. 5. Non rectè dicitur divina essentia cognitione fieri proximè exemplar creaturarum, sine cognitione verò esse remotum tantum exemplar: quia cum cognitio sit conditio, non causa proxima operis exemplandi,

36.  
Coroll. 12.

37.  
Ad arg. 1.  
sens.

Ad conf.

38.  
Argumenta  
Recentiora.

1.  
2.

31



non potest dici per illam fieri proxima causa, sed ex se erit causa proxima, licet defectu applicationis, quæ per cognitionem fit, non fit actu imitabilis: sicut ignis est causa proxima, non remota combustionis, etiam quando non est debite applicatus: eo quod conditio non complet, sed supponit virtutem causæ completam. 6. Malè dicimus, exemplar in Deo esse unū, quia est causa æquiuoca, quæ unitate virtutis eminentialis continere potest multas; idæas verò multas, quia sunt causa univoca creaturarū: 1. quia licet representatio creaturarū in Deo distinctè exprimat creaturas, non est tamen uniuoca simpliciter cū obiecto representato: 2. quia tam benè potest una cognitio representare distinctè multa obiecta, quam una causa continere æquiuocè multos effectus: 3. quia si loquamur realiter, tam continentia, quam idææ sunt una; si ratione, etiam continentia dici possunt multæ; continentia quippe hominis non est continentia leonis, &c. Resp. ad 1. videri non debet novū, sed propriū Theologi, ad conciliandas DD. sententias, idoneam adinuenire distinctionem: cum igitur non leuis sit cōtrouersia, an idææ diuinæ consistant in essentia Dei, an in ipsis creaturis, diuinā cognitione expressis, auctores optimè conciliari putauit assignata distinctione inter exemplar & idæa. Etenim negari non potest, essentiam diuinā à Deo cognitam, remotè saltem concurrere ad opera creata efformanda: nam licet ea proximè & immediatè efformentur, & quasi delincenter ab ipsis creaturis diuinā cognitione expressis, ipsæ tamen creaturæ diuinā mente expressæ, prius ratione exemplantur à diuinā idæa, vt à primo exemplari, in quo teste S. Tho. 1. con. gen. c. 54 omnes modi exemplabilitatis & imitabilitatis continentur: Nam quod planta, inquit, participet rationem vitæ, habet à diuinā essentia, vt imitabili secundum perfectionem vitæ: quod animal participet rationem cognitionis, habet ab eadē, ut imitabili secundum perfectionem cognitionis, & sic de ceteris: ergo licet essentia diuina non concurrat immediatè & proximè ad opera creata efformanda, saltem concurrat mediata & remotè, cōcurrendo ad ipsas creaturas diuinā mente expressas, quæ exprimi non possent nisi haberent suum esse participatū à diuinā essentia, vt à primo exemplari rerū omnium, iuxta illud Boetij 3. de consol.

*Tu cuncta superno*

*Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse*

*Mundum mente geris, similiq; ab imagine formans.*

Vbi ut primum exemplar, à quo cuncta exemplata originem ducunt, ponitur diuina essentia. Rectè igitur nostrā distinctione inter exemplar & idæam, conciliantur Scholastici, qui inter se pugnare videntur, dū alij in diuinā essentia, alij in creaturis diuinā mente expressis rationem idææ collocant: nam priores intelligi possunt de causa exemplari, quæ remotum & mediātū; posteriores de idealī, quæ proximū & immediatū concursus habet in opus idæandum.

Ex his apparet, quā egregie erraret, fingeretque quod impugnet, qui diceret, hanc inter exemplar & idæam distinctionem esse tantū de nomine quæstione: cum ea deferuat ad explicandū discrimen inter concursus causæ exemplaris & idealis: quod reale esse, cum una mediata, altera immediatè in opus influat, prudens Theologus non neget.

Facile etiam intelligitur, quo modo idæa sit proximè operis directiua, & in aliud non reducibilis: contra verò, exemplar sit remotè tantū directiū, & quā tale in aliud non reducibile: quia cum inter idæam & opus idæandum nullum intercedat medium, erit operis immediatè directiua. Rursus cum idæa mente artificis formata supponat aliquod exemplar, ex quo desumpta est, erit in illud vt in

causam exemplarem reducibilis. Contra verò, cum inter exemplar, ex quo desumpta est idæa, & opus idæandum intermediatè directiuum: item, cum exemplar, quā tale, non necessariò debeat ex alio desumi, non erit in ulteriorem causam exemplarem reducibile. Dixi, quā tale, & non necessariò. Nam Cæsar, qui est exemplar respectu suæ imaginis, quæ immediatè effigatur ab idæa pictoris à se formata, reducibilis est, ut effectus ad suam causam efficientem; & licet etiam in genere causæ exemplaris sit ulterius reducibilis ad diuinam essentiam, ex quā vt è primo exemplari, exemplatus est, hoc tamen nou habet necessariò vt exemplar, sicut idæa ut idæa necessariò habet, ut sit in aliud vt in exemplar reducibilis; vnde etiam idæa in reata reducibilis est in diuinam essentiam vt in primum exemplar. Est igitur solum de ratione exemplaris creati, vt sit in aliud primum exemplar reducibile, quod per accidens est ad rationem exemplaris vt sic. Ad 2. nego, dum pictor exprimit Cæsarem ante se positum, proximum directiuum, quo Cæsaris imaginem in tabellā depingit, esse Cæsarem secundum esse naturalem, quod in se habet, sed secundum esse intentionale & ideale, quod intra se pictor format: idæa ista non habet vim idealiter causandi, nisi obiectiue in mente artificis existēs. Quando igitur pictor Cæsaris ante se positi imaginem delineat, immediatè non respicit ad Cæsarem in se existentem, sed in suā mente expressū. Solum igitur mediata, ut in se existens ad sui imaginem formandā concurrat, mediante scilicet idæa artificis mente conceptā. Ratio: cognitio, non se habet vt pura conditio ad causam idealem, sed vt ratio intrinsecè completens: idæa .n. non solum dicit rem imitabilem, sed etiam practicum modum imitabilitatis, qui formaliter non est ab obiecto imitabili, sed à cognitione dictante modū imitabilitatis, non quidem ut se tenet ex parte cognoscentis, sed ut se tenet ex parte obiecti cogniti vt imitabilis: ita vt idæa completè constituatur ex obiecto imitabili, & modo practicæ imitabilitatis. Nam si tantū speculatiue cognoscam rem imitabilem absq; modo practicæ imitabilitatis, nondum idæam formauit, quia nondū habeo completum directiuum ad opus formandum. Est igitur practica cognitio ratio completiua causæ idealis, quatenus supra rem imitabilem, addit practicum modum imitabilitatis, quem non dicit res imitabilis secundum se. Leg. Caiet. in 1. p. q. 15. a. 1. §. quoad 1. vbi docet, de ratione idææ esse, vt sit in mente artificis, nec esse proximè operis formatiua, nisi mente conceptam. Confir. In nostrā sent. non tantum cognitio, sed obiectū cognitione expressum, est in artifice distinctum ab obiecto præsentē, vel absente; est .n. uerbum mentis, dictione productū, quod substituitur loco rei, & in quo res ipsa vt in propriā imagine cernitur: quod inde constat, non etiam re ipsa secundum suum esse naturale corrupta, eodem modo cernitur in verbo formata, ac cernebatur, quando res erat secundum suum esse naturale præsens cognoscenti: imò, vt disp. 9. sect. 3. eodem modo visione corporeā videretur res, siue existeret, siue non existeret secundum suum esse naturale: quod est euidens signum, illam non videri immediatè in se, sed in suā imagine expressam.

Ad 3. nego assump. Ad prob. dico, in casu proposito, primam Cæsaris imaginem esse exemplar respectu secundæ, respectu cuius est tantum mediata directiua, sc. mediante imagine intra pictorem formatā. Quod eadē imago sit reducibilis ad Cæsarem vt ad, ulterius exemplar, non habet quā exemplar vt sic: sed quā creatum, vt in resp. ad. 1. dictum est.

Ad 4.

39.  
Resp. ad 1.  
Auctores  
discrepantes  
conciliare  
opera præ-  
sum, non  
ex affectu  
impugnare.

41.  
Proximum  
directiuum  
est idæa  
in mente,  
non in  
oculo.

à priori

42.  
Confir.

40.  
Causa  
exemplaris  
& idealis  
discrimen.

43.  
Ad 3.

Ad 4. Ad 4. nego antec. nā de ratione exemplaris non est uniuoca cōuenientia cū re exemplandā, sed sufficit analogā & eminentialis: cū nō debeat exemplar proximē dirigere agens intellectuāle ad opus formandum, sed tantūm remotē, mediā idea ab exemplari sumptā, & ab artifice formatā, quam opus proximē imitatur. Ad 5. neg. antec. vt resp. ad. 2. non .n. cognitio est pura conditio ideæ, sed ratio intrinsecē complens virtutem causatiuā ipsius. Nec est eadē ratio de approximatione respectu ignis, quæ nullo modo complet intrinsecam virtutem calefaciendi. Quāquā non incongruē ignis approximatione carens dici posset remota causa calefactionis: siquidem proxima causa non solū .n. intrinsecam virtutem, sed omnia ad causandum prærequisita, siue sit conditio, siue virtus, siue complementū virtutis.

Ad 6. Ad 6. nego assump. nam potest causa æquiuoca in unā indiuisibili uirtute eminentiali continere effectus diuersos; ideoq; in Deo dici vnum exemplar: idea verò, cū debeat singillatim exprimere singula, vt diuersa & dissimilia inter se sunt, non potest vt sic, quatenus expressiua est diuersarū ac dissimilium creaturarum, esse una, sed multiplex, uti sunt creaturæ ipsæ per ideam expressæ. Vnde ad 1. prob. nego ideas diuinas quoad esse intentionale non esse uniuocas cum obiectis repræsentatis; esto non sint uniuocæ quoad esse naturale: cū in esse repræsentatiuo exprimat creaturas secundum proprium esse, quod singulæ in se, non quod in Deo habent. Ad 2. concedo, quod tam benè potest una cognitio multa obiecta distinctè repræsentare, quā una causa æquiuoca multos effectus continere: haud tamen hinc sequitur, quod eodem fundam. quo possumus multas ideas, possumus & multa exemplaria in Deo distinguere. Nam idea essentialiter constituitur per formalem repræsentationem creaturarum, quæ cum in esse repræsentato sint multæ ac diuersæ, maximū fundam. habemus eas distinguendi. Contrā verò, cū exemplar in Deo formaliter non constituatur per repræsentationem creaturarum, sed per virtutem intrinsecam, quā eas causare & exemplare potest, quæ una cū sit, non habemus fundamentum distinguendi plura exemplaria in Deo.

Ad 3. prob. Ex his patet ad 3. prob. nam licet tam cognitio repræsentans, quā diuina essentia exemplariter continens creaturas, sit una realiter, quia tamen cognitio in ratione ideæ non constituitur per esse subiectiuum, quod unum est, sed per esse terminatiuum, quod multiplex est; Contrā verò, cū exemplar non constituatur per esse terminatiuum, sed per esse subiectiuum, nempe per esse exemplatiuum creaturarum, maius fundam. habemus ratione distinguendi in Deo ideas, quā exemplaria. Vnde falsum est, continentiam hominis subiectiuè consideratam esse diuersam à continentia leonis, cū eadem eminentialis: perfectio, quæ in Deo est causatiua hominis, sit etiam causatiua leonis: solū autem continentia hominis ratione distinguitur à continentia leonis considerata terminatiuè, ratione effectus connotati, quo pacto non constituit causam exemplarem in Deo. Hanc constituit continentia creaturarū subiectiuè tantū spectata; causam verò ideāle constituit cognitio subiecti terminatiuè consideratā; quia Deus est exemplar creaturarū, quatenus eas continet & causare potest, secundum varios modos participabilitatis: Deus autē non continet nec causare potest creaturas per ipsas creaturas causabiles & exemplabiles, sed per suam virtutem causatiuā & exemplatiuam. Contrā verò, Deus est idea creaturarū per formalem repræsentationem earum: non est autem formalis repræsentatio earum per cognitionē subiectiuè,

sed terminatiuè. Ex quo infertur, causam exemplarem in Deo esse ratione priorem causa ideali: nam causa idealis constituitur per repræsentationē creaturarū, quæ ut diuina cognitione repræsentari possint, supponuntur possibiles, cū semper obiectum præcedat actum, cuius est obiectum: sunt autē creaturæ possibiles per ipsam virtutem causatiuā & exemplatiuā Dei, quā constituitur diuinum exemplar. Dicit nouus aliquis censor, in meā sent. esse valde dubiū, in quo formaliter idea consistat: siquidē modò aio. illā consistere in conceptu obiectiuo, modò in specie expressā creaturarum; nec constare, quid per se .n. iam expressum creaturarum intelligere velim. At quid explicatius dici potest, quā ideam consistere in cognitione creaturarum, non quā cognitio formaliter est tenens se ex parte obiecti, sed quā species expressa creaturarum est, tenens se ex parte obiecti; quo pacto non conceptum formalem, sed obiectiuum reduplicat. Quod autem non dicam, ideas diuinas consistere in ipsis creaturis obiectiuè existentibus in mente diuinā, sed potius in specie expressā repræsentante creaturas, est ratio: quia in meā sent. creaturæ possibiles à Deo cognoscuntur in sua cognitione, vt in specie & imagine, eas dearticulatè secundum proprias naturas ac notas exprimentè, ut disp. 12. sect. 2.

De bonitate Dei.

EXPLICATIS primis duobus attributis, vnitatis scilicet & veritatis, sequitur tertium attributum Bonitatis; quod partim est absolutum, partim respectiuum, vt constat ex analogiā ad attributam bonitatis creaturæ. Respectiuum est per ordinem ad appetitum extrinsecum, quem suā perfectione allicit & mouet: nam bonum, ex Philis. est, quod omnia appetunt. Absolutum est per ordinem ad proprium subiectū & naturam, quam bonitas ipsa integrat & complet. Quod adhuc est duplex, alterum transcendentale, fundatum in ipsā entitate rei, omnibus numeris & perfectionibus absolutā; alterum morale, quod naturam perficit in ordine ad mores & virtutes. De attributo Diuinæ bonitatis disputo, quā absolutum est, & naturam Diuinam vndequāque integram & perfectam reddit, tum moraliter, tum transcendentallyter. Nam, prout respectiuū est, potius ad Philos. spectat, nec magnam habet difficultatem. Quia verò principium totius moralis bonitatis est Diuina voluntas, prius de illā agendum; tum de actibus ipsius, præsertim qui circa hominum salutem, & reprobationem veriantur. Tandem bonitatem Diuinam considerabo, quā est transcendentalis perfectio naturæ Diuinæ, quam vndequāque integram & perfectam reddit, & quoad perfectiones absolutas, & quoad respectiuas.

DISPUTATIO XIV.

De voluntate Dei.

SECTIO PRIMA.

An, & qualis in Deo sit voluntas.

DICTIONE. Est in Deo voluntas, non per modum potentia distinctæ ab actu, sed per modum actus non elicit, sed subsistentis. Assertio quoad omnes partes est de fide, tū in script. expressa, tum in varijs Concilijs definita. Prob. pars 1. Deus est intelligens v. suprā; ergo & volēs; ex S. Tho. p. q. 19. art. 1. sc. ad omnē formam, seu bonū naturale propria naturæ conueniens, consequi debet aliquis appetitus, vel ad illud consequendum, si absit; vel quiescendum in illo,

Ad 4.  
Ad 5.  
Ad 6.  
Ad 1. prob.  
Ad 2.  
Ad 3. prob.  
Ratio dist. r. mini.

46.  
Fingitur  
hæsis, qui  
impugnetur.  
Bonum ve-  
spectiuum.  
absolutum  
transcend.  
morale  
i.  
Concl. de  
Fide.  
In Deo est  
voluntas  
pr. b.  
R 2

in illo, si adsit: sed agens intellectuale proponit, sibi formam, seu bonum propriæ naturæ conueniens per suam intellectiōem, quæ est naturalis imago rei intellectuæ, quæ intelligens fit res intellecta intelligibiliter: igitur ad intellectualem consequi debet appetitus erga tale bonum apprehensum, vt propriæ naturæ conueniens. At talis appetitus est voluntas; nam sicut se habet appetitus naturalis in rebus cognitione carentibus; ita voluntas in rebus intelligentia præditis: sicut per illum res naturales inclinatur ad bonum propriæ naturæ conueniens: ita per hanc naturæ intellectualem appetunt bonum sibi conueniens. Maior constat tum inductione, qua vnaquæque natura per intrinsecam formam naturalem inclinatur ad bonum sibi conueniens; vt lapis per intrinsecam grauitatem ad centrum: & aqua per substantialem formam, inclinatur ad propria accidentia, in quibus vel quiescit, dum adsunt, vel ad ea tendit, in se ipsa producendo, dum absunt. Tum ratione: nam quælibet natura sicut inclinatur ad proprium esse, ita ad omnia ea, quæ proprium esse conseruant: idem enim appetitus est ad esse, & ad ea, quæ proprium esse conseruant. Porro multas differentias assignat *Caiet. p. p. loco cit.* inter appetitum naturalem, & animale, prout diuiditur in sensitium, & rationale; potissime sunt hæc. 1. naturalis consequitur quamlibet naturam; animalis, non nisi cognitiuam; vnde nequit in actum exire, nisi ex apprehensione, cum naturalis ex sola propensione naturæ in actum prodeat. 2. naturalis est tantum ad vnum; animalis verò ad multa, iuxta multa bona, quæ per apprehensionem fiunt cognoscendi præsentia. 3. naturalis inclinatur tantum ad bonum illius potentie, cuius est appetitus; animalis verò ad bonum totius suppositi. 4. appetere naturaliter, non est actus 2. sed primus, ipsa scilicet propensio naturæ ad bonum sibi conueniens: appetere verò animaliter, est actus 2. ipsa scilicet vitalis operatio, qua cognoscens appetit bonum apprehensum, proprio supposito conueniens.

Dices; non implicat intellectum sine volituum ergo non implicat natura intellectualis sine appetitu elicitu ad bonum apprehensum, ergo intellectuum non infert necessarid volituum. Nego antec. nam sicut implicat ens non inclinatum ad bonum sibi conueniens, ita intellectuum sine volituum, cum per volituum ens intellectualem inclinatur ad bonum apprehensum sibi conueniens. Viget: sufficit appetitus innatus fundatus in natura. Sed contra: natura intellectualis non est ex se determinata ad vnum bonum, sed indifferens ad plura: quia sapè vnum idemque bonum vno tempore eidem supposito est conueniens, alio disconueniens; uni supposito bonum & conueniens, alteri malum & disconueniens. Appetitus verò innatus fundatus in natura, vt potè ad vnum physicè determinatus, semper inclinatur ad idem bonum; nec potest ad vnum idemque bonum modò inclinare vt sibi conueniens, modò id fugere vt sibi disconueniens: debet igitur per alium appetitum naturalem intellectuales ad bonum sibi conueniens inclinare: atqui præter innatum ad vnum physicè determinatum, non datur nisi elicitus, qui modò inclinatur ad vnum, modò ad aliud, modò ad vnum idemque bonum per modum amoris & prosecutionis, modò per modum fugæ & abominationis.

Disputant Theologi, an Deo circa proprium bonum insit appetitus naturalis, Resp. in Deo esse appetitum, ad proprium bonum secundum positiuam perfectionem, quam appetitus dicit ad

proprium bonum; non secundum imperfectionem distinctionis, quam appetitus in ordine ad proprium bonum connotat. Prob. pars 2. potentia, vt distincta ab actu inuoluit imperfectionem potentialitatis, quæ repugnat actu puro: implicat igitur in Deo esse voluntatem per modum potentie distinctæ ab actu. Dixi, *distincta ab actu*; nam considerari potest potentia vitalis 1. vt dicit distinctionem ab actu; 2. vt importat positiuam perfectionem percipiendi, aut tendendi ad obiectum. 1. modo inuoluit imperfectionem Deo repugnantem; 2. perfectionem Deo conuenientem. Quare concedo in Deo esse voluntatem, positiuo conceptu potentie; non esse potentiam imperfectione distinctionis ab actu 2. quam potentia vt sic per se importat. Prob. pars 3. nempe quod actus volitionis in Deo sit subsistens; nam si esset elicitus, esset à parte rei distinctus à voluntate Diuina: ergo esset accidens illius, & physicè componeret cum illa. Quæ omnia pugnant cum Deo actu puro, illimitato, & simplicissimo.

Dico 2. Formale ac primarium obiectum voluntatis Diuine, est bonitas increata; reliqua creata bona sunt tantum obiectum secundarium & materiale illius. Fundam. illud est formale, & primarium obiectum alicuius potentie, vel actus, à quo primò & per se specificatur potentia, vel actus: at Diuina voluntas per se primò specificatur ab ipsa bonitate increata; nam ab illo obiecto per se primò specificatur potentia: vel actus, à quo vt potè essentiali nunquam abstrahere potest actus Diuine voluntatis: nam semper Deus in omni actu se ipsum intendit, Prouerb. 16. *Vniuersa Propter semetipsum operatus est Dominus.* Confir. 1. illud est formale, & primarium obiectum alicuius potentie vel actus, quod illum in ratione specificantis adæquat; at sola bonitas increata in ratione specificantis adæquat voluntatem & amorem Diuinum, seu habet amabilitatem infinitam, & à se, qualem exigit amor increatus. Maior prob. alioqui si excederet potentiam vel actum, non esset obiectum formale illius; hoc. n. est ita proprium vtrius, vt nequeat esse proprium alterius, cum sit propria perfectio differentialis, quæ non potest nisi vni tantum comperere. Si verò excederetur, aliqua perfectio esset in potentia, vel actu, quæ non esset specificata à tali obiecto: quod implicat; quia quidquid perfectionis est in potentia, vel actu, id totum est per ordinem ad suum obiectum specificans.

2. Formale obiectum charitatis participatæ, est bonitas increata: ergo & formale obiectum charitatis imparticipatæ, quia charitas participata imitatur charitatem imparticipatam, à qua exemplatur. Quod autem omnia bona creata sint tantum secundaria, & materialia obiecta Diuine voluntatis, constat: nam ad ea omnia fertur Diuina voluntas propter aliquam connexionem, quam habent cum sua bonitate increata. Vnde non diligit illa, nisi vt participationes suæ increatæ bonitatis; atque adeò formalis ratio diligendi illa est increata bonitas.

Deducitur 1. Deum necessarid diligere seipsum, & quoad specificationem, & quoad exercitium. Est de fide, nam ex amore sui procedit Spiritus S. qui est verus Deus, atque adeò ens simpliciter necessarium, non minus quam Pater ipse, Ratio: in se ipso Deus claudit omnem rationem boni, & excludit omnem rationem mali; igitur nulla ratio potest ab amore sui illum retrahere.

Dices. Potest Deus se ipsum quoad exercitium non diligere, vt finem creaturatum: quia potest

inductio

a priori.

2. Appetitus naturalis &amp; animalis differunt.

3. Implicat intellectuum sine volituum.

4. In Deo est natur. per factus.

non volum. tas per modum potentia

5. Sed actus subsistentis.

6.

Obiectum formale bonitas increata.

7.

adaquans amorem Dei

8.

creata materialia.

9.

Deus necessario se diligit.

10.

Dices.

Resp.  
verum de  
creaturis  
existentib.

potest Deus quoad exercitium non diligere creaturas, ut bonum sibi concupitum: at idem amor, qui tendit ad bonum concupitum, & dicitur concupiscentia, tendit ad subiectum, cui tale bonum concupiscitur, ut fini Cui, & dicitur charitatis: ergo si potest Deus quoad exercitium sibi non amare bonum creatum, potest se ipsum non diligere ut finem creaturarum. Concedo totum, quoad creaturas existentes; nam quâ ratione Deus liberè amat illas, liberè etiam quoad exercitium amat se ipsum, ut finem earum. Quia sicut tale bonum non est necessarium ad ullam sui perfectionem, ita non necessariò illud amat, & consequenter non necessariò quoad exercitium se ipsum diligit, ut finem in ordine ad tale bonum. Dixi, quoad exercitium, quia quoad specificationem non potest Deus se ipsum non diligere, finem creaturarum existentium, quia non potest Deus in productione creaturarum alium finem vltimum intendere, quàm se ipsum.

11.  
Amor Dei  
quasi re-  
flexus.

2. Amor increatus non solum directè tendit ad Deum, ut bonum, sed etiam quasi reflexè ad se ipsum, per infinitas reflexiones virtuales ratione inadæquatâ distinctas, ut suprâ de actu cognitionis, quo Deus directè cognoscit se ipsum, & simul quasi reflexè cognoscit ipsummet cognitionis actum. Quia amor Diuinus est infinite perfectus, & adæquatè comprehensius totius bonitatis & amabilitatis increatæ; ergo nõ solû directè tendit ad Deum, sed etiam quasi reflexè tendit ad se ipsû, diligendo omnem rationem bonitatis, quæ per infinitas quasi reflexiones in eodem actu, per inadæquatas rationes distingui posset. 3. Deus non habet verum actum amicitia erga se; habet verum concupiscentia. Quia amor amicitia, non est nisi inter distinctas naturas intellectuales, est enim mutua comunicatio amoris, qui distinctas voluntates essentialiter supponit: idem autem amor, quo Deus amat omnia bona creata propter se ipsum, quatenus terminatur ad bona creata, concupita propter se ipsum, ut propter finem Cui, dicitur amor concupiscentia.

12.  
amor con-  
cupisc.

4. Deus habet verum & proprium gaudium, & fruitionem respectu sui proprii boni, non desiderium, aut spem; respectu verò creaturæ non solum habet gaudium, sed etiam desiderium. Quia gaudium & fruitio respectu sui proprii boni, nullam in suo conceptu formali imperfectionem inuoluunt; & ex aliâ parte sunt ad complementum beatitudinis; actus desiderij, aut spei, supponunt priuationem alicuius boni, ad quod consequendum agens tendit desiderio & spe: Deus autem nullam habere potest priuationem boni sibi conuenientis.

13.  
Coroll. 4.

DICES. potest Deus habere priuationem honoris & gloria extrinsecæ; ergo ad hanc saltem tendere potest proprio actu desiderij, vel spei. Sed contra: sicut honor & gloria extrinseca non est proprium bonum Dei, nisi per denominationem extrinsecam ab actu creaturæ honorantis & glorificantis Deum; ita nec ad illud consequendum ferri potest proprio actu desiderij, qui solum est ad bonum intrinsecum. 2. Spes est de bono arduo, & alterius auxilio consequendo: Deo autem nihil potest esse arduum, aut alterius auxilio consequendum. Denique quòd Deus habere possit proprium actum desiderij respectu creaturæ, prob. de ratione desiderij est, actu complacentia ferri ad bonum absens: Deus respectu creaturæ ferri potest, & de facto fertur, actu complacentia ad bonum illi absens, dum actu complacentia omnibus æternam beatitudinem optat, quod est bonum à plerisque creaturis absens. An in Deo sit amor erga seipsum rigorosè sumptus, prout distinguitur à gaudio, scilicet, vlt.

14.  
Dices  
Contra

SECTIO II.

An Deus necessariò diligat creaturas possibili dilectione simplicis complacentia?

15.

CONTRouerfia non est, an Deus creaturas posibles diligat necessariò quoad specificationem, quia cum ipsæ nullam includant rationem mali, propter quam possint esse obiectum Diuinæ displicentia, nõ possunt à Deo odio haberi: sed an Deus necessariò diligat illas, quoad exercitiu actus. Prima scilicet. negat. Bonau. in 1. dist. 45. art. 1. q. 2. Capreo. art. 2. ad arg. Aureo. c. 1. concl. Ferrari 4. con. Gen. c. 13. §. dicitur 2. Bannez. 1. p. q. 34. art. 3. Zunel ibid. disp. 1. ad 3. Gonzalez. 1. p. disp. 42. sect. 2. Machin. disp. 40. sect. 2. Prob. 1. ex S. Tho. 1. p. q. 19. art. 2. Affirmante, Deum solum diligere seipsum necessariò, cætera liberè. 2. Ea tantum Deus necessariò diligit, sine quibus non posset suum esse perfectè existere: at sine creaturis possibili bus posset Diuinum esse perfectè existere. ergo.

16.  
1. Sent.  
Negant

Probant.  
argumentum  
10.

3. Habitudo Diuinæ voluntatis ad creaturas posibles, non est tam necessaria, quàm ad propriam bonitatem; alioqui tam necessaria esset bonitas creata, quàm increata; & consequenter eodem modo Diuina voluntas penderet à bonitate creatâ, ac ab increata igitur potuit in Deo non esse, quia quidquid non est necessarium, ut Deus, potest in Deo non esse. 4. Creaturæ posibles non adæquant totam virtutem voluntatis Diuinæ; ergo illam non necessitant. Quia potentia solum necessitatur à suo obiecto adæquato, & principali.

5. Sequeretur, quòd Deus æqualiter amaret se, & creaturas, quia amaret illas per modum naturæ secundum totam vim amandi. 6. Quòd omnes creaturas Deus æqualiter diligeret; quod dici non potest; cum illæ sint inæquales, & Deus diligit res iuxta diligibilitatem earum. 7. Creaturæ posibles nullam habent bonitatem in se; fundamentum .n. omnis bonitatis est existentia, quâ carent; ergo non sunt aptæ terminare amorem Dei.

8. Deum amare creaturas est velle illis bonum; at Deus nullum bonum vult creaturis possibili bus; nam primum bonum est esse existentia; sed non vult eis bonum existentia, ut patet: ergo.

9. Beati non necessariò amant creaturas posibles, ergo nec Deus. 10. Sequeretur, Spiritum S: procedete ex amore creaturarum; quod falsum est; nam Deus non procedit, nisi ex Deo.

11. Voluntas, Diuina non necessariò odit malum possibile, ergo nec necessariò amat bonum possibile. Antec. prob. malum possibile non potest odio haberi nisi ut cognitum; sed ut cognitum non est quid distinctum à Deo; ergo.

17. SECUNDA affirmat: Scoti in 3. dist. 32. Aureo. in 1. dist. 47. art. 1. §. ex premissis. & art. 2. §. restat, Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. §. ad imagin. Vasquez disp. 79. c. 2. Arrub. d. sp. 43. cap. 3. Suarez in metaph. disp. 30. sect. 16. & de Trinit. l. 11. c. 2. sine: Ruiz de volun. Dei disp. 6. sect. 2. Quæ sent. probabilior. Fundam. creaturæ posibles, vel considerantur secundum esse eminentiale, quod habent in Deo, ut in causa; vel secundum esse intelligibile, quod habent in Deo, ut in specie expressa; vel secundum esse, quod possunt secundum propriam naturam in se ipsis participare: atqui secundum omne esse creaturæ necessariò diliguntur à Deo: ergo. Quoad 1. & 2. esse, creatura est ipsa creatrix essentia, & vita Dei. Quoad tertium esse, probatur primò. Creatura secundum

17.  
Affirmant  
versus

Fundam.

De tertio  
esse est con-  
trouerfia

18.  
Prob. 1.

Finis &  
connexa  
eâdem ne-  
cess. aman-  
tur.

dum hoc esse est necessarius terminus Diuinæ essentia, vt exemplabilis & imitabilis; igitur secundum hoc esse à Deo necessario diligitur nam Deus necessario diligit, quidquid cum suo esse necessario connectitur; eâdem .n. necessitate diligitur finis, & quidquid cum fine necessario connectitur: sed Deus necessario diligit suum esse, ergo. Antec. ostend. Diuina essentia est essentialiter participabilis, & omnipotens; ergo necessario infert creaturas, vt participatiuas suæ essentia, & terminos suæ omnipotentia; ergo vt sic eas necessario diligit. Nam Deus necessario diligit id, sine quo sua perfectio non consisteret; sed sublati creaturis possibili- bus, & exemplabilibus, vt à posteriori tolleretur à Deo perfectio omnipotentia, & exemplaris, non propter dependentiam Dei à creaturis, sed propter necessariam dependentiam creaturarum à Deo; eo quod talis naturæ & perfectionis est Deus, vt necessario inferat creaturas posibles, & exemplabiles: sicut sublato resibili tollitur essentia hominis, non quia essentia hominis pendet à resibili, sed quia polita essentia hominis, ex ea necessario sequitur resibile. Igitur Deus necessario diligit possible, vt terminos, sine quibus sua perfectio non consisteret. Neque hoc est tantum diligere suam omnipotentiam, aut essentiam, sed terminos etiam suæ omnipotentia, & essentia, secundum illud esse, quod possunt in se ipsis participare; nam vt sic formaliter sunt termini participabiles Diuinæ essentia: licet Deus primario diligit suam essentiam, & omnipotentiam, secundario verò terminos eiusdem essentia & omnipotentia.

19. *Disput.*  
At inquit, ex eo quod Deus necessario diligit seipsum, non sequitur, necessario diligere creaturas, sine quibus sua perfectio non consisteret: quia potest unum ab alio præscindi, atque unum diligi, non dilecto alio: potest enim Deus diligere cognitionem peccati, non dilecto peccato, à quo peccati cognitio pendet; & inflictionem pænæ, quæ peccatum supponit. *Confir.* Alioqui necessitaretur Deus ad diligendum peccatum possibile, cum non minus sine possibilitate peccati sua non posset perfectio consistere. Nego antec. cum enim amor, quo Deus seipsum diligit, sit sui comprehensiuus, & quo perfectior excogitari non possit, debet necessario tendere non modo ad perfectionem intrinsecam, sed etiam ad omnia ea, sine quibus sua intrinseca perfectio non consisteret; alioqui excogitari posset amor perfectior, quo seipsum diligere posset. Ex terminis .n. patet, perfectius se Deum diligere, si non solum diligit intrinsecam suam perfectionem, sed etiam ea, sine quibus intrinseca sua perfectio non consisteret: perfectior quippe est amor, quo non solum diligitur amicus, sed etiam quæ spectant ad amicum, & à quibus esse amici pendet. Cum igitur Deus non possit seipsum non diligere perfectissimo modo, quo diligibilis est, implicat ab amore sui præscindere amorem creaturarum, sine quibus Deus ipse non consisteret. *Confir.* tam perfectus & efficax est amor Dei, quo seipsum diligit, vt si per impossibile non existeret, & posset per eum sibi esse dare, necessario illud sibi daret: ergo de facto non potest præscindere ab amore eorum, sine quibus sua ipsius existentia non consisteret. Antec. concedunt multi apud *Herice disp. 13.* Et prob. Deus vi amoris, quo se diligit, suum esse necessario vult: ergo si illud per impossibile non esset & posset, illud sibi dare, necessario produceret. Consequentia probatur: nam si posset præscindere ab amore eorum, sine quibus sua ipsius existentia non consisteret, sequerentur hæc duo contradictoria,

20. *Resp.*

*Confir.*

quod per hunc amorem, quo de facto se diligit, daret sibi esse, vt supponitur in antec. & non daret; nam eo ipso, quo non amaret ea, sine quibus sua ipsius existentia non consisteret, non posset ea producere, cum nequeat Deus producere, quæ non amat, cum non producat, nisi amando quod producit. Igitur vi amoris, quo se amat, tam necessario vult ea, sine quibus suum esse non consisteret, ac suummet esse.

Ad 1. & 2. prob. nego consequ. nam cognitionem peccati, & inflictionem pænæ Deus non amat absolute, sed ex suppositione peccati: vnde non debet vi amoris, quo eas diligit diligere etiam peccatum, à quo ipsæ pendent, cum illud iam supponat, in sua saltem præscientia, à creaturâ commissum, antequam illud cognoscat, aut puniat. Vellet autem peccatum, si antecedenter ad omnem suppositionem peccati, vellet cognitionem, aut punitionem peccati: quia tunc, cum ex unâ parte cognitio punitionis peccati essentialiter pendeat à peccato, si ex aliâ parte illud non supponeretur, deberet fieri vi amoris, quo Deus deligeret cognitionem punitionemque peccati. At supposito peccato, Deus non debet diligendo cognitionem punitionemque peccati, diligere peccatum, cum vi talis amoris non fiat, sed supponatur factum peccatum. Se ipsum autem absolute diligit, independentem à quacunque suppositione: quia absolute vult suum esse, illudque per hunc amorem sibi daret, si non haberet.

Nec refert, quod creaturæ supponantur posibles prius ratione, quam seipsum amet: nam etiam si non supponerentur posibles, vi tamen amoris, quo se amat, faceret eas posibles, sine quarum possibilitate suum esse non posset consistere: ergo eas necessario amat, cum non posset eas velle facere posibles, si non essent posibles, nisi illas amaret. Quod autem eas necessario amet constat, nam simul vellet, & non vellet suum esse, si posset non velle, quæ ad suum esse essentialiter requiruntur. At vi amoris, quo diligit cognitionem punitionemque peccati, non daret esse peccato, si illud non supponeretur: igitur amor, quo cognitionem, punitionemque peccati diligit, ad peccatum non se extendit. Ex his constat, Deum non diligere peccatum, ut peccatum & malum morale, seu quæ liberè patrabile est à creatura; vt sic .n. præsupponitur à creaturâ liberè patratum; sed quæ cognoscibile & punibile est; vt sic .n. non reduplicat malitiam, sed proprietatem entis, quæ aptum est terminare cognitionem, & iustitiam diuinam.

Ad confir. nego, esse diuinum consistere non posse sine possibilitate peccati, quæ peccatum est formaliter, ac proinde necessitari ad amandum peccatum, quæ peccatum est, quia ea tantum Deus amat necessario, quæ possunt esse termini diuini exemplaris & omnipotentia; seu sine quibus non consisteret sua ipsius intrinseca perfectio: nam ijs tantum sublati, tolleretur à Deo perfectio omnipotentia & exemplaris; eo quod cum ijs tantum habet intrinsecam connexionem, vt cum termino essentialiter connotato, quo sublato necessario tollitur perfectio connotans, saltem secundum eam virtutem, quæ est causatiua termini. Sicut enim effectus causabilis supponit in causâ vim intrinsecam causatiuam sui: ita si hic tollitur vt possibile, tollitur consequenter vis intrinseca causæ talis effectus causatiua. At peccatum quæ peccatum formaliter nequit esse terminus Diuini exemplaris & omnipotentia: vel .n. consistit in solâ priuatione

17.  
Ad primam  
2. prob.

18.  
An creaturæ  
supponantur  
possibiles  
prius ratione  
quam Deus  
se amet?

23.  
Peccatum  
quæ tale  
nequit esse  
terminus  
omnipotentia  
& exemplaris.

24.  
sicut in pri-  
uatione sine  
in positio-  
ne sit.

restitu-

rectitudinis debita, vt *Secus* cum suis opinatur, (de quo tom. 3.) at priuatio cum sit non ens, nec est producibilis, nec exemplabilis per se & ratione sui, sed solum ratione termini positiui, quem negat, & subiecti, cui abusuè inhæret, vel in positiuò morali, vt *Thomista* plerique: at hoc esse morale, quod supra physicam entitatem actus, peccatum formaliter addit, non est nisi pura denominatio extrinseca à potentiâ, Physicam entitatem actus liberè producente: quæ entitas de se mala non est, cum possit eadem esse non mala, si necessariò, vel sine aduertentiâ producatur; Nec ipsa extrinseca denominatio, qua entitas peccati procedit a voluntate creaturæ, est quid Physicè distinctum ab entitate actus & libera potentia creaturæ, sua libertate abutentis. Ex eò enim præcisè, quod hæc entitas actus liberè procedit à creaturâ à quâ potuit, & debuit non procedere, habetur formalis ratio peccati: igitur hæc denominatio seu peccatum non est quid Physicè distinctum à Physicâ entitate actus, ac potentiâ actum producente, cum intrinsecâ indifferentia & obligatione non producendi. Sicut obiectum visum non est aliquid distinctum à visione & obiecto viso, sed est concretum ex utroque: vnde sicut concretum visum non ponitur vt effectus producibilis distinctus à visione & obiecto: ita nec peccatum ponitur vt effectus producibilis & exemplabilis distinctus ab ipsa physica entitate actus, & potentiâ liberè illum producente, cum debito illum non producendi. Quare tota ratio formalis peccati reducitur ad modum, quo illud ex creatura procedit, qui quamuis sit aliquid positium morale, reducibile ad solam voluntatem creatam, non est tamen aliquid positium physicum, ad quod debeat Deus concurrere distincto concursu ab illo, quo concurrat ad physicam entitatem peccati, & potentiam liberè suum actum producentem. Ex his concluditur, possibilitatem peccati solum quoad physicam rationem entis prærequiri ab intrinseca perfectione diuina, proinde secundum eam duntaxat rationem à Deo diligi, quoniam vt sic tantum est terminus diuinæ potentiæ & exemplaris, non autem quoad rationem moralem, secundum quam est effectus solius creaturæ, & a Deo odibilis.

Dices: illud esse morale peccati non est nihil, ergo aliquid; ergo à Deo producibile & exemplabile. Resp. esse aliquid, non tamen physicè distinctum ab ipsa physica entitate actus peccati, & potentia liberè producente cum debito non producendi: esse etiam à Deo producibile, non tamen distincto concursu ab eo, quo producibilis est physica entitas, & potentia libera producens. Sicut esse visum non est nihil, sed aliquid à Deo producibile, non tamen distincto concursu ab illo, quo producibilis est visio & obiectum, ex quibus resultat hoc concretum visum. Leg. S. Tho. 1. p. q. 20. a. 2. ad 3. vbi docet, peccatores amari à Deo, qua natura quædam sunt; odio haberi, qua peccatores: sic enim, inquit, non sunt sed ab esse deficiunt & hoc in eis à Deo non est.

Vrges: Habitus erronei & vitiosi sunt physica entitates, positiuo concursu à Deo producibiles, cum tamen à Deo non amantur, cum nequeant ab ipso ut causa particulari produci ut 4. & 6. To. ergo aliqua physica entitas est, quæ à Deo non amatur, & tamen à possibilitate cuiuscunque physica entitatis pendet intrinseca perfectio Dei. Resp. hos habitus non amari à Deo, vt à se solo producibiles, quia vt sic eorum error & malitia tribue-

retur Deo, vt auctori & causæ principali. Vnde sub hac ratione posibles non sunt; ac proinde vt sic ab eis non pendet intrinseca perfectio Dei.

Amari autem vt producibiles à se vt à causa 1. determinata à secunda, quia vt sic eorum error & malitia non tribuitur Deo, sed causæ 2. determinanti primam ad productionem eorum, & consequenter sub hac tantum ratione sunt posibles, & à Deo amabiles, vt physica quædam entia bona bonitate transcendentali. Nec est nouum non posse aliquid a Deo produci ut à causa particulari, atque adeò vt sic possibile non esse, produci tamen posse vt à causa vniuersali, ut constat de quouis peccato. Neque etiam est nouum, eandem rem vna formalitate esse bonam & amabilem, alia malam & odio dignam: sicut accipere sacramenta ab excommunicato ob propriam necessitatem licitum est & honestum; vt 7. To. disp. 31. sect. 2. ostendo, sine necessitate illicitum. Ita Deum causare habitus erroneos & vitiosos, nulla exigente causa? est contra diuinam veracitatem & bonitatem; exigentibus causis 2. est iuxta diuinam providentiam, & munus causæ 1.

Confir. Non est Deus liber circa creaturas posibles: ergo vel eas necessariò diligit, & habetur intentum: vel necessariò odit; & id dici non potest: quia non potest Deus necessariò odisse id, sine quo suum esse non consisteret: nec quoad duas essentias, secundum quas in esse possibili terminant diuinam voluntatem, sunt malæ, sed bonæ; sunt .n. participationes quædam diuinæ essentia, proinde nequeunt esse obiectum odij diuini. Vel necessariò circa illas suspendit omnem actum: & neque hoc dici potest: quia hæc actus suspensio imperfectionem importat in Deo; & nequit eas non diligere, vt participationes suæ naturæ, & omnipotentia. Antec. prob. circa creaturas posibles nullam physicam mutationem potest Deus exercere, siquidem quoad esse possibile non pendent à voluntate, sed ab essentia & omnipotentia Dei: sine physica autem mutatione obiecti, nequit Deus, ut infra, liberè obiectum amare.

Prob. 2. vera sent. Voluntas Dei non potest esse suspensa circa creaturas posibles; ergo vel illas necessariò diligit affectu simplicis complacentia, vel odit affectu simplicis displicentia: non potest eas odisse affectu displicentia, cum in illis nulla appareat ratio mali; ergo necessariò diligit affectu complacentia. Antec. prob. talis suspensio dicit imperfectionem in Deo; importat .n. negationem vltimæ determinationis suæ voluntatis, quam Deus habet, aduersarijs etiam fatentibus, circa omnes creaturas tam existentes, quam non existentes: illas posituè volendo, has posituè nolendo. Etenim licet Deus sit liber quoad specificationem actus circa creaturas, quia potest eas velle, aut nolle; non est tamen liber quoad suspensionem omnis actus, quia non potest eas nec velle, nec nolle; ergo nec est liber quoad suspensionem omnis actus, circa creaturas posibles.

Dices. Potest Deus ferri actu positiuo efficaciae nolitionis ad creaturas non existentes, ergo potest actu positiuo inefficaciae nolitionis ferri ad creaturas posibles: ergo si ad eas non fertur actu complacentia, non necessariò fertur actu displicentia, cum ferri possit actu inefficaciae nolitionis, nolendo actu inefficaciae possibilitatem ipsarum. Resp. neg. primam consequ. quia non minus repugnat, Deum ferri actu simplicis nolitionis, quam displicentia ad creaturas posibles; quia nolle simp-

25.  
In quo si  
sum forma-  
lior pecca-  
tum.

26.  
conclusio.

27.  
Obiectio  
soluitur.

28.  
Doctrina de  
habitu er-  
roneo & vi-  
tioso.

Confir. ef-  
ficacius.

Suspensio  
amoris est  
imperfectio.

30.  
Dices.

Resp.

plici affectu creaturas posibles, est eas nolle habere essentialem bonitatem, quam habent: hoc autem Deus velle non potest, alioqui velle posset, suam essentiam non esse imitabilem, ac exemplabilem à creaturis. Confir. non est Deus &c. *ut supra.*

Prob. 3. destruendo potissimum fundam. aduersi. Creaturæ posibles, vt sic, habent necessariam, & sufficientem bonitatem, qua terminare possunt simplicem affectum Diuinæ complacentiæ: nam creaturæ posibles, etsi in statu possibilitatis nullam in se ipsis habeant actualem entitatem, ac bonitatem, tamen possunt illam habere; & hac reali entitate, & bonitate, quam possunt habere, & participare ab essentiâ Diuinâ, terminant actum Diuinæ complacentiæ: qui non solum se extendit ad creaturas in esse eminentiali, & ideali, quod habent in Deo, vt in causa, & specie expressâ, sed etiam secundum illud esse reale, quod virtute potentiæ Diuinæ habere possent in se ipsis. Dices. Creaturæ posibles non possunt secundum aliud esse diligere à Deo, nisi secundum quod cognoscuntur, & representantur ab intellectu Diuino: sed id esse est increatum; quia cum creaturæ posibles nullum habeant esse in se ipsis non possunt ab intellectu Diuino proponi in aliquo esse proprio, distincto ab esse Diuino causali, vel ideali. Resp. creaturas posibles representari ab intellectu Diuino, secundum esse proprium creatum, non quod actu habent, sed quod habere possunt, virtute potentiæ Diuinæ. Quod esse, etsi subiectiuè, & realiter sit ipsum esse increatum cognitionis Diuinæ, exprimentis in se ipsa creaturas; tamen obiectiuè, & intentionaliter seu intelligibiliter est ipsum esse creatum, quod participare possunt creaturæ in se ipsis extra Deum. Et ad hoc esse, non vt intentionaliter est in Deo, sed vt realiter esse potest in se ipso, tendit actus complacentiæ Diuinæ voluntatis. Nam voluntas non tendit ad obiectum, prout est in cognoscente secundum esse intentionale, & obiectiuum; sed prout est, vel esse potest, in se ipso secundum esse reale & subiectiuum, vt docet S. Tho. 1. p. 4. 19. art. 6. ad 2. ergo licet creaturæ posibles nullum habeant esse in se ipsis actu, quia tamen possunt habere, secundum tale esse, quod possent in se ipsis habere, cognoscuntur, & exprimentur ab intellectu Diuino: licet tam ratio exprimenti, quam res ipsa intentionaliter expressa sit ipsa cognitio Dei.

Sequitur 1. in Deo non esse libertatem contradictionis: nam hæc in suspensione actus consistit; & Deus necessariò debet esse ad alterutram partem positiuè determinatus circa omnia: esse tamen libertatem contrarietatis; quia hæc formaliter consistit, in indifferentiâ & potestate ad contrarios actus: at in Deo est libertas ad contrarios actus volendi, aut nolendi; siquidem eandem rem producendo, vult: destruendo, non vult: ergo.

2. Deum liberè amare creaturas existentes, necessariò tamen ex suppositione, quia existentes non sunt necessariò connexæ cum Dei essentia, vel omnipotentia. at posito, quòd Deus creaturas producat, & in esse conseruet, non potest eas non diligere; nam diligere, est velle alteri bonum; ergo hoc ipso, quòd illas producit, & in esse conseruat, vult illis bonum productionis, & conseruationis. Dices: creaturæ existentes sunt necessariò connexæ cum libera voluntate diuina: sed Deus nõ ex suppositione, sed absolute diligit suam voluntatem: ergo & creaturas existentes. Resp. Deum absolute diligere suam liberam voluntatem secundum esse intrinsecum & subiectiuum, quod in re-

cto dicit; non extrinsecum & terminatiuum, quòd in obliquo importat: vt sic enim solum ex suppositione termini extrinseci connotati, quem vt libera essentialiter connotat, à Deo diligitur.

Ad 1. primæ sent. resp. S. Thomam loqui de amore efficaci, nam loquitur de amore, quo Deus se communicat creaturis per aliquam similitudinem suæ bonitatis, qui procul dubio est amor efficax, quia respicit actualem communicationem extra se. Ad 2. dist. minor. posset Diuinum esse perfectè existere sine creaturis existentibus, concedo; sine possibiliibus, nego. Nam hoc ipso, quòd tollerentur possiblea, à posteriori tolleretur perfectio exemplaris, & omnipotentia in Deo; non quia talis perfectio dependet à creaturis, sed quia creaturæ necessariò dependent à tali perfectione, sicut effectus secundariù necessariò pendet à forma, mediante effectu primariò: primariù effectus quasi formalis essentia Diuinæ, est reddere Deum omnipotentem, & primum exemplar omnium creaturarum; secundariù sunt creaturæ, vt posibles & exemplabiles à Diuina essentia.

Ad 3. dico, voluntatè Diuinam ad vtramq; bonitatem ferri necessariò, sed ad incretam primariò, ad creatam secundariò; quia ad hanc fertur, ut connexam cum increta, & ut consequentem ad illam, vt effectum ad causam, & ut exemplatum ad exemplar. Vnde concedo, in ratione necessitatis simpliciter, eodem modo esse necessariam bonitatem essentialem creatam, ac incretam; quamuis hæc sit necessaria necessitate primaria & independente; illa secundaria & dependente à primaria; nam qua necessitate Deus est participabilis, & omnipotens, eadem creaturæ sunt participatiuæ, & posibles; nam hæc necessariò consequuntur ex Deo participabili, & omnipotente. Nego autem, Diuinam voluntatem pendere à bonitate creata, sicut nec pendet ab increta; nam ad eas non tendit cum dependentia causalitatis; etsi utramque in suo genere necessariò requirat, vnã primariò, aliam secundariò. Nec repugnat aliquid esse in Deo necessarium necessitate primaria, aliquid vero necessarium, necessitate secundaria fundata in primaria, vt constat de cognitione, quam Deus habet de se ipso, & de creaturis possibiliibus, ut necessariò connexis cum sua essentia.

Ad 4. nego consequ. & prob. nam nec relationes Diuinæ vt sic, adæquant voluntatem Diuinam, & tamen necessariò diliguntur à Deo: quia, vt aliquid sit necessariò diligibile, sufficit, vt sit necessariò connexum cum obiecto primariò, necessariò dilecto.

Ad 5. concedo, quòd Deus æqualiter diligit se, & creaturas ex parte actus, inæqualiter ex parte obiecti: quia se ipsum diligit, vt obiectum primarium, creaturas vt obiectum secundarium: & se ipsum iuxta propriam, creaturas iuxta amabilitatem ipsarum; ad vnumquodque enim Deus fertur, iuxta mensuram perfectionis ipsius rei. Sicut se ipsum, & creaturas æqualiter cognoscit Deus ex parte actus, quia eodem indiuisibili actu se ipsum, & creaturas cognoscit, inæqualiter ex parte obiecti, quia se ipsum primariò, & secundum cognoscibilitatem infinitam, creaturas secundariò, & secundum cognoscibilitatem finitam. Ex his patet ad 6. Ad 7. nego antec. ad prob. fundamentum bonitatis existentialis est existentiã actualis; fundamentum bonitatis essentialis est existentiã possibilis. Ad 8. maior est vera de amore efficaci, falsa de inefficaci, & simplici tantum complacentia, quæ ad rem tendit simplici affectu, com-

31.  
Possibiles  
creantur  
bonitatem  
suffic.  
ergo de  
facto termi-  
nant affe-  
ctum Dei.

32.  
Dicas.

Resp.

33.  
Coroll. 1.

34.  
Coroll. 1.

33.

36.

37.  
Bonitas in  
creata ne-  
cessitate  
primaria &  
maxime, crea-  
ta 2.

38.

39.  
æqualiter et  
parte actus.

40.

41.

com-

complacendo sibi tantum in bonitate, quam in ea supponit: voluntas igitur Divina amat in creaturâ possibili eam bonitatem, quam supponit exemplariter causabilem ab exemplari Divino, secundum hanc, vel illam participationem bonitatis Divinæ.

42. Ad 9. nego antec. nam etiam beati necessario amant creaturas posibles, ut necessario connexas cum omnipotentia Dei, præsertim quas cognoscunt cognitione beata. 2. nego consequens: nam beatus, quia diligit creaturas per actum elicatum distinctum, potest ab illis omnem actum suspendere: Deus vero, quia diligit creaturas per actum subsistentem, & indistinctum, nequit omnem actum ab illis suspendere. Ad 10. nego minor. ad prob. nego, ex eo quod Spiritus S. procedit ex amore creaturarum, procedere ex non Deo, quia procedendo ex amore creaturarum, non procedit formaliter ex creaturis, sed ex amore creaturarum, qui formaliter est Deus. Creaturæ autem solum concurrunt ad processionem Spiritus S. ut obiectum extrinsecè terminans, non ut principium intrinsecè spirans. Etenim Spiritus S. dicitur solum procedere ex principio spirante, non obiecto terminante, saltem secundario.

44. Ad 11. nego antec. ad prob. dico, malum possibile odio haberi à Deo, non ut formaliter expressum in Verbo, sed ut potens existere extra Verbum; quo pacto non odio habetur, ut est in Deo, sed ut potens existere in se ipso, eo modo quo malum potest in se ipso existere. Quamquam malum non exprimitur in Verbo Divino immediate, & per se, sed mediante opposito bono, quo privatur, ut constat de ijs, quæ supra, de cognitione Dei circa non entia.

SECTIO. III.

Quid sit libera volitio in Deo, & quid superaddat actui necessario;

45. Qui desperant hoc mysterium vel apparenter explicare nec consequens apparenter verum deducunt.

Hæc est una ex difficultatibus humano ingenio inextricabilis, quæ Aristotelem 8. Phys. coëgit asserere, Deum agere ex necessitate naturæ, ne, si illum faceret liberum, mutabilem faceret per liberam volitionem, quæ potuisset in Deo non esse. Hanc Vasquez nodum insolubilem appellat, solis beatis mentibus manifestum; Suarez unum nostræ religionis mysterium, quod in hac vita cognosci non potest; Molina de numero eorum quæ ab humana mente comprehendere non possunt. Alij docti Recen. desperant se posse hoc divinæ libertatis mysterium vel apparenter explicare. Ratio diffic. volitio est perfectio intrinseca, existens in volente, cum sit actus immanens, & vitalis, de cuius essentia est, ut sit coniunctus cum principio vitæ: igitur libera volitio Dei est intrinseca perfectio in Deo; sed hanc potuit Deus non habere: ergo aliqua intrinseca perfectio in Deo est, quæ potuit in Deo non esse; & contra, aliqua perfectio in Deo non est, quæ potuit in Deo esse. Ad hanc diffic. solvendam varij modi excogitati sunt.

Ratio ardua

46. Modus Cassianus.

Fund.

Primus Caiet. 1. p. q. 19. art. 2. §. ad hoc & art. 3. §. ad hoc: quem sequitur Fonsæca. 7. Metaphy. c. 8. q. 5. sect. 4. & 5. & Salas 1. 2. q. 6. a. 3. tra. 3. disp. 1. sect. 8. asserentis, liberam volitionem esse intrinsecam perfectionem in Deo, quæ potuit in Deo non esse. Quia perfectio libera est conditio diminuens, denotans, quod suum oppositum non

sit imperfectio: est enim hæc perfectio tantum extensiva, qua Deus extenditur ad volita extrinseca. Confirmat Fonsæca. non repugnat, hanc liberam perfectionem potuisse in Deo non esse, & tamen de facto identificari Deo. nam hoc ipso quod aliqua perfectio adiungitur Deo, fit de substantia Dei, sicut Filiatio, & Spiratio passiva, statim ac per productionem a iunguntur Deo, identificantur cum natura Dei. Verum hæc sent. facit Deum mutabilem, potentialem, & intrinsecè compositum; implicat enim, posse Deum identificari cum volitione mundi, quæ potuit non esse, sicut & cum volitione mundi, quæ potuit esse: alioqui eadem perfectio posset simul existere, ut necessaria, non existere ut libera. Relationes Divinæ sunt omnimò necessariæ; nec potuerunt in Deo non esse; implicat autem, ut quod potuit non esse, identificetur Deo; nam simul esset perfectio libera, quæ potuit non esse; necessaria, quæ identificaretur Deo, cuius esse, est necesse esse, ut Patres, & Theologi loquuntur, Præterea relationes Divinæ nullo signo æternitatis sunt, aut esse possunt distinctæ ab essentia Dei, sed semper sunt actus, & necessariò identificatæ cum illa; non .n. putandum est, quod aliquo æternitatis signo, vel instanti siue naturæ, siue originis relationes fuerint distinctæ ab essentia, & postea unitæ & identificatæ cum eadem essentia; quia quod est distinctum ab alio, implicat, ut fiat idem cum illo. Actus vero liberi potuerunt in Deo non esse, & Deo non identificari: ergo de facto non identificantur. quia isti actus debuerunt aliquo instanti æternitatis distingui à Deo, quia non possunt alio modo concipi, ut liberæ perfectiones Dei, nisi ut actus liberè elicit à voluntate Dei: implicat autem actum elici à potentia, & ab ipsa non distingui, saltem pro instanti, quo elicitur. Sed implicat, quod semel ab aliquo distinguitur, non semper ab illo distingui, præsertim si perseveret eadem causa distinctionis; sicut esset, si actus liber eliceretur à voluntate Divinâ. Dices: potest in Deo eadem perfectio esse producibilis ut relativa, non producibilis ut absoluta: ergo poterit eadem perfectio existere ut necessaria, non existere ut libera. Resp. neg. consequens. quia non repugnat ut eadem perfectio secundum diversas formalitates virtualiter distinctas, sit producibilis, & improducibilis in Deo; neutra .n. proprietas pugnat cum perfectione ab intrinseco necessaria: pugnat autem cum perfectione ab intrinseco necessaria, quod eadem necessario existat, & possit non existere; vel quod non non existat omni perfectione, quæ potest existere; hoc enim destruit conceptum Divinum, quod est ens ab intrinseco necessarium, & nullo pacto indifferens ad existendum, & non existendum. Confirm. quicquid in Deo est, Deus est: ut fert exioma sed non quicquid in Deo est, Deus esset, si aliqua perfectio, quæ in Deo est, potuisset non esse. nam formalis conceptus Deitatis est, quod sit à se per omnimodam necessitatem, & illimitationem. Implicat igitur, ut aliqua perfectio sit Deus, & potuerit non esse; vel contra, quod aliqua perfectio de facto non sit Deus, & tamen Deus esse potuerit: hoc enim pacto Deus non illimitatè & necessario existeret omni perfectione, quam posset habere, sed limitatè, & contingenter. Nec ratio Caietani satisfacit: nam sicut ratio liberi non tollit, quin sit intrinseca perfectio simpliciter, ita non saluaret illarum absurdum, quod in eo fundatur, quod aliquid sit intrinseca perfectio in Deo, & tamen possit in Deo non esse; cum quic-

47. Confir.

48. Facit Deum mutabilem ideoque resistitur a reliquis Theob.

Relationes Divinæ non sic.

49. Dices.

Resp.

50. Quicquid in Deo est, Deus est.

51. nec potest non fuisse.



quicquid in Deo est, Deus fit. unde falsum est, oppositum non dicere imperfectionem: nam si libera volitio supra actum necessarium importat intrinsecam perfectionem in Deo; igitur carentia ipsius importabit intrinsecam imperfectionem in Deo; omnis quippe perfectionis negatio in subiecto apto habet rationem privationis: omnis autem privatio imperfectionem dicit, quia importat negationem perfectionis debita. Nec refert, quod talis perfectio sit extensiva; nam hoc non tollit, quin sit intrinseca Deo, in quo tantum fundatur nostrum absurdum. Ad confirm. conflat ex dictis.

Secundus modus est Ferrar. i. con. gent. cap. 7 §. 5. *adverte*, negantis, volitionem liberam creaturarum in Deo dicere intrinsecam perfectionem in ipso Deo. Fundam. actus liber supra necessarium in Deo importat solum respectum ad volita: sed respectus, ut respectus, neque perfectionem, neque imperfectionem dicit: igitur actus liber in Deo nullam dicit perfectionem. Sed contra 1. falsum est, actum liberum in Deo nullam dicere perfectionem intrinsecam in Deo, quamvis nullam dicat perfectionem distinctam à Deo. 2. iste respectus, quem actus liberæ volitionis importat ad volita, si realis est, aliquam perfectionem importat supra actum necessarium quæ, quia potuit non esse, aliqua perfectio in Deo est, quæ potuit non esse: si rationis; novus respectus rationis non confurgit, nisi ad novum fundamentum: at quodnam hoc? deinde independentem ab omni ente rationis Deus liberè vult creaturas; non igitur formaliter constituitur liberè volens creaturas per respectum rationis. Ad fundam. Ferrar. nego, respectum, si sit realis, præscindere à perfectione, & imperfectione; vel si sit rationis, sufficere ad constituendum actum liberum in Deo. Confir. saltem negare non poterit Ferrar. cognoscere futura, perfectionem dicere in Deo; ergo etiam velle futura; cum non minus Deus actu suæ voluntatis, quam actu suæ cognitignis tendat ad futura. Neque ex eo, quod cognitio futurorum in Deo potuit non esse, perfectionem non arguit: ita neque ex eo, quod actus voluntatis potuit in Deo non esse, perfectionem in Deo non arguit.

Tertius Scoti in 1. dist. 39. §. quantum ad 1. Eychen, §. iuxta prædicta. & dist. 45. Capreoli q. 1. art. 2. ad argu. contra. 3. concl. ad 1. Aureo. ibid. post. 7. concl. Zumel 1. p. q. 19. disp. 2. Suarez in Metaph. disp. 30. sect. 9. & 3. p. disp. 5. sect. 1. §. resp. Gonzalez. 1. p. disp. 43. sect. 2. Machin. disp. 41. sect. 3. Becanito. 1. cap. 11. q. 4. affirmantium, liberum velle in Deo esse actum necessarium, se ipso liberè terminatum, vel per modum volitionis, vel per modum nolitionis ad creaturas, absque vlla sui mutatione, vel augmento intensivo, aut extensivo.

Docent 1. quod actus liber in Deo non sit distinctus à necessario. 2. quod actus necessarius ex plenitudine suæ perfectionis, & libertate, quam habet ad objecta creata, possit sine intrinseca sui mutatione ad ea terminari modò ut volitio modò ut nolitio. 3. quod hæc libera terminatio per modum volitionis, aut nolitionis sit intrinseca, & vitalis in Deo, ratione distincta ab actu necessario, per quam Deus antecedenter ad effectum producendum sit intrinsecè volens, aut nolens objectum; nam ideò se determinat ad producendum effectum quia antecedenter vult illum per modum objecti. 4. quod intrinseca terminatio ex parte Dei realis sit; nec possit simpliciter non esse, aut per modum volitionis, aut per modum nolitionis, aîunctam,

licet possit non esse per modum volitionis, aut nolitionis disjunctivè. Eadem quippe vitalis terminatio, quæ nunc dicitur volitio mundi, fuisset nolitio mundi, si ad illum terminata fuisset per modum nolitionis; eademque vitalis terminatio ad alium mundum possibilem, quæ nunc dicitur nolitio, fuisset volitio, si ad illum terminata fuisset per modum volitionis. Unde sola applicatio huius vitalis terminationis, per modum volitionis determinatæ, aut nolitionis determinatæ, dicitur libera; non autem terminatio ipsa simpliciter, quæ in Deo necessaria est; quia cum in Deo non sit libertas per modum potentæ, sed per modum actus purissimi; non est libertas ad suspensionem utriusque actus, sed alterutrius tantum. Sequitur 1. actum liberum esse intrinsecum, & realem in Deo, & nihilominus potuisse non esse, non quoad esse, vel terminationem ad creaturas simpliciter, sed quoad hanc, vel illam terminationem. 2. sequitur, Deum constitui formaliter volentem antecedenter ad effectum producendum, quia, ut volens, est causa effectus producendi, licet semper inferat aliquam mutationem in volito ipso, saltem moralem & obiectivam. Fundam. velle Divinum non est per modum potentæ, sed actus purissimi, & infiniti in genere vitalis appetitus: igitur in se ipso præhabet per modum actus 2. quidquid formaliter requiritur ad volendum quodcunque obiectum volibile: igitur cum Deus liberè vult hoc, aut illud obiectum volibile creatum, non vult per distinctum actum, quo vult se ipsum; alioqui non esset talis actus infinitus in ratione volitionis, sed per eundem liberè terminatum ad volibile creatum: Confirmat Scotus; in nobis est triplex libertas, prima ad actus oppositos; 2. ad opposita obiecta; 3. ad oppositos effectus. prima est imperfecta, quia dicit limitationem actus, qui de se non est potens ad opposita obiecta. 3. non est prima libertas, cum supponat aliam priorem, nempe ad opposita obiecta, nam prius est, velle obiectum, quam producere effectum. 2. tantum est libertas per se; nam 1. ordinatur ad 2. & præterea nullam in se includit imperfectionem: posita autem illimitatione actus, ponitur hæc 2. libertas sine primâ, quæ imperfectionem importat,

Sed contra 1. ut possit actus Divinæ volitionis invariatus in se, reddere Deum modò volentem, modò nolentem, modò amante, modò odio habentem, oportet, ut ipse in se sit formalis volitio, & nolitio; amor, & odium: Quia, ut forma tribuat subiecto effectum formalem, oportet, ut illum formaliter præhabeat in se; nam forma non tribuit, nisi quod habet in se ipsa formaliter, quia tribuit effectum formalem per exhibitionem sui. Ut igitur actus Divinæ volitionis invariatus in se ipso tribuere possit effectus formales volitionis, aut nolitionis, amoris, vel odij, oportet, ut illos formaliter præhabeat in se; cum ipse per terminationem ad hoc, vel illud obiectum non varietur in se formaliter, ut possit modò hunc, modò illum effectum formalem Deo tribuere, scilicet non potest tribuere, nisi quod formaliter habet in se; vel necesse esset variari in se ipso formaliter. Implicat autem, ut idem actus sit volitio & nolitio, amor & odium; imò ut idem subiectum sit simul volens & nolens, amans, & odio habens respectu eiusdem: nam hæc inferunt contradictoria in obiecto, volitio inferre esse, nolitio non esse: unde Deus volendo produceret, nolendo destrueret obiectum. Dices: dum actus Divinæ volitionis tribuit effectum formalem volitionis, non tribuit effectum formalem nolitionis,

52.  
Modus Ferr.  
varien.  
fund.

53.  
Contra. 1.

2.

Ad fund.

54.  
Confir.

55.  
Modus Scot.

56.  
Dignus 1.2.

58.  
Inferunt.

58.  
Fund. 20.  
21m.

59.  
Conf. Scotus

60.  
Impugnatur 1.

Idem actus  
nequit esse  
volitio &  
nolitio, amor  
& odium.

61.  
Dicit.

Contra. litionis; esto igitur in se vtrumque contineat, non tamen vtrumque simul tribuit. Sed contra; implicat, formam inuariatam in se, aut non tribuere subiecto capaci omnem effectum formalem quem continet, aut absque vllâ dispositione subiecti, aut mutatione termini, modo tribuere vnum, modo alium effectum formalem. nam forma tribuit suum effectum formalem per exhibitionem sui in subiecto capaci; implicat autem, vt se ipsa totam exhibeat subiecto capaci, & illi non tribuat omnem effectum, quem in se ipsa formaliter continet; quia illum non tribuit liberè, sed necessario; non effectiue, in quo genere causæ tantum est libertas, sed formaliter, in quo nulla est libertas. at actus Diuinæ voluntatis semper manet inuariatus in se, & eodem modo coniunctus cum Deo, vt cum subiecto proprio, & capaci. Nec potest Deus habere maiorem dispositionem ad recipiendum potius vnum effectum formalem suæ voluntatis, quam alium. Neque mutatio ipsa obiecti facere potest, vt actus Diuinæ voluntatis potius conferat vnum effectum formalem, quam alium: nam nec actus Diuinæ voluntatis mutatur in se, nec supponit aliquam mutationem in Deo, ratione cuius potius conferat vnum, quam alium effectum: nec à mutatione obiecti pender, ut potius sit volitio, quam nolitio; nam in hac sent. volitio Dei antecedit omnem mutationem obiecti: ideo obiectum mutatur in se, quia Deus antecederet vult illud: igitur prior est volitio Dei, quam mutatio obiecti: non igitur potest Diuina volitio in ratione liberæ volitionis, pendere ab ipsâ mutatione obiecti consequente; quia antecederet ad illam supponitur volitio, vel nolitio Dei. Dices, mutari actum Dei, non subiectiue, sed terminatiue, & in hoc consistere ipsius libertatem, quia qui modo terminatur ad obiectum, vt volitio, potuit ob suam libertatem terminari, vt nolitio. Sed contra; impossibile est effectum formalem variari, inuariatâ formâ quoad omnia requisita ad nouum effectum formalem tribuendum. Cùm igitur terminatio actus Diuini ad obiectum sit effectus formalis ipsius actus Diuini, vt possit variè terminari ad obiectum, debet necessariò ipsius effectus formalis variari, cùm tamen forma inuariata maneat quoad omnia requisita ad nouum effectum formalem tribuendum; quippe quæ nec variatur in se, cùm sit ipse actus increatus, de se inuariabilis; nec variatur in subiecto, in quo est, quia subiectum est Deus; nec in aliquo extrinseco termino, per se pertinente ad talem formam, vt libera est formaliter: quia in hac sent. effectus extrinsecus est omninò consequens; & posterior actu libero Dei, cùm supponat illum antecederet completum in ratione actus liberi, & prius ratione ad obiectum terminatum. Igitur datur nouus effectus formalis, sine noua forma, vel conditione per se requisita ex parte formæ ad nouum effectum formalem tribuendum; quod implicat.

Instabis, solam libertatem actus Diuini esse sufficientem causam, vt possit terminari, modo vt volitio, modo vt nolitio. Sed contra; hæc terminatio est in genere causæ formalis, in quo non potest esse libertas; non. n. sumus liberi ad ea, quæ continemus formaliter, sed tantum ad ea, quæ continemus efficienter. Cùm igitur actus Diuinæ voluntatis non efficienter, alioqui mutaretur, sed formaliter contineat huiusmodi terminations ad obiecta creata, non potest in ordine ad huiusmodi terminations esse liber, vt modo tribuat vnâ, modo aliam terminationem: nam hoc supponit, huiusmodi terminations non contineri formaliter

in actu, siquidem implicat, id quod continetur formaliter in actu, non esse formaliter in Deo.

2. Ex hac opin. sequitur, Deum in tempore successiue mutari, de uno actu in aliû: nam pro vno tempore Deus diligit creaturam per gratiam, in ordine ad finem supernat. pro alio eandem per peccatum odit, in ordine ad eundem finem: ergo si Deus amat, & odit per intrinsecam tendentiam actus, necesse est, eum in tempore successiue mutari. dum in tempore fit de odiente amans, de amante odiens: alioqui, vel semper peccatorem, etiam ad infernum derisum amaret, in ordine ad finem supernat. posito, quod semel per gratiam dilexerit; vel iustum odisset, etiam in caelis beatum, posito, quod semel per peccatum odio habuerit, cùm implicet, manente in Deo huiusmodi tendentiâ amoris, vel odij erga creaturam, creaturam non amari, vel odio non haberi. Vt igitur cesseret amare, quem amabat, vel odio habere, quem oderat, oportet, vt mutet tendentiam amoris in odium, & vice versa. At respondebis, ex ipsa æternitate Deum eandem creaturam pro vno tempore dilexisse, pro alio vero odio habuisse, absque vllâ sui mutatione in tempore. Sed contra; Deus non potest diligere creaturam in ordine ad finem supernat. nisi peculiari tendentiâ intrinsecâ actus, nec odio habere, nisi oppositâ tendentiâ eiusdem actus, sed Deus in tempore ex diligente fit odio habens, & ex odio habente diligens: ergo in tempore variat huiusmodi tendentias: aut certè, si illas non variat, semper peccatores diligit, & iustos odio habebit: quia semper tendentiâ amoris facit Deum amantem, sicut tendentiâ odij odio habentem. Neque dicas, sufficere solam mutationem extrinsecam obiecti, sine nouâ tendentiâ intrinsecâ actus; nam sat etiam fuisset in ipsâ æternitate, vt Deus absque intrinsecâ tendentiâ actus, per solam mutationem obiecti producendi, ex non diligente fieret diligens; aut si hoc non sat fuit in æternitate, neque sat erit in tempore, cùm non minus in tempore, quam in æternitate Deus ex amante fiat odiens, & contra. Confirm. terminatio actus diuini per modum amoris ad hominem iustum est perfectio positiua intrinseca Deo, ratione distincta & ab amore, quo se ipsum diligit, & ab odio, quo eundem hominem, ratione peccati odisse potest. Sed hæc terminatio potuit in Deo non esse: ergo aliqua perfectio positiua intrinseca Deo potuit abesse à Deo. Rursus terminatio diuini actus per modum odij ad hominem peccatorem, est perfectio positiua intrinseca Deo, ratione distincta & ab amore, quo se ipsum diligit, & ab amore, quo eundem hominem vt iustum diligere potest. At hæc potuit abesse à Deo: ergo aliqua perfectio positiua intrinseca Deo potuit abesse à Deo. Aut certè sequitur, quod perfectio intrinseca amoris in Deo mutari potuerit in perfectionem intrinsecam odij.

Impugnatur 3. Authores huius sent. ex vnâ parte contendunt, liberam volitionem Dei totam ac totaliter esse increatam, & intrinsecam Deo, independentem ab omni extrinseco termino, aut obiecto creato, vel connotatione ipsius: ex aliâ docent, hanc eandem liberam volitionem Dei intelligi non posse, absque terminatione ad aliquod extrinsecum: ita Suarez cit. disp. 30. sect. 9. nu. 45. Vnde licet (inquit) illa denominatio realis sit ex parte Dei, inuoluit tamen causalitatem, seu terminationem ad creaturam, & ideo (concludit) simpliciter non est necessaria, quia est cum ordine ad extrinsecum. Ruiz de volun. Dei disp. 13. sect. 2. qui eandem sententiam quoad punctum

Impugnatur

Deus in tempore mutatur.

65. Resp. nides

contra

noua tendentiâ intrinsecâ actus opus esset.

66. Confir.

67. Impugn. ad hominem,

Contra.

Prior est volitio quam mutatio obiecti.

62. Dices.

Contra.

63. Instas.

Contra.

punctum principale sequitur, explicans nu. 23, quid sit hæc terminatio, quæ volitioni diuinæ adesse & abesse potuit; Resp. esse denominationem extrinsecam ab obiectis volitis, cum intelligi à nobis nequeat volitio diuina libera absque huiusmodi extrinseca terminatione: tamen hæc extrinseca terminatio fit profus extra essentiam liberæ volitionis diuinæ, vt ibidem docer. Hæc non coherere sic demonstro: Illud, sine quo nequit res esse, vel intelligi sufficienter ab alia distincta, ingreditur essentiam rei: nam totum illud ingreditur quod additatem rei, quod necessarium est, vt res distinguatur ab omni alio, quod non est ipsa: quamdiu non habetur sufficiens distinctio rei, non habetur sufficiens constitutum eiusdem, ac proinde sufficiens essentia & quidditas ipsius, quæ per differentiam discretiuam ab omni alio ultimo constituitur. Nequit autem libera volitio Dei intelligi sine extrinseca terminatione seu connotatione obiecti per Aduers, nec esse: quia signum constitutum rei est, non posse rem sine eo intelligi distinctam ab omni alio. Tum maxime, quia sola extrinseca terminatione, connotatione e obiecti præcisa, quicquid in volitione diuinâ remanet, totum est intrinsecum & increatum, ac proinde necessarium, vt admittunt Aduersarij contra Caiet. Ergo sola & præcisa terminatio seu connotatio extrinseca obiecti complet illam in ratione liberæ volitionis: nec poterit per aliquid, quod in ipsa intrinseca est, constitui seu compleri in ratione liberæ volitionis, quia si posset constitui per aliquid intrinsecum in ratione liberæ volitionis, per illud idem posset sufficienter distingui ab actu necessario, cum per idem res & constituatur in se, & distinguatur ab omni alio.

68. Non coherens.

volitio lib. nequit intelligi sine terminatione.

69. Confir.

terminatio est perfectio intrin. in-crea.

non connotatio.

Ad fund. n. 55.

70. Modus nouus.

contra.

Virtualis contingens est ipsa eminentia.

Confir. terminatio ab aduersariis distinguitur in volitione diuinâ, altera ad essentiam diuinâ, altera ad obiecta creata, quæ vocant quasi extensionem eiusdem actus diuini ad obiecta creata: Vtraque est perfectio intrinseca & increata; nam utraque est vitalitendentia actus diuini ad suum obiectum: igitur neutra terminatio poterit esse libera: alioqui aliquæ perfectio intrinseca & increata potuisset non esse, cum hoc sit de quidditate perfectionis liberæ. Fit igitur formaliter libera per connotationem effectus liberæ à se dependentis, vt infra. Adde, quod ponere in actu diuino intrinsecam terminationem seu extensionem ad obiecta creata; quæ potuisset non esse, & simul illam ponere totam & totaliter intrinsecam & independentem ab omni extrinseco creato, est simul illam ponere liberam & necessariam, quod implicat ex terminis: quia necessarium est, quod non potuit non esse: liberum est, quod potuit non esse. Ad fundam. oppositæ, admissa toto discursu, cum Scoti confirm. adhuc nego, Deum velle creaturas existentes per actum liberum intrinsece & antecederet terminatum ad illas.

Ex his impugnatur nouus modus, quem refert Ruiz disp. II. sect. 7. qui verbis tantum à præcedente differt, sc. Dei libertatem cum immutabilitate concilians, per contingentiam actus diuini virtualis, & necessitatem formalem, hoc pacto: Est actus diuine volitionis quoad totam suam intrinsecam entitatem & perfectionem ne esset formaliter, quæ quoad intrinsecam suam entitatem & perfectionem deficere nequit: Idem tamen actus est contingens virtualiter, quia ita se gerit quoad denominationem volentis ac nolentis, amantis ac odio habentis, ac si esset contingens & defectibilis. Verum hæc virtualis contingens nil adfert noui à præcedente diuersum; nam quod ille explicabat per infinitam eminentiam

am diuini actus, hic explicat per virtuales contingens. Cæterum manet eadem difficultas, quo pacto possit, idem actus quo ad intrinsecam entitatem & perfectionem inuariatus varias oppositasque denominationes intrinsecas conferre. Quod autem in huiusmodi denominationibus dandis se gerat, ac si esset contingens & defectibilis, hic nodus est, cum implicet idem simul esse summè necessarium, & contingens, Neque dicas, actum volitionis non posse determinare voluntatem, eo quod actus prius quam determinet voluntatem, supponitur determinatus in se. Hoc. n. verum est de determinatione formali, quam potentia desumit ab ipso actu qui prius ratione supponitur determinatus in se, vi actionis à potentia procedentis, quam formaliter determinet potentiam, cum omnis forma ratione præsupponatur ad suum effectum formalem: falsum vero de determinatione effectiua: nam actus actiue determinatur à potentia, à qua proficiscitur, non ipse determinat potentiam, vt ab ea actiue proficiscatur. Cæterum ut possit voluntas suam actum liberè producere necesse non est, vt ab ipso vel ab alio supponatur determinata formaliter, sed latet si supponatur indifferens actiue ad vtrumlibet: vt enim actus liberè proficiscatur à potentia, non requiritur illa, nisi virtutem actiue indifferens ad vtrumque producendum: quæ primum & modum actum exercitum libertatis consistit in ipsa actione vitali, quæ actus ipse volitionis, vel volitionis immediatè proficiscitur à potentia actiue indifferenti, à qua potuit non proficisci; reliqua verò quæ actionem sequuntur, sunt tantum libera denominatione ab ipsa prius actione, quæ sola est libera seipsa formaliter, quia sola ipsa potuit esse & non esse, reliqua verò non possunt non esse, sed necessariò sunt, ex suppositione primæ actionis.

71. Volitio virtualis præcedens liberum exercitum actus libertatis.

72. Modus 4. Molina.

73. contra Vasq.

74. contra Molin.

75. Vtrumque.

76. Modus 5. Bannek.

77. Contra.

Quattus Molina I. p. qu. 14. art. 15. & qu. 19. art. 2. disp. 2. Vasquez disp. 80. cap. 2. opinantium, liberum decretum Dei addere supra essentiam solum respectum rationis, qui vel consequitur rem futuram, vt proximum fundamentum, vt Vasquez; vel actionem volendi internam Dei, vt Molina putat.

Sed contra priorem Vasquez, idem per ipsum res est futura, quia Deus vult illam esse futuram; ergo non potest velle formaliter rem futuram per respectum consequentem rem futuram, alioqui committeretur circulus; quem concedit, & ait, hanc difficultati non posse, Contra poster. modum Molina; non potest nouus respectus rationis consergere, nisi ad nouam actionem fundandi; igitur si in Deo consergit nouus respectus rationis, qui potuit non consergere, necesse est, esse nouam actionem fundandi, quæ similiter potuit non esse; quæ noua actio fundandi, ne in infinitum procedatur, non potest esse rationis, sed realis. Contra vtrumque arguo sic: Deus à parte rei est liberè volens: at respectus rationis non est à parte rei, sed in solo intellectu apprehendente: igitur respectus rationis non potest esse formalis ratio, quæ Deus fiat liberè volens; quia nihil potest esse à parte rei formaliter tale per id, quod à parte rei non est.

Quintus Bannek I. p. q. 19. ar. 10. §. 3. documentum, opinantis, actum liberum voluntatis sufficienter saluari, si illum præcedat practicam iudicium rationis de indifferentia mediij in ordine ad finem consequendum; etiam si voluntas ad talem electionem mediij sit ab intrinseco determinata; & colligit, quod, etiam si voluntas creata per interna auxilia prædeterminetur ad vnum, modò non tollatur iudicium de indifferentia mediij, actu sequens tale iudicium, erit libera. Sed contra: in ea poten-

tiā debet formaliter esse libertas, quæ est proximum principium actus liberi, & domina sui actus: hæc autem non est intellectus, sed voluntas: ergo, adhuc posito iudicio de indifferentiâ mediij ad finem consequendum, debet esse in potestate voluntatis, illud eligere, vel non eligere. 2. iudicium de indifferentia mediij non est liberum, sed necessarium; necessario enim intellectus iudicat, tale medium non habere necessariam connexionem cum fine; ergo si in voluntate non est libera potestas illud eligendi, vel non eligendi, nulla erit omnino libertas. 3. adhuc stante tali iudicio, posset Deus necessitare voluntatem ad electionem mediij: ergo ad rationem formalis libertatis non sufficit tale iudicium, si quidem illo stante, adhuc posset non sequi actus liber voluntatis.

Sextus est aientium, liberam volitionem Dei formaliter compleri per extrinsecam productionem obiecti voliti. Quia volitio est vitalis tendentia ad obiectum volitum, per quam ei agens communicat suam bonitatem: at Deus per productionem formaliter tendit ad communicandam suam bonitatem obiecto volito; nam per eam formaliter attingit perfectionem; quam volito communicat: ergo. Porro potest extrinseca productio formaliter complere liberam volitionem Dei, 1. in recto, & constitutiue, vt ex æquo illa constituitur, exactu intrinseco, & productione extrinseca; 2. in obliquo & connotatiue, vt formaliter & constitutiue dicat solum actum intrinsecum, connotatiue productionem extrinsecam. In hoc 2. sensu vera est opinio, vt infra 1. falsa, quia requirit non vitale formaliter & constitutiue complere perfectionem vitalem: at libera volitio Dei est perfectio vitalis; igitur.

Ad fundam. disting. maior; libera volitio est vitalis tendentia, qua volens communicat volito suam bonitatem formaliter, nego; effectiue concedo. Etenim volitio est formalis tendentia, qua volens attingit volitum in ratione obiecti, non qua illud attingit in ratione effectus; atque adeo non est necesse, vt libera volitio Dei formaliter, & in recto includat extrinsecam productionem, qua formaliter attingat obiectum in ratione effectus, sed sufficit, si illum tantum connotet, vt infra.

Septimum indicat Ocham in 1. dist. 38. L. C. voluntatem Diuinam non esse liberam, qua volitio est, sed qua operatio est; siue non esse liberam vt principium vitale, sed vt principium effectiuum. Quia libertas, quoad velle, & nolle, seu quoad intrinsecam vitalitatem importat potentiam passiuam, quæ Deo actui puro repugnat; libertas vero quoad operari solum importat potentiam actiuam, quæ Deo non repugnat. Sed neque hic modus sufficienter explicat libertatem Dei, quæ non solum quoad operari, sed etiam quoad ipsum velle, & nolle vitale, debet aliquo modo esse libera; alioqui non esset libera, vt voluntas formaliter, sed tantum, vt causa operatiua.

Octauus & verior modus est Altsidiosi l. 1. c. 12. q. 1. Alen. 1. p. q. 34. me. 2. Aureo in 1. dist. 47. ar. 1. & 2. Arrubal. 1. p. disp. 44. cap. 3. Granad. 1. p. tract. 3. disp. 5. sect. 3. Alarc. de volunt. Dei disp. 4. c. 8. Heic. trac. 2. disp. 16. de liber. sc. liberam volitionem Dei esse ipsum actum necessarium, vt liberè connotantem extrinsecam productionem effectus, liberè à se dependentis. Nota, libera, vna per modum principij; altera per modum actus. Prior est per ordinem ad effectus, quos ita producit, vt

possit non producere, vt voluntas creata est libera per modum principij, tum in ordine ad externas operationes, tum in ordine ad internos actus, quos liberè in se ipsa producit; velut cum in se ipsa producit volitionem, aut nolitionem obiecti; nam etiam respectu talium actuum dicitur libera per modum principij, quia talis actus comparatur ad voluntatem, vt effectus ad potentiam liberam. Posterior libertas est per ordinem ad obiecta, ad quæ liberè tendimus; ad ea enim nequimus tendere nisi per actus nobis intrinsecos, & vitales; obiecta enim nequeunt attingi à nobis, nisi per vitales, actualesque tendentias, seu inclinationes essentialiter ordinatas ad illa. Præsens controversia non est, quomodo Deus sit liber per modum principij in ordine ad effectus, quos ad extra producit, quia in hoc genere libertatis nulla per se requiritur intrinseca mutatio in principio; vt liberè suos effectus producat, vt patet in voluntate creata, quæ, vt liberè in se ipsa producat actus vitales, nulla in eâ prærequiritur mutatio. Ratio, vt supra; quia esse liberum per modum principij, solum importat principium actiue indifferens ad vtumlibet, atque adeo de se potens ad determinandum se ipsum ad alterutram partem, Sola igitur difficultas est, quo pacto Deus sit liber per modum actualis tendentiæ, ac vitalis inclinationis ad obiecta, quæ liberè velle, aut nolle potest. Etenim, cum hæc tendentia & inclinatio debeat necessario esse intrinseca Deo, alioqui vitalis non esset, non videtur, qua ratione possit esse libera sine intrinseca mutatione Dei.

Dicendum est, Deum non modò esse liberum per modum principij, in ordine ad effectus producendos, sed etiam per modum actus, in ordine ad obiecta volenda, aut nolenda, sine vllâ intrinsecâ mutatione sui, quod sic probò, Ille actus potest absque intrinseca mutatione sui liberè velle, aut nolle efficaciter obiectum, qui in se ipso præhabet omnem vitalem complacentiam boni, omnemque vitalem displicentiam mali, solumque illi deest, vt sit libera volitio, aut nolitio efficax obiecti, extrinseca productio effectus, vel negatio producti onis, liberè ab ipso actu dependentis. Sed actus Diuinæ voluntatis præhabet in se omnem vitalem &c. Seu necessariò est terminatus ad omne bonum possibile, vt sect. preced. igitur potest sine intrinseca mutatione sui, per extrinsecam duntaxat mutationem effectus, liberè velle, aut nolle hoc, vel illud obiectum: sc. non eget nouâ tendentia vitali intrinseca ad tale obiectum, cum illam iam præsupponatur habere ex necessariâ terminatione sui ad omnes creaturas possibles, sed eget solâ connotatione productionis, aut negationis productionis extrinseci effectus, liberè à se dependentis.

Maior prob. Libera volitio, aut nolitio efficax obiecti duo essentialiter importat, & vitalem inclinationem ad obiectum volitum, ex præconcepta bonitate ipsius, & simul liberam connotationem extrinsecæ actionis, per quam aliquod esse communicatur obiecto volito, si sit volitio; vel si sit nolitio, vitalem auersionem ab obiecto nolito, ex præconcepta malitiâ eiusdem obiecti, & simul liberam connotationem negationis, aut subtractionis extrinsecæ actionis, per quam aliquod bonum subtrahatur ab obiecto nolito. Non enim proprie dicimur velle, aut nolle, siue amare, aut odisse, si cum possumus, nullum bonum communicamus obiecto volito, & am-

78. Modus 6

fund.

80.

99.]

Verus sensus

80. Ad fundam.

80. Modus 7. Ocham.

Contra,

82. Verior modus proponitur.

Libertas per modum principij

in ordine ad effectus.

83. per modum actus completi Deo.

84. Hic actus absque sui mutatione vult, non vult.

to: aut nullum malum inferimus obiecto nolito & odio habito: sed tantum dicimur aut nobis complacere in bono, aut displicere in malo præcognito. Ratio: volitio essentialiter ordinatur ad aliquam boni communicationem, sicut nolitio, vel odium ad aliquam boni subtractionem. Est enim volitio, quædam vitalis tendentia, ac via, qua volens tendit ad communicandum aliquod bonum voluto: contra verò nolitio, siue odium, est quædam vitalis auersio, qua nolens, siue odians auertit se ab obiecto nolito, & odio habito per negationem, vel subtractionem alicuius boni. Igitur ille actus, qui ex infinita sua perfectione, & actualitate præhabet vitalem inclinationem ad omne bonum, & vitalem auersionem ab omni malo, tantumque illi deest connotatio extrinsecæ productionis, aut negationis eiusdem productionis, liberè à se dependentis, vt sit libera volitio, aut nolitio, efficax, siue odium huius vel illius obiecti, poterit absque intrinsecâ mutatione sui liberè velle, aut nolle quodcumque obiectum creatum. nam actus non mutatur per connotationem extrinsecæ productionis, aut negationis eiusdem productionis, à se liberè dependentis, sed solum per intrinsecam inclinationem ad bonum voluto, & auersionem à malo nolito: atqui quoad intrinsecam inclinationem, & auersionem actus Diuinus non debet variari, vt fiat libera volitio, aut nolitio efficax huius, vel illius obiecti; sed tantum variari debet quoad connotationem extrinsecæ actionis, vel negationis, liberè à se dependentis: igitur poterit liberè velle, aut nolle quodcumque obiectum creatum, absque intrinsecâ mutatione sui. Confirm. voluntas creata non mutatur per suam volitionem, aut nolitionem, quatenus formaliter connotat externam communicationem boni, aut negationem eiusdem, sed quatenus dicit vitalem, & intrinsecam tendentiam ad obiectum, ex præconcepta bonitate aut malitia ipsius, quam debet de nouo acquirere, per nouum actum à se productum, cum non supponatur illam habere, sicut illam habet Diuina voluntas actu terminata, per modum simplicis complacentiæ, vel displicentiæ ad omnia bona, vel mala possibilis.

85.  
Confr.

86.  
Nota.

Cæterum notandum; in re extrinsecè productâ distingui actionem ab effectu, vt viam à termino: porro id, quod primò determinat actum Diuinæ voluntatis, vt ex necessario fiat libera volitio, aut nolitio efficax huius, vel illius obiecti, non est terminus productus, aut destructus, vel negatus, sed actio producendi, vel negatio seu destructio talis actionis. Quoniam id primò determinat actum Diuinum, vt ex necessario fiat liber, quod immediatius & proximius ab ipso actu liberè connotatur, seu producitur. Immediatius autem, & proximius liberè ab ipso producitur actio, quam terminus, cum illa sit ratio & via ad hunc: igitur hæc, non ille est primum, & essentialiter connotatum actus liberi Diuinæ voluntatis.

87.  
Exemplum  
illustre do-  
ctrinæ hu-  
ius.

Illustratur exemplo voluntatis creatæ. Hæc enim non solum dicitur liberè velle, vel nolle extrinsecum obiectum, sed etiam intrinsecum suum actum volitionis & nolitionis, & non per distinctum actum, ne procedatur in infinitum, sed per eundem, quo vult extrinsecum obiectum. Etenim liberè illum producendo ex præconceptâ bonitate ipsius, non modò illum liberè producit, sed etiam liberè vult, quia non solum illum producit vt principium effectuum physicum, sed etiam

vt principium volituum morale, illum ex præconceptâ bonitate causando, quem poterat non causare. Pari ratione Deus non solum dicitur liberè producere creaturas, sed etiam eas liberè velle: quia non solum producit illas vt principium physicum, sed etiam vt principium volituum morale, eas ex præconcepta bonitate producendo, quas poterat non producere. Ergo sicut voluntas creata non dicitur liberè velle suum actum per alium distinctum, sed per eundem, qui simul est volitus vt quo, & ratio volendi: ita voluntas increata dicitur liberè velle suum liberam volitionem, per eandem vt liberè terminatam ad effectum ex præconcepta bonitate producendum. Dices: Ideò potest voluntas creata eodem actu, quem in se producit, liberè illum velle, quia idem simul est libera productio, & vitalis tendentia, per quam eadem voluntas suum actum exercitè amat ac diligit. At productio creaturæ, licet sit libera ab actu libero Dei non est tamen vitalis tendentia, per quam Deus eandem creaturam amat ac diligit. Sed contra: licet productio creaturæ non sit intrinsecâ & vitalis Deo, proinde nequeat per eam creaturam diligere: Est tamen intrinsecus & vitalis ipse actus, quo illam Deus producit, qui formaliter fit liber ipsa productione creaturæ, vt termino essentialiter connotato. Velut si voluntas creata, vt est potentialis inclinatio ad sua obiecta, esset actualis inclinatio per modum simplicis complacentiæ ad illa, hoc ipso quod aliquod bonum in illis liberè produceret, diceretur liberè efficaciter ea velle ac amare, quia sola externa productio boni illi deerat ad efficacem volitionem & amorem. Cum igitur voluntas increata sit actualis complacentia omnis boni possibilis, hoc ipso quod liberè producit aliquod bonum creatum, dicitur illud liberè efficaciter velle ac amare, per actum vt formaliter terminatum ad existentiam obiecti: nam hæc sola extrinsecâ productio deerat actu diuino, quo minùs dici posset libera volitio ac amor efficax creaturæ. Vnde quemadmodum vt illam liberè producat, non eget actu distincto ab ipso principio liberè productiuo; sicut neque vt voluntas creata liberè producat suum actum, eget distincto actu ab ipso principio liberè productiuo: ita sola extrinsecâ productione posita, vt essentialiter connotato, ipse intrinsecus actus Dei fit formaliter efficax & practicus amor creaturæ, qui antea tantum erat simplex & speculatiua complacentia boni possibilis. Est tamen notandum discrimen inter voluntatem creatam & increatam: nam creata fit primò volens obiectum per actionem vitalem, quâ suum actum producit: increata verò non fit primò volens simpliciter obiectum à se productum, per ipsam liberam productionem, etsi per eam sit primò volens efficaciter, sed supponitur ante ullam liberam productionem simpliciter volens per simplicem amorem seu complacentiam, quâ habet erga omnes & singulas creaturas possibles, ac proinde ad liberam productionem creaturæ, non modò supponitur vt principium volituum, sed etiam vt actus volens liberè productiuus. Quam vitalem complacentiam, quia neque erga obiecta, quæ vult, neque erga suos actus, quos libere sibi producit præsupponitur habere voluntas creata ante vitalem sui actus productionem, non dicitur suos actus producere vt volens, cum nulla volitio neque necessaria, neque libera præcedat vitalem productionem sui actus, sed solum vt volitua, quæ tantum

88.  
Dicitur

Contra.

Nota discrimen voluntatis creatæ & increatæ.

tantum importat potentiam productivam a<sup>ctus</sup> ex præcepta bonitate obiecti cæterum etsi productio creaturæ dicatur liberè proficisci ex voluntate Dei, non solum ut volitiva, sed etiam ut volente, ut ex principio productivo libero, haud tamen dici potest proficisci ex voluntate Dei volente, ut ex libera volitione: Ratio volitio necessaria; quam Deus habet erga creaturas possibles, fit libera formaliter in ratione actus per connotationem extrinsecæ productionis: ergo in ratione actus liberi non potest ut causa præcedere productionem, etsi præcedat in ratione principii liberè productivi; quia nimirum ipsum velle creaturarum necessarium in essendo, est liberum & indifferens in producendo. Unde ipsa productio creaturæ dicitur libera à libertate voluntatis increatæ, à qua potuit non esse, & simul primum exercitium, connotatione cuius ipsum velle divinum ex necessario in ratione actus & simplicis complacentiæ creaturarum, fit liber in ratione actus & efficacis complacentiæ earundem. Ex quo inferitur, velle divinum ut principium liberum, præcedere seipsum, ut actum liberum ad creaturas terminatum: nam ut principium, est causa sui actus, ut efficaciter ad creaturas terminat.

Prob. ut Totum id ingreditur essentiam ei, sine quo nequit res distingui ab aliâ: sed absque connotatione termini liberè producendi, nequit volitio divina necessaria distingui à volitione divina liberâ: nam quamdiu volitio divina non contrahitur per extrinsecam connotationem termini, liberè producendi, manet formaliter necessaria: ergo manet sine constitutivo volitionis liberæ, quia necessarium ut necessarium nequit esse constitutivum liberi ut liberi. sc. ante contractionem ad extrinsecam terminationem effectus producendi nihil est in actu divinæ volitionis, nisi intrinsecum: omne autem intrinsecum, necessarium est in Deo: igitur quidquid præcedit extrinsecam terminationem seu connotationem effectus liberè producendi, est necessarium, ac proinde idoneum ad constituendam volitionem divinam in ratione liberi.

Ex dictis constat 1. liberam volitionem, & nolitionem esse perfectiones intrinsecas & vitales in Deo, etiamsi ad essenziale complementum requirant extrinsecum connotatum, defectu cuius actus vitalis, & intrinsecus non denominat Deum, liberè volentem, aut nolentem. quia libera volitio, & nolitio essentialiter important in recto vitalem, & intrinsecam tendentiam ad obiectum volitum; aut nolitum; in obliquo verò, & connotativè tantum liberam productionem, aut negationem extrinsecæ productionis.

2. Deum non esse liberum quoad vitalem tendentiam, quam in recto dicit actus liber in Deo, sed solum quoad connotationem extrinseci termini. Quæ connotatio, quia essentialiter requiritur ad actum liberum, idè simpliciter dicitur Deus liberè velle, aut nolle obiecta creata: nam sicut defectu huius connotationis, actus Dei non dicitur simpliciter volitio, aut nolitio obiecti; ita quia Deus habet libertatem in huiusmodi connotationem, habebit etiam libertatem in actum liberum, quæ liber est formaliter, per huiusmodi connotationem.

Constat 3. eundem actum Divinæ volitionis, connotatâ negatione extrinsecæ productionis, interdum dici puram nolitionem, interdum vero odium, & displicentiam. Dicitur odium, & displicentia, quando negatio externæ productionis

procedit ex præconcepta malitia alicuius culpe moralis, ob quam talis productio negatur, vel subtrahitur; ut cum ex præconcepta malitia peccati nobis Deus subtrahit suam gratiam. Dicitur autem pura nolitio, quando talis negatio, vel subtractio non procedit ex præconcepta malitia culpe moralis, quam solum Deus dicitur odisse; sed vel ex sua libertate, vel ex aliquo alio motivo; ut negatio productionis alterius mundi, vel annihilatio angeli. 4. voluntas creata liberè sibi producit suos intrinsecos actus, ut potentia liberà ex præconcepta bonitate ipsorum, absque prævia inclinatione actuali ad ipsos actus, vel obiecta; hanc enim inclinationem habet formaliter per actum, quem in se ipsa liberè producit: at voluntas increata producit extrinsecos effectus, non solum ut potentia liberà, sed etiam ut actus: quia non solum producit illos ex prævia cognitione bonitatis ipsorum, sed etiam ex prævia, & vitali complacentia eorundem, quam in se ipso habet ex necessaria terminatione ad creaturas possibles. Unde per istam complacentiam comparatur voluntas increata ad effectus extrinsecos, sicut voluntas creata per suum actum intrinsecum comparatur ad operationem extrinsecam, quam extra se liberè producit: quia quod habet voluntas creata per suum actum liberum intrinsecum, habet Deus per suum actum necessarium intrinsecum.

5. Deum positivè nolle eâ, quæ nunquam est producturus, esto connotatum sit negativum, ipsa scilicet negatio productionis ad extra. Quia Deus non dicitur nolle formaliter per negationem productionis, sed per ipsum actum positivum suæ voluntatis, ut connotantem negationem productionis liberè à se dependentem; quia cum posset talem negationem tollere per oppositam productionem dum ex præconcepta apprehensione alicuius finis non tollit, dicitur talem negationem liberè, ac vitaliter velle, & consequenter eius oppositam productionem liberè, ac vitaliter nolle.

6. Aliter Dei voluntatem terminari ad nolum, aliter scientiam ad scitum: nam scientia supponit, non est causa veritatis sui obiecti; voluntas verò est causa bonitatis obiectivæ, quoad existentiam, licet supponat illam quoad essentialiam. Quo fit, ut libera terminatio, per quam voluntas Divina nititur ad suum obiectum, sit posterior voluntate, ut est causa talis obiecti, & prior bonitate ipsa creaturæ producendæ, quatenus est effectus; posterior quidem voluntate, quia est immediatus effectus ipsius: est enim ipsa actio extrinsecæ liberè à Deo producta, ut via ad communicandam existentiam obiecto volito; prior verò bonitate ipsa obiecti; nam ad eam comparatur, ut actio ad terminum. Terminatio verò scientiæ, semper est posterior, veritate obiecti; quia semper supponit illam, estque pura intuitio illius.

7. Deum per se ipsum immediatè esse causam liberæ terminationis ad creaturas; eâ verò terminatione mediâ esse causam creaturarum; nam per se ipsum immediatè est libera causa actionis creaturæ, eâque mediâ tendit ad communicandam bonitatem creaturis: quæ tendentia, quia immediatè proficiscitur à Deo ex apprehensione boni ut finis, propter quem illam ad extra producit, est immediatum, & essentialè connotatum actus Divini, ut est libera volitio obiecti creati; quia per illam liberè communicat bonitatem creaturis ad extra, non secus ac voluntas creata per suum actum liberum internum, proficiscentem ex apprehensione boni & finis,

Hoc maxime obiectum ad solvendum objectiones.

89. Modus hic a priori prob.

90. Corollaria doctrinae 1.

91. Coroll. 2.

92. Coroll. 3.

93. Coroll. 4. Descriptio voluntatis creata ab increata.

94. Coroll. 5.

95. Coroll. 6.

96. Coroll. 7.

communicat aliquam bonitatem obiecto voluto.

97.  
Coroll. 8.

8. Per eandem actionem Deum tendere ad creaturas, ut obiectum, & eas producere ut effectus: nam eadem actio est conditio, qua posita, actus Diuinæ voluntatis liberè tendit ad terminum talis actionis, ut ad obiectum volitum, & simul est via, qua eundem terminum ad extra producit. Vnde eadem actio & est causalitas Diuinæ potentie ad terminum producendum, & essentialia complementum seu connotatum Diuinæ voluntatis ad obiectum liberè volendum.

98.  
Coroll. 9.

9. qua ratione Diuina voluntas ex indifferenti ad volendum hoc, vel illud obiectum, se determinet ad hoc potius, quam ad aliud; quia cum sit indifferens per vim actiuam ad oppositos effectus producendos, sicut voluntas creata ad oppositos actus eliciendos, poterit se ipsa actiue determinare per extrinsecam productionem effectus, absque præuia determinatione intrinseca; quia vis actiua indifferens non eget addito determinante, ut se ipsam formaliter, determinet: ut patet in voluntate creata, actiue se ipsam determinante, ad volitionem potius, quam ad nolitionem, absque præuia determinatione.

99.  
Coroll. 10.

10. quomodo Deus, sine vlla mutatione sui, & intrinseca variatione actus, dicatur eandem personam pro vno tempore diligere, pro alio odio habere in ordine ad eundem finem supernat. nam diligit illam, in ea suam gratiam producendo, per quam formaliter illam acceptat ad gloriam, & amicitiam suam; odit verò, quatenus illam sua gratia priuat.

Quia ab ipsa æternitate eandem personam, per ordinem ad productionem gratiæ pro vno tempore dilexit; per priuationem verò gratiæ, pro alio tempore, eandem personam odio habuit. Vnde eundem prædestinatum, dum est in peccato, & secundum præsentem statum odit, pro futura verò æternitate diligit.

110.  
Coroll. 11.

11. Quia ratione in Deo sint virtutes morales, quæ in actione consistunt: sc. misericordia, quæ ex motiui subleuationis misericordie sua dona largitur: iustitia, quæ ex motiui iustitie vindictæ mala punit: amor, quæ ex motiui benevolentie sua bona communicat. Est igitur in Deo actus liber huius, vel illius virtutis, actus ipse necessarius, ut connotatis extrinsecam productionem liberè à se dependentem ex hoc, aut illo motiui.

Contrà verò non est in Deo, ira, aut displicentia proprie dicta; quia huiusmodi affectus imperfectionem important; nam ira inuoluit tristitiam non modò ut causam ex qua originatur, sed etiam ut obiectum: est enim ex Arist. *Appetitus vicissim dolorem inferendi*. Repugnat autem Deo tristitia: ergo similiter & ira, quæ tristitiam includit ut obiectum. Displicentia verò proprie dicta importat affectum tristitiæ, quæ in Deo esse non potest.

Quare, cum dicitur, Deo malum displicere, sensus est, Deum nolle illud, ut contrarium suæ bonitati, absque vilo intrinseco affectu tristitiæ. Idem de odio proprie dicto *S. Tho. 1. con. Gen. cap. 96.* nam odium est, quo quis vult malum personæ, quæ malum personæ est; Deus autem non vult malum, quæ malum personæ est formaliter, sed quæ bonum est, & correctiuum mali; vult enim pœnam damnatis, non ut malum damnatis, sed ut correctiuum culpæ, & manifestatiuum suæ iustitiæ.

Cæterum, dicitur Deus odisse peccata, quatenus ea vellet non esse, ut contraria suæ bonitati, & perfectioni, quam desiderat creaturis: & propterea ea prohibet; permittit autem illa ob maius bonum, quod est conseruatio libertatis creata, & bonum iustitiæ Diuinæ, quod ex eorum punitione manifestatur. Verum hæc ratio non ob-

stat, quin verum & proprium odium in Deo esse dicamus, tum abominationis, quo peccatum ut suæ bonitati contrarium, & nobis noxium prosequitur; tum inimicitie, quo malum pœnæ nobis infligit ex displicentiâ personæ, non quæ persona est simpliciter, sed quæ peccator est: sic enim Deo displicemus, sumusque obiectum Diuinæ inimicitie. Neque est contra rationem odij, in ipso malo, quod odimus, aliquam rationem boni spectare: sicut iudex, cum malefactorem punit, rationem publici boni spectat, & tamen per talem punitionem verè & proprie dicitur malefactorem odisse, odio inimicitie; quia pœna non illi infligit ex displicentiâ personæ, non quæ persona simpliciter est, sed quæ reus, & malefactor est.

Quod tandem concedit idem *S. Doctor. l. p. qu. 201. art. 2. ad ult.* in Deo esse odium respectu peccatoris, non quæ natura quædam est, sed quæ peccator est. Iuxta hæc explicandus est locus *con. gen. cit.*

*Obijctes 1.* Ideò Deus fecit creaturas, quia eas voluit, *Psal. 113.* ergo volitio creaturarum antecedit productionem earum, ut causa antecedit effectum: non igitur potest Deus velle per actum, ut formaliter connotantem productionem creaturarum. quia causa in ratione causæ non potest constitui per suum effectum: sed volitio creaturarum est causa productionis earum; igitur non potest formaliter constitui per connotationem productionis creaturæ. *Resp.* dist. primò conseq. libera volitio adæquatè sumpta antecedit productionem creaturarum, nego; inadæquatè accepta, ut dicit intrinsecam perfectionem, quæ tantum est libera causa effectus ad extra, concedo. Volitio enim Dei non est causa creaturarum, ut formaliter connotat creaturas, sic enim inuoluit illas ut effectus à se liberè dependentes; sed est causa creaturarum, quatenus est liberum principium productiuum ad extra, & ut sic, præcedit illas. Cæterum vera est causalitas, vel in sensu formali, vel etiam in sensu causali, accipiendo creaturas pro terminis productis, non pro actione, qua ad extra liberè produciuntur, per cuius solam connotationem immediatè constituitur libera volitio Dei: sc. Ideò Deus fecit creaturas, quia voluit: nam sicut actio, quæ producitur creatura, antecedit creaturam ut terminum productum: ita volitio Dei, quæ formaliter constituitur libera per connotationem solius actionis, antecedit creaturam, ut terminum productum.

*Instabis.* Voluntas Diuina, ut causa est creaturarum, est libera volitio earum; sed ut est causa, antecedit productionem creaturarum; ergo ut est libera volitio creaturarum, non includit formaliter productionem earum. *Resp.* dist. maior. voluntas Diuina, ut causa est creaturarum formaliter & in actu 2. est libera volitio earum, concedo; ut causa est fundamentaliter, & in actu 1. nego. Vnde ad minor. voluntas Diuina, ut causa fundamentaliter, & in actu 1. antecedit productionem creaturarum, concedo; ut causa est formaliter, & in actu 2. nego: igitur ut libera volitio includit formaliter productionem creaturarum quia est libera volitio creaturarum, ut est ipsarum causa formaliter, & in actu 2. non ut est causa fundamentaliter, & in actu 1. Vel sic: Voluntas Dei ut causa creaturæ, est libera volitio eius per modum principii liberi producentis, præceditque productionem creaturæ; non per modum actus liberi tendentis in obiectum volitum; sic enim est posterior productione, connotatione cuius sit libera & efficax volitio

101.  
Obijctio,  
contra doctrinam.

102.  
Resp.

103.  
vera causa.

104.  
Instas.

105.  
Resp.

Displicentia  
in Deo pro-  
pria nulla.

107.  
Verum odium  
in Deo.

volitio creaturarum. Cæterum non semper in propositione causali assignatur causa, realiter, sed interdum ratione tantum distincta: ut constat in his: *Ideo Deus concurrit cum voluntate creata, quia voluntas vult concurrere: &: Ideo voluntas creata vult, quia Deus concurrit cum illâ.* in priori, causa concursus generalis Dei assignatur concursus voluntatis creatæ: in posteriori, causa concursus voluntatis creatæ assignatur concursus generalis Dei, cum tamen neuter concursus sit realis & adæquata causa alterius, sed vna indivisibilis actio se ipsa procedens à virtute Dei, & creaturæ simul. *Ideo Deus produxit mundum, quia illum vult:* nec necesse est, ut assignata causa productionis mundi sit adæquatè distincta ab ipsa productione mundi, sed sufficit, si inadæquatè; cum in volitione Dei quæ assignatur proxima causa productionis mundi, includatur productio mundi, ut essentialiter connotatum.

**Obijcies. 2.** Productio creaturarum ex se indifferens est ut sit, vel non sit; ergo non potest esse ratio determinativa Divinæ voluntatis, sed potius ipsa Divina voluntas erit ratio determinativa huius, vel illius productionis. Resp. dist. antec. de indifferentia effectivâ, & formali. Concedo productionem esse indifferentem effectivè, non formaliter, Productio igitur effectivè determinatur à liberâ voluntate Dei; formaliter ipsa determinat voluntatem Dei, ad formalem volitionem creaturarum. Sicut volitio creata effectivè determinatur à voluntate creata, formaliter determinat voluntatem creatam, in ratione volentis potius, quam nolentis. Quare disting. primum consequ. non potest productio creaturarum esse ratio determinativa Divinæ voluntatis effectivè, concedo; formaliter nego. Distinguo & secundum; debet ante productionem assignari ratio determinativa Divinæ voluntatis formalis, nego; effectiva, concedo: hæc autem est ipsa virtus libera Divinæ voluntatis; activè indifferens ad hanc, vel illam productionem: ut constat de voluntate creata, quæ se ipsa effectivè determinat ad hanc, vel illam volitionem, absque aliâ præviâ determinatione; nam hoc est de ratione virtutis activè indifferentis, posse se ad oppositos actus determinare, absque præviâ determinatione.

**Obijcies. 3.** Non dicitur creatura velle, quando habet propositum volendi, sed quando actu vult: igitur nec Deus ab æterno voluit, quando habuit propositum creandi, sed quando in tempore creavit. Resp. neg. consequ. quia creatura vult per actum superadditum, Deus per actum necessarium connotantem futuritionem effectus, liberè à se dependentis: at Deus ab æterno habuit actum connotantem futuritionem effectus, liberè à se in tempore dependentis; igitur ab æterno habuit actum liberum volendi mundum, esto ab æterno mundum non creaverit.

**Instabis.** Si Deus ab æterno dicebatur velle creaturas, quia ab æterno connotabat illas liberè à se producendas in tempore; pari modo dicebatur Petrus nunc velle peccatum, quia nunc connotat peccatum, cras à se liberè committendum, Resp. Si Petrus nunc se determinet ad peccandum cras, nunc dicitur velle peccatum, non quia nunc connotat peccatum cras à se liberè committendum, sed quia nunc committit peccatum, per internum propositum eras peccandi. quia quamdiu creatura actu non peccat, semper potest voluntatem peccandi retractare; Deus quia immutabilis est, si semel aliquid connotat, liberè à se faciendum,

semper & infallibiliter connotat; quia nequit suum actum, semel positum retractare.

**Urges.** Non minus voluntas creata ex suppositione quod elicitura est actum contritionis, toto tempore, antequam illum eliciat, infallibiliter connotat illum à se eliciendum, quàm ex suppositione quod Deus erat mundum creaturus, ab æterno infallibiliter connotavit illum à se producendum: ergo tam infallibilis est voluntas creata in suis decretis, quam voluntas increata in suis. quia si decretum divinum non est aliud, quàm voluntas increata connotato tantum effectu liberè producendo; etiam decretum creatum nil aliud erit, quàm voluntas creata, connotato tantum actu liberè à se producendo. Resp. neg. consequ. eiusque prob. quia creaturæ decretum consistit in libero proposito, quod in præsentem habet de suo futuro actu, quod propositum natura sua mutabile est: decretum Dei, nequit consistere in libero proposito distincto ab actu necessario ut connotante effectu liberè à se producendum; nec decretum creaturæ sumitur ex huiusmodi connotatione effectus ex suppositione futuri, sed ex præsentem proposito mutabili; & infallibilitas, quam dicit decretum creatum, quæ connotat actum ex suppositione futuri, non tam oritur ex immutabilitate voluntatis creatæ, quàm ex suppositione futuritionis; non secus ac infallibilitas, quam importat decretum eiusdem creaturæ, quæ connotat actum ex suppositione præsentem, non tam oritur ex immutabilitate voluntatis creatæ, quam ex suppositione ipsius actus præsentem, quidum est præsentem, aut futurus, non potest non esse præsentem, aut futurus, ac proinde non connotari a voluntate creata. Infallibilitas verò, quam dicit decretum divinum, quæ connotat effectum futurum, oritur ex immutabilitate voluntatis increatæ, quæ semel pro sua libertate determinata ad unum, implicat ob infinitam suam constantiam mutari in oppositum. Instabis Agens intellectuale, qualis est Deus, nihil extra se producit, nisi moraliter ad intra determinatus: ergo ante omnem extrinsecam productionem supponitur Deus moraliter determinatus intra se, per liberum actum volendi. Resp. fallum est, etiam agens intellectuale creatum, ante omnem liberam productionem supponi moraliter determinatum per actum liberum antecedentem liberam productionem: patet in volitione, quàm voluntas creata liberè in se producit, cum tamen ante illam non supponatur moraliter determinata per actum distinctum ab ipsa libera productione suæ volitionis: nam in hoc ita se habet Deus ad extrinsecam productionem effectus, sicut voluntas creata ad intrinsecam productionem suæ volitionis: sc. ut agens intellectuale possit liberè aliquid producere, sufficit, ut supponatur in actu proxime potens ad utrumque tum per iudicium utriusque partis, tum per voluntatem indifferentem activè potentem ad utrumque; quibus positis absque alio actu poterit agens intellectuale liberè se determinare ad productionem, vel non productionem effectus, per ipsam productionem, vel non productionem.

**Operatur Deus omnia secundum consilium voluntatis suæ ad Ephes. 1.** dum consilium sibi ab intellectu prudenter propositum acceptando, executioni mandat: acceptat autem, non per actum liberum antecedentem ipsam executionem, sed per actum executionem involuentem, seu connotantem creaturæ productionem liberè à se dependentem.

104. *Causa ratione distincta.*

*Ex inadæquate.*

105.

*Resp.*

106.

*Ratio discriminis.*

107.

*Ratio discriminis.*

108. *Urges.*

*Resp. admissio ad hoc. Decretum Dei creaturæ a se versus se.*

*Futurum infallibilitatem sortitur ex immutabilitate Dei.*

109. *Instas ultimum.*

*Resp.*

*Cum omnia proprietas salutemur locutiones scripturæ.*



dentem. Permanent omnia, Deo liberè volente. Sapi. 11. per continuam perennemque actionem, quæ omnia in accepto esse liberè conseruat, non auctu libero præcedente, sed connotante & principio libero continuo manuteneute conseruationem. Demum misit Deus unigenitum suum mundi Redemptorem Ioan. 3. motus ex nimia ac liberali dilectione hominum, præsertim prædestinatorum. Etenim ex uno actu liberè terminato ad unum obiectum, moveri potest Deus ad alium actum erga aliud obiectum liberè terminandum: vt in multorum sent. ex amore liberè terminato ad gloriam, per connotationem gloriæ liberè à se producendæ, mouetur ad præparanda media, gloriæ efficaciter consecutiuæ, per ipsam efficacium mediourum liberam productionem. In his enim voluntas diuina ad secundum obiectum, quod vult dependenter à primo, non solum præcedit vt principium liberè producens sed etiam vt actus liberè volens & finem formaliter, & media ipsa in præintento sine virtualiter volita.

*Obijcies 4.* Si liberum velle Dei nullam addit intrinsecam perfectionem actui necessario, posset Deus sine vllâ sui mutatione, res velle in tempore, & non ab æterno; imò mutare liberum suum decretum, absque vllâ sui imperfectione. Resp. neg. sequel. quia non potuit Diuina voluntas futuros effectus ab æterno liberè non connotasse; in qua liberâ connotatione futuri effectus consistit liberum decretum Dei: posterius verò licet non arguat imperfectionem physicam, arguit tamen moralem inconstantiam, quæ procul à Deo esse debet. Dices: nihil plus habuit Deus ab æterno per connotationem mundi futuri, quam si mundus futurus non fuisset: ergo dici non potuit ab æterno mundum liberè volens. Confir. Ab æterno non fuit productio mundi: ergo ab æterno non fuit decretum de productione mundi, nam hoc est concretum ex voluntate Dei & productione mundi: at unâ parte concreti deficiente, deficit totum concretum. Resp. nihil plus habuit intrinsecè, concedo; extrinsecè, nego; nam mundo non futuro ab æterno non fuisset in Deo connotatio mundi futuri, quæ formaliter completur liberum decretum Dei de productione mundi. Ad confir. nego con eq. ad prob. nego; liberum decretum Dei compleri productione ipsâ rei, vt parte intrinsecè constituyente, sed solâ connotatione productionis: quo pacto productio extrinsecè tantum & in obliquo ingreditur liberum decretum Dei, vt terminus essentialiter connotatus. Vnde ab ipsâ æternitate prius intelligebatur voluntas Diuina, vt liberum principium mundum in tempore productura, quam futuram mundi productionem connotaret, cum semper connotans supponat connotatum.

*Obijcies 5.* Datur in Deo noua terminatio scientiæ visionis sed hæc saluari non potest per extrinsecam duntaxat connotationem obiecti; cum sit vitalis expressio obiecti: ergo nec per talem extrinsecam connotationem saluari poterit noua, ac libera terminatio Diuinæ voluntatis. Resp. neg. minor. Etenim scientia visionis nihil noui intentionaliter exprimit intellectu Diuino, quod non exprimit scientia simplicis intelligentiæ: nam hæc intentionaliter exprimit res omnes, secundum omnem dispositionem, quam possunt habere, solum scientia visionis connotat obiectum in propria natura existens, quod non connotat scientia simplicis intellig: hæc autem connotatio non variat intrinsecè scientiam, quia scientia non pendet ex obiecto, in propria natura existente, sed intentionaliter tantum

præsentis: vt constat de visione corporea, quæ, si tem exprimat per propriam speciem, siue eundem res illa fiat præsens in propria natura, siue non, semper illa eodem modo exprimitur, & representatur potentia visioni: nec aliqua perfectio additur, vel demittitur visioni ex præsentia, vel absentia obiecti in propria natura existentis, quia tota perfectio cognitionis attenditur penes esse intentionale obiecti, non penes esse naturale. Vnde sicut in actu scientiæ simplicis intellig, qui terminatur ad creaturas possibles, præsupponitur omnis perfectio intrinseca, quæ haberi posset per actum contingentem, terminatum ad creaturas futuras: ita in actu voluntatis simplicis complacentiæ, terminato ad creaturas possibles, præsupponitur omnis intrinseca perfectio, quæ haberi posset per actum contingentem, terminatum ad creaturas futuras; quia sicut, vt actus necessarius Diuinæ voluntatis fiat liber, non postulat, nisi solam connotationem extrinseci effectus liberè à se dependentis: ita vt actus necessarius Diuinæ scientiæ fiat contingens, non postulat, nisi solam connotationem obiecti contingentis in se ipso existentis; nam totam perfectionem intrinsecam, quam in actu scientiæ exprimere posset obiectum contingens, exprimit obiectum necessarium: vt totam perfectionem intrinsecam, quam dare posset terminatio actus liberi, dat terminatio actus necessarii, qui ex se supponitur per modum simplicis complacentiæ necessario terminatus ad omnem bonitatem possibilem, Vide, disp. 12. à n. 285.

*Obijcies 6.* Datur aliqua libera volitio in Deo; cui nulla respondet productio ad extra: ergo libera volitio Dei non sufficienter saluatur per connotationem productionis ad extra. Antec. constat. 1. de libera nolitione alterius mundi: 2. de voluntate simplicis complacentiæ saluandi omnes, cui non correspondet effectus, qui est salus omnium, quia non omnes saluantur: 3. de voluntate concurrendi cum omni creatura libera ad eos actus, quos nunquam illa est elicitura; huic enim voluntati nulla respondet productio: 4. de voluntate conditionata, quam Deus habet de rebus futuris, quæ tamen nunquam erunt; vt voluntas iustificandi, si peccator se disposuerit per gratiam antecedentem. 5. multa Deus vult, quæ tamen sine vlla variatione obiecti aliter velle potuisset, per solam variationem intrinsecæ terminationis sui actus, vt eandem gloriam nobis velle potuit dependenter, vel independenter à nostris meritis; eandem Pauli conuersionem dependenter vel independenter à Stephani oratione. 6. posset Deus mihi votum relaxare, absque vlla mutatione in me facta; aut peccata remittere per extrinsecam duntaxat condonationem. 7. sæpè Deus gratis remittit pœnam purgatorij, absque mutatione ipsius animæ purgantis. 8. aliquando Deus unam rem in aliam dirigit, vt venditionem Iosephi in exaltationem propriæ personæ: non potest autem vna res in aliam dirigi, quando illa iuapè natura non est ad aliam ordinata, absque nouo & intrinseco actu dirigentis.

Resp. neg. antec. & ad 1. prob. dico negationem productionis ad extra liberè à Deo dependentem, esse sufficientem terminum liberæ nolitionis Diuinæ.

Dices. Negatio alterius mundi non est terminus contingens: ergo nõ potest constituere actum liberum Diuinæ nolitionis nam de essentia actus liberi est, ut possit esse & nõ esse: Sed actus liber ex non potest quoad intrinsecam entitatem non esse: ergo saltem debet posse non esse quoad extrinsecam connotatum, quo

Ratio.

111.  
Hinc confir.  
doctrina.

112.

Pr. 1.

113.

Resp. ad 1.

D. 111.

quo proximè constituitur in ratione actus liberi Antec. prob. negatio alterius mundi, vt sit, non pendet à voluntate Dei, vt pendet productio mundi, cum negatio non egeat concursu Dei, vt sit, sed seipsa sit independenter à voluntate Dei; unde etiam si per impossibile Deus non esset, adhuc talis negatio fuisset, quoniam in ratione negationis à nulla causa efficienter pendet. Confir. vt actus Dei ex necessario transeat in liberum, aliqua realis mutatio fieri debet in eo termino, connotatione cuius constituitur liber: atqui in negatione alterius mundi, connotatione cuius constituitur libera volitio Dei, nulla sit mutatio realis, cum eodem modo illa & negatio mundi maneat post decretum, ac fuerat ante decretum; Nego antec. ad prob. negatio mundi in ratione negationis simpliciter, non pendet à voluntate Dei; concedo, quoniam vt talis negatio simpliciter fuerit, non eguit concursu aliquo Dei, sed ex se independenter ab omni voluntate Dei habuit suum esse negatiuum: non pendet à voluntate Dei in conservari negationis seu in perseverantiâ negationis, nego: Quia potuit Deus illam destruere, per productionem mundi sicut destruxit negationem huius mundi, quæ in ratione negationis simpliciter præcessit liberam voluntatem Dei. Nec est necesse vt negatio mundi dicatur pendere in conservari à Deo, vt ipsa debeat positivo concursu à Deo conservari, sed sufficit, vt positivo concursu produci possit mundus, productione cuius ipsa desinat esse. Sicut vt negatio contritionis in conservari pendeat à voluntate creata, necesse non est, vt ipsa debeat positivo concursu conservari à voluntate, vt conservatur opposita contritio, sed sufficit, si actus ipse contritionis à voluntate, non eliciatur, dum potest elici: cum non minus, voluntas suam exercent libertatem non agendo, dum potest agere, quam agendo, dum potest non agere, vt 3. 10. Ad confirm. neg. minor.

Porro mutatio, quæ in negatione mundi vi voluntatis diuinæ fit, est, vt post decretum Dei de non producendo mundo, non amplius maneat indifferens ad posse esse, & non esse, uti erat ante decretum; sed determinata manet tantum ad esse negationis, ita ut non possit amplius non esse negatio mundi, quam determinationem ante decretum Dei non habebat: non secus ac ipsa productio mundi ex antecedenti indifferentia ad esse, vel non esse productionis mundi, transit, vi efficaciarum voluntatis diuinæ ad esse determinatum productionis mundi, vt non possit amplius non esse futura mundi productio: atque vt sic est terminus liberæ volitionis Dei. Neque ut hæc mutatio siue in productione, siue in negatione fiat, necessarium est, vt fiat per aliquid præuium distinctum, à productione, vel negatione, & ipsa voluntate Dei libera tantum per modum principij. Etenim hoc ipso, quod Deus producit mundum, cum potuerit non producere; vel contra non producit mundum, cum potuerit producere, tam productio mundi, quam negatio mundi ex indifferenti ad esse, vel non esse, transeunt ad determinatum esse, ac proinde fiunt termini liberæ volitionis, vel nolitionis diuinæ, connotatione quorum actus Dei ex necessario absque intrinseca sui mutatione transit in liberum, vel per modum efficacis volitionis, vel per modum efficacis nolitionis, cum tam productio mundi, quam negatio mundi vi solius liberi principij increati ab esse indifferenti transeat ad esse determinatum: non secus ac productio, vel negatio contritionis, vi solius principij liberi creati ex indifferenti transit ad

esse determinatum vel productionis, vel negationis contritionis. Non enim principium liberum mutari debet in se, vt ex indifferenti transeat ad determinationem, sed sufficit, vt terminus ipse vi efficacitatis sui principij liberi ex indifferentia transeat ad determinationem, sed sufficit, vt terminus ipse vi efficacitatis sui principij liberi ex indifferentia transeat ad determinationem, sicut vt causa ex non causante transeat ad causandum, necesse non est, vt transeat per aliquid præuium in se receptum, distinctum ab ipsa virtute causandi, & causalitate in effectu recepta. Distinguo itaque rationis signa duo: 1. indifferentiæ, in quo Deus fuit indifferens ad producendum, vel non producendum mundum; alterum determinationis, in quo per ipsam futuram, vel non futuram productionem mundi, fuit determinatus ad volendum, vel nolendum mundum. In 1. signo respondebat Deo vt principio libero tam productio, quam negatio mundi cum indifferentia ad essendum, vel non essendum; In 2. vel cum determinatione ad essendum, vel cum determinatione ad non essendum. In 1. signo Deus nec erat libere volens mundum, nec negationem mundi, sed indifferens ad utrumque, & liber tantum per modum principij: proinde tam productio mundi, quam negatio mundi erat ex se indifferens, vt in 2. signo potuerit esse futura, vel non futura; in 2. signo fit Deus determinatè volens mundum, vel negationem mundi, per ipsam determinatam futuritionem mundi, vel per determinatam futuritionem negationis mundi. Ad quam futuram determinationem transit productio mundi, vel negatio mundi ex antecedenti indifferentia, virtute, & efficacia diuinæ voluntatis, potentis per modum principij liberi absque antecedente determinatione sui ponere, vel futuram determinatam productionem mundi, vel futuram determinatam negationem mundi. Ac proinde saluatur, quò pactò actus Dei ex necessario in essendo, & libero tantum in producendo pro primo signo, transeat absque sui mutatione in liberam volitionem, vel nolitionem formalem in 2. signo, per solam connotationem, vel determinatæ productionis mundi futuri, vel determinatæ negationis mundi non futuri.

Ad 2. effectum respondentem voluntati, quam Deus habet de salute omnium, esse ipsa media sufficientia, quæ Deus tribuit omnibus, vt salutem consequi possint. nam idem medium de se ordinatum ad consequendum finem, est terminus voluntatis absolutæ de medijs ad finem, & simul conditionatæ de fine ipso, quem Deus non intendit absolute, sed conditionatè, & dependenter à libertate creaturæ; cui hoc ipso, quod præbet media sufficientia ad finem, vult illi virtualiter finem in collatione mediorum, ad finem ordinatorum: nam quæ ratione media continent finem, ad quem ordinantur; eadem ratione, voluntas dandi media continet voluntatem dandi finem; igitur sicut media ordinata ad finem virtualiter continent finem; ita & voluntas dandi media continebit virtualiter voluntatem dandi finem. Ad 3. effectum cui respondet huiusmodi voluntati, esse ipsam potentiam liberam creaturæ cum omnibus ad tales actus eliciendos antecedenter prærequisitis. Nam ea ipsa, quæ sunt terminus voluntatis absolutæ, sunt etiam terminus voluntatis conditionatæ, quatenus virtute continent effectus, propter quos illa dantur. Dices: ergo pariter Deus velle peccata, quæ in libertate creaturæ vt in causâ sufficienter continentur. Nego conseq. nam ad peccata supponitur in Deo d-

Confir.

Resp.

Ad conf. concid. maior.

Mutatio libera quat

Duo signa rationis dantur in textu

Ad 2.

Ad 3.

Dices

Resp.

splicentia; quâ illa prohibet, ne fiant. Contra verò ad actus bonos supponitur in Deo complacentia, qua illos præcipit, vel consulit, ut fiant. *Dices*: si displicentia vel nolitio Dei constituitur per negationem rei, non poterit explicari, quâ ratione Deus habeat nolitionem & displicentiam peccati per ipsam positionem & existentiam peccati, cum per hanc potius habeat volitionem & complacentiam peccati, non secus ac de operibus bonis. Nec inuat, quòd in Deo præcedat necessaria displicentia in peccato possibili: nam etiam si Deus habeat necessariam complacentiam in creaturâ possibili; ut tamen constituat eam liberè nolens, sufficit, quòd ponatur carentia ipsius existentiae: ergo sicut necessaria complacentia in creaturâ possibili non impedit liberam nolitionem existentiae eiusdem: ita è contrario, necessaria displicentia in peccato possibili non impedit, quòd minus eo posito in Deo sit libera complacentia & volitio existentiae peccati. *Resp.* Deus non tantum habet necessariam displicentiam in peccato possibili, sed etiam liberam displicentiam in peccato existente, seu positivam nolitionem; explicatam per prohibitionem, ne fiat. Contra verò de opere, bono etiam si non fiat, habet liberam volitionem & complacentiam, ut fiat, explicatam per legem præcipientem, vel consulentem. *Inferes*: ergo saltem actus ipse, quo Deus concurret ad existentiam peccati, non est nolitio & displicentia, sed volitio & complacentia libera peccati, esto per alium actum antecedentem nolit, sibi que peccatum displiceat. *Nego* conseq. loquendo de peccato formaliter: tum quia ad existentiam peccati Deus non concurret ex se, sed ut determinatus à creaturâ; non enim ipse ex se determinat concursum ad peccatum, sed illum offert antecedenter indifferenter, quem postea in executione creatura ex suâ libertate determinat ad malum: tum quia posita liberâ prohibitione ex parte Dei, nè peccatum fiat, non potest actus ipse; quo Deus ad existentiam peccati concurret, dici ex parte Dei volitio peccati, sed solum permissio: quia permittit, ut concursu à se indifferenter oblato creatura pro suâ libertate utatur ad malum, cum tamen ipse vi modi, quo ad talem actum concurret, à creaturâ determinatus, nollet esse. Vnde in tali actione se habeat, ac si ipse non concurreret, sed sola creatura; quia quantum est de se, nollet ad illum concurrere. *Dixi, loquendo de peccato formaliter*: nam consideratum secundum entitatem physicam, quâ ratione malum non est, sed bonum quoddam physicum transcendente, complacet sibi in eo Deus.

*Ad 4.* dico, effectum respondentem decretis conditionatis, quæ in Deo actu supponuntur, esse omnia in actu 1. sufficienter requisita ad effectum consequendum creaturæ collata; nam in ijs dicitur Deus velle conditionatè finem. Pro quo nota, decretum conditionatum in Deo duos actus liberos virtualiter inuoluere; vnum formaliter, quo media ad finem consequendum decernuntur; alterum virtualiter, quo finis ipse intenditur in collatione mediatorum. Primus actus formaliter est in Deo; secundus tantum virtute; quia nimirum si conditio poneretur ex parte creaturæ, poneretur & decretum ex parte Dei: nam illud idem decretum, quod erat virtuale in Deo, euaderet formale per connotationem conditionis extra positæ.

*Ad 5.* dico, huiusmodi variationem saluari per diuersam connotationem motiui, quo Deus proximè mouetur ad effectum producendum: si enim mouetur ad dandam gloriam ex solo motiui suæ bonitatis, gloria ex tali motiui collata, dicitur da-

ri independentè à meritis, & ut purum donum; si verò mouetur ex motiui meritorum, eadem dicitur dari dependentè à meritis, & ut merces seu corona. Eodem modo si Deus salutem vnius decernat ex precibus alterius. Quòd autem possit Deus absque intrinsecâ variatione sui actus eandem rem decernere ex vno, vel alio motiui, ex quo in effectu producendo resultat diuersa dependentia ab hoc, vel illo motiui, mox explicabo in *Resp.* ad 8. Obiec. *Ad 6.* nego antec. nam mutatio in eo casu, esset aut reuelatio, à Deo facta de voto relaxando, aut alicuius impedimenti appositio, quò minus votum seruari posset, ex motiui votum remittendi causata. *Nego* etiam peccata remitti posse, absque propria retractatione peccatoris, & infusione gratiæ habitualis in hoc statu naturæ eleuati, ex 3. 10. Neque ad hoc sufficit moralis duntaxat mutatio peccatoris: nam hæc consurgere debet ex physicâ formâ, quæ antea non erat, & nunc est; impossibile n. est, intelligere nouam mutationem moralem, absque nouâ formâ physicâ, ad cuius positionem illa consurgat, cum omnis mutatio moralis necessarîo fundetur in physica; vel igitur ista physica mutatio erit in creaturâ, & habetur intentum; vel erit in Deo, peccata remittente, aut vota relaxante: at in Deo esse non potest; ergo in creaturâ. *Confir.* ista moralis mutatio in creaturâ alia esse non posset, quàm noua denominatio in creaturâ, consurgens ex actu Diuinæ voluntatis aliter, quàm antea ad creaturas terminato; implicat quippe eodem modo, quo antea, Diuinum actum ad creaturas terminari, & nihilominus nouam denominationem conferre, cum non possit forma quoad omnia inuariata nouum effectum formalem, vel denominationem conferre. Vnde manet eadem difficultas, quo pacto possit idem actus immutatus in se aliter nunc, quàm antea ad creaturas terminari. Neque dicas, actum Diuinum aliter se habere, non in se, sed in ordine ad suum effectum, quem in creaturâ causat, non physicè, sed moraliter: quia iste effectus non est aliud, quàm extrinsecâ denominatio ab actu Diuino, ut aliter nunc, quàm antea, ad creaturas terminator igitur supponit actum antecedenter ad talem denominationem, aliter ad creaturas terminatum, cum omnis denominatio supponat formam, à qua desumitur. *Ad 7.* nego, Deum penas purgatorij remittere sine physica mutatione: est autem physica mutatio, vel reuelatio facta animæ purganti, aut eius angelo custodi, ex motiui commertam penam remittendi; vel subtrahio concursus ab igne animas in purgatorio torquente, ex eodem fine penam relaxandi, idque vel omninò gratis, vel propter satisfactiones Christi & Sanctorum, per indulgentiam à summo Pontifice tali animæ applicatas, vel etiam ad preces & merita aliorum iustorum.

*Ad 8.* dici potest 1. Deum dirigere vnam rem in aliam, ad quam non est natura sua directâ, ut Iosephi venditionem ad exaltationem eiusdem, per actum extrinsecè tantum ordinantem sufficienter manifestatum: non secus ac voluntas creata per actum imperantem ordinat actum imperatum ad aliquem finem, ad quem non est suapte natura ordinatus, ut restitutionem pecuniæ ad satisfactionem peccatorum. Sed, contra vel hic modus sufficiens non est, ut mox constabit, vel vniuersalis non est cum Deus vnam rem sæpe ordinet in aliam sine nouo actu extrinsecè ordinante, ut cum orationem Stephani ordinauit ad Pauli conuersionem: non enim illam actu distincto ab ipsâ orationis, inspiratione ordinauit. Item cum Deus ex duplici motiui eandem

*Dices*

*Argu. hoc,*  
quod aliqui  
reien. asse-  
mant inso-  
lubile, facile  
soluitur.  
*Resp.*

*Permissio*  
peccati non  
est volitio.

116  
*Ad 4.*

*decretum*  
condit. duos  
actus libe-  
ros inuoluit.

*Ad 5.**Ad 6.*

*Moralis*  
mutatio  
peccatoris  
ad iustitiam  
non sufficit.

*Confir.*

*Ad 7.*  
De remissionem  
penam  
purgatorij.

117.  
*Ad octauam*  
dici potest 1.

eandem rem intendit, vt gloriam corporis Christi ex motiuo vnionis hypostaticæ, & meritorum, quam tamen intendere potuit ex solo motiuo vnionis hypost. 2. Dicit potest, vnam rem dirigi in aliam peculiari actione specificata ab ipso fine, ad quem res dirigitur: ita *Arubal*. Potuit igitur Deus ad Iosephi venditionem peculiari actione concurrere, quæ respiceret exaltationem eiusdem apud *Ægyptios* vt finem. Sed contra; vix mens capit, quo pacto possit actio intrinsecè ordinari ad finem extrinsecum ac disparatum, ab eo que specificari: nam actio per se tantum respicit terminum cuius est via, & agens, à quo proficiscitur; non aliud extrinsecum, nisi medio termino: nec apparet, quo pacto actio illa venditionis Iosephi potuerit intrinsecè respicere exaltationem eiusdem, nisi erga illum aliquid præstando, quod præstare non potuisset, alia actio, quod explicabile non est.

3. Dicit potest, eo ipso rem unam in aliam vt in finem ordinari, quo illam Deus ex tali motiuo producit, (esto peculiari actione illam ad talem finem non ordinet) Vno modo, vt motiuum, ex quo res ipsa producit, extrinsecè, tantum se habeat ad productionem rei, non secus ac ad extrinsecam actionem elemosynæ se habet internum motiuum, ex quo mouetur homo ad elemosynam largiendam, quæ in se physicè non variatur, siue ex hoc, siue ex illo motiuo fiat. Alio modo, vt motiuum non tantum se habeat ut terminus, extrinsecè respectus ab actione externâ, sed vt principium etiam efficiens ipsius, physicè in illam influens. At modum r. insufficientem puto ad saluanda, quæ de actibus liberis Dei oracula diuina docent: sc. in Deo esse actus liberos moralium virtutum, amicitia, liberalitatis, misericordiae, iustitiae, & similia: qui saluari nequeunt, si motiuum, ex quo res à Deo producantur, extrinsecè tantum se habeat ad earum productionem. Nam si motiuum extrinsecè tantum se habeat ad externam productionem rei, non influendo in productionem ipsam, non poterit physicè variare illam: sola quippè causa influens physicè potest variare actionem, cum ab eâ tantum physicè pendeat. Dices: actio physicè variatur à causa etiam finali specificante: at motiuum est causa finalis specificans. Distinguo minorem; motiuum specificat actionem internam concedo; externam, nego. Etiam eam tantum actionem specificat, ad quam comparatur vt immediatus terminus intrinsecæ & vitalis eius tendentiæ; ad actionem externam non nisi extrinsecè comparatur: idè ad variationem motiui, non variatur actio externa; siue externa pecuniæ exhibitio fiat ex motiuo liberalitatis, siue iustitiae, semper actio est eadem physicè: at variato motiuo, repugnat manere eandem actionem internam physicè; non enim potest quis eodem actu modo rem intendere ex uno motiuo, modò ex alio. Quia actio interna est immediata tendentia in motiuum, & propter motiuum, à quo speciem sumit: actio verò externa solùm est immediata tendentia in terminum, quem attingit. Non igitur poterit motiuum, ex quo Deus ad rem producendam mouetur, physicè variare actionem, si ad eam physicè non influat. Nequit autem eadem actio physicè inuariata constituere diuersos actus liberos virtutum moralium in Deo: nam actus necessarius Dei fit liber huius, vel illius virtutis, formaliter per connotationem huius, vel illius actionis: & cum in ratione liberi ultimam specificationem accipiat ab ipsâ physica actione, externa, non poterit ab vna eademque actione physica accipere diuersas specificationes, cum nequeat

vna eademque forma inuariata in se diuersas conferre denominationes & effectus formales ergo.

Confir. Non potest voluntas creata ab vno eodemque actu physico modo accipere denominationem liberalis donationis, modò iustæ solutionis: ergo nec voluntas increata ab eadem physica actione modò denominationem liberalis donationis, modò iustæ tributionis: nam ita se habet voluntas diuina in ratione actus liberi ad actionem externam, sicut voluntas creata ad actionem internam. Illustratur exemplis. Non plus nec diuersum quid habet in hac sent. productio pluuie à Deo causata ex motiuo subueniendi necessitatibus populi, quàm causata ex motiuo vlciscendi peccata: ergo non minùs causata ex motiuo misericordiae poterit constituere actum liberum iustitiae, quàm contrà causata ex motiuo vindictæ, actum liberum misericordiae. Non plus habet collatio gloriæ producta ex puro motiuo liberalitatis, quàm ex motiuo iustitiae: ergo non magis producta ex motiuo liberalitatis, constituet liberum actum liberalitatis, quàm producta ex motiuo iustitiae, constituet eundem actum liberalitatis, & contra. Non potest eadem actio externa constituere actum liberum amoris & odij Dei erga creaturam: ergo nec eadem actio externa actum liberalitatis & iustitiae, misericordiae & vindictæ. Debet igitur in ipsa actione externâ esse aliquid diuersum, connotatione cuius actus ipse necessarius potius constituat actus liber misericordiae, quàm iustitiae: cum formalem denominationem liberae virtutis actus necessarius accipiat ab actione externâ, quæ vt vltima forma speciem tribuit actui necessario de se indifferenti ad varios actus liberos virtutum.

Dices. Extrema actio prout connotat vnum motiuum, propter quod producta est, constituit certum actum virtutis, prout connotat aliud motiuum, constituit alium actum virtutis. Sed contra: 1. in hoc committitur circulus: siquidem actio externa supponitur specificata ab actu interno necessario Dei motiuum intendente, & actus liber ab actione externâ, ab interno motiuo præintento specificata: 2. implicat noua connotatio, nullâ factâ variatione in extremis: ergo stante actione externâ, & actu interno necessario Dei inuariatis in se, repugnat in actione externâ nouam resultare connotationem. Nempe actio externa ex eo quod fiat ex hoc, vel illo motiuo, non variatur in se, vt supra: nec actus Dei ex hoc quod operetur ex hoc, vel illo motiuo, variatur intrinsecè in se: igitur nullum nouum ponitur fundamentum, ad quod possit noua hæc connotatio resultare. Confir. actus necessarius Dei per simplicem vitalemque complacentiam intendit omnia virtutum motiua: ergo quod operetur ex hoc, vel illo motiuo, nullam nouam addit mutationem in se, sed solùm in opere externo: ergo si hoc semper est idem, siue fiat ex motiuo misericordiae, siue iustitiae, non poterit connotare vnum potius motiuum, quàm aliud, cum nihil diuersum in se habeat, ex eo quod fiat ex vno, quàm ex alio motiuo.

Posterior modus est, vt motiuum ipsum, ex quo Deus proxime mouetur ad rem producendam, actuè influat in ipsam rei productionem. Qui modus est probabilissimus, eumque docet P. Herice tract. 2. disp. 17 c. 2. Nota 1. actio duplicem importat respectum transcendentalem, alterum ad terminum, alterum ad agens, cum non minùs actio sit essentialis dependentia ab agente, à quo egreditur, quàm essentialis via ad terminum, quem attingit: nec minùs mutato agente, quàm mutato

Dicit potest.

Contra.

118. Responsio 3. dupliciter intelligi potest. Primus modus

insufficiens.

Prob. Maior propositi. hac est.

Idem est motiuum ex quo agens ad agendum mouetur & finis propter quem agit.

Minor propositi.

119. Confir. 2. pars.

Exemplis

120. Probabilissimus modus. Pro explicat. nota 1.

termino, necesse est mutari actionem: ut enim implicat, & actionem, quæ est huius termini, fieri actionem alterius termini; ita dependentiam, quæ est ab hoc agente, fieri dependentiam ab alio agente.

Nota 2.

2. principium productivum ad extra in Deo non distinguitur ab ipsius voluntate, ut infra disp. 17. sect. 1. eo quod principium producendi ad extra in Deo debeat esse proximè liberum & indifferens ad producendum, vel non producendum, cum debeat vi suæ intrinsicæ virtutis, absque prævio actu determinante, seipsum ad producendum, vel non producendum determinare. 3. actus necessarius Dei est simplex amor, & vitalis complacentia omnium & singulorum motuorum honestorum, propter quæ potest unaquæque res intendi.

Nota 3.

Ex his principis facilis deducio modi assignati.

Ex his deducitur assignatus modus: sc. quando Deus liberâ suâ voluntate res ad extra producit, motus ex aliquo honesto motivo, tale motivum, est proximum & immediatum principium productionis rei: quia cum principium liberè producendi in Deo sit ipsemet simplex amor & vitalis complacentia, quam habet de omnibus & singulis motivis, dum rem producit per unum motivum, & non per aliud, producit illam actione respiciente unum motivum, & non aliud; actio .n. illud tantum respicit ut principium sui, è cuius virtute proximè & immediatè proficiscitur: si igitur infusi gratiæ, aut collatio gloriæ proficiscatur ex motivo misericordiæ, ut ex proximâ & immediatâ virtute influente, ad solum motivum misericordiæ, & non iustitiæ habebit essentialem respectum: & consequenter talis actio specificabit solum actum liberum misericordiæ, & non iustitiæ: unde per eandem actionem, seu actionis connotationem dicitur Deus & liberè moveri ex tali motivo, & constitui in ratione liberi actus talis virtutis: non enim in Deo libera intentio ex hoc potius, quàm ex alio motivo præcedit externam rei productionem, cum ante hanc in Deo non præcedat, nisi actus necessarius per modum simplicis complacentiæ, terminatus ad omnia & singula motiva honesta, qui per connotationem externæ actionis proficiscens à se, ut à principio indifferenti, fit primò liber, primòque denominatur liberè intendens rem ex tali motivo; & simul constituitur in ratione: actus liberi eius virtutis ex cuius motivo externa actio producta est. 6. Differt autem hic modus à secundo *Arribalis*; quod ille ponat diversam actionem in termino intrinsicè ordinatam ad motivum ut ad finem; hic verò diversam actionem in termino productam ab ipso motivo efficienter. Unde prioris actionis principium productivum, est diversum à specificativo, siquidem productivum est Deus, specificativum finis ille extrinsecus, ad quem Deus actionem dirigit: posterioris principium productivum & specificativum est idem, nempe peculiare illud motivum, ex quo Deus rem producit, quod simul est actionis efficientium & specificativum. 2. Quod prior actio triplicem habet respectum, primum ad terminum intrinsicum, secundum ad finem extrinsecum, tertium ad Deum, ut ad principium efficiens; posterior tantum duos, alterum ad terminum intrinsicum, alterum ad motivum extrinsecum, tamquam ad principium productivum sui. 3. Quod prior actio intrinsicè & immediatè ordinatur ad finem extrinsecum, posterior tantum extrinsecè & mediate, mediante scilicet motivo actus Dei, à quo producit.

Triplex distinctio à secundo.

Ex primo oritur 2. è 2. sensum

127. Actionis extrinsecæ creaturæ & creatoris distinctio.

Dices: ergo in hoc 3. modo, si res producta, non est suâ naturâ ad finem ordinata, non poterit per talem actionem dici potius ad unum, quàm ad a-

lium finem ordinari. Resp. neg. sequel. etenim licet res producta in hoc 3. modo non ordinetur intrinsicè & immediatè ad finem extrinsecum, ordinatur tamen extrinsecè mediante peculiari illâ actione, quam Deus ex peculiari motivo producit. Nam sicut actus necessarius Dei, ut producens rem ex tali motivo seu fine, necessariò includit tale motivum seu finem, ut terminum intrinsicè ac vitalis suæ tendentiæ; ita per talem actionem ex tali motivo productam, dicitur saltem extrinsecè & mediatè ad finem extrinsecum ordinari. Et sicut homo peculiari actu libero misericordiæ ordinat externam pecuniæ exhibitionem ad extrinsecum finem misericordiæ, esto ipsa externa pecuniæ exhibitio intrinsicè non ordinetur ad finem misericordiæ; ita Deus peculiari actu libero misericordiæ ordinat externam pluvie productionem ad extrinsecum finem misericordiæ, esto ipsa externa pluvie productio intrinsicè non ordinetur ad extrinsecum finem misericordiæ: hoc duplici discrimine, primo quod homo externam actionem ordinat ad finem extrinsecum per actum liberum intrinsicum, Deus autem per actum factum liberum connotatione actionis extrinsecæ; per eandem quippe pluvie productionem, & liberè vult illam ex motivo misericordiæ, & simul eam extrinsecè dirigit ad finem misericordiæ. 2. Quod actio extrinsecæ, quâ Deus rem unam in aliam dirigit, essentialiter respicit motivum illud, ex quo voluntas increata ad rem producendum movetur, non autem actio externa motivum, quo voluntas creata movetur ad eam producendam. Idque ex eo, quod actio externa voluntatis creatæ non producitur efficienter à motivo interno eiusdem, ut producitur actio externa à motivo interno voluntatis increatæ. Quo fit, ut actio externa, quâ Deus unam rem dirigit in aliam, peculiari respectu ordinetur ad illam ut ad finem, quia respiciendo essentialiter internum motivum actus divini, eo mediante simul respicit finem illum extrinsecum, quem connotat actus ipse Dei talem finem intendens. Quod non habet operatio externa, quam voluntas creata in aliam dirigit: nam hæc non est essentialis dependentia à motivo interno, quo voluntas creata movetur ad eam producendam, uti est actio externa à motivo interno, quo voluntas increata ad eam producendam movetur. Unde variato motivo interno voluntatis creatæ, perseverare potest eadem numero, actio Physica externa, quæ tantum physicè respicit potentiam externam, à quâ producitur: at variato motivo interno voluntatis increatæ, necessariò variatur actio physica externa, quæ est essentialis dependentia ab hoc determinato motivo interno Dei.

Enodatio totius difficultatis.

Duplex in hoc modo difficultas. 1. non videtur actio externa ex peculiari motivo producta potius respicere ut principium efficiens actum necessarium, ut est simplex complacentia unius, quàm alterius motivi, sicut nullus effectus ad extra productus respicit Deum ut principium efficiens secundum unam perfectionem potius, quàm aliam, cum in Deo in ordine ad creaturas producendas nulla sit perfectionum diversitas, sed unâ indivisibili omnia producat: cum igitur actus simplicis complacentiæ omnium honestorum motuorum possibilem in Deo sit una simplicissima indivisibilisque perfectio, actio ab eo producta non minus respiciet illam ut simplicem complacentiam huius, quàm illius motivi. Resp. 1. non repugnare, actionem procedentem à principio uno formaliter multiplici virtualiter, respicere illud secundum unam perfe-

127. Prima diffie.

Resp. 1.

perfe-

perfectiōem, & non aliam, ut constat de processibus diuinis. Nam siue hæ, ut productiones formaliter, sint à principio absoluto, siue relatiuo, de quo *infra*, nulla processio diuina respicit principium, à quo egreditur, secundum omnem perfectiōem, quam indiuisibiliter continet. Productio enim Verbi, siue sit ab intellectu patris, siue ab ipsa paternitate, ut à proximo & immediato principio influente, non respicit suum principium productionis secundum omnem perfectiōem, quam in se indiuisibiliter continet: siquidem in nullius sententiâ respicit illud secundum perfectiōem volitionis, uti nec productio spiritus S. suum principium spirituum secundum perfectiōem intellectiōis.

2. esto actus necessarius simplicis complacentiæ in Deo sit vnus subiectiue, est tamen multiplex obiectiue & connotatiue, quatenus terminatur ad multa motiua honesta, qui licet in creaturæ productionem influat, ut subiectiue existit in Deo, tamen ad eam influit, ut antecedenter terminatus ad unum motiuum, & non ut terminatus ad aliud.

Secunda. Esto hic modus saluet liberas volitiones, haud tamen saluat liberas nolitiones in Deo, cum libera nolitio Dei non constituatur connotatione actionis ex peculiari motiuo influente productæ, sed potius ex actionis negatione: Resp. saluari liberas nolitiones in Deo per carentiam illius actionis, quâ res producta fuisset ex aliquo motiuo: ex gr. libera nolitio alterius mundi saluatur per connotationem carentiæ illius actionis, quâ Deus scientiâ conditionatâ præuidit, ex tali, aut tali motiuo se producturum fuisse mundum, si illum producere statuisset. Vti & libera nolitio huius mundi, si illum decreuisset non condere, saluaretur per connotationem carentiæ huius actionis, quâ de facto illum condidit vel alterius quâ illum cedere decreuisset. Nam licet Deus actu necessario simplicis complacentiæ feratur ad omnia motiua, propter quæ potest vnaquæque res produci, vel non produci, actu, tamen libero solum fertur in illud motiuum, quo, vel defacto in actionem influit, vel quo influeret, si rem produceret.

Inferitur 1. quid iuxta hunc 3. modum dicendum sit de remissione peccatorum: nam qui nobiscum sentiunt, nullum actum liberum Dei erga creaturas explicari posse, nisi Physicâ mutatione, cohærenter doceant, non posse Deum remittere peccata, sine physicâ mutatione factâ in peccatore. An sufficiat quæuis mutatio facta ex motiuo remittendi peccata? Qui putant, ad peccata remittenda sat esse liberum decretum Dei peccatum remittentis, cohærenter docebunt, sat esse actionem à Deo productam ex peculiari motiuo peccata remittendi. Contrâ verò, qui censent, nullum peccatum remitti posse, nisi per formam suâ naturâ peccati abstersiuam, consequenter dicent, non posse peccatum remitti, nisi simul cum eâ actione infundatur forma naturâ suâ peccati deletiua. Quam sent. secutus, sum 3. & 8. 10.

Inferitur 2. quando Deus ad conuertendum peccatorem mouetur ex meritis & precibus alicuius iusti, actionem conuersiuam peccatoris non solum producere per suum actum, ut terminatum ad motiuum misericordiæ erga peccatorem, sed etiam ut terminatum ad merita & preces iusti, ut ad causam imperatoriam. Quia tali casu Deus non solum habet liberum actum misericordiæ erga peccatorem, sed etiam remunerationis erga iustum, remunerando merita & preces ipsius, conuersione peccatoris facta intuitu meritorum eius: at sola actio conuersi-

ua peccatoris non sufficit ad constituendum actum liberum Dei remuneratorium meritorum iusti, siquidem eandem habere potuisset absque actu libero remuneratiuo meritorum iusti. 3. omne donum siue naturale siue supernat. ad vitam æternam conducens hominibus dari, non solum ex motiuo consequendæ vitæ æternæ, sed etiam meritorum Christi. Quia omne donum ad vitam æternam conducens Deus hominibus confert intuitu meritorum Christi, & consequenter ad omne tale donum influit actus Dei, ut terminatus ad merita Christi.

4. Interdum vnus actum liberum Dei includere virtualiter alios necessariò, interdum connaturaliter, interdum conditionatè tantum. Includit necessariò, quando vnâ rem intendit dependenter ab aliâ, ut in sent. affirmante, gloriam prædestinatis intendi per merita consequendam, actus ipse liber Dei gratis gloriam decernentis, necessariò virtualiter includit actum de præparandis medijs ad merita necessarijs, qui actus non continetur formaliter, sed solum virtualiter in primo actu dandi gloriam. Ratio: actus Dei fit liber formaliter connotatione illius actionis, cuius est effectiuum principium: sed actus, qui gloriam intendit, non est effectiuum principium actionis, qua media ad gloriam consequendam producuntur, sed solius actionis, qua gloria confertur: sicut actus quo finem intendimus, non est formalis electio mediorum, sed tantum virtualis, cum per alium actum intendamus finem, per alium eligamus media. Includit vnus actus liber alios connaturaliter, quando res producta ad connaturalem suum statum aliâs exigit perfectiōes, ut natura angelica ad connaturalem suum statum, præter intellectum & voluntatem, exigit species intelligibiles, ut comprincipia suarum operationum. Includit conditionatè, cum à Deo gratia homini confertur, operatura dependenter ab ipsius libertate: nam talis actus dandi gratiam virtualiter includit alios dandi merita, & gloriam sub conditione, si homo pro sua libertate voluerit cum collatâ sibi gratiâ cooperari. Quo fit, ut actus subsequentes virtualiter inclusi in præcedente non sint liberi formaliter vi actionis subsequētis, sed præcedentis: producta enim actione præcedente cū virtuali intentione subsequētis, sequentes actiones necessariò sequuntur sicut posita libera productione actus voluntatis in nobis, necessariò sequitur eius in subiecto inhæsiō & informatiō; ita posita in Deo libera electione gloriæ cum virtuali intentione dandi media, necessariò sequitur collatiō mediorum, quæ solum dicitur libera vi prioris actus gloriâ intendentis. Ratio: ab illa actione reliqui actus dicuntur liberi, quæ potuit esse & non esse, & quæ ab indifferenti principio profluxit: sed tantum prima actio potuit esse & non esse, eaque tantum ab indifferenti principio profluxit: nam reliquæ, posita primâ, non potuerunt non esse; nec ab indifferenti, sed determinato per priorem actionem principio profluunt.

Hinc deduces discrimen, inter sententias affirmantes, Deum gloriam prædestinatis elegisse independentem, vel dependentem ab eorum futuris meritis. Etenim iuxta priorè collatiō primæ gratiæ non est libera in se formaliter, quippe quæ necessariò sequitur ex vi gloriæ antecedenter intentæ per merita à prædestinatis consequendæ. Iuxta posteriorem prima gratia est primum donum, quo Deus prædestinatos destinat ad gloriam, & consequenter insusio ipsius constituit primum actum liberum

Resp. 2.

Diffic. 2.

Solutur.

113. Coroll. 1.

Coroll. 2.

Ratio

Coroll. 3.

Ratio

Coroll. 4.

Actus liber Dei includit alios necessariò,

connaturaliter per conditionem,

Ratio

114.

Discrimen sententiarum de prædestinatione,

rum Dei erga prædestinatos: gloria verò, cum de-  
tur intuitu meritorum ex gratiâ proficiscentium  
non est libera in se formaliter, sed in sua duntaxat  
radice, nempe in collatione primæ gratiæ, cuius so-  
la productio in hac sent. constituit primum actum  
liberum Dei erga prædestinatos. Unde primam  
gratiâ Deus producit ex puro motiùo misericor-  
diæ & liberalitatis, cum illam non modo conferat  
ex nullis nostris meritis, verùm ex nullo prævio  
suo actu libero; gloriam verò ex motiùo iustitiæ,  
cum illam conferat propter nostra opera cum gra-  
tiâ & ex gratia facta, vt propter causam merito-  
riam.

SECTIO IV.

Quotuplex sit voluntas Dei, & an om-  
nis Voluntas Dei adimpleatur.

125.

Voluntas  
signi

Signa 5.

**V**oluntas Diuina diuidi solet in voluntatem si-  
gni, & beneplaciti; antecedentem & conse-  
quentem. Signi est, quæ exteriori aliquo signo no-  
bis patescit. Quinque ea signa numerantur, præcep-  
tum, prohibitio, consilium, promissio, operatio:  
nam aut Dei voluntas est rei præsentis, & hæc, si  
bona est, dicitur operatio, seu impletio; si mala,  
permissio; aut rei futuræ, & circa illam si bona  
est, & ad salutem necessaria, versatur præceptum;  
si mala, prohibitio: si est tantùm bonum supererogationis,  
circa illud est consilium; quod, quia  
non habet malum oppositum, sicut bonum necessa-  
rium, circa illud non versatur prohibitio. Est etiam  
voluntas rei præteritæ, sed quatenus fuit præsens,  
& idè illius peculiare signum non ponitur.

diverso  
modo indi-  
candi

Porrò hæc signa diuerso modo indicant volun-  
tatem in Deo; nam præceptum indicat voluntatem  
obligandi ad rem præceptam, cum simplici affectu,  
vt fiat. Prohibitio indicat voluntatem obligandi  
ad vitandam actionem prohibitam, cum simplici  
affectu, ne fiat. Consilium est signum intellectûs  
Diuini, practicè iudicantis illud esse melius, cum  
simplici affectu, vt res consultâ fiat. Permissio indi-  
cat voluntatem concurrendi ad effectum permis-  
sum, & eundem non impediendi, cum simplici af-  
fectu, ne fiat. Operatio est indicium voluntatis ab-  
solutæ ipsius rei operatæ. Voluntas beneplaciti di-  
citur omnis illa, qua Deus sibi complacet in quavis  
re creata, quo fit vt in voluntate beneplaciti com-  
prehendatur omne velle Diuinum, ad creaturas  
existentes quocunque modo terminatum, etiam  
ipsum velle permissuum; nam etiam Deus sibi  
complacet in effectu permissio, nam vt sic bonus  
est, & à Deo volutus, licet malitiam includat, quæ  
est à creatura. Voluntas antecedens ex Damasc. l. 2.  
de fide cap. 9. est, quam Deus habet de creaturis,  
nulla occasione capta ex ipsis, siue ea absoluta sit  
& efficax, siue simplex tantùm complacentia &  
inefficax. Consequens verò est, quæ occasionem ca-  
pit ex nobis, vt voluntas præmiandi, vel puniendi;  
quæ occasionem capit ex nostris meritis, aut de-  
meritis. Unde voluntate antecedenti non potest  
Deus velle, nisi quæ bona sunt, secus voluntate  
consequente; quæ, quia occasionem capit ex no-  
bis, permittere potest etiam mala. Ex his inferitur,  
omnem voluntatem antecedentem esse beneplaci-  
ti; non contrà, omnem voluntatem beneplaciti  
esse antecedentem. Quia Deus sibi maximè com-  
placet in ijs, quæ antecedente sua voluntate decer-  
nit: imò idè illa decernit, quia in ijs sibi compla-  
cet, alioqui illa non eligeret, cum ad eligenda à

126.  
Voluntas  
beneplaciti.

127.  
Antecedens  
Damascen.

consequens

128.  
Anteced est  
beneplac.

129.  
Voluntas  
absoluta,  
per  
absoluta,  
130.  
omnem De  
volun. im-  
pleri  
131.  
Affirmati  
132.  
Negant  
veritas,  
133.  
Non satisfi  
134.  
Ratio

nullo alio moueatur, quàm à propria sua volunta-  
te & beneplacito. Nec solum sibi complacet in ijs  
bonis, quæ ipse sola sua voluntate decernit, sed  
etiam in ijs, quæ dependenter à nostra etiam vo-  
luntate definit. Est & alia Diuinæ voluntatis diui-  
sio, in absolutam, & conditionatam. Absoluta est,  
cui actui respondet libera productio ad extra; per  
cuius connotationem constituitur libera volitio  
Dei, quæ & formalis, seu actualis volitio dicitur.  
Conditionata autem est duplex, altera, quæ tan-  
tùm obiectiue est in Deo, quæ Deus videt solum  
decretum, quod haberet, si hoc vel illud faceret.  
Altera fundatur in aliqua voluntate absoluta, quæ  
qua actu connotat productionem causæ, liberæ &  
dependentis, dicitur absoluta & formalis: quæ vir-  
tualiter tantùm connotat productionem effectûs,  
connexi cum causâ liberæ à Deo productæ, dicitur  
conditionata & virtualis. Vt voluntas dandi mee-  
dia propter finem, est absoluta, & formalis respec-  
tû mediõrum; per quorum actuali connotationem  
constituitur libera volitio Dei absoluta & for-  
malis: respectu verò finis, qui actu ad extra non  
ponitur defectu cooperationis creaturæ, est con-  
ditionata & virtualis. Constituitur autem hæc li-  
bera voluntas conditionata & virtualis in Deo per  
liberam connotationem virtuale effectûs, inclu-  
sam in libera connotatione actuali mediõrum.  
Nam vt in medijs includitur ordo ad finem, & in  
causâ ordo ad effectum: ita in actuali connotatio-  
ne mediõrum; aut causæ includitur virtualis con-  
notatio finis, & effectûs; nam Deus in ipsis me-  
dijs, & causis, quas actu confert creaturis, præbet  
quidquid ex parte suâ prærequiritur ad finem, vel  
effectum ponendum; ac proinde in ipsis medijs, seu  
causis dicitur Deus velle virtualiter, finem & effe-  
ctum; per cuius virtuale connotationem, inclu-  
sam in actuali connotatione mediõrum, & causarum  
constituitur voluntas conditionata & virtua-  
lis in Deo.

Quoad alteram partem quæst. an omnis volun-  
tas Dei adimpleatur, difficultas non est de volunta-  
te consequente, quia hæc, cum absolute feratur ad  
rem, secundum omnes suas circumstantias, semper  
adimpletur; sed tantùm de antecedente, & bene-  
placito. In qua re. Affirmat Scotus in 1. dist. 45. q.  
vn. quia voluntas beneplaciti, est vltima determi-  
natio Diuinæ voluntatis, vt aliquid fiat: implicat  
autem, poni vltimam determinationem Diuinæ  
voluntatis circa aliquid faciendum, & illud non  
feri: alioqui Diuina voluntas vel esset impotens,  
vel mutabilis. Negant alij cum S. Tho. 1. p. qu. 19.  
art. 6. ad 1. Quod mihi probabilius. Fundam. est  
illud 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes hominis saluos  
feri, & ad agnitionem veritatis venire. Porrò hæc vo-  
luntas est antecedens, & beneplaciti, cum ex solo  
beneplacito Diuino ortum habeat, & versetur cir-  
ca salutem hominum, in quâ Deus sibi maximè  
complacet: ac hæc non adimpletur in omnibus.

Qui cum August. lib. de corrept. cap. 14. respon-  
dent, Paulum intelligendum esse, vel in sensu ac-  
commodo, vt nulli salui fiant, nisi quos Deus sal-  
uare vult: vel per incompletam distribucionem, vt  
de quolibet statu & conditione velit aliquos, non  
omnes saluos fieri; Non satisfaciunt; quia propo-  
sicio Pauli est vniuersalis; nec talem exceptionem  
patitur: alioqui dicere etiam potuisset, Deus vult  
omnes homines damnari, cum etiam voluntate  
consequente, de quolibet statu & conditione velit  
aliquos damnari. Ratio nostræ sent. potest Deus  
velle finem tantùm conditionatè, & dependen-  
ter à liberâ cooperatione creaturæ; vt vult omni-  
bus

bus gloriam: sed talis voluntas est beneplaciti, nec semper adimpletur: quia verè Deus complacet sibi de salute hominum, cum omnibus media conferat necessaria, & ad eam consequendam sufficientia: qui autem vult media, quantum est de se, vult etiam finem, ad quem media diriguntur. Unde talis voluntas dici potest efficax sub conditione, quia quantum est de se Deus tribuit omnia ad effectum consequendum necessaria. Ad fundam. Scoti dist. maior: voluntas beneplaciti est vltima determinatio Diuinæ voluntatis simpliciter, nego: est vltima determinatio ex parte Dei tantum, concedo. Etenim Deus per huiusmodi voluntatem offert omnia, quæ ex parte ipsius ad effectus consecutionem prærequiruntur. Cæterum quod effectus non sequatur, non est ex defectu alicuius prærequisiti ex parte Dei, sed ex defectu libertatis creatæ, cooperari nolentis. Quæ autem hoc modo à Deo determinantur, non implicat, aliter fieri, quam sint determinata; quia hoc non prouenit ex impotentia, vel mutabilitate Diuinæ voluntatis, sed ex ipsius libertate nolentis vltimum effectum determinare, nisi dependenter à liberâ cooperatione creaturæ. Unde in ipsa determinatione Dei includitur hæc defectibilitas effectus, dependentis à liberâ cooperatione creaturæ, cum illum non decernat efficaciter & absolute, sed conditionatè, & dependenter à nobis. Notat *cit. loco S. Tho. in corp.* quod licet voluntas Diuina non adimpleatur in ordine ad vnum effectum, adimpletur tamen in ordine ad alium: & in hoc sensu, nulla est voluntas in Deo, quæ non adimpleatur: nam, vt *ibid.* quod à Diuinâ voluntate recedit secundum vnum ordinem, in eandem relabitur secundum alium, ab ipsa constitutum: vt dum peccator recedit à voluntate Dei antecedente, salutem omnibus gratis intendens, relabitur in eandem voluntatem consequentem, peccata iuste punientem.

SECTIO VI.

*An Deus antecedenter ad nostram libertatem prædefinire possit aliquos nostros actus in indiuiduo absque læsione nostræ libertatis.*

**P**Rædefinire, est aliquid velle, vt absolute fiat. Unde prædefinitio in Deo importat liberum decretum, quo ab æterno efficaciter statuit, vt aliquid extra ipsum fieret. Dicitur *antecedenter ad humanam libertatem*; hoc est, antequam tales actus essent præiisi, vt futuri dependenter à libera voluntate creatæ; an potuerint à Deo in signo rationis priore absolute prædefiniri, vt essent futuri. Dicitur *in indiuiduo*; nam in specie & in causa, ordinando causas, cum omnibus ad eos actus producidos in actu & prærequisitis, nulla est difficultas: quia tunc Diuina prædefinitio non caderet immediate in actus antecedenter ad libertatem creatam, sed in causas, prædefiniendo illas cum intrinsecâ indifferentiâ & libertate ad vtrumlibet. Ratio dub. decretum Dei est infalibile; nec potest, quod semel absolute decreuit, frustrari; igitur si antecedit vt efficax causa nostrorum actuum, nulla relinquitur in nobis potentia libera ad eos eliciendos. Nam libertas consistit, vt positus omnibus ad agendum requisitis, adhuc possit oppositum facere. Sed, posito efficaci decreto Dei, nequit voluntas creatæ oppositum eius, quod prædefinitum est, facere: quia quod semel prædefinitum est per ab-

solutum decretum Dei, non potest non euenire; alioqui frustrari posset efficax decretum Dei: posset autem oppositum eius, quod prædefinitum est, non euenire, si adhuc posito decreto Dei, mitteret in nobis potestas ad oppositum.

Prima sent. negat, posse Deum absque præiudicio humanæ libertatis nostros actus absolute, & efficaci decreto prædefinire, ob assignatam causam: sc. posito decreto Dei prædefinitio de actu contritionis, ex. gr. vel possum illum non elicere; & ponatur in re, siquidem ex *Arist. 1. prio. c. 13.* possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile: nam si aliquid impossibile sequeretur, signum esset, quod illud non esset possibile. Ponamus igitur, me talem actum contritionis à Deo prædefinitum, non elicere; sequitur, frustrari decretum Dei: hoc autem cum sit impossibile; & illud ex quo sequitur. Vel non possum: sic perit circa talem actum mea libertas; cum hæc alia non sit, quam proxima potestas ad vtrumlibet, quæ cum impossibilitate ad oppositam partem stare non potest.

Confir. quando necessitas eliciendi actum oritur ex suppositione præcedente meam libertatem, ab eaque nullo modo pendente, tollit libertatem: quia tunc nec mihi liberum est, tali suppositione posita, actum non elicere; nec quicquam facere, vt talis suppositio non ponatur, cum illa supponatur poni antecedenter & independentem à meâ libertate. Talis esset necessitas eliciendi actum contritionis, posito decreto prædefinitio Dei. Nam nec eo posito, possem actum contritionis non elicere: nec mihi liberum esset, vt tale decretum non poneretur, cum illud pendeat ex sola voluntate Dei, independentem à quocunque actu libero meo. Hanc sent. sequuntur *Vasquez 1. p. disp. 89. cap. 10. & Lessius opusc. de predest. sect. 2. ratione 8.*

Secunda docet, Deum antecedenter ad nostram libertatem, efficaciter prædefinire in indiuiduo, & secundum omnes circumstantias, liberos actus nostræ voluntatis, esse necessarium, ex duplici fund. 1. desumpto ex perfectissimâ prouidentia, quam Deus habet de singulis rebus etiam in particulari, quæ non solum includit actum intellectus, quo Deus feratur ad singulas creaturas in particulari, sed etiam actum voluntatis, quo eas distinctè intendat. Cum non minus ad Dei prouidentiam spectet, vt nihil fiat, quod ab ipso non sit intentum, quam vt nihil sit futurum, quod ab ipso scitum non sit. Sed si Deus humanos actus in indiuiduo non prædefiniret, illi fierent præter ipsius intentionem; vt quidquid ex agentis voluntate, non sit. 2. Fundam. sumitur ex essentiali subordinatione agentis creati ad increatum: Nullum agens creatum potest se ipsum determinare ad agendum, nisi prius naturâ, & causalitate determinetur ab agente increato: ergo nullum agens creatum potest se ipsum ad actum determinare, nisi talis actus prius fuerit à Deo prædefinitus, quia non potest agens increatum determinare creatum hic & nunc ad hunc actum in indiuiduo, nisi præuideat, & prædefiniat hunc actum in indiuiduo, alioqui Deus cæco modo procederet, non præuidendo, & intendendo actus, ad quos agens creatum applicaret. Confir. si posset agens creatum se ipsum ad agendum applicare, sine præuia applicatione agentis increati, iam non esset agens creatum & secundum, sed primum & increatum: quia de ratione agentis 2. creati, est actu dependere in agendo ab agente 1. increato: igitur prius natura, quam agens creatum 2. ad agendum se applicet, debet necessario suppo-

135. Ad Scotum.

136. Notat S. Thomas.

138.

Sensu quasi.

139. Ratio dist.

140. Negant non pauci

141. Confir.

142.

Opinantur nec necessariam prædefinit. ex Dei prouid.

143. ex subordinat. creat.

144. Confir.



nere applicationem agentis 1. increati. Alioquin actio à 2. agente procedens non esset dependens à 1. saltem in eo priori naturæ, in quo agens 2. ad agendum se applicaret; nam illa actio prius natura procederet ab agente 2. quam à 1. Hæc est sententia quam putant esse *S. Tho.* etiam videtur *Scoti* in 1. dist. 39. q. vn. §. viso, & dist. 41. q. vn. §. sed contra, & §. primum, & in 4. dist. 1. q. 1. ad ult. & d. 49. q. 6. §. dico ergo. Thomistæ hanc Dei prædefinitionem explicant per ordinem ad qualitatem, physicè, & in actu 1. voluntatem creatam ad prædefinitum actum eliciendum prædeterminantem; *Scotus* per ordinem ad concursum actualem; quo voluntas increata præuenit creatam ad prædefinitum actum eliciendum, nihil in voluntate creatâ producendo, sed tantum determinando illam, per actualem concursum ad actum prædefinitum eliciendum. Vnde multi *Scotum* explicant de concursu actuali Dei, non præueniente, sed concomitante liberum concursum voluntatis creatæ.

Tertia sententia negat, huiusmodi prædefinitionem actuum in indiuiduo esse necessariam, vel ad perfectam Dei providentiam, vel ad essentialem subordinationem causæ 2. ad primam; illam tamen ait non repugnare cum libertate creatâ videtur communior inter Theologos Societ. N. Dico 1. Nulla cogit necessitas ponendi in Deo huiusmodi prædefinitiones. Fundam. Diuina providentia, quæ teste *S. Tho.* 1. p. q. 22. a. 1. est ratio ordinandorum in finem, in mente Diuinâ præexistens, & differt à gubernatione, quæ est ipsa temporalis executio æternæ dispositionis, in rebus creatis existens; duo requirit, vt ex eodem colligitur, vnum ex parte intellectus, vt nihil fiat, quod à Deo præuisum non sit, & ad finem aliquem ordinatum: alterum ex parte voluntatis, vt nihil fiat, quod non sit ab ipso aliquo modo volitum, aut permissum; ac præuisio & ordinatio alicuius in finem, saluari potest absque prædefinitione talis rei, vt constat in peccato, quod Deus perfectè præuidet, & ordinat ad manifestationem suæ iustitiæ, & specialis dilectionis erga electos, cum illud non prædefiniat, sed tantum permittat. Nam prædefinitio est actus voluntatis absolutus, & independens à voluntate creatâ: permissio verò est actus voluntatis conditionatus, & dependens ab ipsa, Deus autem non absolute, sed dependenter à voluntate peccatoris, si ipse cooperari voluerit, ad actum peccati concurrat. Vnde illud non prædefinit, sed tantum permittit, cum tamen illud perfectè præuideat, & ordinat ad finem ab ipso intentum. Deinde vt aliquid sit à Deo volitum, non est necesse, vt sit volitum immediate, & in se per actum absolutum, quo pacto dicuntur volita, quæ sunt ab ipso prædefinita, sed sufficit, si sit volitum in alio, nempe in causa, & per actum conditionatum, si voluntas creatâ cooperari voluerit. Nam, ex *S. Tho. ibidem a. 4. ad 1. & 2.* perfectio Diuinæ providentiæ, in eo consistit, vt nihil eueniat præter ordinem à Deo intentum, & præfixum, vt nimirum necessaria necessariò, contingentià contingenter, euitabilia euitabiliter eueniant. Sed etiã Deus non prædefiniat absolute, & immediate actus humanos, sed tantum conditionatè & in causa, perfectam de illis habere poterit providentiam, tum omnes & singulos distinctè præuidendo: tum in causa & dependenter à voluntate creatâ eos volendo, aut permittendo, ad suosque fines ordinando. Essentialis verò subordinatione agentis 2. ad primum non consistit, vt omnes eius actus independenter à 2. agente, prædefiniantur; neque vt ad operandum applicetur per aliquid in ipso re-

ceptum, quod ipsius productivam virtutem compleat, & determet, cum ex se sit in suo genere completa, & ab intrinseco potens ad vnum ibet, si libera sit; aut certè ad vnum determinata si sit necessaria; sed in eo formaliter consistit ipsius essentialis subordinatione ad primum agens, vt ad nullum actum possit se ipsa determinare, absque concursu actuali primi agentis; hoc autem saluari potest, absque prædefinitione actus, & præuia determinatione virtutis actiue ad talem actum, per solū concursum actualem comitantem absque vllò concursu naturæ aut causalitate prævio ad talem actum. Ex his patet ad vtrumque fundam. secundæ sententia, etenim ad perfectionem Diuinæ providentiæ fat est, si omnia mediatè in suis causis, & sub conditione, si causæ liberæ cooperari voluerint, sint volita.

Dico 2. licet prædefinitio actuum necessaria non sit, cum libertate tamen creatâ non pugnat, Quoniam dupliciter possunt nostri liberi actus à Deo prædefini, 1. modo ante vllam præuisionem ipsorum, tam absolute, quàm sub conditione futurorum, quo pacto illi prædefini dicuntur in sententia Thomist. & omnium, qui negant in Deo scientiam conditionalium ante vllum decretum Diuinum. Atqui hoc modo fatetur, absolutâ & efficacem prædefinitionem Dei stare non posse cum libertate creatâ: quia cum prædefinitio Diuina sit infallibilis, & causa nostri actus, si antecedit omnem præuisionem actus, non potest id causa proxima relinquere potentiam ad vtrumlibet, alioquin posset per eam potentiam decretum Diuinum frustrari ac falli. 2. modo prædefini possunt actus ante scientiam ipsorum absolute futurorum, non tamen ante scientiam eorundem sub conditione futurorum, quo pacto Diuina prædefinitio non pugnat cum libertate creatâ; sc. per scientiam conditionaliam præuidetur actus sub conditione liberè futurus à voluntate creatâ, cum hoc vel nullo auxilio, sub conditione illi oblato, ante vllam prædefinitionem actus, vt supra dicitur absque vlla læsione libertatis creatæ potuit Deus eundem actum præuisum sub conditione libere futurum, absolute & efficaci voluntate prædefinire. Nam, posita tali scientia, Deus non necessatur ad offerenda voluntati creatæ alia media & auxilia ad executionem talis actus, quam quibus præuidit illum liberè futurum sub conditione. Igitur si non alia in executione adhibeantur, non lædetur intrinseca libertas creaturæ. Nec obstat. 1. quod posita prædefinitione Dei, infallibile sit, actum prædefinitum esse futurum. Quia talis infallibilitas non est omninò independens à voluntate creatâ, qualis est infallibilitas, quam Thomistæ ponunt: quia non fundatur in sola voluntate Diuina, & medio omninò antecedente voluntatem creatam; sed fundatur aliquo modo in voluntate creatâ, & medio, quoad executionem, & applicationem dependente ab ipsa libertate creatâ. Nec obstat. 2. quod non seruetur idem ordo in prædefinitione Dei, qui in scientia conditionali: eo quod in scientia conditionali præuidetur actus liberè futurus ante vllam prædefinitionem Diuinæ voluntatis; quæ prædefinitio si supponeretur ante actum sub conditione præuisum absolute futurum, non posset talis actus prævideri, vt liberè futurus. Ratio: prædefinitio, quæ supponitur ad actum absolute futurum, non est infallibilis ex sola voluntate Dei, & medio omninò antecedente voluntatem creatam, sed aliquo modo dependenter ab ipsa voluntate creatâ, & medio, quoad applicationis executionem dependente ab eadem. Contrà verò, si ante actum præuisum sub conditione futurum, supponeretur efficac-

145.  
Thomist.  
secenz. &  
Scotist. lis.

146.  
Non est ne-  
cessaria  
prædefini.

147.  
Ex neutro  
capite;

non prou-  
identia:

nihil fiet non  
præuisum.

148.  
non non vo-  
litum.

149.  
Nec est ne-  
cessaria sub-  
ordinatione.

140.  
Prædefini  
non detent  
libertatem.

admissa  
scientia  
mediâ.

151.  
Infallibili-  
tas à creatâ  
pendet.

Ratio

prædefinitio Dei, non posset talis prædefinitio esse infallibilis dependenter à voluntate creatâ, vel à medio quoad applicationem dependente ab ipsâ, sed à solâ voluntate increatâ, & à medijs omnino antecedente liberum consentium creaturæ, cum ante talem scientiam nulla habeatur infallibilis certitudo, de liberâ applicatione voluntatis creatæ ad talentum actum, per medium relinquens in creaturâ potentiam ad oppositum. Unde, ut talis prædefinitio sit infallibilis, recurrendum est ad medium prædeterminans voluntatem ad unum, & tollens potentiam ad oppositum.

133. *Prædefinitio non mutat operandi modum intrinsecum.*  
 Confir. quamdiu à causa proximâ non tollitur intrinseca indifferentia ad utrumlibet, non tollitur ab eâ libertas: sed postâ prædefinitione in Deo, & in creaturâ ijs medijs, & auxilijs, quibus prævisâ est liberè sub conditione consensura, non tollitur ab eâ intrinseca indifferentia ad utrumlibet; nam quamdiu non immutatur intrinsecus modus agendi voluntatis creatæ; ab eâ non tollitur intrinseca indifferentia ad utrumlibet: sed nec prædefinitio divina immutat intrinsecum modum agendi creaturæ, cum sit illi extrinseca; nec media, ipsa, quibus eadem voluntas prævisâ est sub conditione liberè consensura, quia, ut suppono, ex vi talium mediorum eadem voluntas prævideri potuit oppositum operatura; ac proinde ex vi talium mediorum non tollitur intrinseca potentia ad utrumlibet. Unde si hæc media Deus daret, absque prædefinitione actus, ad quem media inclinant, optimè cum talibus medijs maneret libertas in creaturâ; ergo nec si eadem media conferat, prævisâ prædefinitione actus, tollitur libertas à creatura; cum illa non fiant physicè efficaciora ad opetandum ex prædefinitione, quam erant sine prædefinitione: eò quòd, ut sint intrinsecè operatura, non habent proximè & formaliter, ex prædefinitione divinâ, alioqui etiam media actu non operatura à Deo prædefinita, haberent efficaciam operandi, quod implicat, sed partim habent ex se, partim ex libertate creatâ, ut à causa.

134. *Ad rationem dub. resp.*  
 Ad rationem dub. resp. tunc decretum Dei tollere libertatem à creaturâ, quando antecedit omnem liberum consensum ipsius, tam absolutum, quam conditionatum; sicut quando non antecedit saltem conditionatum consensum. Unde ad prob. posito decreto Dei, non possumus oppositum eius, quod prædefinitum est, potestate consequente, concedo; potestate antecedente, nego. *Ad 1. sent.*  
 Ex his patet ad fundam. primæ sent. nam posito decreto Dei, adhuc possumus oppositum potestate antecedente, etsi non consequente; quæ, quia involvit liberam cooperationem nostram, libertatem non adimit; quia hæc non adimitur, per ipsam liberam determinationem nostram, sed per extrinsecam duntaxat, independentem à liberâ cooperatione nostrâ. Cæterum positâ prædefinitione Dei, implicat oppositum fieri, non ex eâ parte, quâ cum ipsa prædefinitione Dei manet in nobis antecedens potestas ad oppositum, sed quâ parte à nobis tollitur potestas consequens. Quia verò hæc non tollitur independentem à nobis, intrinsecam libertatem non lædit, sed supponit. Vt autem possit possibile in actu poni absque vho impossibili, debet illud ex omni parte esse possibile: nam si ex vna parte sit possibile, ex alia impossibile: implicat illud simpliciter in actu poni, absque eo quod consequatur aliquod impossibile; nam ex eo capite, quo involvit impossibile, nequit in actu poni absque impossibili. *Ad conf.*  
 Ad confir. neg. simpliciter minor

nam posita prædefinitione Dei, adhuc est in nostrâ potestate antecedente oppositum facere.

Dices. stante voluntate prædefinitivâ actus contritionis, non potest Deus exhibere concursum indifferentem ad utrumlibet: ergo voluntas prædefinitiva tollit libertatem etiam antecedentem, quia sine concursu indifferenti voluntas creatâ non esse antecedenter libera seu potens ad utrumlibet: Antequam prob. non potest Deus exhibere concursum ad oppositum eius, quod ex se efficaciter prædefinit: quia cum tali voluntate efficaciter prædefinitivâ pugnat voluntas exhibendi concursum ad oppositum, cum una destruat alteram. Resp. neg. antequam prob. Deus prædefinit actum contritionis ut liberè eliciendum à voluntate creatâ, & consequenter debet exhibere illi omnia, quæ eam reddunt potentem ad utrumlibet: alioquin talis voluntas destrueret seipsam, suumque obiectum: Quia vellet actum contritionis ut liberè eliciendum à creaturâ, & tamen non exhibere illi ad libertatem necessaria. Nec repugnat, Deum efficaciter velle actum, & nihilominus exhibere concursum ad oppositum; quia vult illum efficaciter ut liberum: ergo sicut ex eo, quod vult illum efficaciter quoad substantiam, non potest quoad substantiam non fieri: Ita ex eo quod vult illum quoad modum libertatis, non potest non liberè fieri: cum non minus divina voluntas sit efficax quoad modum, quam quoad substantiam actus.

SECTIO VI.

An in Deo sit amor specialis erga seipsum.

137. *Amor proprius specialis.*  
 Duplex amor; proprius, prout opponitur metaphorico, & specialis, prout constituit certam speciem à reliquis diversam: Controversia non est de proprio; quia cum amare ex Arist. 2. Rhet. c. 4. sit bonum velle alicui, cumque Deus suum sibi bonum velit, proprie seipsum amat: igitur est de amore speciali, prout distinguitur à simplici benevolentia, desiderio, & gaudio.

138. *Ratio dub.*  
 Ratio dub. pro negante parte est: amor specialis, ut à gaudio distinctus fertur in bonum abstractum à possessione; gaudium verò in bonum actu ab amante possessum: at nullum bonum divinum abstractum, vel abstrahere potest à possessione, cum omne bonum divinum sit essentialiter existens & præsens Deo amanti proinde actu à Deo possessum, & ubi nequit esse proprium obiectum, nec actus esse potest, à suo obiecto specificatus: igitur in Deo, ubi est solum obiectum gaudij, non amoris specialiter sumpti, erit tantum gaudium, non specialis amor. Confir. 1. Non est in Deo erga sua increata bona desiderium; quia non est desiderij obiectum, quod est bonum aliens ac positivè abstrahens à possessione: ergo nec specialis amor, qui essentialiter requirit obiectum indifferens ad esse possessum, & non esse possessum.

2. In Deo respectu sui non est scientia simplicis intelligentiæ; ergo nec amor specialis: scilicet in cognoscendo seipsum non potest abstrahere ab existentia exercitâ, cum hæc sit Deo essentialis: ergo nec in amando seipsum poterit ab eadem existentia abstrahere: Et ubi non est proprium regularium amoris specialis in Deo, scilicet scientia simplicis intelligentiæ respectu sui; nec amor specialis ab eâ regulabilis esse poterit: ergo tantum respectu sui erit gaudium, cuius proprium regulatum est scientia rationis.

161. *Allata rationes non sunt roboris.* Propter hæc *Herice tract. 2. de obiecto increato volun.* Deitota disp. 13. primus inter omnes, quos legerim, (vno excepto *Aureo. apud Careo. in 1. dist. 45. con. Concl. 9.* qui neque in creaturis distinguit amorem specialem à desiderio & gaudio, sed ait esse quid utrique commune,) in Deo negat specialem amorem erga seipsum, tantumque illi concedit proprium. At non expedit, in re, in qua prævalere debet modus loquendi sapientum, à communi deflectere. Pro quâ ostendo antiquos schol. præsertim *S. Tho. stare.* Hic enim *tum 1. p. q. 20.*

162. *S. Tho. pro nobis. quid eadē aduers.* a. 1. in c. & ad 2. tum i. *con. gen. c. 90. & 91.* distinctè ac lingillatim concedit Deo erga se amorem & gaudium: si autem in Deo non agnouisset amorem ratione distinctum à gaudio, non numerasset illum ut ratione distinctum à gaudio. Cum .n. per aduers. amor Dei erga se sit gaudium ipsum, essentialiter excludens specialis amoris formalitatem; idem fuisset, in Deo ponere amorem & gaudium, ac bis ponere gaudium, quod est vitiosum; cum nunquam debeat vnum membrum in alio formaliter includi: nec est bona hæc membrorum assignatio; in *Petro est animal & homo:* eo quod animal, non est membrum distinctum ab homine, sed essentialiter inclusum in homine: at non minus per aduers. amor in Deo includitur in gaudio. 2. idem *S. Doctor. cit. cap. 91. cont. gens. docet,* ex affectionibus nostris nullam esse, quæ in Deo propriè esse possit, quàm amorem & gaudium: sed gaudium non solum propriè, sed specialiter in Deo est; ergo & amor, cum eandem proprietatem agnoscat in amore ac in gaudio Dei erga se: igitur si in gaudio non solum agnoscat genericam proprietatem, sed etiam specificam, eandem in amore agnoscat necesse est. *Confr. Ex amore & gaudio, qui in nobis sunt, colligit eos cuncti omni proprietate esse in Deo: at huiusmodi affectus cum utraque proprietate generica & specifica sunt in nobis; ergo & in Deo. 3. Nunquam S. Doctor, aut vllus antiquus schol. in Deo respectu sui posuit scientiam simplicis intelligentiæ, sed tantum visionis: cum non minus scientia simplicis intelligentiæ ex proprio conceptu communi scientiæ, includatur in scientia visionis, quàm amor ex proprio conceptu communi amoris includatur in gaudio: ergo si S. Tho. & reliqui Schol. non agnouissent in amore Dei erga seipsum aliquam formalitatem ratione diuersam à gaudio, non posuissent illum ut ratione distinctum à gaudio: sicut quia in scientia sui non agnouerunt aliquam formalitatem scientiæ simplicis intelligentiæ ratione diuersam à scientia visionis, non posuerunt illam, ut membrum distinctum à scientia visionis. 4. Nullus ex Schol. aut Patribus, quos legerim, dixit Spiritum S. esse gaudium, vel procedere ut gaudium, vel ex gaudio, sed esse amorem; & procedere ut amorem, & ex amore reci proco Patris & Filij. Leg. *Aug. st. de cognit. vera vita c. 7. & 8. Gregor. homil. 30. in Euang. in. Ansel. in Monolog. c. 50. Richar. de Trini l. 6. c. 14. Capreo. in 1. dist. 10. q. vn. 4. 2. vbi ait, ex dictis omnium constare Spiritum S. esse propriè amorem. Porro si Patres & Scholastici specialem amorem sui erga se à gaudio distinctum in Deo non agnouissent, potius dixissent, Spiritum S. esse gaudium, procedere ut gaudium, & ex gaudio, quàm amorem & ex amore: quia cum Spiritus S. non procedat ut amor, vel ex amore Patris & Filij secundum genericam, sed specificam & individualem rationem, quàm ut amor diuinus includit in se, si hic secundum hanc rationem non est amor, sed gaudium, potius deberet Spiritus S. dici gaudium,**

163. *Quid ex pressius?*

*Confr.*

164.

165. *Ex Patrib. & Schol.*

& ex gaudio, quàm amor, & ex amore procedere: quia ex amore non nisi secundum rationem genericam, in gaudio inclusam, per aduers. procedit. Vnde iuxta hanc sent. Spiritus S. vi suæ processionis non accipit quiddam amor diuinus specificè includit, cum vi suæ processionis non accipiat specificam differentiam amoris diuini, quæ est gaudium. Sicut non dicitur Verbum ex scientia genericâ Patris progigni, sed specificâ & indiuiduâ, secundum omnem perfectionem, quam scientia Patris includit: omnis quippe perfectio vi processionis in diuinis communicatur termino, quæ in principio est ratio actiue communicationis: at non minus in principio spirante ratio actiue communicationis est amor secundum omnem perfectionem, quàm in Deo dicit origine priorem, quàm in principio gignente est scientia secundum omnem perfectionem, quam scientiam Deo origine priorem includit. Dixi, *origine priorem*, ut excluderem liberum amorem creaturarum, & scientiam futurorum, quæ non sunt origine priores personis productis, proinde nec rationes formales communicationis, ex quibus personæ ipsæ procedunt, ut *infra.*

166. *Dices meritò Patres Spiritum S. non appellare gaudium &c.* Dices, non esse eandem rationem de amore notionali, ex quo Spiritu S. à Patre & Filio procedit, & de amore essentiali, quo Deus totaque Trinitas se amat: nam ille, cum sit productiuus Spiritus S. distinguitur realiter à Spiritu S. proinde in eo saluari potest differentia amoris specialis, quæ est vitalis tendentia in bonum secundum se abstrahens à possessione & non possessione: quia cum amor spirans, qui est in Patre & Filio, realiter distinguatur ab amore spirato, in eum tendit, ut in terminum abstrahentem ab actuali possessione, cum in priori originis; in quo est amor spirans, nondum sit amor spiratus, adeoque in eo priori amor spirans tendit in Spiritum S. ut in bonum nondum possessum, sed possidendum in posteriori originis. Amor vero essentialis sicut non est productiuus, ita nec distinctus ab obiecto, quod amat; & consequenter non potest in illud tendere, ut in bonum abstrahens à possessione & non possessione.

167. *Resp. 1.* hoc argu. ad summum probat de amore notionali prius origine existente in Patre & Filio respectu Spiritus S. non de amore ipso, qui communicatur Spiritu S. quia cum amor Spiritui S. communicatus nullius sit personæ productiuus, nequit in obiectum tendere ut abstrahens à possessione & non possessione, sed semper in illud tendit, ut in bonum essentialiter possessum; quia cum ipsa sit vltima persona, in quâ sistit diuina secunditas, supponit seipsam & reliquas personas iam actu possessas, proinde nequit in eas tendere, ut abstrahentes ab actuali possessione vel non possessione: ergo saltem Spiritus S. veriùs dici deberet gaudium, quàm amor, cum ipse nullum respiciat obiectum origine abstrahens à possessione, vel non possessione, quia licet respiciat Patrem & Filium, ut originantes se, haud tamen respicit illos, ut originatos, vel originandos à se, & consequenter non potest respicere illos, ut abstrahentes à possessione & non possessione, sed ut actu & essentialiter possessos, quia supponit illos actu præexistentes, sicut terminus suum principium productiuum.

168. *Resp. 2.* Prius origines non sufficit ad distinguendum obiectum amoris specialis à gaudio in diuinis, quia

*Alioqui Spiritus S. uel rursus dicitur de bere gaudium & ex gaudio procedere.*

*Dices meritò Patres Spiritum S. non appellare gaudium &c.*

*Resp. 1.*

168.

*Resp. 2.*

quia in ea non datur indifferentia ad possessionem & non possessionem respectu personæ originandæ; ergo nec obiectum amoris specialis à gaudio distincti. Antec. prob. prioritas originis non tollit, quin persona procedens actu essentialiter existat pro omni duratione cum personâ producente: nam esse origine prius nihil est aliud, quam suum esse productivum termini non habere ab ipso termino: sicut origine posterius, est, suum esse habere à principio producente. Hoc autem non tollit, quin eandem necessitatem essendi, & actu existendi pro eadem duratione habeant terminus procedens, & principium producens. Tum quia amor notionalis in ratione amoris, non est diversus ab essentiali, sicut nec intelligere notionale ab essentiali, nisi solâ relatione producentis & producti, quæ non sũnt differentie amoris contractivæ, sed diversæ rationis, ut disp. 18. nu. 62. alioquin aliquis amor esset in Patre & Filio, qui non esse in spiritu S. quod falsum est: quia cum omnis amor essentialiter respiciat aliquod obiectum, aliquod obiectum diligeretur à Patre & Filio, quod non diligeretur à Spiritu S. Solum igitur amor notionalis ab essentiali determinatur quod supra essentialem, obiectum respicientem, addat in principio spirante relationem producentis, & in termino spirato relationem producti, quæ non sunt formales differentie amoris, sed principij producentis & termini producti.

Hic cõmunis sensus p. e. & Schol.

169. Prob. 2. ab absurdis quæ admittuntur aduers.

Prob. 2. sequeretur, 1. beatos non amare Deum speciali amore à gaudio distincto; cum non minus amor beatorum nequeat abstrahere à possessione & non possessione Dei clarè visi. 2. non posse vnum beatum speciali amore amicitie amare alium beatum; imò nec unum viatorem alium viatorem, cum amor amicitie redemptione compleatur, si hoc sic certò nota amanti; quia non poterit in illum ferri ut abstrahentem à possessione & non possessione, cum illum iam actu redemptionis possideat. 3. non posse quencquam amare se ipsum quoad ea bona, quæ actu possidet, speciali amore à gaudio distincto.

170. Discrimen gaudij & amoris Dei assignatur perparam.

Discrimen inter gaudium, & amorem specialem Dei erga seipsum, alij assignant ex eo, quod etsi amor, quo Deus seipsum amat, tendat in bonum actu præsens, actuque possessum, id tamen non petit ex natura sua, ut gaudium. Sed contra: licet amor, ut abstrahit à creato, & increato, id ex natura sua non petat, tamen contractus ad diuinum id ex natura sua poscit, se ferri in obiectum iuxta exigentiam obiecti: sed bonum diuinum est essentialiter existens actuque præsens; ergo ut diuinus essentialiter postulat terminari ad illud ut existens & actu præsens. Confirm. Amor diuinus in obiectum fertur iuxta amabilitatem ipsius: ergo si bonum diuinum est amabile non ut præseindens, sed ut actu præsens & possessum, ita petit in illud ferri.

171. Ab alijs aliis.

Abij ex eo, quod amor per se fertur ad prædicata quidditatiua, gaudium vero ad existentiam rei: quod si in aliquo obiecto existentia ingrediatur quidditatem rei, uti est in diuinis, tunc idem actus simul erit amor specialis, quæ terminatur ad prædicata quidditatiua; & gaudium, quæ terminatur ad existentiam, discrimen assignant inter scientiam simplicis intelligentiæ, & amorem specialem; quod illa tendat in obiectum ut positivè excludens existentiam exercitum; hic tantum positivè, non posit uè excludens illam. Sed contra: amor diuinus ex natura

Contra militat prior.

sua petit terminari ad obiectum iuxta exigentiam obiecti, perfectissimo modo, uti ad suum obiectum terminari petit eius scientia: nec enim est potior ratio de scientiâ, quam de amore Dei erga se præsertim necessario; nam hic non regulatur ex libertate, sed ex natura & exigentia obiecti, non minus quam scientia: Quare ex obiecto nullum puto, inter amorem specialem & gaudium diuinum assignari posse sufficiens discrimen.

Recurrentium igitur est ad modum diuersum, quo amor & gaudium in obiectum tendunt: quod non est contra Philosophiam, ut Herice autumat: ita amor simplicis benevolentie, & efficac, non nisi ex modo tendendi diuerso discriminatur. Illa non tendit in bonum amatum cum formali, vel virtuali affectu illud, re ipsa ponendi, uti amor efficac, sed solum per modum simplicis complacentie. Est igitur discrimen inter amorem specialem & gaudium, quod amor ex natura sua tendit in bonum, cum affectu saltem virtuali illud ponendi: gaudium vero in obiectum tendit cum affectu adhaerendi bono adepto, eoque fruendi: constat, tum de amore creato, qui si bonum, quod in amico diligit, non inuenit, statim ponit, si potest; aut si non potest, ita manet affectus, ut si poterit, illico prorumperet ad illud ponendum: tum de increato, tam erga creaturas in quibus statim bonum, quæ amat, producit; quam erga se ipsum, qui se amando, infinitum bonum communicat spiritui S. Gaudium vero non est formaliter sui communicativum, sed tantum adhaerens bono iam possesso. Unde ex suo conceptu non dicit affectum ponendi bonum, sed adhaerendi fruendique bono iam possesso: habent enim se amor & gaudium, sicut actio & passio, quæ licet coincidunt in eandem entitatem; quæ tamen actio, tendit ad communicandum esse termino, quæ passio, ad vniendum se termino, vel subiecto. Est igitur amor & gaudium coincident in eundem actum, quæ tamen amor, in Deum tendit cum affectu formali communicandi se ipsum tertie personæ, & cum virtuali ponendi bonum increatum, si per impossibile, non esset; quæ gaudium adhaeret infinite bono, eoque infinite fruatur. Dices: etiam amor est vis adhaerens, & vnitiva amanti cum amato. Resp. utrumque esse vim vnitivam, diuerso tamen modo; nam amor est vis vnitiva activa affectivè, gaudium contra vnitiva passiva affectivè.

172. Prob. 3. contra assignando verum discrimen.

Ex modo tendendi discrimenatur amor specialis à gaudio in diuinis.

Dices

Resp.

173.

Obijcies 1. Modus tendendi in his actibus non distinguitur ab ipsa tendentiâ actus: ergo dicere, amorem distingui à gaudio per diuersam tendentiam in obiectum, est dicere, eos distingui seipsis, quæ est manifesta petitio principij. Resp. neg. minor. non enim ex præcisa tendentiâ actus absolute considerati, assignatur hæc diversitas in actibus, sed prout à suis principijs egrediuntur: nam amor egreditur cum affectu saltem virtuali ponendi bonum amatum; gaudium cum affectu fruendi, adhaerendique bono possesso. Quod est à priori explicare, unde hæc tendentiæ tuam diuersitatem habere possint.

Resp. principium non petit.

Obijcies 2. Repugnat hic affectus in Deo: si per impossibile non esset, vellem dare tibi esse, tum quia otiosus, cum Deo certò constet, hanc conditionem esse impossibilem; eaque per impossibile posita, non posse tibi esse dare: tum quia impossibilis; per illum enim Deus vellet quantum in se est, bonum à se necessario possessum, & simul vellet idem bonum aliquo casu à se non possidendum.

174. Obijcies Probat 1.

Confir.

Confir. Non minus ex terminis repugnat hic affectus: Vol oponere bonum diuinum sub conditione, quod non sit diuinum; quam hic: Volo ponere in me perfectionem necessariam sub conditione, quod non essent in me; cum non minor repugnantia sit, quod bonum diuinum non sit diuinum, quam quod perfectio necessaria Dei non sit Dei, & ab ipso non possideatur. Tum quia per conditionem impossibilem destruitur bonum diuinum, cuius essentia est actu existere, locoque ipsius ponitur bonum creatum: ergo hoc ipso tollitur amor diuinus, locoque ipsius ponitur amor creatus, tendens in bonum abstractum ab existentia. Tum quia si hic affectus conceditur amanti diuino, non est cur non concedatur etiam gaudio diuino, & consequenter per hunc affectum non explicabitur discrimen inter amorem specialem & gaudium Dei. Nego antec. vt constabit ex solutione argu. Et per talem affectum optimè explicatur vis amoris, quo Deus seipsum amat: igitur non est Deo negandus, vt de facto apud Heice illum multi concedunt quos sequitur Ariaga hic. Vnde ad 1. prob. nego antec. non enim censendus est otiosus affectus hic, qui vim diuini amoris erga increata bona maximè declarat & commendat, etiam vtrâque conditione impossibili apprehensa, si eo casu possem dare mihi esse, illud mihi darem: nam neque id repugnat ratione apprehensionis, siquidem, vt supra de scientiâ conditionatâ, Deus apprehendit impossibile, vt iudicium ferat, quid ex tali impossibili sequeretur, vt si homo esset lapis non sentiret: nec ratione affectus, siquidem vt prob. 3. to. disp. 9. sect. 3. potest voluntas circa impossibile apprehensum vt possibile, actu exercere aliquem affectum. Ad 2. dico, tali affectu Deus potius vult suum bonum a se possessum, atque ita efficaciter, vt si per impossibile non existeret, & posset sibi dare, illud sibi daret. Neque enim dicimus, Deum velle, vel appetere illam conditionem impossibilem, sic enim vellet Duo contradictoria, sed illa aliunde per impossibile posita, & à se apprehensa, daret sibi esse, si posset ex vi & efficacia amoris, quo seipsum diligit. Ad Confir. concedo, primum affectum non esse in Deo, cum ponatur fieri in bonum diuinum, sub conditione quod non sit diuinum, non secus ac si quis affectu complacentiæ tenderet in bonum, sub conditione quod non esset bonum. Vt. n. voluntas possit affectu complacentiæ in obiectum impossibile ferri, debet id apprehendi, uoluntati que proponi sub ratione aliqua possibili; quia sub ratione impossibilis propositum, nullam habet rationem boni. Esto igitur sub eâ hypothese destrueretur bonum diuinum, facta tamen alia hypothese, quod aliqua saltem ratio boni diuini maneret, ex gr. omnipotentia esto nõ maneret cū reliquis perfectionibus, quas de facto includit, potest in illud ferri affectu amoris; nam licet vna perfectio diuina ab alia se ipsa præscindi non possit, consideratione tamen sub hypothese impossibili præscindi nil vetat. Argueretur in Deo imperfectio, si talis præcisio apprehenderetur vt possibilis. Vnde licet æqua repugnantia sit, quod bonum diuinum non sit diuinum, & quod perfectio necessaria Dei non sit Dei, & à Deo non possideatur; potest tamen sub hypothese impossibili aliquod bonum diuinum apprehendi præcisum à reliquis perfectionibus diuinis, & sub ea hypothese apprehensum amari: ergo de facto talis affectus Deo negandus non est, nam actualis affectus in bonum impossibile, non pender à possibilitate reali, sed apprehensa. Vt igitur Deus habeat hunc affectum: si per impossibile aliqua mea perfectio non exi-

steret & possem illam mihi dare, darem, sat est, si illam apprehendat sub duplici conditione impossibili, & sub conditione non existendi, & sub conditione virtutis productiuæ illius.

Ex his patet ad 3. prob. nam licet sub vna hypothese destrueretur bonum diuinum, sub alia tamen reponitur, saltem secundum aliquam perfectionem à reliquis consideratione præcisam; atque sub ea ferri potest amor diuinus. Ad 4. nego, hunc affectum concedi posse gaudio diuino: quia gaudium, non est natura sua communicatum, sed solum adhæsiuum seu inuitiuum boni; Et repugnat, ferri in bonum diuinum apprehensum sub hypothese impossibili separationis à reliquis perfectionibus diuinis, nam essentialiter supponit bonum coniectum, actuque ab amante possessum: ergo hoc ipso, quod apprehenderetur aliquod bonum diuinum separatum à Deo, non posset Deus in illud ferri affectu gaudij, donec apprehenderetur factum præsens, actuque conunctum Deo vi amoris, cui non repugnat ferri in bonum etiam separatum & possidendum.

Obijcies 3. Supra dixi, Deum necessariò amare obiecta iuxta eorum bonitatem & amabilitatem: at hoc falsum est de obiectis creatis, esto sit verum de obiecto increato, quod Deus necessariò amat secundum omnes perfectiones, quas continet. Tum quia obiecta creata Deus amat liberè; ergo potest ea non amare iuxta omnem modum, quo sunt amabilia: tum quia potuit Deus alias creaturas possibili, propter suam gloriam efficaciter amare, eas creando, quod cum non fecerit, siquidem est, eas non amare secundum omnem modum, quo sunt amabiles. Resp. Sensus doctrinæ est, Deum omnia, quæ amat, necessariò amare iuxta eorum bonitatem & amabilitatem; possibilis quidem necessariò absolutè, iuxta eorum possibilem bonitatem, quam necessariò participant à diuina essentia, vt à primo exemplari omnis creaturæ bonitatis, existentia verò liberè quidem antecedenter & absolutè, quia potuit ea non creare; necessariò tamen consequenter, & ex suppositione quod ea conseruat. Quia Deus non potest non necessariò amare suam essentiam, quatenus est varijs modis à creaturis participabilis; ergo nec creaturas secundum varias perfectiones à diuina essentia participatiuas: cum eadem necessitate, vt supra, Deus amet ea, sine quibus sua essentia non conseruaret, ac suam essentiam.

Itè Deus amat efficaciter creaturas existentes, producendo in eis bonum: ergo ex suppositione quod in eis bonum producit, productumque conseruat, di. eas necessariò amat iuxta mensuram boni, quod in eis producit & conseruat. Nam si Deus amat producendo bonum in eo, quem amat; repugnat bonum producere, productumque seruare, & cum, in quo bonum producit & conseruat, non amare iuxta mensuram boni in eo producti & conseruati. Si enim posset Deus suspendere amorem à bono, quod conseruat, manente bono conseruato, non maneret in Deo amor circa tale bonum, vt supponitur; & maneret, quia amor liber Dei erga creaturas, est ipse amor necessarius, connotato bono creato liberè à se dependente. Antec. prob. amare efficaciter aliquem, est velle illi efficaciter bonum, quod vel in eo supponit, vel si non est, producit, si potest: ergo cum Deus producit bonum in creaturis, ex suppositione productionis necessariò illud amat, iuxta mensuram amabilitatis ipsius; nam ea mensura illud amat, qua producit & conseruat, cum productio & conseruatio boni

175.

Resp.

ad 1. prob.

176.

Ad secundam.

177.

Ad confir.

Valde notandum.

Talis præcisio non arguit imperfectiorem in Deo

178.  
Ad tertiam  
prob.

Ab quartam

179.  
Obiecto ex  
mala intel-  
lig. doctrinam

180.

Ratio primi.

181.  
Ratio secundam

boni in Deo recurrat cum ipsius libero amore.

182. *Doctrina & ratio est S. Th. q. 100. legere de his sent. Ad ver.*  
 Ita S. Tho. 1. p. q. 20. a. 2. Dicendum quod Deus omnia ex se sentia amat: nam omnia existentia, in quantum sunt, bona sunt: ipsum enim esse cuius libet rei, quoddam bonum est, & similiter quaedam perfectio ipsius: ostensum est autem supra, quod voluntas Dei est causa omnium rerum; & sic oportet, quod in tantum habeat aliquid esse, aut quodcumque bonum, in quantum est volitum à Deo. Cuilibet igitur existenti (concludit) Deus vult aliquid bonum. (subsumit) unde cum amare nil aliud sit, quam velle bonum alicui, manifestum est, quod Deus omnia, que sunt, amat. Ex quibus a. 3. & 4. Colligit, Deum non omnia ex parte obiecti amare aequaliter, sed inæqualiter iuxta inæqualitatem boni quod in unoquoque producit: quia cum n, inquit, amare nil aliud sit, quam velle bonum alicui & amor Dei sit causa bonitatis rerum, hoc ipso quod in unâ producit maius bonum, quam in alia unam rem magis amat, quam aliam, quod est eas amare iuxta mensuram bonitatis, quam in eis producit & conseruat. Unde utraque probatio procedit tantum de amore D. i. efficaci erga creaturas antecedenter & absolute considerato at sicut ex suppositione, quod in eis bonum producit non potest bonum productum non amare iuxta mensuram bonitatis ipsius; ita eis non cessatò amat iuxta mensuram bonitatis in eis productæ, iuxta illud Sapien. 11. Diligis omnia que sunt, & nihil odisti, eorum que fecisti: repugnat quippe Deum odisse, quæ ipse facit & conseruat, vt ibid. nec enim odiens aliquid constituit, aut fecisti; eò quod amans producit & produciendo conseruandoque amat.

183. *Ad rationem dub. n. 158.*  
 Ratio dub. tantum probat, amorem specialem in Deo non discriminari à gaudio ratione obiecti, quod concedo; sed ratione modi tendendi supra explicati. Ad i. confit. id eò non est in Deo desiderium, quia hoc & ex obiecto, & ex modo tendendi requirit absentiam boni desiderati; est enim vitalis tendentia ad acquirendum bonum concupitum, cuius actualem carentiam supponit in desiderante: amor autem etiam specialis actualem carentiam boni amari essentialiter non postulat, sed affectum formalem aut virtualem ponendi bonum, in quod fertur. Dices: si ad amorem specialem sufficit affectus virtualis ponendi bonum amatum: ergo etiam ad desiderium sufficit affectus virtualis acquirendi bonum concupitum: ergo poterit in Deo esse desiderium. nam in Deo est virtualis affectus ponendi bonum diuinum, sub conditione, quod hoc esset à Deo separatum: ergo etiam poterit esse affectus acquirendi bonum diuinum, sub conditione, quod hoc non esset à Deo possessum; quin ipsa virtualis affectus ponendi bonum diuinum ex hypothese, quod esset à Deo separatum, est ipsissimum desiderium. Resp. etto in Deo possit esse virtualis affectus desiderij, nego hoc fat esse ad desiderium formale; nam hoc requirit actualem carentiam boni desiderati, quam essentialiter connotat: amor autem specialis non id eò formaliter est in Deo, quod sub conditione poneret bonum diuinum, si non esset, cum hic potius sit effectus & proprietates amoris, per quem tantum à posteriori explicatur vis ipsa diuini amoris; sed quia ipsamet formalis, actualisque tendentia amoris, est per se communicatiua, quæ non repugnat cum bono actu possesso, nam etiam si actu non communicet bonum, quod efficaciter amat, adhuc dicitur communicatiua: sicut iuxta probabilem sententiam dicitur per se productiua termini, etiam si actu esse termino non communicet, vt si ponatur in termino, quod suum esse adæqua-

tè habeat vi alterius actionis. At nulla datur in Deo actualis formalisque tendentia desiderij: nam hæc, cum sit per se inquisitiua boni desiderati, repugnat cum bono actu possesso. Ad 2. neg. consequentia quia potest inter amorem specialem & gaudium sufficiens assignari discrimen ex modo tendendi: non potest autem inter scientiam simplicis intelligentiæ & visionis sufficiens assignari discrimen, nisi per absentiam actionem ab existentia exercita obiecti, & presentiam euidem. cum utraque scientia in suum obiectum tendat purè contemplatiuè, illud præsupponendo, non efficiendo, nè quidem affectiue; amor verò efficax & absolutus in bonum tendat, affectiue saltem se communicando.

Cat. rum specialis amoris regulatiuum in Deo est scientia visionis sui ipsius, quæ diuinæ voluntati increatum bonum proponit, vt dignum, quod ametur eo affectu, qui supra.

## DISPUTATIO XV.

### De Diuina Prædestinatione.

ARCANAM rem aggredimur, è qua summa notæ felicitatis pendet. vti nam quod res est grauior, eò futura sit hæc disp. vtilior ad vitæ mores componendos, ex quorum probitate pendet optatissimus exitus nostræ prædestinationis, cuius tam felicissimam in terra nos participare credimus.

### SECTIO I.

#### Quid sit Prædestinatio?

PRÆDESTINATIO, ex S. Tho. 1. p. qu. 2. ar. 1. est, transmissio creature rationalis in finem vitæ æternæ: quæ duplex est, Realis siue exercita, & Intentionalis seu mente concepta: posterioreni propriè importat particula. Præ, seu antecessionem æternitatis ad terminum prædestinatum, qui in tempore executionis mandatur. Tria igitur ad obiectum prædestinationis concurrunt, scilicet, qui est vita æterna; subiectum, quod est creatura rationalis; & media: quibus rationalis creatura adiuta ad destinatum peruenit finem: ita ad Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit illos & glorificauit. Controuersia est, an prædestinatio formaliter importet actum intellectus, an voluntatis, an utrumque simul?

Prima sententia est Thomist. affirmantium, Prædestinationem formaliter importare actum intellectus: quia est pars prouidentie; quæ non in voluntate, sed in intellectu formaliter consistit. Confir. Prædestinatio importat rationem ordinis aliorum in salutem æternam, in diuina mente existentem: at ratio ordinis ad intellectum, non ad voluntatem spectat: ergo. Durandus in 1. dist. 41. Thomist. qu. 1. consistere putat in actu intellectus practici, qui antecedit propositum diuinum conferendi media ad beatitudinem consequendam, & subsequitur voluntatem dandi gloriam: Plerique in Imperio subsequente decretum diuinæ voluntatis, & immediatè determinante potentiam executiuam ad opus externum exequendum: Alij in actu scientiæ, subsequente totam seriem decretorum circa prædestinatos, peculiari decreto approbatam, Nonnulli in sententia definitiua, quam Deus per practicum iudicium protulit de æterna felicitate electorum. Secunda est aliorum affirmantium,

non desiderium formale.

185. Ad posteriora re confir.

1. Duplex prædest.

2. 1. Sciri Fund.

Thomist. diuisi.

4. 2. Sent.

Prædestinationem formaliter importare, actum efficacem voluntatis conferendi gloriam electis. Quia per hunc actum prædestinati formaliter gloriam consequuntur. Tertia docet, Prædestinationem formaliter, & completè acceptam consistere in utroque actu, intellectus & voluntatis simul. *Bonauent. in I. dist. 4. art. 1. qu. 2.* Quia uterque actus per se formaliter ad Prædestinationem spectat. Dico. Prædestinatio principaliter importat actum efficacem voluntatis, tum gloriam decernentis, tum media eligentis; minus vero principaliter actum intellectus, peculiari ratione disponentis, & ordinantis media ad finem consequendum. Prior pars prob. 1. ad *Ephef. 1.* prædestinatio explicatur per actum electionis, & propositum voluntatis: ad *Rom. 8.* distinguitur à Præscientiâ: *Quos præsciuit, & prædestinavit.* 2. Prædestinatio includit ex parte prædestinantis efficacem determinationem, quâ positâ, implicat non sequi effectum prædestinatum: hæc autem determinatio convenire non potest intellectui, sed voluntati, cuius est potentiam ad effectum ultimum determinare. Nam etiam si intellectus potentiam determinet quoad specificationem, ultima tamen & efficax determinatio, quæ est determinatio quoad exercitium, non est nisi à voluntate, cum qua determinatione, non stat sequi oppositum eius, quod determinatum est.

3. Prædestinatio est actus liber: liberum autem formaliter convenit actui voluntatis, non intellectus: nam solus actus voluntatis est in Deo, & in quâcunque aliâ naturâ intellectuali, formaliter liber: nâ scientia, quæ præcedit decretum divinum, est necessaria; quæ subsequitur idem decretum, non est in se formaliter libera, sed ex præsupposito decreto, quod iam supponit prædestinationem factam, eamque solum approbat. sc. imperium in Deo non datur. 4. Prædestinatio illum actum principaliter significat, vi cuius prædestinati salvantur: vnde *August. de bono perseu. cap. 14.* Prædestinationem definit, *preparationem beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur;* hæc est transmissio creaturæ rationalis in beatitudinem æternam, non intellectus, sed voluntatis; quia voluntatis est efficere, ut creatura per proportionata media ad finem, proprias vires excedentem efficaciter perducatur.

5. Reprobatio principaliter importat actum voluntatis, connotato tantum actu intellectus culpam prævidentis: quia est exclusio à regno, & destinatio ad pœnam ob prævisa demerita; qui sunt actus voluntatis, non intellectus. at ita se habet prædestinatio ad gloriam, sicut reprobatio seu destinatio ad pœnam: ita prædestinatione electi destinantur ad gloriam, sicut reprobatione damnati deputantur ad supplicia.

Poster. pars assert. constat auct. Script. & Patrum, passim prædestinationem explicantium nomine Præscientiæ; ad *Roma. 11.* *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit,* hoc est, *quam prædestinavit,* ut explicat *August. de bono perseu. cap. 18.* Ratio: sicut electio, præter actum voluntatis, peculiari ratione connotat actum intellectus, media cum fine conferentis; ita prædestinatio, quæ est pars providentiæ supernæ. præter actum voluntatis, connotat actum intellectus futura prævidentis, ac præordinantis.

Obijcies; prædestinatio principaliter importat ordinem mediorum ad finem: at ordinare est proprium intellectus; voluntatis autem tantum est exequi ordinem ab intellectu præscriptum: ergo

prædestinatio principaliter importat actum intellectus. Confir. prædestinatio intentionalis, quæ vi nominis formaliter importatur, principaliter significat huiusmodi ordinem, in divina mente ab æterno existentem. Resp. prædestinatio importat ordinem mediorum ad finem practicum & exercitium, concedo; signatum & speculativum, nego. Vnde ad minor. est proprium intellectus ordinare signatè & speculativè, concedo; practice & exercitè, nego. Ad confir. Prædestinatio, vi nominis importat ordinem intentionalem signatum & speculativum, nego; practicum & exercitium, qui ab æterno in divina mente existit per respectum ad futuram executionem, concedo.

Ad fundam. primæ, nego minor. nam etiam providentia, ut coniuncta est cum studio rerum gerendarum, qualis est prædestinatio, principaliter importat actum voluntatis. Ad confir. neg. minor; nam etiam voluntas, dum ordinem sibi ab intellectu præscriptum exequitur, dicitur exercitè & exercitè unum ordinare in aliud.

## S E C T I O. I I.

## An æterna Prædestinationis aliqua causa præcesserit ex parte prædestinatorum;

Sensus est, an Deus motus sit ad prædestinandos hos potius, quàm alios, propter aliquam causam, quam in his præviderit, & non in alijs? non intelligitur quæstio de actu divinæ voluntatis; quia si hic sit increatus, causam habere non potest; sed de obiectis, ad quæ actus divinæ voluntatis liberè terminatur. Nec etiam intelligitur, quoad singula obiecta mutuo inter se comparata, quo pacto Deus unum opus prædestinat propter aliud, ut gratiam iustificantem propter contritionem; sed quoad omnia collectivè sumpta, & sensus est, num prædestinatio quoad omnes effectus, quos includit, sive ut media, sive ut finem, causam habuerit ex parte prædestinatorum, ut potius hos, quàm illos Deus ab æterno prædestinavit? vnde tandem controversia tota resoluitur in primam gratiam, quâ Deus in negotio salutis hominem prævenit, quæ deinde successivè continuata, cum reliquis auxilijs ad ultimum beatitudinis effectum perducit. Nam si in eâ prædestinandâ, Deus causam habuit ex parte prædestinandi, tota prædestinatio causam habere dicitur. Supponimus autem hic contra Pelag. opera solius arbitrij creati non esse sufficientia ad præmium beatitudinis consequendum: vnde solum quærimus, an saltem ad gratiam, & gloriam prædestinandam Deus respectum habuerit ad aliquod opus liberi arbitrij, ut ad meritum de congruo?

PRIMA sent. Massili. qui, apud *August. de Prædest. cap. 2.* affirmabant, Deum in æterna prædestinatione, ut & in temporali iustificatione, respectum habuisse ad opera bona moralia, viribus naturæ elicitâ, quæ ex parte nostra sunt quædam initia & exordia impetrandi à Deo primam gratiam, quæ necessaria est ad gloriam consequendam. Putabant enim in negotio salutis, nos prius incipere credendo, sperando, diligendo: tum Deum suam gratiam subiungere, qua opus à nobis inceptum adjuvaret, ac perficeret, redderetque dignum æterna gloria. Ita *Cassia. lib. 12. cap. 14.* Moverentur 1. quia si Deus primus salutem inciperet, suâ

3. Sent.

Prædest. importat actum voluntatis.

7. Est actus liber.

8. Vi cuius salvamur.

9.

10. importat actum intell.

11. Obijcies.

Distin. maior.

ad confir.

Ad fund. 12. sent.

13. Sensus quali.

Notand.

in 1. gratia am recidit.

14. Error Massiliens.

probat.

suâ gratiâ nostras voluntates præueniendo, destrueretur humani arbitrij libertas: sic enim gratia, quæ ad salutem necessaria est, in nostra non esset potestate; ac proinde nec salus ipsa. 2. si Deus omnino gratis nullo habito respectu ad personas, suam gratiam conferret, sequeretur 1. esse acceptatorem personarum, contra *Petr. 10. Actor* 2. cum non sit in nostrâ potestate habere, vel non habere gratiam, si Deus in eâ dandâ nullum haberet respectum ad operantis industriam & laborem, redderentur homines oscitantes in salute procuranda. 3. inanis esset oratio quâ salutem petimus, siquidem illam Deus non tribuit propter operantis meritum, sed propter suum merum beneplacitum. 4. frustratorix omnes adhortationes & monitiones ad bonum, siquidem his non mouetur Deus ad suam gratiam conferendam.

Secunda affirmat, dari causam dispositiuam de congruo, remotam tamen, & indirectam ad prædestinationem; vt sunt opera moralia bona, viribus naturæ elicitâ, & obicis seu peccati remotio: quæ causa negatiua, seu impeditenti remotiua dicitur. *Alen. 1. p. q. 28. me. 3. art. 1. Aureo. in 1. dist. 41. a. 1. propof. 1. Bacco. a. 2. 3. Argen. art. 2. Mayro in 3. dist. 17 q. 1. sine Gabrie. in 1. dist. 41. art. 3. dub. 1. & in 2. dist. 27 qu. 1. art. 2. concl. 4. Soti. l. 2. de natura c. 3. Prob. 1. ex 1. ad Timoth. 1. Misericordiam consecutus sum, inquit Paulus, quia ignorans feci; ergo ignoranter peccasse fuit causa ex parte Pauli, vt à Deo misericordiam conferretur. 2. facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam: qui autem ex facultate naturæ rectè operatur, facit quod in se est: Deus id seruat in prædestinatione, quod exequitur in tempore: igitur si in tempore operanti ex viribus naturæ tribuit gratiam, illam ab æterno etiam prædestinatur. Confirm. teste *S. Tho. in 2. dist. 20. qu. 1. art. 4. ad 4. potest quis ad fidem habendam se preparare per id quod in naturali ratione est. Vnde si quis inter barbaros enutritus quod in se est fecerit, merebitur, vt constat de Cornelio, Actor. 10.**

Probat 3. Aureo. Illa est causa prædestinationis, quæ non est effectus prædestinationis, alioqui idem esset causa & effectus respectu eiusdem: sola autem carentia obicis est huiusmodi; nam hæc tantum potest homo ex puris naturalibus præstare; nam quodlibet opus bonum, cum sit effectus alicuius gratiæ, est etiam effectus diuinæ prædestinationis: igitur sola carentia obicis est causa prædestinationis. Confirm. Deus est de se paratus omnibus obicem non ponentibus, gratiam conferre; quippe qui solem suum ortiri facit super bonos & malos; igitur quibuscumque obicem non ponentibus salutem impartit.

Tertia docet, ipsum liberum vsum gratiæ, à Deo præuisum esse ex parte prædestinandi causam vt prædestinetur. Quæ sent. dupliciter intelligi potest; 1. modo; vt ipse bonus vsum gratiæ, non vt se tenet ex parte liberi arbitrij, sed ex parte ipsius gratiæ; sic causa prædestinationis; 2. modo, vt tantum se tenet ex parte liberi arbitrij. In 1. sensu eam refert, & constat *S. Tho. 1. p. q. 23. art. 5. in secundo sensu illam tribuit Henrico Galet. in loc. §. Circa. Fundam. sicut potest Rex dare militi equum, quom fecit eo bene vsurum: ita posuit Deus ab æterno prædestinare gratiam ei, quem nouit illa bene vsurum.*

Dicto 1. Nulla ex parte nostra præcessit causa, aut positiua, aut negatiua, quæ fuerit Deo motiua huius potius, quam alium prædestinandi: sed tota ratio prædestinandi hos potius, quam alios,

fuit merum beneplacitum Dei: *S. Tho. loco cit. Ægyptij in 1. dist. 41. q. 2. art. 1. Richar. ar. 2. q. 2. Capico art. 1. concl. 5. & 6. Arim. n. q. 1. art. 2. Ferrari. 3. con. gen. c. 161 §. profolutione, Hæc sent. vt veritas Catholica defenditur ab Augúst. contra. Pelagi. lib. de prædest. Sanct. & lib. de bono person. quæ postea definita est in Concl. Arausi. vbi statuitur, gratiam Dei omnem nostram præuenire voluntatem; eique tribuendam esse omnem sanctam cogitationem, ac pium salutis affectum; sed eadem est ratio de temporali iustificatione, ac de æternâ prædestinatione; nam quæ Deus in tempore tribuit, in æternitate prædestinatur. Eandem docet Script. 2. ad Timoth. 1. Vocauit nos uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante temporalia secularia. In quo loco Apost. non solum loquitur de uocatione temporali, quod tamen factis foret ad intentum nostrum probandum; sed etiam de æternâ, in decreto hæc prædestinationis definitâ, vt ostendunt illa; *Ante tempora secularia; nec non & subsequentia; Manifestata autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri, Prob. 2. Initium salutis non est à nobis, sed à Deo: sed si Deus, vel in tempore nos vocaret, vel in æternitate prædestinaret, motus ex aliquo opere nostro, initium salutis esset à nobis. Maior est Oleez 13. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Psal. 36. Salus autem iustorum à Domino. 1. ad Corinth. 4. Quis te discernit? igitur prima discretio & auxilium ad salutem necessarium est à Domino. Minor prob. Deus est velut agens vniuersale, paratus vnicuique impedimentum non apponenti salutem conferre: ergo quicumque viribus proprijs ad salutem se disponeret, infallibiliter illam consequeretur. Vnde non Deus, sed ipse salutem inchoaret; nam salutem inchoare, est efficere aliquid, ad quod salus ipsa infallibiliter consequatur.**

Prob. 3. siqueretur 1. prædestinationem non esse opus misericordiæ, sed remunerationis, contra Paulum ad Rom. 9. Non est volens, neque currentis, sed miserentis Dei. Ex quo idem c. 11. deducit, quod si salus nobis ex operibus conferretur, gratia non esset gratia, sed merces. Nec refert, quod illa excederet operis nostri valorem. Nam Paulus excludit omne debitum, ne quis in se ipso gloriætur, sed in Domino; *Quis prior de deo illi, & retribuatur ei quoniam ex ipsa, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quibus verbis omne planè meritum, meritivè initium à nobis excludit, totumque salutis nostræ negotium in Deo reponit. 2. sequeretur, redemptionem Christi, quæ nos à peccatis redemit, non esse opus misericordiæ, sed retributionis ex priorè aliquo nostro beneficio accepto, contra Apost. ad Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.*

Prob. 4. Si opera moralia, aut obicis remotio esset Deo motiuum ad prædestinandum, in quibuscumque illa reperirentur, essent Deo motiuum ad eos prædestinandos: at non in quibuscumque illa repeririunt, si in Deo motiuum ad eos prædestinandos, nam multi fuerunt gentiles, quorum & plura præcesserunt opera bona moralia, & pauciora impedimenta, & tamen prædestinati non sunt; contra vero alij, quorum & pauciora præcesserunt opera, & maiora fuerunt impedimenta, & tamen prædestinati sunt, vt de bono Latrone, Magdalena, & Paulo constat. Confirm. vel contraria sent. contendit, quod eos tantum Deus prædestinat, quos præiudicij proprijs viribus usque in finem sine obice persecuturos, vel pro aliquo duntaxat

Sequela 1.

15. Dari causa dispositiuam

16. Pr. ratione

17. Prob. 3. causa præst. ne esse solam carentiam obicis.

18. 3. Sent.

fundam.

19. Nulla nec negatiua causa.

20. Veritas hæc decretur in Scriptis.

21. Pr. ratione.

22. Pr. ex ab. surd. 1.

23. Pr. 4. de op. d. re morali & obicis remotio.

24. Confirm.



tempore, ante vocationem ad primam gratiam. Primum dici non potest; quia perseverantia finalis non est opus naturæ, sed gratiæ, & consequenter, non potest esse causa, sed effectus prædestinationis. 2. est falsum, nam multi cum maiore obice sunt prædestinati; alij verò contrà, cum minore sunt reprobati. Nec satisfaciunt, qui negantes causam, admittunt dispositionem saltem remotam, & indirectam ex parte prædestinati; nam de ratione dispositionis est, ut aliquam connexionem habeat cum formâ, ad quam dicitur disponere; alioqui nullam mereretur rationem dispositionis: aut igitur merita naturalia connexionem habent cum divina prædestinatione ex natura sua, aut ex decreto Dei: primum dici non potest; nam natura nullam connexionem habet cum gratiâ. Nec dici potest secundum; nam quæ esset dispositio respectu subiecti ad formam recipiendam, esset causa moralis respectu Dei retribuientis: at hoc impugnatum est: ergo. Nec satisfaciunt alij, admittentes opera bona moralia solum ut conditionem, sine qua Deus ad supernaturalia non prædestinaret. Nam hi auctores, rem ipsam retinentes, voce tantum ab alijs hæcenus impugnatâ discrepant.

Dico 2. Deus non prædestinat ex bono usu gratiæ, aut liberi arbitrij futuro. Prior pars prob. in quocumque Deus prævideret talem bonum usum futurum, illum prædestinaret: alioqui talis bonus usus non esset Deo certum motuum, ad prædestinandum; unde temerè diceretur, quòd saliquando eo moueretur ad prædestinandum, aliquando verò non. At non in quocumque Deus prævidet talem bonum usum, illum prædestinat: quia nullus est, qui si alijs, vel alijs auxilijs, aut iisdem alio tempore, & circumstantijs præveniretur, non prævideretur cõsensucus: & tamẽ non omnes Deus prædestinat. Prob. 2. implicat principium meriti cadere sub meritum: sed gratia est principium omnis meriti apud Deum: igitur implicat, Deum moveri ad gratiam prædestinandam propter bonum usum ipsius gratiæ futurum. Minor constat; nam valor, quo informatur bonus usus gratiæ & sit meritorius apud Deum, est à solâ gratiâ. Maior est axioma *Scholast. in 3. d. 4. illudque tradit S. Tho. 3. p. 2. art. 11. quia meritum non causat, nisi ut obiectivè existens in scientiâ absolutâ præmiantis, in quâ præsupponitur cum omnibus suis causis, à quibus in suâ existentiâ pendet ut absolutè futurum; igitur implicat, à præmiante causari secundum aliquam causam; à quâ in suâ existentiâ pendet; alioqui secundum eandem causam in scientiâ præmiantis præsupponeretur, quâ secundum eam præcederet in scientiâ absolutâ præmiantis; & non præsupponeretur, quâ secundum eandem esset à præmiante causandum: quia ut causandum non deberet eâ ratione, quâ esset causandum, præcedere in scientiâ absolutâ præmiantis. Nec est eadem ratio de fine, qui solâ bonitate possibili movet agentem ad existentiam sibi effectivè communicandam: nam meritum non movet agentem, nisi bonitate obiectivè existente, & absolutè futura, ac proinde ut causata ab agente in suo decreto. quia meritum movet ut actu exhibitum vel exhibendum in honorem ipsius præmiantis. Nec sufficit, ut illud præcedat in existentiâ conditionatâ tantum quia non differret à fine; & existentiâ conditionatâ non magis prævidetur meritum, quàm demeritum. *Confir. 1. per meritum aliquid debet accrescere subiecto, quòd ante meritum non habebat; alio qui nihil per meritum acquireret, quòd**

est contra naturam meriti: at si propter bonum usum gratiæ, Deus daret gratiam, nihil ex infusione gratiæ acquireret homo, quòd non haberet ante infusionem gratiæ; quia cum gratia, utpote causa meriti, debeat necessariò quoad existentiam præcedere in subiecto, nihil novi ex ipsius infusione posset merens acquirere, quòd non haberet ante ipsum meritum.

2. Hinc sequeretur mutua causalitas quoad existentiam inter præmium & meritum: etenim gratia, quæ est præmium, causaret efficienter quoad existentiam bonum usum, qui est meritum: Rursus bonus usus, qui est meritum, causaret imperatorie existentiam gratiæ; quia hæc non decernitur, nisi propter bonum usum prævisum existentem extra causas.

Posterior pars assert. ostenditur; vsus liberi arbitrij, ut distinctus à gratiâ, non est meritorius apud Deum; igitur non potest esse causa meritoria prædestinationis gratiæ. Antec. prob. talis vsus, ut distinctus à gratiâ, non reduplicat nisi solam arbitrij libertatem: hæc autem non est per se sumpta apud Deum meritoria, alioqui esset etiam meritoria, quoad opera moralia naturalia, quòd supra impugnatum est. Dices. Deus prædestinavit, quos prævidit suæ gratiæ non repugnatos: ergo non repugnantia fuit causa, sipe quâ Deus illos non prædestinasset. Antec. patet; quia Deus non potuisset prædestinare, quos prævidisset repugnatos; quia prædestinare, est eligere ad gratiam liberè consenturos. Resp. dist. antec. prædestinavit non repugnatos, per modum meriti, quasi non repugnaturi per non repugnantiam meruerint à Deo prædestinari, nego: prædestinavit non repugnatos, per modum conditionis quæ necessariò exigitur ex parte termini prædestinandi, concedo. Cum enim Deus prædestinet creaturam ad sua dona liberè consequenda, exigit ex parte ipsius liberam cooperationem; sine quâ non posset illam prædestinare, ut liberè sua dona consecuturam.

Ad 1. argum. primæ, nego sequel. libertas enim in ordine ad salutem, non consistit, ut in manu nostra sit salus, antequam à Deo per gratiam præveniatur; alioqui contra Paulum in negotio salutis nos ipsi discerneremus; & contra Trident. sess. 6. c. 5. exordium salutis non inchoaretur à Deo, sed à nobis; sed consistit, ut misericorditer à Deo per gratiam præveni, liberè possimus salutem operari, & non operari. Quare concedo, habere vel non habere primam gratiam non esse in nostra libera potestate; quia nemo, inquit August. l. 1. ad Simplicium. q. 2. sibi potest præstare, ut vocetur; in nostra tamen libera potestate est, ut præveni prima gratia, ad subsequenter nos disponamus.

Ad 2. nego 1. sequel. nam teste S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 1. acceptio personarum non incurritur in donis gratuitis; sed tantum in debitis: Deus autem nulli suam gratiam debet; unde nulla est in eo personarum acceptio, quòd vni potius, quàm alteri sua dona impartiat. Petrus autem solum docet, Deum non esse acceptatorem in donis gratuitis, supposita primâ gratiâ, ut fuit in Cornelio, cuius opera ante perfectam fidem; ex gratia facta, lig. Deus acceptavit: nam gratis collata primâ gratiâ, opera ex illa profecta Deus de congruo saltem remunerat per subsequenter auxilia. Nego, & sequel. 2. nam ut in nostra salute operanda non simus officiantes, sufficit, ut certi simus nos semper à Deo ipsius gratiâ præveniri; quâ præveni in nostra libertate est magis, aut minus cum eadem ad illam cooperari, cum serè nunquam operemur iuxta voluntatem

25.  
Nulla dispositio remota.

26.  
Nec conditio

27.  
Nec bonus usus gratiæ prævisus est causa prædest.

28.

Principium meriti non cadit sub meritum.

Confir. 1.

Confir. 2.

29.  
nec bonus usus liberi arb. futurus.

30.  
Dicit.

Resp.  
Non repugnantia gratia est pura conditio non ratio motum.

Ad 1. præma.

32.

Ad 2.

De Corne.

timum posse gratiæ acceptæ. Nego & sequel. 3. nam ex *August. de bono perseu. c. 16.* licet primam gratiam Deus tribuat non orantibus, quia teste *Araus. cano. 3. & 6.* orare non possumus, nisi gratia præuenti; alia tamen Charismata, non nisi orantibus Deus præparat. Vnde oratio est effectus primæ gratiæ, & simul causa subsequenti. Nego & sequel. 4. est enim vtilis exhortatio. tum vt homo in accepta gratia proficiat, & perseueret tum vt per eam interdum primam accipiat; Deus. n. in excitando, & promouendo homine ad salutem, humano sese accommodat genio; vt dum exterius sonant verba concionantis, Deus interiorius moueat corda audientium: vt constat *Aktor. 16.* de muliere purpuraria, cuius *Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.* Ad 1. argu. secundæ, resp. Paulum explicandum esse, non positiuè, quasi verò minus peccatum mouerit Deum ad illum vocandum; sed negatiuè; quia nimirum existente in eo grauiore peccato malitiæ, Deus non vocasset.

Ad 2. axioma, *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*, intellige, de auxilijs prioris gratiæ, vt *S. Tho. explicat 1. 2. q. 109. a 6. & cum eo Scholastici.* Ad confir. eo loco *S. Tho.* à lumine naturali, non excludere auxilium generale gratiæ, quo Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad 3. Aureo. i. nego, omnem carentiam obicis posse esse ab homine per vires naturæ; nam multa sunt peccata, quæ vitari non possunt sine gratia, cuiusmodi sunt, vel quæ grauem supponunt tentationem, vel quæ opponuntur actibus supernat. 2. nego, carentiam obicis, quæ per solas vires naturæ haberi potest, esse causam prædestinationis, sicut nec opera bona moralia, solius arbitrij viribus elicitæ, Ad confir. est Deus de se paratus solis obicem non ponentibus per vires naturæ gratiam conferre, nego; est de se paratus omnibus, & ponentibus & non ponentibus obicem, cōcedo.

Ad fund. tertiæ resp. ex *S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 5. ad 3.* in milite supponitur aliquid distinctum ab equo, quod mouere potest Regem ad dandum illi equum in præmium, ipsa scilicet naturalis dexteritas & applicatio, seu directio equi ad strenuum usum equi: in bono vero usu gratiæ nihil est à gratiâ distinctum, quod mouere possit Deum, ad retribuendam gratiam, cum tota ratio meriti sit à gratiâ,

S E C T I O I I.

An Christi merita sint causa nostre Prædestinationis.

PRIMA sent. negat. *Scoti in 3; dist. 19. §. in ista quæ & §. seq. ad 2. Lychg. Basso. art. 2. Capreo, a. 3. ad argu. contra 4. concl. Ferrari. 4. con. Gen. c. 55. §. sed tunc. Driedo, de captiuit. tract. 2. ca. 2. p. 3. 4. 4. ad 1. Palat. in 3. dist. 18. disp. 2. Scotistæ ideo putant, Christi meritum non esse causam nostræ prædestinationis, quia non est causa gratiæ & gloriæ quoad intentionem, licet sit quoad executionem; quia quicquid in executione nobis datur, siue gratia, siue gloria, ex Christi meritis datur; non tamen quicquid est quoad intentionem nobis præparatum, ex merito Christi præparatum est. Fundam. prius ratione Deus ad gratiam & gloriam nos prædestinavit, quam præuiderit merita Christi: igitur prædestinatio gratiæ & gloriæ quoad intentionem fuit independens à meritis Christi quia nequit prius dependere à suo posteriori. An-*

tec. prob. merita Christi sunt præuisa post peccatum Ada, quia sunt præuisa ex passione, quæ supponit hominis lapsum: sed ante præuisam Ada peccatum, nos eramus ad gratiam & gloriam prædestinati: nam, adhuc peccato non existente, futuri fuissent ijdem numero electi, qui futuri sunt nunc, vt *Scotus in repon. in 1. dist. 41. §. deo.*

Reliqui ideo censent, Christi meritum non esse causam omnium effectuum prædestin. cum non sit causa incarnationis, quæ est effectus nostræ prædestin. quippe quam Deus ordinavit vt medium ad nostram salutem; nam propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis; igitur Incarnatio non potest eadem esse causa eiusdem nostræ prædestin. cum nequeat idem esse causa, & effectus respectu eiusdem. Præterea non est Christi meritum causa primæ gratiæ, alioqui illa non esset gratuita, sed debita ex Christi merito.

Secunda affirmat, Christi merita esse causam nostræ prædest. *S. Tho. 3. p. qu. 34. artic. 4. Bonavent. in 3. dist. 11. art. 1. q. 3. Duran. dist. 10. q. 3. Rubio. dist. 18. q. 2. art. 2. & 3. Gabrie. dist. 19. art. post 4. concl. Vega lib. 4. in Trident. cap. 5. & 6. Zumel 1. p. q. 23. art. 5. disp. 2. Molinæ ibid. disp. 2. concl. 4. & 5. Bannez ibid §. ad complem. concl. 1. 3. & 5. Henriquez lib. vlt. de fine bom. cap. 15. Vasquez 1. p. disp. 45. c. 2. Suarez lib. 2. de prædest. c. 21. & 3. p. disp. 41. sec. 1. & 4. Arrub. disp. 78. Syluy in 3. p. q. 24. ar. 4. & communis; quæ verior est, & vt Vasquez putat. Catholica; cuius oppositam Zumel, & Bannez appellant erroneam.*

Prob. 1. ex illo ad *Ephes. 1. Prædestinavit nos in adoptionem Filiorum per Iesum Christum.* Quem locum exortè Palatius explicat de Christo vt Deo, vt sensus sit, eodem Christo vt Deo, simul cum Patre, effectiue prædestinante; nam Paulus apertè loquitur de Christo vt Redemptore; Subdit enim; *In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius.* Quod autem loquatur de prædest. quoad omnes effectus, patet ex præced. *Benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Porro illa, *in omni benedictione spiritali in caelestibus*, includunt omne donum supernat. incipiendo à prima vocatione, vsque ad gloriæ consumationem. Confirm. *Concilia, præsertim Mileu. & Trident, sess. 6. c. 5. & 16.* docent, omnem gratiam nobis conferti per Christum.

Prob. 2. Christus est caput Ecclesiæ, tam militantis, quam triumphantis *ad Ephes. 1. 4. & 5. & ad Coloss. 1. & 2.* ad caput autem spectat esse principium omnis motus membrorum: unde *Trident. sess. 6. cap. 16.* docet, Christum vt caput iugiter virtutem influere in membra, vt ad iustitiam disponantur; disposita iustificentur, iustificata per condigna merita gloriam consequantur: igitur ad Christi capitis dignitatem spectat, omnem supernat. motum in sua mystica membra influens ex suis proprijs meritis. Prob. 3. Sequeretur ex vi præsentis decreti saluandos fuisse eosdem homines, qui nunc de facto saluantur, etiamsi Christus in carne passibili non venisset: consequens est contra Patres, unanimi consensu affirmantes, homines non fuisse saluatos, nisi Deus factus esset homo. Quod saltem intelligi debet ex vi præsentis decreti. Sequela prob. si prædestinatio hominum facta est independenter à Christi meritis; igitur adhuc Christo in carne passibili non futuro, hominum prædestinatio fuisset executioni mandata, cum illa efficaci decreto, ante decretum de aduentu Christi in carne passibili, sit insert. *Scoti prædestinatio.* Præterea multi nunc prædestinantur ex illicito concubitu

Oratio effectus gratiæ causa subsequenti.

33. Ad 1. secundæ.

34. Ad 2. Ad confir.

35. Ad 3.

36. Ad fund. 3.

37. Negant.

Fund. Scotist

38. Fund aliorum.

39. Verius affirmant.

Censura contrariæ opinionis.

40.

41. Præratione.

42. Præ ex aliorum.

nat.

nati, qui Adamo non peccante prædestinati non fuissent; quippe cum nullus tunc fuisset illicitus concubitus: contra verò, multi tunc prædestinati essent, qui partim nati fuissent ex ijs, qui in diluuiio perierunt, partim ex ijs, qui ante tempus violenta & immatura morte obierunt.

43. Modus prædestinatio expli-  
catur, ex 106

Prob. 4. Deus præuiso peccato Adæ & posterorum eius, scientia tantum conditionata, saltem motus fuit ex sola sua libera voluntate, ad volendum hunc ordinem rerum, quem de facto condidit, cum mutua rerum inter se dependentia; vt, si non præuidisset peccatum Adæ scientia conditionata, Christum nullo modo prædestinasset: rursus Christum Deus prædestinare decreuit excellentiori modo, quo fuit possibilis; sc. vt omnes homines, & angeli prædestinarentur dependenter à meritis Christi præuisis scientia visionis; quia hoc magis redundabit in gloriam, & dignitatem Christi; ideo prædestinavit illum, vt causam meritoriam & finalem omnium prædestinationum. Tum propter merita Christi præuisa scientia visionis prædestinavit angelos, & homines; motusque est Deus ad omnem gratiam, & gloriam tam angelis, quam hominibus, decernendam, ex meritis Christi præuisis scientia visionis. In quo decreto prædestinatio Christi definita est dependenter à peccato Adæ, præuiso tantum scientia conditionata. Rursus voluntas mittendi Christum in remedium peccati præuisa scientia conditionata, dependet à voluntate generali Dei saluandi homines præuisos lapsuros in Adamo, vt in capite, scientia conditionata. Tum dependenter à Christi meritis præuisis scientia absoluta, prædestinavit angelos & homines, omnemque gratiam, & gloriam illis conferre decreuit ex ipsius Christi meritis, vt ex causa meritoria. Demum omnia hæc, & Christi incarnationem, & nostram, ac Angelorum iustificationem, prædestinationemque vltimam ordinavit Deus ad Christi exaltationem & gloriam, quam in hoc decreto principaliter intendit.

Obiectionum  
coordinatio.

44. eius decretum non im-  
plicat.

Vnde sic arguo. Tale decretum, cum tali obiectionum coordinatio non repugnat: & alioquin tale decretum saluat omnem prædestinatum tam ad gratiam, quam ad gloriam factam esse dependentem à meritis Christi, prædestinati dependenter à peccato Adæ præuiso scientia conditionata; igitur tale decretum de facto est ponendum in Deo sc. quod melius saluat scripturas, & Patres, & in maiorem redundat Christi gloriam & dignitatem. Maior ostendit. 1. non repugnat, vt eo. 6. sect. 1. & 2. Christum non fuisse prædestinatum, vt caput omnium prædestinatorum in remedium peccati, præuisi tantum scientia conditionata. Nec repugnat 2 potuisse à Deo angelos, & homines prædestinari ad gratiam & gloriam ex meritis Christi, præuisis scientia visionis. Equidem statim post prædestinatum Christum, prævidere potuit Deus eius merita, non quidem quoad omnes circumstantias, cum quibus de facto fuerunt executioni mandata; sed solum quoad substantiam, & propter illa, vt sic præuisa, moueri potuit ad prædestinandum angelos, & homines omnemque gratiam, non modo reconciliatiuam, quæ supponit peccatum, sed etiam sanctificatiuam, quæ nullum supponit peccatum, illis in æterno suo decreto præparasse dependenter à meritis Christi, vt à causa meritoria. Dices. Saltem illa voluntas, quæ Deus prædestinavit Christum in remedium peccati, præuisi scientia conditionata, non potuit esse ex meritis Christi; nam illa fuit causa prædestinationis Christi, & consequenter etiam meritorum ipsius. Concedo volun-

45. Dices.

Resp.

tatem prædestinandi Christum non fuisse dependentem a meritis ipsius Christi, sed tantum a peccato præuiso scientia conditionata, vt a conditione sine qua non; a salute hominum, vt a causa finali proxima: a gloria Christi, vt exaltandi & glorificandi per redemptionem hominum, vt à causa remota & principaliter intenta, præuisa tantum scientia conditionata, & solum sub ratione finis possibilis, finaliter mouentis Deum ad tale de rerum faciendum.

Obijciens illud Matth. 20. Sedere ad dextram, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Vbi inuatur, beatitudinis præmi-um a solo Deo, independenter a Christi meritis; electis præparari. Et illud Ioan. 17. Pater, manifestasti nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi tui erant, & tu mihi illos dedisti. Non igitur Christus suis meritis, sed Deus sua sola voluntate prædestinatos elegit. Resp. ad 1. cum Hierony. in eum locum, Christum non exclusisse à prædestinatione hominum sua merita, sed tantum docere voluisse, regnum cælorum non dari hominibus fauore petentis, vt sæpe dantur humane dignitates, sed merito accipientis; nam sicut merita Christi non excludunt propria, quæ necessaria sunt adultis; ita neque excludunt se ipsa. Ad 2. Ioan. nego consequ. nam etiam si electi prædestinati sint ex meritis Christi, adhuc illi sunt Dei propter electionem, Christi verò propter redemptionem cito igitur non prædestinati finis per Christum, haud tamen dici possumus prædestinati à Christo; quia prædestinare importat principalem causam si npl ceter quæ est sola voluntas Dei.

Sed adhuc conuersum est, an Christus sit causa meritoria non solum nostræ prædestinationis, sed etiam electionis, quatenus electio dicit dilectionem unius præ alio. Affirmat Vasquez, negat Suarez; cui magis assentior; nam Christus sua merita obtulit pro omnibus; igitur quod vnus sit præ alio electus, sola Dei voluntas in causa fuit, nec sanè deuit diuinam voluntatem in eligendo hos potius, quam alios, dependere ab humana Christi voluntate; neque etiam venisibile est, si ita factum fuisset, pro tam paucis Christum sua merita oblatorum fuisse: quia potius respiciendo ad ardentem charitatem Christi erga homines, pro omnibus sua merita obtulisset, si totum negotium nostræ salutis ipsius voluntati commissum fuisset.

47. Christus non causa meritoria electionis.

Ad fundam. Scoti nego antec. ad prob. nego. Christi merita saltem quoad substantiam, præuisa fuisse post Adæ peccatum, præuisum scientia visionis, sed tantum scientia conditionata, modo supra explicato. Minor probationis antec. falsa est, vt supra ostendimus. Ad fundam. aliorum responsio probabilissima est Suarez. l. 2. de prædest. c. 2. n. 3. Incarnationem, & merita Christi non numerari inter effectus prædestinatio, quia non procedunt ex peculiari voluntate saluandi electos, sed tantum ex generali saluandi omnes. Prædestinatio. n. est peculiaris providentia saluandi tantum electos at etiam pro reprobis incarnatus, & mortuus est Christus.

48. Ad fund. Scoti.

49. Ad fund. aliorum resp. Suarez.

SECTIO IV.

An electio ad gloriam decreta sit dependenter ab operibus gratiæ in genere causa meritoria;

Prædestinatio completa dno importat, electio- nem ad gloriam, & præparationem medi- rum,

50. Magna causa 1704. inter Catholicos.

rum; quæ sunt auxilia supernat. gratiæ, quibus bene viuendo gloriam consequimur. hactenus probatum est, prædeterminationis completæ, non dari causam ex parte nostri; nunc ulterius indago, an saltem electionis ad gloriam detur causa ex parte nostri, quæ sunt merita ipsa viribus gratiæ elicitæ: Prima sent. negat. Scoti in 1. dist. 41. §. potest aliter, & in repon. & in 3. dist. 7. qu. 3. §. sed hic. Lyche. in 1. dist. 41. Moyro. qu. 4. §. Quantum ad 2. Richar. art. 4. q. 1. Egid. art. 1. q. 1. Capreo. art. 1. concl. 7. Duran. qu. 1. nu. 9. Basso. art. 4. Arimin. art. 2. Ferrari 3. con. gen. cap. 161. §. pro solutione, Caiet. 1. p. qu. 23. artic. 4. Cordub. libr. 1. q. 56. opini. 1. Zumel 1. p. qu. 23. Disp. 1. Gonzalez ibid. disp. 73. sec. 2. Arrub. disp. 73. c. 3. & disp. 74. cap. 2. Suarez. 1. de prædest. cap. 8. & l. 2. c. 23. Bellarm. libr. 2. de gratia, cap. 15. Henriquez lib. vlt. de fine hom. cap. 11. Ruiz de Prædest. à disp. 4. Granad. disp. 3. sect. 3. inclinat etiam S. Tho. 1. p. q. 23. art. 4. Probat Syrius ibid.

Præcipuum fund. sumitur ex scripturis, quæ partim indicant, Deum ex amore retribuendi gloriam electis multa operari supra ordinarium cursum naturæ, vt Sapient. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Matth. 24. nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro sed propter electos breuiabuntur: & alia per multa; quæ Deus progressu temporis in signum huius antecedentis electionis prædeterminatorum ad gloriam ante vlla ipsorum præuisa merita operatur; partim manifestè ostendunt hanc efficacem voluntatem Dei præparantis gloriam electis, ante eorum præuisa merita, vt Luca. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum: igitur electio ad regnum, est ex beneplacito æterni patris: & ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti; non dicit quia futuri eramus sancti, vt ostendat in æterna prædest. efficax decretum dandi gloriam, importatum ipso nomine electionis, non subsequi, sed potius antecedere nostra futura merita. ad Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit; igitur vocatio ad gratiam est ex prædest. ad gloriam: non contra: ad Rom. 9. loquens Paulus de Iacob & Esau; Antequam, inquit, quidquam boni, aut mali egissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, maior seruiet minori: si igitur propositum Dei secundum electionem non manet ex operibus, sed ex vocatione, electio ad gloriam fuit ante præuisa merita; alioqui non ex vocatione, sed ex operibus, gratiam vocationis subsequentibus, Dei propositum maneret. 1. ad Corinth. 4. Quis te discernit? quid habes quod non accepisti? igitur electorum, reproborumque discretio ex sola Dei voluntate, pender. Act. 13. Crediderunt, quot præordinati erant in vitam æternam: ergo præordinatio ad vitam æternam præcedit in ipsa Dei prædest. vocationem ad fidem. Ioan. 15. Non vos, inquit Christus, me elegistis, sed ego elegi vos; quem locum August. explicat de electione ad gloriam: porro si electio fieret ex meritis nostris, non Christus nos, sed nos meritis nostris Christum elegissemus, vt August. deducit. Prob. 2. ex August. qui, vt in materia de gratia, ita & de prædest. inter cæteros Patres, primas obtinet; vnde lib. de corrept. c. 7. loquens de prædestinatis, docet eos electos esse ad regnandum cum Christo. Constat autem ex eod. cap. illos electos esse ante ipsorum præuisa merita, per electionem gratuitam: 2. ibid. cap. habet hæc: hi ergo Christo intelliguntur dati, qui ordinati sunt in vitam æternam; ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum præordinati, quorum nullus perit, ac per hoc nullus ex bono in malum mutatus fuit hanc vitam; quando sic est ordi-

natus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam. 3. familiaris est Augustino hic modus loquendi, non ideo credentes eligi, quia sunt credituri; sed ideo eos credere, quia electi sunt, vt credant: ergo pariter non ideo prædestinati eliguntur ad regnandum, quia præuisi sunt sancti, sed ideo fiunt sancti, quia electi sunt ad regnandum. Ergo sicut fides decernitur ante præuisa merita credentium; ita & gloria ante præuisa merita electorum. 4. sæpe docet August. electos vocari secundum propositum; igitur in eius doctrina, Dei propositum præcedit vocationem: sed hoc propositum non est aliud, quam ipsa voluntas Dei eligendi ad gloriam, à quâ originatur voluntas congruè vocandi: ergo. Confir. cum multi Augustinum impugnarint, quod ipse electionem ad gloriam posuerit ante præuisa merita, non solum ab hac obiectione non se liberat, sed illam vbique defendit. Prob. 3. Voluntas finis necessario ratione præcedit voluntatem mediorum: igitur electio ad gloriam est ratione prior voluntate meritorum, quia gloria est finis, merita sunt media, quibus illam consequimur. Antec. prob. tum quia ex fine mouemur ad media, non contra; nam media sunt, quæ dantur propter finem, non finis propter media; tum quia intentio finis est principium electionis mediorum: nequit autem simplex intentio finis esse principium efficacis intentionis mediorum. alioqui, plus virtutis & efficacitæ esset in effectu, quam in causa. Tum quia prædestinati distingui debent à non prædestinatis; non possunt autem distingui sola voluntate mediorum efficacium; alioqui non possent ab illis distingui, nisi prius præuideretur eorum futurus consensus: atque adeo prædestinatio, quatenus est peculiaris prouidentia circa electos initium sumeret à libero consensu futuro creaturæ; & consequenter radix discretionis esset ex nobis, contra Paulum cit. Confir. 1. saltem donum perseverantiae non potest Deus efficaciter velle: nisi ex efficaci intentione gloriæ, nam hoc infallibilem connexionem habet cum gloria ex Dei promissione: unde cum primum hoc donum intendit, simul etiam in eodem signo intendit gloriam; 2. Prædestinatio Christi non fuit ex meritis ipsius: ergo nec prædestinatio nostra fuit ex meritis nostris. ex August. de Prædest. sanct. cap. 15. 3. certum est, Deum aliquos ad gloriam prædestinasse ante eorum præuisa merita, vt B. Virginem, & non nullos alios insigniter electos: at nulla est ratio excipiendi reliquos: ergo. 4. in regno Dei totus Beatorum numerus esse debet ex directa, & absoluta voluntate Dei: nam hoc congruit perfectioni illius regni, in quo nihil esse debet nisi ex singulari intentione Dei. 5. in vnoquoque negotio exitus: rei declarat intentionem agentis; & terminus ille, quo obrento cessat actio, solet esse primum obiectum intentionis agentis: sed tota Dei prouidentia eo tendit, vt ciuitas illa in tali numero & mensura compleatur: ergo signum est, quod absoluta Dei intentio fuit, complere illam ciuitatem, quatenus ex integro numero saluandorum constat. 6. prædestinatio est opus misericordiarum: esset potius iustitæ, si quoad electionem ad gloriam esset ex nostris meritis. Secunda affirmat. Alen. 1. p. q. 28. me. 3. a. 1. Bonæ. in 1. dist. 40. a. 1. q. 2. & a. 2. qu. 1. & 2. Alken. dist. 40. a. 10. & dist. 41. a. 3. Aureo art. 1. & 2. Ocham. q. vn. Rubio. q. 1. ar. 1. & 2. q. 2. a. 1. & 2. sine, Bacco a 2. §. 2. & 3. Gabrie. a. 2. concl. 2. & dub. 2. Ar. a. 2. Micha. Medine l. 3. de rella in Deum fide. Taperi art. 7. con. Luthe. §. nec re ipsa, Castari. opusc. de Prædest. Turria opusc. de elect. Molina 1. p. q. 23. a. 4. disp. 1. men 7 § ad Fund. & me. 8. § 3. & me. 9. & 13.

51.

52. Fundam.

ergo prædest. ad gloriam non est ex meritis vocationis subsequæ.

53. Pr. 2.

54. Pr. ratione potissimè.

55. Confirmatio nes 6.

56.

57.

58.

59.

60.

61. Affirmat.

Vasquez disp. 89. à cap. 2. Lessij opusc. de prædest. à sect. 1. Beca. de prædestin. c. 14. qu. 4. Philip. Moncæi disp. 4. c. 4. Ut posteriori huic parti assensum præberem, mouit me misericors Dei erga omnes intellectuales creaturas affectus, & æqua in prædestinatos, ac reprobos, pro eorum præstitis operibus iusti iudicis retributio.

Posterior  
geni. prob.

62.  
Prima probatio  
ex  
scripturis.

Primum testimonium scripturæ sit ad Rom. 8. Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Vbi decretum prædest. quod efficacem voluntatem beandi importat, Paulus collocat, post præscientiam. Quod per to Prædestinavit Paulus hic comprehendat decretum electionis ad gloriam, & per præscientiam intelligat scientiam meritorum, ex gratia prouenientiam, p. ob. ita Hierony, Ambrosi, August. Haimo, & alii Patres hunc locum explicant. Quos, inquit Hierony. præuidit conformes in vita, voluit facere conformes in gloria. Quos, ait Ambrosi. præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa premia capessenda. Et August. de correptione. cap. 9. Quoniam, inquit, qui vere filij sunt præsciti, & prædestinati sunt, conformes imaginis filij eius, & Auctor lib. de prædest. Dei, Ex præscientia, inquit, offensionis, prædestinatio emanat vltionis; sicut ex præscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis. Fulgen. lib. 1. ad Monim. c. 14. Prædestinavit, inquit, ad regnum, quos ad se præsciuit redituros. Prosper ad cap. Gallorum ad 3. obiect. Ideo aliqui prædestinati non sunt, quia mali futuri ex voluntaria præuersione præsciti sunt. & cap. vlt. Potest, inquit, sine Prædestinatione esse Præscientia; prædestinatio autem sine præscientia esse non potest. Theoph. I. Præcognoscit Deus eos, qui vocatione digni sunt, deinde sic prædestinat. Prior itaque est præscientia, postea sequitur prædestinatio. prædestinationem autem intelliges impermutabilem Dei voluntatem. Prænotavit itaque Paulum vocatione dignum esse, sicque præsciuit seu prædestinavit. Oecume. Quos præsciuit, hos etiam prædestinavit, quia secundum propositum sunt. Quos autem prædestinavit, hos & vocauit, quia secundum propositum sunt. Explicat secundum propositum, statuitur illorum virtus, qui secundum proprium propositum (intellige a gratia Diuina præuentum) crediderunt, & sic à personarum respectu Deus liberatur. Origenes: Quia quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, euidenter ostendens, quod eos, quos præsciuit Deus tales futuros ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis eius prædestinavit & gloria. Præuidit ergo, ut ibid. concludit, præscientia Dei, per quam noscuntur qui in se labores & virtutes habituri sint & ita prædestinatio sequitur. Sedulius: Quos præsciuit crediueros, hos vocauit: vocationem enim volentes colligit. Tum ex proprietate verborum: nam præscientia ad intellectum, prædestinatio ad voluntatem refertur. Distinguit igitur hic Apost. duos actus, alterum intellectus, voluntatis alterum: non enim hæc duo verba pro eodem usurpantur; siquidem vnum reddit causam alterius, ut ex Oecum. docet Toletus hic; at per actum intellectus non potest, nisi scientia meritorum intelligi: 1. quia non potest hæc scientia intelligi, de cognitione prædestinatorum in esse natura, quæ communis est reprobis, cum hæc sit propria electorum: neque de cognitione meritorum sub conditione futurorum (ut censent Molina 1. p. qu. 23. art. 4. disp. 1. me. 9. & Granad.) non. n. sunt apta mouere diuinam voluntatem ad prædestinandum unum præ alio, cum nullus sit, cuius finalia merita non sint sub conditione præuifa, si alio tempore, occasione, vel auxilio vocatus fuisset: at per hanc scientiam Deus vnum eligit præ alio, ut constat ex relatio, Quos, nempe, quos sciuit sua gratia operaturos. neque intelligi potest de scientia consequente decretum de electio-

Præscientia  
meritorum  
absolutorum  
essentia.

ne ad gloriam, ut sensus sit; Quos iam præsciuit ad gloriam electos, eos prædestinavit per infallibilia media, ad destinatum gloriam consequendam: ut prædestinare hoc loco, non sit ad gloriam eligere, sed media ad gloriam iam electis præparare. nam hoc modo Paulus in æterna serie prædestin. prætermisisset, quod erat in ea præcipuum, & fundamentum cæterorum, ipsum scilicet efficacem decretum electionis ad gloriam. Dices: eadem ratione Paulus prætermisisset decretum dandi media. Sed contra; huius decreti meminit verbis præced. Qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quem locum August. lib. de correptione. cap. 7. & sæpè alibi, explicat de proposito secundum electionem ad gratiam efficacem: ex quo proposito orrum habet in Deo voluntas vocandi ad fidem, & ad reliqua bona opera supernaturalia. Ergo pro scientia hic intelligi debet cognitio meritorum absolutè futurorum. Prob. per actum voluntatis seu prædestinationis intelligi decretum electionis ad gloriam: 1. quia cum hic Paulus describat totam seriem diuinæ prædestin. & nullo alio expresserit decretum electionis ad gloriam, necessario cogimur asserere, illud expressisse per to prædestinavit. 2. cum immediate post inter effectus prædestin. enumeret glorificationem, & cuilibet effectui prædestin. suum in Deo respondeat decretum proportionatum, necessario dicendum est, hoc decretum Paulo expressum fuisse per to prædestinavit. 3. hic ordo prædestinationis eruitur ex contextu; nam 1. describitur decretum dandi media efficaciam ad gloriam illis præced. Qui secundum propositum vocati sunt sancti 2. describitur præscientia meritorum per illa Quos præsciuit. 3. decretum electionis ad gloriam per hæc, Prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui; efficiuntur enim conformes imagini filij Dei, teste Hierony per gloriam, quæ est consummata sanctitas, & perfecta adoptio filiorum Dei, 4. numerantur effectus prædestin. ut executioni mandandi, per illa Quos autem prædestinavit, hos & vocauit; quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, illos & glorificauit. 2. testimonium fit Matth. 25. Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Vbi Christus loquitur de æterna regni præparatione; cuius causam reddit: esuriui enim & dedistis mihi manducare: igitur ipsa opera iustorum ab æterno præuifa fuerunt Deo motiuum ad præparandum illis ab ipsa æternitate cæleste regnum suo tempore conferendum. Confir. ea ratione docet Christus, paratum esse regnum prædestinatis, qua docet, paratum esse ignem æternum reprobis, ut constat ex ipsa electorum, reproborumque antithesi: paratus est ignis æternus reprobis propter eorum præuifa demerita: ergo & regnum cæleste prædestinatis propter eorum præuifa merita.

Prob. 2. ex Patrib. & præter citatos, ex August. 1. ad Simplicium. q. 2. ubi agens de duplici electione: altera ad gratiam, altera ad gloriam, priorem docet fieri independentem à nostris operibus, exemplo Elau & Iacob: posteriorem verò non modò non negat, sed etiam affirmat fieri dependentem à nostris meritis: operibusque præuifis: explicans enim verba Apostoli, Ut secundum electionem propositum Dei maneat: sed ex proposito electio: id est, non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligit, ideo manet propositum iustificationis ipsius, sed quia illud manet, ut iustificet credentes, ideo inuenit opera, quæ iam eligit ad regnum cælorum: nam nisi esset electio, non essent electi: nec recte diceretur: Quis accusabit aduersus electos Dei? non tamen electio præ-

63.  
Dicitur  
contra

64.  
Actus prædestin. est electio ad gloriam.

Nil coherens.

65.

Confir.

66.  
Secunda probatio ex autoritate Patrum.

præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio: nemo enim eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reijcitur. Vnde quod dictum est, *Quis elegit nos ante mundi constitutionem; non video, quomodo sic dictum, nisi præscientiæ.* Hæc August. quibus docet, electionem ad regnum non præcedere, sed sublequi opera ipsa, quæ gratiam iustificationis consequuntur; nec tantum in executione, ut non nulli ex aduers. explicant, sed etiam in intentione & præscientiâ, vt patet; nam id concedit de electione ad regnum, quod negat de electione ad gratiam: negat autem de electione ad gratiam, quod ea subsequatur opera nostra etiam præuisa ante efficacem decretum intentionis de danda gratia: igitur & de electione ad gloriam concedit, eam sublequi nostra merita, etiam præuisa ante efficacem decretum intentionis de danda gloria. Neque hunc locum retractauit August. vt aliqui putant: quin potius, quæ de prædest. hoc libro scripsit, ait, sibi fuisse à Deo reuelata in lib. de Prædest. sanct. quem senior conscripsit; in quo, & in lib. de bono præseu. negat quidem electionem ad gratiam fieri ex meritis; de electione verò ad gloriam id nullibi negat, quin *serm. 7. de verbis do. duplicem agnoscit electionem, alteram secundum gratiam, quæ est electio ad gratiam; alteram secundum iustitiam, quæ est electio ad gloriam, prævio examine & præscientiâ meritorum: Elegit: inquit, & secundum gratiam suam, & secundum illorum iustitiam.* Huic testimonio obijci potest: quod hic docuit, electionem supponere, non facere inæqualitatem inter electos, alibi retractauit affirmans esse aliquam electionem, quæ non supponit, sed facit inæquales. ita Epist. 106. ante med. *quæ scilicet electio, non inuenit eligendos, sed facit.* Retractato autem hoc, simul retractatum manet, id quod cit. loco ad Simplic. docuit, electionem ad gloriam supponere inæqualitatem & distantiam inter eligendos. Resp. Augustinum solum retractasse vsum huius vocis *Electio* non rem, quam ibid. docuerat, nempe nullam dari electionem ad gloriam ante præuisa merita, cum retractatio huius doctrinæ nullibi extet. Solum igitur retractauit, electionem dici posse, etiam si inæqualitatem non supponat, sed faciat inter electos. Eandem ferè Doctrinam tradit lib. de corrept. c. 7. Vbi docet, nostram salutem ex parte Dei incipere à vocatione secundum propositum, quæ est electio ad gratiam: *Ibid. prædestinatos discerni à non prædestinatis præscientiâ.* Si autem putasset, prædestinatos eligi ad gloriam independentem ab eorum meritis præuisis, potius dixisset, illos à non prædestinatis discerni electione ad gloriam; nam hæc antecedit præscientiam meritorum, & est primum, maximumque donum, quo prædestinati discernuntur à non prædestinatis. Hilarius in Psal. 64. de electione ad gloriam *Electi, inquit, sunt nuptiali veste conspicui, puro atque integro nouæ Natiuitatis corpore splendidi. Itaque non res indistincti iudicij electio est, sed ex meriti delectu facta discretio est.* Beda lib. variar. qu. 9. 13. *Sicut ergo, ait, prædestinatio ad mortem non coegit malos vt pereant, Ita etiam prædestinatio ad vitam non coegit bonos, vt saluarentur: Sed cum Dominus bonos ad vitam prædestinauit, ita eos prædestinauit, vt ipsa sua prædestinatio meritis & precibus nostris obtineatur.* Theodulus ad Rom. 9. & Damasc. aduersus Manich. hanc sent. docent: *Præparauit, inquit ille, Deus ad gloriam, quos dignos cognouit per fidem. Quocirca, inquit iste, bona agere, & boni effici contendamus, vt in eorum simus numero, quos Deus bonos fore prænouit, atq; ad æternam vitam præordinauit: quia pertè præordinationem ad æternam vitam postponit præscientiæ meritorum.* Anselmus in Eluci. Prædestinationo

taliter instituta est, ut precibus vel laboribus obtineatur. Prob. ex absurdis; 1. Deus non haberet voluntatem saluandi omnes, contra Paulum 1. ad Timoth. 2. nam si ex se ipso ante vlla præuisa merita absoluta sua voluntate voluisset gloriam unis, & negasset alijs, ex se ipso non habuisset voluntatem, saluandi eos, quibus antecederet ad ipsorum demerita gloriam negasset. Vnde media, quæ postea illis præparasset, non tam præparasset affectu saluandi, quam eos iuste puniendi. cum n. ex se haberet absolutam voluntatem eos non saluandi, non posset contra talem voluntatem operari. & idem est motiuum electionis mediõrum, & intentionis finis; cum media eligantur propter finem: sed Deus antecedente sua voluntate, efficaciter eos à regno exclusisset, ex motiuo manifestandi suam iustitiam: igitur ex eodem motiuo postea illis media præparasset; ac proinde non ex motiuo eos saluandi. Respondent iuste posse Deum ante præuisa merita uniuscuiusque, suam gloriam de negare ob solum peccatum protoparentis, quo non solum sibi, sed etiam posteris damnationem iuste meruit. Sed contra; hæc ratio non militat in angelis, in quibus ante peccatum ipsorum personale nullum præ. essit originale in capite. & Deus vult omnes saluos fieri, etiam post originale præuisum: nam hanc suam voluntatem saluandi omnes fundat Deus, ex cit. loco, in Christo saluatore, qui supponit originale præuisum, & quidem in sent. aduers. scientiâ absoluta, post cuius præuisionem prædestinatus est Christus in remedium ipsius. Respondent 2. Deum negatiue tantum se habere circa reprobos in eo signo, in quo gloriam prædestinat electis. Sed contra; ad illatum absurdum sufficit, quod Deus negatiue tantum nolit salutem hominum, cum Paulus non modo cit. loco neget, Deum ex se habere positiuam voluntatem saluandi, sed etiam affirmet, ex se habere positiuam voluntatem saluandi omnes; nam verbum *Vult*, positiuum actum in Deo designat. Et sequeretur, etiam positiuè Deum ex se reprobos excludere à regno: nam eo signo, in quo negatiue excludit à regno, positiuè non vult eis salutem æternam; supponimus. n. Deum liberè velle & nolle per connotationem extrinsecæ productionis, vel negationis productionis, liberè à se dependentis; sic sola negatio electionis ad gloriam, cum sit libera ex præcognitione agentis, est positiuæ nolitio & exclusio à regno. vel esto ad aliquid physicè nolendum requiratur antecedens, intrinsecæ, positiuæ terminatio actus ad obiectum: tamen ad moraliter nolendum sufficit certa præcognitio negationis effectus, infallibiliter proueniens ex libera negatione auxiliij, ad productionem effectus necessariò prærequisiti: vnde talis negatio effectus, si praua sit, & vitanda, imputatur ad culpam, etiam si nullus actus physicus eliciatur erga illum: sed præcognoscit Deus, quod ex libera negatione electionis ad gloriam homo non possit salutem consequi: ergo non solum negatiue, sed etiam positiuè moraliter illum excludit: ideo Scotus in 1. dist. 47. & Suarez l. 5. de reprob. c. 4. concedunt talem actum esse positiuum. Confirm. hic modus prædestinandi non videtur consentaneus bonitati Dei, quæ in ijs, quæ à sola sua voluntate pendent, omnibus sese communicat, vt constat in angelis, quibus creatis, statim se ipsū comunicauit omnibus per gratiâ, ex 2. to disp. 28. sect. 3. Idè Deus per gratiâ capitis comunicauit se statim protoparentibus, à quâ gratiâ ante peccatū neminem exclusit. In hæc autem sent. Deus ex se antecedente sua voluntate non sese omnibus communicasset in ordine ad finem supernæ. sed

Nota. duplex electio.

Dicit.

Resp.

67.

vocatio secundum propositum est electio ad gratiam.

68.

69? Probatio 3. ex absurdis opposita sent.

1. In Deo non esset voluntas saluandi omnes.

70. Respondent 1.

Contra.

Resp. 2. contra

Positiue excluderentur reprobi.

Conf. ex bea sententia Dei.

perpaucis, quos ad gloriam elegerit. at sicut neminem Deus antecedente sua voluntate excludit à gratia, ita neque à gloria.

71. *Absurd. 2. de lib. libertatis.*  
 2. Non saluatur perfecta libertas, quam homines habent in æterna salute acquirenda: nam libertas hæc non solum est in medijs exequendis, sed in fine acquirendo, ex script. & Patrib. qui vitam & mortem, salutem & damnationem in manu nostra positam esse testantur, eamque ex nostro pendere libertate, *Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata, & præcepta sua: si volueris mandata seruire, conseruabunt te.* & Paulo post: *Ante hominem vita, & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi.* quam libertatem apertiùs explicat promissio conditionata & comminatio: *si mandata seruaaueris: Nisi præcepta custodieris, &c.* & ostendit esse in nobis etiam proximam, ad salutem consequendam. at si Deus ante omnem præuisionem meritorum absoluta sua voluntate gloriam decreuisset Petro, eamque negasset Paulo, nec Petrus in suam gloriam, nec Paulus in suam reprobationem, ullam haberet libertatem; quia nec ea posita, in libera potestate illorum esset, eam tollere, nec in ea ponendam respectum illum Deus habuisset ad ipsorum libertatem; vnde nec ille potuisset aliquid efficere, ut ab ea excluderetur, nec iste, ut ad eam eigeretur.

*Nota.*  
 72. *Obiactio Re-*  
 73. *con.*  
 At obiicit quidam: falsum esse nos immediatam libertatem habere in ipsam electionem ad gloriam: quia cum sit actus liber Dei, repugnat, illum esse nobis immediatè liberum, cum talis actus non sit exercitium libertatis nostræ, sed Dei: igitur ea tantum ratione electio ad gloriam erit nobis libera, quatenus sunt nobis libera opera ipsa, quibus gloriam meremur. *Confr.* Ex eo quod non habeamus immediatam libertatem: in præuisionem nostrorum actuum, non sequitur, quod non habeamus libertatem simpliciter in illos: ergo, pro eo quod non habeamus immediatam libertatem in electionem ad gloriam, non sequitur, quod non habeamus libertatem simpliciter ad eam promerendam.

*Confr.*  
 Resp. 1. si electio ad gloriam facta est ante nostra præuisa merita, nè mediatè quidem in illam habemus libertatem: nam ea posita fuisset solum dependenter à libera voluntate Dei nullo modo dependenter à nostra cum ad eam ponendam nullum respectum Deus habuisset ad libera opera nostra; sed antecedenter ad hæc eam decreuisset. Dices, eam factam fuisse dependenter à nostris meritis, quia nisi præuisa fuissent aliqua nostra merita, saltem sub conditione futura ea posita non fuisset: quia licet illa posita non fuerit quoad intentionem dependenter à nostris meritis, fuit tamen posita dependenter à nostris meritis quoad executionem: 2. quia etiam in intentione decreta fuit dependenter à nostris futuris meritis in ratione obiecti, cum etiam in intentione non habuerit voluntatem dandi illam, nisi propter merita, sicut qui liberè intra se decernit equum vendere, non nisi tamen iusto oblato pretio: ita Deus liberè quidem decreuit dare gloriam; non nisi tamen condigno oblato meritorum pretio. Sed contra: merita sub conditione tantum præuisa non sunt apta mouere Deum ad gloriam decreuendam: igitur non potuit dependenter ab illis ut à causa meritoria decerni gloria, sed ad summum potuit decerni dependenter ab illis ut à conditione, ut decreuit dare primam gratiam efficacè dependenter à nostro libero consensu sub conditione futuro, non ut à causa meritoria, sed ut à pura conditione: cum tamen divina oracula manifeste dicant, nos habere libertatem in gloriam, quam

tamen negant in primam gratiam. Prior probatio supponit duplicem electionem ad gloriam, alteram quoad intentionem, alteram quoad executionem, quam sent. puto falsam ob incommoda infra. Posterior coincidit cum eadem de duplici electione: quia cum gloria in hac sent. non sit decreta quoad intentionem dependenter à meritis præuisis absolute futuris (alioqui idem diceret, quod nos) non potuit neque in ratione obiecti quoad intentionem decerni dependenter à nostris meritis ut à causa meritoria, sed solum dependenter à meritis conditionatis ut à conditione, ut eadem gloria gratis electa quoad intentionem, executioni mandari possit per libera merita prædestinatorum; & consequenter eadè difficultate premitur quæ sententia de duplici electione quoad intentionem & executionem, neque plus probat allatum exemplum.

73. *Quæ sit im-*  
 74. *mediata li-*  
 75. *bertas in*  
 76. *electionem*  
 77. *ad gloriam.*  
 Quia verò aduersarius vim facit in to immediatam explicandum est, in quo sensu in nostra sent. dicamur habere immediatam libertatem in electionem ad gloriam, etiam quoad intentionem. Sumitur autem hic electio non pro actu increato secundum se, quo pacto causam habere non potest, sed ut terminato ad ipsam productionem gloriæ, sub quatenus ratione cadere potest sub meritum creaturæ. Porro dupliciter potest aliquid a Deo efficiendum cadere sub nostram immediatam libertatem; uno modo, per modum phijici & immediati exercitij nostræ libertatis, ut quæuis actio Dei, qua immediate concurrat cum actione nostræ voluntatis ad liberum nostrum actum producendum. cum eadem sit indiuisibilis actio, qua Deus & voluntas nostra liberum actum attingit. nec minus hæc procedat immediatè a principio intrinseco indifferenti nostro, quam Dei: imò magis indifferenter a nostro, quam Dei; nam a nostro procedit nulla præuia Phijica, aut morali actione determinata; a Dei autem, ut determinato præuio decreto de concurrèdo ad omnem actum liberum creaturæ: quo posito, non est amplius in libera voluntate Dei, non concurrere ad actum, ad quem voluerit creatura se determinare. Quo fit, ut eadem actio ad voluntatem nostram comparetur per modum liberi exercitij proximi & immediati: ad Dei autem per modum liberi exercitij mediati & remoti ratione prioris decreti, quo decreuit concurrere ad omnem actum liberum creaturæ. Est autem hic notandum, quod licet eadem actio a libera voluntate Dei & nostra procedens, dici possit liberum exercitium Dei, & nostrum, haud tamen ut liberum exercitium nostrum est, dici poterit liberum exercitium Dei, aut contra: quoniam ut sic sumitur secundum aliam, & aliam formalitatem seu respectum, quem importat ad aliud & aliud principium. Vnde sicut eadem actio prout est ab uno principio, non est formaliter ab alio, ita ut est liberum exercitium unius, non est liberum exercitium alterius; esto eadem entitas actionis sit liberum exercitium utriusque, sicut eadem entitas actionis immediatè procedit a principio indifferenti utriusque. Altero modo dicitur aliquid cadere in immediatam libertatem nostram, per modum effectus moralis, quando ut illud ponatur, vel non ponatur, a nulla alia libertate immediatè pendet, quæ a nostra, esto ab ea Phijicè non pendeat. Ita operatio nostra externa dicitur per modum effectus cadere sub immediatam libertatem nostræ voluntatis, quia a nulla alia libertate immediatè pendet, esto ab ea Phijicè non pendeat, sed a sola potètia externa. In hoc igitur sensu electio ad gloriam, etià quoad intentionem, ut terminata ad productionem gloriæ

ria, absque cuius connotatione non potuit in Deo esse, talis electio dicitur cadere in nostram libertatem immediatam, non per modum liberi exercitij, cum productio gloriae, prout à nostro intellectu & voluntate procedit, non sit libera actio, qua producimus opera, quibus illam promeremur; sed per modum effectus moralis à nostra libertate immediatè dependentis; eo quod ut talis electio per modum effectus moraliter impetrati fuerit ab æterno posita, vel non posita, proximè à nostra tantum pendet libertate, quod sic probò. Nam posito decreto quo Deus gratiam nobis infudit eo fine ut per opera bona ex ea proficiscencia, gloriam promeremur; a sola nostra libertate per gratiam iustructa, proximè pendet; ut talis gloria non fuerit, vel fuerit ab æterno posita; esto a nostra libertate non pendeat gloriae productio. Antec constat; nam hæc, posito tali decreto, non fuit in proxima libertate Dei, electionem ad gloriam ab æterno non ponere, si in tempore fuerunt posita libera opera nostra bona, quia posito priori decreto, non potuit ex parte Dei non poni posterius de electione formali ad gloriam; & consequenter ipsa electio formalis ad gloriam ab æterno posita, est effectus moralis immediatè pendens a nostra libertate ab æterno præuisa, cum a nulla alia proximè & immediatè pendeat.

Ad fund. electio ad gloriam, etiam quoad intentionem, in nostra sent. non est liberum exercitium immediatum libertatis Dei, sed solum mediatum: immediatum Dei est ipsa gratia infusio, eo fine collata, ut per eam nobis gloriam promeremur; ea enim à libera voluntate nostra non pendet, sed solum Dei, gratis illam nobis præparantis: in cuius gratiae præparatione Deus simul habet virtualement voluntatem de electione ad gloriam, quæ voluntas sit formalis per gloriae productionem, immediatè dependentem per modum effectus formalis à nostra libertate. Quos fit ut productio gloriae sit mediatum exercitium libertatis Dei, & simul moralis effectus à nostra libertate immediatè dependentis.

Ad confir. Habemus mediatam libertatem in ipsam præfinitionem nostrorum actuum, quia licet potuerit Deus adhuc eos sub conditione præuisos, non prædefinire; in nostra tamen potestate fuit, ut si non præviderentur sub conditione futuri, cum potuerimus pro nostra libertate ad oppositum nos sub conditione determinare; nec potuisset Deus absque præiudicio nostræ libertatis eos prædefinire, nisi prius vidisset eos sub conditione liberè futururos. Habemus etiam in actus ipsos immediatam libertatem per modum exercitij, dum liberè illos in tempore elicimus. At neque in æternam electionem ad gloriam, neque in gloriam ipsam, ullam habemus mediatam, vel immediatam libertatem per modum exercitij; cum actus ipse glorificationis non procedat liberè à nostra voluntate, & sit actus merè necessarius: idè si libertatem non habemus in gloriam quoad intentionem, neque in illam habebimus quoad executionem, cum ut infra, non sit diuersa electio: ergo nisi in illam sit homini libertas per modum effectus moralis, meritorie ab hominis libertate dependentis, nulla erit hominis in gloriam libertas.

Ex his inferitur diferimen inter actuum & gloriae præfinitionem; nam actus Deus non præfinitur dependenter ab ipsis, ut à causa meritoria, contra vero gloriam nobis præfinitur dependenter à nostris operibus, ut à causa meritoria actus, non præuisi sub conditione futuri, non potuerunt esse causa meri-

toria, ut à Deo prædefinirentur; nam ut sic apti non sunt mouere Deum ut causa meritoria: nec ut præuisi absolutè futuri; nam ut potuissent mouere Deum ut causa meritoria, debuissent prævideri existentes in se, cum ut sic tantum mouere possint ut causa meritoria: at non potuerunt prævideri in se existentes, nisi dependenter a libero decreto Dei, cum nullus effectus prævideri possit existens in se, nisi dependenter ab omnibus suis causis necessarijs, quarum potissima est efficax voluntas Dei; igitur prius quam prædefinirentur, supponeretur prædefiniti: liquidem ut supponitur, prædefinirentur dependenter ab absoluta futura existentia eorummet; & vice versa, absoluta futura existentia eorum penderet ab antecedenti prædefinitione ipsorummet: idem actus esset prior & posterior, causa & effectus sui met ipsius (Dixi, ab ipsis: quia potuit Deus aliquos actus præfinire dependenter ab alijs absolutè præuisis, ut a causa meritoria, velut opera subsequencia contritionem dependenter ab actu contritionis absolutè præuiso) Gloria verò cum gloria sit distincta ab operibus nostris bonis, & de fide sit, gloriam nobis dari in præmium bonorum operum, nec possit commode saluari, eam dari tantum in præmium quoad executionem, dicendum est, eam decretam fuisse quoad intentionem dependenter a nostris futuris operibus absolutè præuisis.

Repugnat 3. Deum talem modum in prædestinatione hominum seruare, qui repugnet alteri eius voluntati: at Dei voluntas est, ut in virtute & perfectione comparanda semper crescimus sine fine Math. *Estote perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est*: & hæc voluntas pugnat cum voluntate gloriae in certo gradu & perfectione, independenter a nostris meritis definitæ.

4. Verisimile non est, Deum talem modum in prædestinatione seruasse, qui & fœcordiam generet electis, & desperandi occasionem præberet reprobis: at posito tali modo, iure posset unusquisque ita secum ratiocinari: si sum prædestinatus, iam certus ero, quod quidquid egero tandem saluabor; quia implicat deum absoluta sua voluntate me ad gloriam elegisse, & de facto mihi non dare, quæ necessaria sunt ad eam consequendam. Si non sum; certus sum, quod quidquid egero, tandem non saluabor; quia nihil efficere possum, quo salutem consequar, a qua ante omnia mea merita, efficaci Dei voluntate exclusus sum. Quæ ratiocinatio vim non habet in nostra sent. quia cum prædestinatio, & reprobatio facta sit in æternitate dependenter a nostris futuris operibus ab æterno præuisis; si sum prædestinatus, idè sum, quia in Dei scientia præcesserunt mea merita cum auxilio gratiae in tempore facta, quæ causa fuere, ut Deus ab æterno mihi gloriam prædestinaret. Si non sum, idè non sum, quia in Dei scientia præcesserunt mea demerita in tempore commissa; quæ causa fuere, ut Deus ab æterno me a regno excluderet. Undè sicut Deus ab æterno potuit præuidisse bona mea opera, si ego nunc, ut iam pro mea libertate possum, bene sum operaturus; ita me ab æterno ad gloriam elegisse dependenter a meis bonis operibus, quæ sum facturus. Contra vero, sicut potuit ab æterno præuidisse mea demerita, si ego nunc, ut iam liberè possum, male sum operaturus; ita me ab æterno a gloria exclusisse, dependenter a meis demeritis, quæ sum facturus: nam etiam si electio, vel exclusio a regno æternitate præcedat, causalitate tamen subsequitur et mea merita, aut demerita facta in tempore facta, nam prius fuit in ipsa æternitate;

3. Absur.

4. absurd.

Sœcordia & desperatio generetur.

Dilemma.

Quibus in nostra sent non est locus

74  
Ad obiect.  
Respon.

Ad confir.  
longe distat  
ratio.

Duplex li-  
bertas homi-  
nis in præsi-  
nitonem æ-  
ternam actu  
um suorum.

Nullam ele-  
ctionem.

75  
Diferimen  
inter actum  
& gloria  
præfinitio-  
nem.



me in tempore bene aut malè vsque in finem vitæ operaturum, quam Deum me ad gloriam elegisse, vel à gloriâ exclusisse. Neque hinc sequitur, temporale fuisse causam æterni, quia non ut temporale, sed ut æternum in scientiâ Dei præcedens, fuit causa æterni. Sed contra, 1. adhuc posito decreto vel de electione ad gloriam, vel de exclusione à regno ex præuisione operum, impossibile est, aut electum damnari, aut reprobum saluari. Resp. neg. assump. Ad prob. dist. antec. est impossibile impossibilitate consequente, supponente futura nostra opera in æternitate præuisa, concedo. Sola autem impossibilitas antecedens lædit libertatem, quia supponit gloriam, vel efficaciter decretam, vel efficaciter negatam independentem à nobis: non autem impossibilitas consequens, quæ supponit gloriam efficaciter decretam, vel negatam dependentem à futuris nostris operibus, in æternitate præuisis, iuxta aliam sent. habet prædictum dilemma suam vim, quia supponit gloriam, vel reprobationem efficaciter decretam independentem à nobis; iuxta nostram autem, si bene egero, ego ipse sum causa, ut ab æterno sim ad gloriam electus contra verò, si malè vixero, ego ipse sum causa, ut ab æterno sim à gloriâ exclusus. Contra 2. quòd Petrus fuerit ab æterno ad gloriam electus, non Iudas, est, quia Petrus fuit ab æterno præuisus cum gratia finali, non Iudas: at hoc quia Deus, vni præparauit gratiam finaliter congruam, non alteri: ergo cur vnus potius, quam alter sit ad gloriam electus, sola Dei voluntas fuit, vni potius, quam alteri, congruam gratiam præparantis. Resp. neg. conseq. nam licet efficax electio ad gloriam pendeat a gratia finali, & hæc a voluntate Dei gratiam preparante; quia tamen hæc in ratione efficacis pendet etiam a libero consensu creaturæ, vni cuius eadem gratia, quæ præuisa est efficax, præuideri potuit inefficax, à quo tamen libero consensu non pendet gloria ut efficaciter decreta, vel negata; idèò etiam si gratia finaliter congrua, ex qua pendet electio ad gloriam, sit à sola voluntate Dei, illam potius quam aliam præparante, adhuc tamen efficax electio ad gloriam, ut a causa merito riâ, pendet a nostris operibus ex gratia profectis; quia, ut infra, illa non decernitur, nisi ut corona, & merces, quæ essentialem ordinem dicunt ad merita, ut ad causam meritoriam, & mouentem Deum ad gloriam decernendam. Confirm. hunc modum indicat tum multitudo angelorū prædestinatorū, tum paucitas hominum saluandorum. Etenim si electio vel exclusio a regno, a solâ Dei voluntate penderet, cur ad illud tam paucos homines, tam multos elegit angelos? cum potius respiciendo ad caput homogeneum Christum, multò plures debuisset homines, quam angelos ad regnandum eligere. Ratio: cum electio ad regnum, proposita sit ut præmium in stadio virtutis certantibus, cumque angeli, breuius faciliusque habuerint certandi stadium; contra verò homines diuturnius, difficiliusque ob infirmioris naturæ imbecillitatem, & impugnantium hostium multitudinem, & calliditatem, plures angeli, quam homines præuisi sunt in fine certaminis victores. Nec valet obiectio: siue detur electio ad gloriam, siue non, cum Deus habuerit efficacis auxilia, quibus omnes homines saluare poterat, cur tam paucos saluauit? nam quod Deus iuxta nostram sent. tam paucos saluauerit, refunditur ut in primam radicem, in voluntatem creatam, quæ innata sua libertate effecit, ut tam pauca auxilia sibi a Deo sub conditione oblata, præuisa fuerint congrua: si enim

plura auxilia pro sua libertate, iisdem auxilijs adiuta, congrua reddidisset, plures saluati fuissent. Nec obstat, quòd Deus potuisset, etiam eos, quos præuidit pro sua innata libertate oblata sibi auxilia incongrua reddidisse, per alia auxilia, quæ in eisdem congrua præuidit, saluare: quia Deus non tenetur extraordinarijs auxilijs omnes ad salutem vocare, modò omnibus eiusmodi obtulerit auxilia, quæ, si voluissent, omnia, aut saltem plurima in eis præuideri potuissent congrua. Quod de electione ad gloriam, quæ a nostra libertate nullo pacto pender, dici non potest. Et cum aduersarij replicant, etiam in mea libertate fuit, ut poneretur efficax electio ad gloriam, quia in mea potestate fuit, efficere, ut merita, per quæ efficax electio ad gloriam poneretur, præuisa fuerint: nam vel hæc replica coincidit cum sententia affirmante, gloriam dari dependentem à meritis tantum quoad executionem; vel si etiam quoad intentionem, coincidit cum nostra.

Dices: Hinc sequi, primam radicem discretionis prædestinatorum a non prædestinatis fore ex nobis; quia ex nobis est, ut series auxiliorum nobis præparata sit finaliter efficax, ex quorum efficacia pendet prima radix discretionis prædestinatorum a non prædestinatis. Resp. neg. sequel. nam prima discretionis radix pendet ex uoluntate Dei, eam seriem auxiliorum præparantis, quæ præuisa est finaliter congrua hoc autem non pendet ex nostra voluntate, licet ex nostra voluntate pendeat, ut ea præuisa fuerit finaliter congrua. Vtrumque igitur in nostra sent. saluatur, & quòd prima radix discretionis prædestinatorum a non prædestinatis sit à Deo, eam seriem auxiliorum præparante, quæ præuisa est finaliter congrua; & quòd electio, vel reprobatio a regno facta sit dependentem a nostris operibus; tum quia electio, & reprobatio decreta est per modum mercedis, & iustæ pænæ, quarum vtraque supponit, ex parte eligendi vel reprobandi, propria merita aut demerita. Tum quia, quòd talis series auxiliorum præuisa sit finaliter efficax, vel inefficax, aliquo modo a nostra pendet libertate. Contra arguunt indem Recen. Si electio ad gloriam facta ante præuisa merita, multò melius potuisset prima gratia dari Adæ ex intentione ad gloriam, quam si talis intentio non præcessisset. Rectè, tali intentione supposita; sed quid ad absurda, que talem electionem impugnant? Nihil ad ea arguens respondet cum tamen in iis sit tota vis argu.

Absurdum 5. vel homines sunt ad gloriam electi, ante vel post præuisum peccatum orig. si ante, ut Scotistæ putant, tunc sequitur, aut tale decretum non cohærere cum his, quæ de facto post originale executioni mandantur, aut certè tale decretum fuisse mutatum: nam vel ante præuisum originale Deus ad æternam felicitatem prædestinauit eosdem homines, & cum eadem perfectione & mensura gloriæ, quos & cum qua nunc de facto prædestinauit; vel alios homines, & secundum aliam gloriæ mensuram. Si hoc secundum, sequitur, mutatum fuisse prius decretum: si primum, sequitur, tale decretum non cohærere cum his, quæ de facto sunt executioni mandata: nam de facto saluantur multi, qui peccato non existente non fuissent saluati; ut multi ex ijs, qui ex illicito concubitu nascuntur, qui tunc nati non fuissent: contra verò multi tunc saluati fuissent, qui de facto post originale non saluantur, ut multi, qui ex occisis parentibus, & ex ijs, qui in diluuiio perire, nati fuissent. Præterea nunc aliquos eligit ad

77.  
Dices.

Resp.

Impossib.  
conseq non  
lædit libert.78.  
Dices 2.

Resp.

79.  
Conf. cur  
paucis electiNon est eadem  
dicitur de  
electione ad  
auxilia effici  
causa.80.  
Injurijs

Resp.

81.  
absurdiQuid si præ  
destinati an  
sunt origin  
præuisi

ad gloriam, ut ad puram hæreditatem, ut paruulos, cum solo Baptismo morientes; reliquos verò adultos ad eandem gloriam eligit, ut ad coronam: at peccato non existente, nullus fuisset ad gloriam electus, ut ad puram hæreditatem, sed omnes ut ad præmium, quia omnes adulta & matura ætate decessissent, cum nulla tunc immatura mors quæ tantum est pœna peccati, fuisset. Confir. verisimile non est, ad eandem gloriæ mensuram prædestinatos fuisse homines tunc, qui & diuturniore tempore vixissent, & intensiores, frequentioresque actus virtutum eliciissent ac nunc; qui & brevior tempore viuunt, & remissiones actus ob imbecillitatem vulneratæ naturæ eliciunt.

Si verò cum *August. & Thomistis* supponamus, electionem ad gloriam factam esse post originale præuisum in se ipso scientia visionis, tunc sequitur, gratiam collatam Adæ, non fuisse illi prædestinatam ex efficaci intentione gloriæ, siquidem hæc fuit efficaciter decreta post præuisum originale, quod in hac sent. supponit primam gratiam iam prædestinatam Adæ. Ergo saltem aliquod medium non est ex efficaci intentione finis à Deo volitum; quod est contra plerosque aduers. qui putant, nullum medium ad gloriam conducens, prudenter eligi posse nisi ex efficaci intentione finis, cum tamen Adam electus sit ad gloriam, & nihilominus ei prima gratia non fuit & efficaci intentione gloriæ collata. Nec dici potest, quòd prima gratia, ut pote peccato interrupta, illi ad gloriam non conduxerit; nam eadem postea fuit illi per pœnitentiam restituta, & cum ea reliqua dona supernat.

Prima ratio. Illud in decreto nostræ prædestin. est prius volitum, ordine intentionis, quod est à Deo intentum ut medium aptius ad suam gloriam & honorem manifestandum ac promouendum: sed nostra merita sunt à Deo intenta ut medium aptius ad suam gloriam & honorem manifestandum & promouendum, quàm nostramet gloria: ergo in decreto nostræ prædestin. prius sunt à Deo volita & intenta nostrâ merita, quàm gloria nostra. Maior clara est: in quâuis serie mediorum in illud prius ordine intentionis fertur agens, quod intendit ut medium magis aptum magisque idoneum ad præintentionem finem consequendum; quo enim medium ex intentione agentis est magis cum fine connexum, ad eumque magis conducens, eò magis amatur & intenditur; quia magis accedit ad finem ipsum, qui propter se amatur & intenditur. Confir. sicut finis amatur & intenditur ante media; eò quòd amor mediorum causatur ex amore finis; ita media, quæ ad finem magis conducunt, amantur & intenduntur ante alia, quæ ad finem minus conducunt, eò quòd amor horum immediata causatur ex amore illorum: sicut enim se habet finis ad media proxima & immediata; ita media proxima & immediata ad remota & mediata. Minor est certa ex script. vbi Deus dicitur glorificare in cælis eos, qui ipsum glorificant in terris, 1. Reg. 2. *Quicumque glorificauerit me: glorificabo eum: Matthæi 10. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est: & apud eund. cap. 25. Christus ad possessionem suæ gloriæ vocat eos, quia sua opera & labores impenderunt in obsequium sui honoris & gloriæ: Venite, benedicti patris mei, possidete paratum nobis regnum a constitutione mundi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c.* Igitur gloriam decreuit dare iustis propter obsequia in eius honorem impensa; & consequenter Deus magis intendit obsequia in ipsius honorem exhibita, quàm glorificationem nostram;

siquidem hanc dat intuitu nostrorum obsequiorum, & nostra obsequia acceptat, ut in ipsius honorem exhibita. Ratio: eò actio est honorificentior Deo, quòd maiori cum libertate & difficultate operantis in ipsius obsequium exhibetur: sed merita non solum liberè, sed magna etiam cum difficultate in obsequium diuini honoris à nobis exhibentur; glorificatio autem necessariò, & nulla cum nostrâ difficultate, imò summâ cum voluptate & delectatione à nobis exercetur & Deo exhibetur: igitur honorificentiora sunt Deo merita nostrâ, quàm glorificatio nostra. Maior prob. quando in nostrâ libera potestate est, obsequium alteri præstare, vel non præstare, præstando plus de nostro impendimus, quàm si id ex necessitate faceremus, quia cum opere simul impendimus & nostram libertatem, quàm nihil pretiosius; quoque maiori cū difficultate illud impendimus, eò magis æstimamus illum, in cuius obsequium & honorem impendimus, cum ipsius honorem & gloriam nostro commodo & vitæ anteferamus.

Certum .n. est, Deum in hac Vniuersi creatione primò respexisse ad suam gloriam, ut ad finem principaliter intentum; *uniuersa propter semet, ipsum operatus est Dominus. prov. 16.* adeò ut propter hunc finem excellentius consequendum, maluerit maiorem hominum partem damnari quàm omnes, vii poterat, saluare: quoniam si omnes saluati fuissent, non fuisset attributum iustitiæ vindictiue per condignam delicti pœnam manifestatum: Reliqua verò Deus intendit ut media ad hunc finem consequendum. Inter media autem quædam ad eam manifestandam & promouendam conducunt remotè, sc. quæ solum deseruiunt ut materia laudis, ut creaturæ irrationales, quæ tantum sunt obiectum laudis diuinæ respectu creaturæ rationalis, quæ sola est capax propriè & proximè laudare ac honorare Deum. Porro inter media proxima, quibus creatura rationalis Deum glorificat, eiusque honorem promouet, sunt ipsius honestæ studioseque operationes, in eius obsequium exhibita, & inter has, eæ maximè quæ liberè & difficulter exhibentur. Vnde quia Martyrium est actio maximè libera, ac summe ardua, est omnium Deo honorificentissima. Qua de causa Christus, qui summo affectu desiderabat gloriam patris apud homines promouere, eam propria morte, & maximis corporis, animiq; cruciatibus promouere studuit. Cum igitur demonstratum sit, ea media fuisse à Deo prius volita & intenta, quæ ad finem suæ gloriæ consequendæ sunt magis idonea, manifestè sequitur, libera nostra merita in decreto nostræ prædestinationis fuisse prius à Deo volita & intenta, quàm nostram glorificationem. Confir. si Deus liberam optionem daret iusto, ut pro sua libertate eligeret vel ad gloriam admitti, & cum Christo æternum regnare, vel semper in hac vita manere per gratiam confirmatus maiora, & maiora pro ipsius gloria, & honore præstaret: gratius proculdubio Deo obsequium præstaret, hoc posterius eligendo. ita S. P. Ignatius malebat etiam cum dubio salutis in hac vita pro Christo pati, quàm de salute certus statim ad gloriam admitti. Et Christus longè honorificentius Patrem glorificauit, mortem propter ipsam sustinendo, quàm eodem per visionem beatam in hac vita fruendo. Nec recurri potest ad duplicem electionem, quoad intentionem: cum ratio facta maximè probet de electione quoad intentionem. Quis enim dicat, in decreto intentionis Deum prius ac principaliter respexisse ad nostram, quàm ad suam gloriam? Verum

ex ratione

Minor & consequentia

83. Exploratur magis hæc ratio.

Media magis minusque conducens ad man. pph.

Confir.

Si post præuisum orig.

Ratio efficacissima.

Minor ratio.

et auctoritate sacre scripte.

rùm prius ac principalis etiam respexisset ad nostra merita, ut potè quæ ad ipsius gloriam promovendam magis sunt idonea, quam ad glorificationem nostram. At instant certum est, Deum intendisse nobis gloriam ut finem merita solùm ut media ad eam consequendam. Quasi verò non potuerit Deus gloriam nobis intendere ut finem, & merita ut media, & simul utrumque ut medium ad suam gloriam consequendam: sicut Princeps potest alicui dignitatem ut finem per merita consequendam intendere, & merita ut magis idonea ad suam gloriam promovendam, in tali dignitate procuranda, prius ac primariò intendere. Consimili modo Deus intendit nobis gloriam ut finem per merita consequendam; quia verò merita sunt magis apta ad suum honorem promovendum, quem in nostrâ prædesti. principalis intendit, prius ad merita, ut ad media fini propinquiora, quam ad gloriam nostram respexit. Dices, opera hæc beatifica gloriose esse Deo; eò quod plura ipsius attributa manifestant; non solius Iustitiæ, dum illa Deus in executione confert propter iustorum merita; sed etiam misericordiæ & liberalitatis, dum eadem gratis & liberaliter, independenter ab eorum bonis operibus in hac vitâ factis in decreto intentionis decernit. Sed contra: merita iustorum in hac vitâ liberè ac summâ cum difficultate facta, non solùm manifestant attributum Iustitiæ divinæ, quòd ea Deus condignè remuneret; sed etiam misericordiæ ac liberalitatis, quòd ad ea exercenda congrua iustos prævenit gratiâ. quin manifestant etiam supremam excellentiam, & absolutam potestatem, quam Deus ut supremus Dominus habet in vitâ & mortem, dum iusti per hæc opera mortificatiua sese ut voluntarias victimas Deo sacrificant.

Ratio 2. de facto gloria decreta est adultis, ut merces & corona meritorum; non potuit ita decerni, nisi prædestinata sit dependenter à meritis, præuisis scientia visionis: igitur electio adultorum ad gloriam decreta est dependenter à meritis ipsorum præuisis scientia visionis, Maior est de fide, Luca 6. *Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælo.* 2. ad Timoth. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solùm autem mihi, sed & vobis, qui diligunt adventum eius: ex parabola opetariorum in vineam conductorum, Matth. 20.*

Ratio 3. Deus in decernenda nobis gloria magis respicit ad gloriam suam, quam ad gloriam nostram; si ut princeps, cum proponit præmium certantibus, magis respicit ad gloriam propriam, quam ad gloriam ipsorum certantium. Maior autem gloria redundat in Deum ex meritis nostris, quam ex glorificatione nostra, nam merita sunt actiones liberè elicitæ à creatura in obsequium Dei; gloria verò est actio necessariò producta: actio autem eò est honorificentior alteri, quòd liberè in ipsius obsequium exhibetur. Minor prob. Merces & corona essentialiter respectum dicunt ad merita & labores, à quibus causantur in genere causæ moralis meritoria: non possunt autem merces & corona casualitè meritis coronandi, nisi merita præcedant coronam in scientia absoluta coronantis: igitur si gloria decreta est adultis, ut corona & merces, præcedere debuerunt ipsorum merita in scientia absoluta Dei, ut causâ meritoniè movens Deum ad gloriam ipsam, ut coronam illis decernendam. Quò fit, ut prius ratione, quam Deus efficaciter nos ad gloriam elegerit, prævidere debuerit scientia visionis nostra

merita ex gratia profecta, propter quæ motus fuerit ad gloriam nobis, ut coronam decernendam.

Respondent 1. sufficere merita sub conditione tantùm præuisa, ut ex illis moveri potuerit Deus ad gloriam, ut coronam decernendam. Confirm. sicuti in nostra sent. motus est Deus ad Christum, ut redemptorem eligendum, ex peccato Adæ sub conditione tantùm præuiso: ita moveri potuit ad gloriam, ut coronam nobis decernendam, ex meritis nostris sub conditione tantùm præuisis. Sed contra: ideo Deus elegit hos potius, quam illos ad gloriam ut coronam capessendam, quia horum potius, quam illorum merita prævidit: nam electio ad gloriam ut coronam non est ex mera Dei voluntate, sed fundatur etiam in meritis ipsius coronandi. at sub conditione Deus non minùs prævidit merita & demerita vnius, quam merita & demerita alterius, si sub alia & alia serie auxiliorum, ac circumstantiarum constitutus fuisset. Ad confirm. dispar est ratio de voluntate prædestinandi Christum ut redemptorem, & eligendi homines ad gloriam, tamquam ad coronam, nam prior voluntas tota pendet ex liberalitate Dei, nullam supponente certam causam motivam ex parte creaturæ; posterior autem fundatur in certâ causâ motiva ex parte creaturæ, quæ sunt ipsius merita in obsequium Dei liberè exhibita. Respondent 2. voluisse Deum prædestinatis gloriam ut coronam, non ex ipsorum meritis, ut ex causa meritoria, ipsum mouente ad gloriam decernendam, sed ex mera sua liberalitate, ac amore. Ad eum modum, quo Pater aliquis desiderans dignitatem suo filio, ut illam maiore suo cum honore & fama consequatur, procurat, ut non gratis, sed per propria merita illam consequatur. Sed contra; Deus non decernit nobis gloriam, ut præmium duntaxat nostri laboris, sed etiam, & quidem principalis, ut præmium & retributionem operis in eius honorem, & obsequium impensæ; ac proinde in ea decernenda, non tam respicit ad bonum præmiandi, quam ad bonum & gloriam suam propriam, quæ Deo principalis pronenit ex liberis nostris meritis, in eius honorem & obsequium impensæ: igitur non potuit in gloria nobis decernenda moveri ex mera & sola sua liberalitate, nullo habito respectu ad merita nostra in ipsius obsequium exhibita; cum hæc sit principalis ratio, quam Deus in omnibus suis operibus intendit. Respondent 3. per decretum intentionis, Deum nullum habuisse respectum ad merita prædestinandi, sed gloriam decrevisse ex mero suo beneplacito; ad ea tamen respectum habuisse per decretum executionis, in quo eandem gratis definitam quoad intentionem, rursus decrevit, ut præmium & coronam ex meritis nostris in executione præuisis. Sed contra: non potuit Deus in decreto intentionis non intendere, id, quod in maiorem sui gloriam & honorem redundabat; hoc autem sunt merita prædestinandi liberè in obsequium ipsius exhibenda. Præterea ob alias rationes displicet hoc duplex decretum in Deo, de quo in seq.

Ratio 3. Certum est, gloriam quoad executionem retribui ex meritis, & propter merita, ex Matth. 25. Ergo etiam quoad intentionem definita est ex meritis, & propter merita ab æterno præuisa. Nam ipsa executio operis, manifestat intentionem agentis. Negant conseq. & recurrunt ad decretum, alterum per modum intentionis, quo Deus gloriam intendit, ut finem independentem à meritis; & merita ut media dependentem à gloria, ut à fine; alterum per modum executionis, quo eandem

Dices

Sed Contra manifestè.

24. alia ratio possissima

Ratio

Hic card. dissic.

merita causant coronam

85. Respondent 1.

Contra

86. Respondent 2.

Contra

87. Respondent 3.

Contra

88. Ratio 3. et temporali retributione gloria.

Respondent

eandem gloriam decessit conferre dependenter à meritis, ut à causa morali meritoria. Sicut in quolibet artifice creato duplex distinguitur ordo, alter, quo expræintento sine tendit ad media eligenda; alter, quo ex medijs progreditur ad finem exequendum. 1. decretum, quia gratis fit, nullo habito respectu ad merita, ut ad rationem & causam moraliter mouentem, est puræ misericordiæ & liberalitatis. 2. quia fit ex motiuo operum, in Dei honorem exhibitorum, est iustitiæ, seu gratitudinis, quo Deus remunerat opera in sui honorem & obsequium impensa. Hoc duplici decreto conciliari putant multa loca Augustini, in quibus modo videtur concedere, gloriam prædestinari ex meritis, modo independentem ab illis. Priora explicat de voluntate executiua, posteriora de electiua. Sed contra; 1. non potuit Deus decreto intentionis non intendere id, quod in maiorem sui redundaret gloriam, seu velle prædestinatis gloriam, ut præmium operum in ipsius obsequium impenderem; ac proinde prius ratione debuit velle merita, quam gloriam; siquidem gloriam voluit propter merita. Non potuit autem prius ratione velle merita, nisi prius etiam ratione illa præuiderit, ut absolutè futura; quia merita non voluit, ut purum finem, uti voluit nobis gloriam, sed ut obsequia in ipsius honorem exhibita; & consequenter ut præuisa scientia visionis, cum scientia conditionata ad hoc non sufficiat. 2. superfluum est hoc 2. decretum; nam per primum manent omnia sufficienter applicata suo tempore exequenda, quia per illud Deus efficaciter intendit singula ut practicè causanda; igitur sine decreto executiuo, ut tantum prius electiui, omnia manent suo tempore executioni mandanda. Confir. si prior voluntas est efficax, uti ab aduers. ponitur, non sinit in ipsa gloria speculatiuè tantum diligenda, per simplicem dumtaxat complacentiam, sed ad eam etiam se extendit per practicam & efficacem intentionem, quæ executionem includit; per hanc enim distinguitur practica intentio à simplici complacentiâ. Vnde eatenus in nobis, præter priorem voluntatem intentionis, est necessaria posterior executionis, quatenus voluntas in nobis non est per se ipsa operatiua ad extra, sed eget ad exequenda ea, quæ ipsa efficaciter intendit, ope virtutis executione distinctæ: at voluntas Dei se ipsa est operatiua ad extra; neque eget ad exequendum, quod ipsa efficaciter intendit, virtute executionis distinctâ. 3. vel hæc duo decreta concurrunt ad gloriam causandam; ut causæ partiales, vel ut totales: quouis modo concurrant, semper sequitur, quod de facto gloria nobis non conferatur ex solis meritis, cum in tam en scriptura ubique testetur, gloriam nobis conferri ex meritis. Nec dici potest, quod sola merita sint causa collationis gloriæ, sicut sola misericordia est causa electionis eundem gloriæ: quia repugnat, aliquid esse causam efficacis electionis ad gloriam, & non esse causam temporalis collationis eiusdem gloriæ. Nam libera electio gloriæ in Deo supra actum necessarium, cuius nulla datur causa, importat solam connotationem temporalis collationis gloriæ. Igitur, si misericordia est causa efficacis electionis ad gloriam, erit etiam causa temporalis collationis eiusdem. Vnde adhuc non posito posteriore decreto executiuo gloriæ, ex vi tantum prioris nobis gratis conferretur gloria, cum in vi talis decreti gloria sit totaliter, & efficaciter decreta.

Respondent alij, inter quos Ruz. de prædest. disp. 12. Sect. 6. & 7. Deum eadem volitione efficaci,

& gratis intendisse gloriam ab æterno per merita consequendam à prædestinatis, & gratis illam in tempore conferre per merita; ita ut sicut ab æterno gratis voluit, ut gloria prædestinatis daretur ex iustitia & per merita; ita eadem voluntate in tempore gratis dat eandem gloriam ex iustitiâ, & per merita; non propter merita. Verum hæc resp. negat verum actum iustitiæ seu gratitudinis in Deo in retribuenda gloria prædestinatis, & ab eorum honestis operibus propriam tollit rationem meriti respectu consecutionis gloriæ: 1. contra 2. ad Timoth. 4. Quam nempe gloriam. reddit mihi Dominus iustus iudex, &c. Dicitur autem Deus iustus iudex ipso actu iustitiæ, quo gloriam retribuit prædestinatis: ergo si hic actus non esset iustitiæ, falso diceretur Deus gloriam reddere prædestinatis ut iustus iudex, sed potius illam elargiri ut liberalis donator. 2. contra Concilia & Patres, docentes, opera istorum esse vera & propria merita respectu consecutionis gloriæ: Trident. sess. 6. Can. 32. Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius vitam membrum est, sunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ si tamen in gratia decesserit consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit. contra Christi doctrinam Matth. 25. Vbi tam glorificationis prædestinatorum, quam reprobationis reproborum, meritoria causa assignatur bona, & mala eorum opera. Prior sequela ostend. actus virtutis dicitur talis ex motiuo formali ipsius virtutis: In hac autem sent. actus, quo Deus in tempore gloriam tribuit prædestinatis, non est iustitiæ seu gratitudinis, sed liberalitatis seu misericordiæ. Major recipitur: cum ab eo virtutis actus suam habeat denominationem, à quo habet specificationem; sc. à motiuo formali; non ab obiecto materiali: vnde qui debitum restituit non ex motiuo iustitiæ, sed temperantiæ, ne nimium afficiatur erga pecuniam, non facit actum iustitiæ, nisi tantum materialiter, sed temperantiæ. Minor. prob. in hac sent. motiuum formale, quo Deus mouetur ad dandam gloriam prædestinatis, non est, ut eorum bona opera in sui honorem & gloriam facta compenset, sed ut se illis liberalem & misericordem ostendat: siquidem non confert illis gloriam intuitu bonorum operum, sed mera sua liberalitate, & gratuita voluntate. Vnde donat illis in tempore gloriam, mediantibus bonis operibus, non ut meritis, quibus eam à Deo impetrent, sed ut puris medijs, quibus illam gratuita Dei voluntate consequantur.

Posterior prob. in hac sent. Deus gloriam nec in tempore confert prædestinatis, intuitu ipsorum bonorum operum, sed mera sua liberalitate & misericordia non propter merita, sed per vel ex meritis: igitur tollitur ratio meriti à bonis operibus prædestinatorum, respectu consecutionis gloriæ. nam sicut meritum in actu 1. constituitur per virtutem moraliter motiuam alterius voluntatis: ita in actu 2. formaliter constituitur per actum leuem motionem, qua alterius voluntatem moraliter mouet, ad aliquid ipsius intuitu dandum. Igitur si bona opera prædestinatorum non mouent moraliter diuinam voluntatem, ut intuitu ipsorum eis gloriam retribuatur, non habebunt respectu conse-

Augustin.

90. Confr.

Si prius ratione voluit merita, etiam præuidit

Confr.

Causa electionis & collationis eadem.

91. Respond. Ruz.

92. Labitur in aquæ abjur. do.

93. Negat actum iustitiæ in præmiando.

94. Tollit rationem meriti.

consecutionis gloriæ rationem meriti, sed meri ac puri medijs, ex ordinatione diuinâ prærequiriti.

Conf. 1.

Confirm. 1. Non est vera causa meritoria, quæ non habet veram causalitatem causæ meritoria. At bona opera prædestinatorum, iuxta hanc sent. non habent veram causalitatem causæ meritoria respectu consecutionis gloriæ: causalitas .n. causæ meritoria, est motio moralis, qua mouetur agens ad retribuendum aliquid intuitu ipsius operis merentis, ergo contra concil. non sunt vera merita, &c. 2. Merita non causant, nisi vt præcognita; seu impetando ab ipso præmiante ob suam honestatem exhibitam in honorem alterius, præmium impetant autem vt præcognita ab ipso præmiante, sed iuxta hanc sent. bona opera prædestinatorum non causant vt præcognita: Deus .n. tribuit gloriæ prædestinatis in tempore ex eadem voluntate, quâ illam prædestinauit ab æterno: sed iuxta hanc sent. illam ab æterno Deus non prædestinauit ex meritis præcognitis vt absolute futuris, quo pacto tantum sunt apta impetrare meritorie gloriæ à Deo. nam hæc fuerunt ab æterno præuisa post decretum de medijs efficacibus, quæ in hac sent. præparata fuerunt post decretum electionis ad gloriæ: ergo neque in tempore illam tribuit ex meritis præcognitis. Nam licet, quando Deus in tempore gloriæ tribuit, merita cognoscat, vt actu iam in sui honorem exhibita, talis tamen meritorum cognitio ad gloriæ collationem se habet merè comitanter: siquidem ex sola voluntate electiua ad gloriæ, & ex eodem motiuo quo ab æterno motus fuit, independenter ab illis prædestinatorum meritis in hac sent. gloriæ tribuit in tempore. 3. Matth. 25. æquè pro collatione gloriæ, ac pro pœnæ inflictione, vt causa meritoria assignantur bona opera prædestinatorum, & mala reprobatorum: at hæc sunt vera causa moralis meritoria inflictionis pœnæ: ergo & illa erunt vera causa moralis meritoria collationis gloriæ. Minor conceditur ab aduers. qui quamuis concedant, negatiuam exclusionem à gloriâ non esse propter demerita, haud tamen negant, ipsam positiuam inflictionem pœnæ esse propter eorum peccata, vt propter veram causam moralem meritoriam talis pœnæ. 4. Hæc resp. tollit ab ipsa gloria prædestinatorum formalem rationem mercedis, coronæ, ac præmij. Nam merces dicitur per respectum ad laborem, propter quem, & intuitu cuius soluitur; ad Rom. 4. *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Corona autem, & præmium dicuntur per ordinem ad opera bona propter quæ, & intuitu quorum retribuantur. Sicut pœna dicitur per respectum ad opera mala, propter quæ, & intuitu quorum infligitur. Vnde solum materialiter in hac sent. diceretur merces, corona, præmium, ex materiali & extrinseca consecutione gloriæ per merita, non formaliter ex intrinseco actu, quo Deus illam tribuit, cum talis actus in Deo in hac sent. non sit iustitiæ & gratitudinis, sed misericordiæ & liberalitatis.

95.  
Confirm. 2.  
merita non  
haberent  
veram rationem meriti.

97.  
Confirm. 3.

98.  
Confirm. 4.

99.  
Ratio 4.

Ratio 4. ducitur ex æterna reprobatione positua malorum, quæ sicut facta est ex præuisis demeritis, ita æterna electio iustorum ex præuisis meritis: tum quia non minus in executione gloriæ retribuitur ex meritis, quàm pœna ex demeritis: ergo non minus in intentione gloriæ decernitur ex meritis, quàm pœna ex demeritis. Tum quia vtraque est à Deo viatoribus proposita, vt meta & finis præsentis certaminis; ergo sicut decreta est vna ex demeritis, ita & altera ex meritis.

At potuit, inquit, Deus independenter à meritis decernere gloriæ, quia bona est, non pœnam, quæ ex se bona non est, & culpam supponit. Sed contra; potest Deus in sent. Thomist. prædefinite actus malos; igitur ex se etiam poterit prædefinire pœnam. Nam plus est prædefinire actum prauum, qui malitiam intrinsece includit, quàm pœnam, quæ illam tantum supponit: nam potest Deus supposito peccato pœnam intendere, cum tamen peccatum nullo pacto intendere possit. Tum quia hoc potius demonstrat, vtramque esse à Deo dependenter à nostris operibus definitam; cum hoc nullum inuoluat absurdum, & aliunde pœna & præmium melius sibi respondeant.

Dicendum, Deum primò decreuisse condere hunc mundum, & in eo tot creaturas racionales, æternæ gloriæ capaces, sub his circumstantijs & occasionibus voluisse creare, quot & sub quibus de facto eas creauit: Tum liberali & misericordia sua voluntate omnibus præparasse sufficientia media ad salutem, quibus singulæ creaturæ possent talem gloriæ consequi. Hæc autem media fuerunt cum Christus prædestinatus vt Redemptor ex occasione peccati præuisi sub conditione futuri, in hac serie & ordine vniuersi: tum institutio Sacramentorum, & quædam vniuersalia media in causis vniuersalibus præparata. Deinde singulis elegisse media, vberiora & efficaciora vni, minùs vbera & inefficaciora alijs pro beneplacito sue voluntatis, & rerum, circumstantiarumue opportunitate. Atque totum hoc decretum fuit liberalitatis & misericordiæ. Quod si sibi complacuerit,

vberiora & efficaciora vni, quàm alijs auxilia condere, hoc spectat ad suam & creaturæ libertatem ostendendam; ad dona gratiæ magnificanda; ad naturæ imbecillitatem manifestandam, aliosque fines sibi notos. Tum ex tot creaturarum multitudine alias præuidisse cum collatis donis in sua gratia, & amicitia finaliter perseuerantes; alias verò deficiente propriæ voluntatis, in finali peccato decedentes. Tandem absoluto, & definitiuo decreto illis æternam felicitatem, vt condignum præmium, his sempiternam miseriam in pœnam suorum scelerum statuisse. Atque hoc est decretum illud, quod Augustinus iustitiæ, & remunerationis appellat, quo Deus nobiscum se gessit more iudicis, deficientis præmium vni, & decernentis pœnam alijs, ipsorum operibus condignam. Atque in hoc ultimo signo, & decreto completur tota serie & ordo prædestinationis, & reprobationis adulatorum, absque alio decreto executiuo distincto, cum vi huius voluntatis media, & finis maneant executioni suo tempore efficaciter applicata. In qua serie & ordine signorum non modò in Deo assignamus antecedentem voluntatem saluandi omnes; in ipso primo decreto mittendi Christum; vt redemptorem in remedium peccati sub conditione præuisi, & instituendi sacramenta, præparandique media vniuersalia pro omnibus ad felicitatem supernam consequendam: sed etiam saluamus, quo pacto Deus neminem ex se antecedente voluntate à regno excluderet; & quod nulla facta sit exclusio, nisi post præuisa demerita. Saluamus etiam peculiarem affectum, quem Deus habet etiam ante præuisa merita, in ipsa voluntate præparandi media congrua erga prædestinatos, quem non habet erga reprobandos, quibus tantum præpararet media sufficientia. Hæc tamen peculiaris dilectio, quæ simul fuit præ alijs ad gratiam efficacem electio, non est in Deo distincta voluntas à voluntate præparandi media efficacia ad gloriæ; cuius tantum

190.

Dicit

Resp.

Contra Tho.  
mistas, ad  
hominem

101.

Ordo d. cre-  
torum Dei  
circa præde-  
stinationem  
adulatorum  
& paruulo-  
rum.Compen-  
ditum do-  
ctrina.Decretum  
iustitiæ.

102.

Voluntas  
saluandi  
omnesSingularis  
affectus in  
prædestin.

rùm fuit virtualis, non formalis electio: Sicut è contrà, electio ad gratiam inefficacem, quæ est simplex electio virtualis ad gloriam, simul fuit efficax exclusio virtualis à regno. Neque enim repugnant hæc duæ voluntates in Deo, simplex scilicet volitio rei, & simul efficax nolitio eiusdem, quando illæ effectum decernunt dependenter à voluntate alterius, cuiusmodi sunt hæc duæ voluntates in Deo. Nam prior hoc ipso, quod tribuit media sufficientia ad salutem, quantum est de se intendit illam: posterior verò, quia non tribuit media efficacia, quibus simus salutem infallibiliter consecuturi, dicitur efficax nolitio eiusdem, non quidem formalis, cum nondum reprobos ab æternâ salute formaliter excludat, sed tantum virtualis, inclusa in mediis inefficacitate. Unde quæ ratione non repugnant voluntas dandi media sufficientia, & noluntas dandi media efficacia ad salutem: eadem ratione non repugnabunt simplex voluntas virtualis ad gloriam, & efficax noluntas virtualis ad eandem. Atque hæc de prædestin. adultorum tam hominum, quam angelorum. Cæterum paruuli non eliguntur ad gloriam, ut ad præmium ex ipsorum præuisis meritis, quorum nondum sunt capaces; sed ut ad puram hæreditatem, ex præuisa eorum finali iustificatione, ad quam ordinantur ex meritis Christi, ut capitis, medijs causis tam naturalibus, quam liberis, ex quarum applicatione pendet eorum iustificatio, per regenerationis lauacrum.

Infertur 1. non modò gloriam & ab æterno decretam fuisse, & in tempore datam propter præuisa merita futura, sed etiam gratiam iustificantem, eiusquæ incrementum adultis tam in æternitate præparata, quam in tempore collata esse propter præuisa merita futura, vel de congruo, respectu primæ gratiæ iustificantis, vel de condigno respectu incrementi eiusdem. Ratio: etiam hæc dantur ut præmium propter merita, vel de congruo, vel de condigno: ergo etiam hæc decernuntur & conferuntur propter præuisa merita illius, intuitu quorum decernuntur & conferuntur: cum hoc exigat ratio præmij, ut non prius decernatur, vel conferatur, quam promerentis opera, intuitu quorum illud decernitur & conferatur, prævideantur futura. 2. non solum quando præmium decernitur, vel conferatur, propter merita ipsius præmiandi; sed etiam, quando decernitur, vel conferatur propter merita alterius, debent illa prævideri ut absolutè futura. Ratio: siue merita sint propria ipsius præmiandi, siue alterius, ut valeant præmium causare, debent in scientiâ præmiantis præcedere præmium; quia debent illud causare præcognita ut absolutè futura; eò quod debent illud causare, moraliter inclinando voluntatem præmiantis, ut illud in sui recompensam retribuatur. Hinc fit, ut merita Christi debuerint ut absolutè futura in scientiâ Dei præcedere tam hominum, quam angelorum prædestinationem, quibus de facto iuxta probabiliorē sent. collata est gratia & gloria intuitu meritorum Christi. Dices. Sæpè Deus excitat vnum, ut propter orationem & bona opera ipsius saluet alium: sed talis excitatio est effectus voluntatis, quæ Deus vult saluare alterum: cum tamen huiusmodi excitatio non sequatur, sed præcedat merita excitandi, siquidem ad hoc illa datur, ut per eam quis ad merendum pro altero exciteretur: ergo non semper merita vnius præcedunt in scientiâ præmiantis præmium alteri retribuendum. Resp. talis excitatio non est effectus voluntatis formalis de gloriæ electione, quia nondum

est in se decreta formaliter; sed vel est effectus voluntatis virtualis inclusa in aliâ voluntate formali antecedente de medijs; vel est ipsa prima voluntas virtualis de gloriâ, inclusa in primâ voluntate formali de præparandâ excitatione, ut primo media ad gloriæ consecutionem. Infertur 3. non semper per prædestinatos discerni à non prædestinatis per primam gratiam congruam, sed per vltimam finalem: cum tam prædestinatus, quam reprobis interdum vocentur ad primam gratiam congruam. Et donec prævideatur gratia finalis, semper est in prædestinato libertas illam respiciendi, ac proinde semper manet scientia diuina indifferens ad oppositum videndum, cum visio æterna Dei supponat obiectum futurum. Etenim prius prioritate rationis & quasi causalitatis obiectiuè fuerunt ab æterno merita finalia futura Petri, quam eorundem præscientia in Deo. Dixi, non semper: quia interdum prædestinatus discernitur à non prædestinato per solam primam vocationem congruam, quando scilicet illa simul est finalis, ut contingit in duobus paruulis, quorum vnus baptizatus, alter non baptizatus ex hac vitâ d. cedit.

4. Etiam si in totâ serie medijs, quibus prædestinatus gloriam consequitur, multa à Deo decernantur, & conferantur, ut præmia intuitu præcedentium operum, ut meritorum vel de congruo, vel de condigno, adhuc tota series medijs dicitur ex gratuitâ & liberali Dei voluntate præparata prædestinato. Quia omnia subsequencia merita originem trahunt ex primâ vocatione congrua, ut ex radice, quæ cum nulla præsupponat merita, nec condigna, nec congrua, cum ante illam non præcedant nisi opera naturalia, quæ cum ordine gratiæ nullam habent connexionem, omninò gratis præparatur, & confertur: ac proinde reliqua etiam opera, quæ ex ipsa ut ex radice originantur, dicuntur gratis dari. Dices. hoc pacto etiam gloria dici potest gratis nobis præparari & conferri, contra ea, quæ supra, nam etiam gloria originem trahit ex primâ vocatione ut ex primâ radice. Resp. posse gloriam considerari, ut integrat totam seriem prædestinationis, quæ incipit à prima vocatione, sicque gratis nobis præparari, & conferri: (in quo sensu dicitur gloria ab August. gratia pro gratiâ) vel seorsim, quatenus effectus est præcedentium meritorum; sic non gratis, sed ex iustitiâ seu gratitudine nobis præparari & conferri. Eadem ratione media posteriora, quæ dantur ob merita priora, si considerentur ut integrantia totam seriem prædestinationis includentis primam vocationem, dicuntur gratis dari, ratione primæ vocationis, à quâ originantur: si verò considerentur seorsim ut effectus distincti priorum meritorum, ut sic non gratis, sed ex iustitiâ & gratitudine nobis præparantur, & conferuntur. Infertur 5. posse finem simul in eodem signo rationis decerni ut exequendum per tale medium, vel tale medium executioni mandandum propter talem finem; non posse autem simul in eodem signo rationis decerni meritum ut causam præmij, & præmium ut effectum meriti. nam et si finis sit causa medijs, & medium effectus finis in intentione; ut tamen vnum decernatur ut exequendum per aliud, non prærequiritur cognitio alterius, ut absolutè fieri, sed sufficit, ut vtrumque cognoscatur possibile; eo quod finis non causat per bonitatem existentem, sed possibilem: eadem possibilitas sufficit, ut cum fine decernatur medium vel ut effectus ipsius in intentione, vel ut causa eiusdem in executione. Ut autem præmium decernatur propter meritum,

105.  
De paruulis

104.  
Collaria  
admiranda

105.  
Coroll. 2.

106.  
Dices

Resp.

107.  
Coroll. 3.

108.  
Coroll. 4.

Ratio

109.  
Dices

Resp.  
gloria bifariam consideratur.

110.  
Coroll. 5.

Eodem signo nequit decerni meritum & præmium.

meritum, necessariò prærequiritur cognitio meriti ut absolutè futuri; quia meritum non causat nisi propter bonitatem existentem à præmiante præcognitam; cumque cognitio rei ut absolutè futuræ præsupponat absolutum decretum Dei de eadem re futura, non poterit in eodem signo rationis decerni præmium & meritum simul, cum decretum præmij præsupponat cognitionem meriti, & cognitio meriti decretum mediorum ad meritum necessarium. Hinc patet, cur de Incarnat. asseramus, potuisse Deum in eodem signo rationis simul decernere Incarnationem propter remedium peccati præuisi scientiâ conditionatâ, ut propter finem proximum, & simul remedium ipsum peccati dependenter ab Incarn. ut à medio ex voluntate Dei connexo cum tali fine, & utrumque propter Christi gloriâ & exaltationem, ut propter finem magis remotum, etiam si Christi opera ut causa meritoria debberint ratione præcedere prædestinationem gratiæ & gloriæ tam hominum, quam angelorum, dependenter à quibus prædestinati sunt. Quia in ratione finis & medij vnum non necessariò præsupponit alterum ut absolutè futurum, ut præmium præsupponit meritum. Inferitur. 6. Quæ hic dicta, non repugnare ijs, quæ disp. 14. Sect. 5. sc. posse Deum antecedenter ad nostram libertatem prædefinire omnes actus nostros in indiuiduo, absque præiudicio nostræ libertatis, quæ libertas non saluatur in assecutione gloriæ, si hæc independenter à nostris meritis decernitur; quia hanc non liberè, sed necessariò elicimus, physicè prædeterminati à lumine gloriæ. Hic .n. tantum doceo, huiusmodi prædefinitionem independenter à liberâ cooperatione nostrâ futurâ repugnare naturæ præmij; cum hoc poscat ut non primò decernatur, quàm præuideatur causa meritoria propter quam decernitur.

Ad argu. oppositæ: 1. ad testimonia Script. resp. 1. ea omnia explicari posse de electione ad gratiam efficacem, ut ea explicat August. lib. de correptione de dono perseu. de prædest. Sanct. in cuius cap. 10. hoc constituit inter prædestinationem seu electionem, & ipsam gratiam discrimen, quod prædestinatio seu electio, est gratiæ præparatio; gratia verò, est ipsa temporalis gratiæ collatio. Vnde illam appellat electionem secundum propositum, quia qui vocatur, infallibiliter respondet: eamque distinguit à vocatione, quæ multi vocantur, & non eliguntur; quia non vocantur electione efficaci, & secundum propositum. Ex quâ voluntate provenit, ut sæpè Deus multa operetur supra ordinarium naturæ cursum ut August. testatur de correptione & gratia cap. 7. iuxta hunc sensum explicatur allatum exemplum de Iacob & Esau; alioqui illud nimium probaret; sc. Deum ex se Esau odisse; cum tamen nihil eorum, quæ fecit Deus, odit. 2. allata Script. testimonia explicari possunt de electione ad gloriam, non per modum causæ à priori; sed per modum signi, à poster. ita dicere solemus, omnes præsciti damnantur; non quod præscientia sit causa damnationis, sed signum tantum, & causa cognoscendi infallibilis. Hoc modo intelligitur locus Act. 13. Crediderunt, quotquot præordinati erant in vitam æternam; ita ut præordinatio in vitam æternam, fuerit signum, & causa tantum in cognoscendo, cuius hi potius, quàm illi credituri essent: cum potius merita futura præuisa fuerint causa præordinationis in vitam æternam, & postea signum, & causa cognoscendi futura merita eorundem præordinatorum. Alij non improbabiler hunc locum explicant de prædestin. ad fidem, quæ vita æterna inchoatiuè

dicitur, iuxta illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: ut sensus sit; actu crediderunt quotquot erant per congruam vocationem ad fidem à Deo prædestinati. Alioqui si de prædestin. ad gloriam ibi sermo esset, necessariò dicendum foret, cum omnes, qui tunc crediderunt, fuisse prædestinatos, ac proinde saluatos: contra verò eos, qui tunc non crediderunt, non fuisse prædestinatos. Quod nec verum, nec probabile videtur, cum non solet Deus viatoribus suam prædestin. & multò minus reprobationem reuelare. 3. eadem Scrip. testimonia intelligi possunt de electione ad gloriam tantum virtuali, & conditionata, subintellecta tacita conditione, si in acceptâ gratia permanserint. Sic explicatur locus Luca 2. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Alioqui, si de absolutâ electione ad gloriam Christus locutus fuisset, reuelasset Apostolis eorum prædestinationem, quod non est verisimile, cum hoc affectum retardet bene operandi.

Vnum superest testimonium paulò difficilius explicatu, Sapient. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius. Adhuc autem illud difficilium reddit ratio ibid. Placita enim eras Deo anima illius: propter hoc properauit educere illam de medio iniquitatum. Vbi ratio, cui aliquando Deus præmatutè iustum ex hac vita rapiat, est, quia placita est ei anima illius. Est autem Deo placita anima iusti propter electionem ad gloriam, quæ ipsius merita præcedens mouet Deum finaliter ad rapiendum illum ex hac vita, antequam in peccatum cadat. At August. lib. de prædest. Sanct. cap. 14. huiusmodi præmaturum raptum iusti non refert ad gloriæ, sed ad gratiæ efficacis electionem; nam inde colligit contra Pelagi. gratis nobis gratiam dari. 2. rectè explicari potest de efficaci electione ad gratiam finalem, propter quam placita est Deo anima iusti; aut etiam de ipsa electione ad gloriam decretam iam, & prædefinitam ex meritis finaliter præuisis.

Ad auct. Augustini resp. illum per electionem intelligere vel electionem ad gratiam, vel ad gloriam independenter ab operibus liberi arbitrij, solius naturæ viribus elicitis. Quia de hoc erat inter ipsum, & Pelagium controuersia; & quæ de electione docet, ait esse certâ fide credenda: quod de electione ad gloriam dependenter ab operibus gratiæ dici non potest. Nec sat est dicere, August. obiter etiam hanc sent. impugnasse: tum quia debuisset hoc explicare; alioqui eadem censura Catholicam, ac hæreticam sent. damnasset: tum quia ubicunque August. egit de electione prædestinatorum, vel de electione secundum propositum, nunquam illam appellat electionem ad gloriam; sæpè expressè vocat electionem ad gratiam. 1. locus in intelligendus est de electione de electione ad gratiam efficacem, quæ, quia simul est virtualis, & inchoata electio ad gloriam, dicuntur ad eam prædestinati electi ad regnandum cum Christo. Nunquam .n. ipse virtutur nomine electionis ad gloriam: expressè verò & signatè hanc electionem eo loco appellat electionem ad gratiam: Electi sunt, inquit, per electionem, ut dictum est, gratia, non præcedentiam meritorum suorum. Et tales electos ait esse discretos à massa perditionis, gratia largitate & præscientiâ. Si autem intellexisset electionem ad gloriam, dixisset, eos discerni, voluntate, & electione ad gloriam, quæ præscientiam, & gratiæ largitatem antecedit, & primò ac principaliter prædesti-

no 6. disp. 7.

111. Coroll. 6.

112. Ad 1. cap. sargu ex scrip. explic. de elect. ad gr. offic.

Sapient. 11.

113. vel de elect. ad glo per modum signi.

114. vel de elect. ad glo. v. in ali.

115. Locus diffi. in Scrip.

116. explicatur.

117. Ad 2. cap. argum. &amp; auctoritate August.

Nota

118. locus

destinatos à malsâ perditionis discernit. Eodem modo intellig. 2. locum. Ad 3. neg. conseq. nam ante fidem nulla præcedunt opera gratiæ, propter quæ possumus ad fidem eligi, sicut præcedunt ante gloriam. Ad 4. neg. minor: nam in doctrinâ August. propositum est idem ac electio ac gratiam efficacem, ut vel mediocriter in eâ versato constat. Ad confirm. quod ubique ipse defendit, est, electionem ad gratiam, aut si mauis, etiam ad gloriam, non fieri ex solius liberi arbitrij meritis, de quâ tantum erat contra Pelag. disputatio.

Ad fundam. oppositæ sent. disting. antec. semper efficacem electionem mediorum præcedit efficax voluntas finis, nego: sæper præcedit aliqua simplex saltem voluntas finis, concedo. Constat de ipsa efficaci electione mediorum efficacium, quæ Deus interdum confert reprobis in hac vitâ; certum enim est, sæpe Deum in hac vitâ conferre reprobis media efficaciam ad salutem, cum tamen illa non causentur ex efficaci, sed ex simplici dumtaxat affectu finis, quem Deus illis intendit in ipsis mediis & causis vniuersalibus. Quod autem nequeant media eligi, nisi ex aliquâ saltem intentione finis, patet; quia media dicunt essentialem respectum ad finem, ut ad causam, propter quam eliguntur. Quod autem non semper sit necessaria efficax intentio finis ad efficacem electionem mediorum, prob. interdum finis non solum pendet ab agente conferente media, sed etiam ab agente applicante media ad fidem consequendum: media verò solum pendet ab agente media conferente. Vnde poterit Deus conferre media efficaciam, etiam si non intendat efficaciter finem, quia efficax intentio finis non solum pendet à Deo, sed etiam à creaturâ in genere causæ meritoria: efficax verò electio mediorum pendet à solo Deo. 2. esto Deus per efficacem electionem mediorum non præintendat efficaciter finem remotum, & minus principalem respectu sui, qui est gloria creaturæ; per eam tamen efficaciter præintendit finem proximum, & magis principalem respectu sui, qui sunt merita creaturæ, in obsequium ipsius Dei exhibita. Quæ merita Deus principalis, utpote sibi magis honorifica, in negotio prædestinationis intendit. At nequeunt, inquit, merita prius intendi, quàm præuideantur; nequeunt autem prævideri ante efficacem electionem mediorum; igitur nequit Deus efficaciam media eligere propter efficacem intentionem meritorum. Resp. merita posse prævideri, ut absolutè futura; vel ut tantum possibilis. 1. modo debent prævideri, quando intenduntur in genere causæ meritoria, mouentis moraliter agens ad retribuendum præmium in recompensationem operis; in obsequium ipsius præmiantis impensit: 2. modo debent prævideri, quando intenduntur in genere causæ finalis, mouentis agens ad communicandam sibi existentiam: scilicet quando intenduntur in genere causæ meritoria, præsupponi debent existentia, saltem in scientiâ præmiantis; quia merita non sunt apta mouere præmiantem ad retribuendum merenti præmium, nisi ut existentia: quando verò intenduntur in genere causæ finalis, cum non debeant mouere agens, nisi ad existentiam sui, non est necesse, ut præsupponantur existere: alioquin præsupponerentur secundum effectum, secundum quem debent ab agente causari. Quare potest Deus illa præuidere, ut possibilis ante efficacem electionem mediorum, ac efficaciter intendere in genere causæ finalis, etsi nequeat illa intendere in genere causæ merito-

ria, nisi post efficacem electionem mediorum, ex quorum libera applicatione pendet merita ipsa in executione exhibenda. Vnde prima prob. antec. solum ostendit, non posse media eligi, nisi ex aliquâ simplici saltem intentione finis, quod vltro concedimus. Ad 2. dico, minorem esse veram, quando electio mediorum adæquatè pendet ab intentione finis; secus quando electio mediorum non pendet adæquatè ab intentione finis, sed etiam à libertate eligentis, vel ab aliquo alio sine ab eligente efficaciter intent. Vnde non sequitur, plus virtutis esse in eff. ctu, quàm in causa adæquatè sumptâ; nam hæc non est tantum inefficax intentio finis, sed etiam libertas ipsa eligentis media, vel intentio alterius finis ab eligente efficaciter præintenti. Ad 3. prob. dist. minor non possunt prædestinati adæquatè, & completè distingui à non prædestinatis, solâ voluntate mediorum efficacium, concedo: nam sicut completa prædestinatio includit vtramque voluntatem, mediorum scilicet, & finis; ita per vtramque prædestinati completè lecerantur à prædestinatis: non possunt distingui incompletè & inchoatiuè, nego. Nam eâ voluntate prædestinati distinguuntur à reprobis, quæ includit media infalibilibiter confectura finem: hæc autem est voluntas præparandi media efficaciam, quæ est propria prædestinationum.

Ad prob. dist. primum conseq. non distinguuntur inchoatiuè prædestinati à non prædestinatis, solâ voluntate mediorum efficacium prius, quàm præuideatur ipsorum finalis consensus, ut ratio motiua ad præparanda illis talia media, nego: nam licet posteriora media Deus præparat ex meritis prioribus, prima tamen, & consequenter totam prædestinationem ex nullis præparat meritis: ut conditio verò, sine quâ non posset Deus media præparare, ut libere ab ipsâ creaturâ exequenda, concedo. Cæterum, Deus in ipsâ efficaci electione mediorum concomitanter & virtualiter, non antecedenter & formaliter, intendit vni potius, quàm alteri efficaciter gloriam; quæ efficaci intentionem virtuali gloriæ prædestinati discernuntur à non prædestinatis, saltem inchoatiuè, & virtualiter, scilicet volitio libera Dei dicitur talis, vel talis volitio formaliter per connotationem talis, aut talis rei liberè à se dependentis: cum igitur voluntas mediorum efficacium nondum connotet formaliter gloriam prædestinationum, ut coronam liberè à se dependentem, cum in eo signo nondum sit gloria definita ut coronæ, quia in eo signo nondum sunt præuisa merita, à quibus pendet definitio gloriæ ut coronæ; non potest dici volitio efficax formalis gloriæ ut coronæ, sed tantum virtualis. Ad 1. confir. nego antec. de efficaci intentione formali gloriæ, secus de efficaci intentione virtuali, inclusa in efficaci voluntate dandi perseverantiam. Neque valet: gratis præparat perseverantiam; ergo gratis etiam præparat gloriam, nam perseverantia dicit totam collectionem auxiliorum, quam nec de congruo mereri possumus, quia includit prima auxilia, quæ sub meritum non cadunt; gloria verò supponit merita, quæ præsupponunt auxilia gratiæ: vnde gloria non decernitur ex auxiliis gratis collatis, sed ex meritis præsupponentibus auxilia gratis collata. Quod argum. soluendum est etiam ab aduers. in ordine ad ipsam executionem gloriæ, quæ datur ex meritis, ex quibus tamen non datur perseverantia.

Ad 2. neg. conseq. & retorq. argument. sicut Christus non habuit gloriam animæ in executione

119.  
2. locus.  
3.

Quid propositum?

120.  
Ad 3. cap.  
rationem  
opposita.  
Ad fund.

Finis Dei remotus.

Proximum.

Dices.

Resp.

Causa meriti debet absolutè videri.

Finalis non iam.

122.  
Ad 1. prob.  
antec.

Ad 2.

123.  
Ad 3.

124.  
Ad prob.  
min.

125.  
Deus virt.  
tualiter si-  
nem præd-  
stin. inten-  
dit.

126.  
Ad 1. Conf.



dependentem à meritis propriis, ita neque illam habuit in intentione: contra verò, quia nos gloriam in executione accipimus dependentem à nostris meritis, ad eandem etiam quoad intentionem eligimur dependentem ex iisdem meritis. Christus gloriam animæ non habuit ex meritis, quia hæc fuit altiori titulo, nempe filiationis naturalis debita; & aliunde, ut illam ex meritis haberet, derogasset maiori perfectioni ipsius, quia oportuisset primum actum, quo illam sibi meruisset, non fuisse claram Dei visionem, quia hæc non est proportionatum principium merendi. Vnde gloriam corporis, quam potuit sine præiudicio maioris perfectionis sibi mereri, habuit dependentem à meritis, non tantum in executione, sed etiam in ipsa intentione. August. autem hoc exemplum solum affert ad probandum, electionem ad gratiam non fieri ex meritis: *Nam ea, inquit, gratia fuit ab initio fidei sua homo quicumque Christianus, quæ gratia homo ille ab initio suo factus est Christus; sed ille ex suis meritis non habuit, ut fieret Christus; ergo neque ut nos Christiani efficeremur.*

128.  
Dices.

**DICES:** Sicut Deus eodem decreto, quo gratis decreuit vnionem hypost. decreuit etiam gloriam corporis Christi & omnes dotes ipsius, ut proprietates ipsam vnionem naturaliter consequentes: hoc tamen non obstante, decreuit Deus, eandem gloriam corporis conferre Christo dependentem à meritis ipsius præiudicis: ita potuit eandem gloriam gratis decernere prædestinatis eodem decreto, quo illis gratis decreuit gratiam efficacem, & simul dependentem ab ipsorum meritis præiudicis, alio decreto eandem gloriam illis decernere. Resp. licet potuerit Deus hoc modo gloriam nobis decernere, de facto tamen illam non decreuisse colligimus ex Scripturis, & Patribus, in quibus, & à quibus semper gloria nobis proponitur ut merces & corona; si autem illa decreta etiam fuisset, ut purum donum cum gratia connexum, hoc ipsum fuisset aliquando nobis in Scripturis insinuat: sicut, quia gloria corporis Christi fuit etiam cum vnione hypost. gratis decreta; ut proprietas consequens illam, hoc ipsum asseritur à Patribus. Vnde nullis existentibus meritis in Christo, ex vi prioris decreti, adhuc illi gratis collata fuisset gloria corporis: at nullis existentibus meritis in nobis, nullo pacto ex vi alicuius præsentis decreti conferretur nobis æterna gloria. Instabis. Ideo eodem decreto, quo decreta fuit vnio hypost. simul decreta fuit gloria corporis Christi, quia hæc est naturaliter connexa cum illa; sed eodem modo gloria est naturaliter connexa cum gratia efficaci, ut fructus cum semine, & effectus cum causâ. Resp. neg. minor. nam gratia, cum quæ est connexa gloria, ut fructus cum semine, non est prima, ad quam tantum gratis eligimur; nam illa non est gratia iustificans & habitualis, cum quæ tantum est connexa gloria, ut fructus cum semine, sed præueniens, & actualis, cum quæ non est per se connexa gloria; cum illa stare possit cum peccatore, nullum ius habente ad gloriam. Quando igitur Deus eligit prædestinatum ad gratiam iustificantem, non eligit ad illam, nisi mediâ cooperatione ipsius prædestinati. Vnde sicut ad talem gratiam non eligimur, nisi dependentem à nostris meritis; ita nec gloriam, cum tali gratia naturaliter connexam, nisi dependentem ab iisdem.

130.  
Ad 3. conf.

**A D. 3. confir.** concedunt Ocham, Cathari. Gabriel maiorem; sed melius est neganda: nam privilegia, quæ istis Sanctis conceduntur, om-

nia saluari possunt per specialem electionem ad gratiam.

**A D. 4. nego antec.** de voluntate absolutâ, & rectâ ante operum præuisionem; concedo autem de voluntate absolutâ, & directâ post operum præuisionem. Ex his patet ad 5. nam siue prædestinati eligantur ante, siue post præuisionem meritorum, semper verum est, quod nullus in eo regno admittitur, nisi ex singulari prouidentia, & præfinitione Dei. Vnde totum id, quod in argu. assumitur, saluatur, etiam si electio ad gloriam facta sit post præuisa merita: nam iis præiudicis, completa est æterna prædestinatio saluandorum, ad quam exequendam tota Diuina gubernatio tendit.

**A D. ult. confirm. neg. minor.** nam licet electio ad gloriam sit ex meritis, quia tamen hæc ipsa merita fundantur in gratia, quæ est opus puræ misericordiæ, etiam electio ad gloriam, atque adeo tota prædestinatio est opus misericordiæ. Sicut licet iustificatio aduulorum fiat ex meritis præcedentibus, saltem de congruo, quia tamen hæc ipsa merita nituntur primæ gratiæ, quæ ex nullis meritis confertur, tota iustificatio dicitur gratuita, & opus misericordiæ.

## S E C T I O V.

### Quinam sint effectus Prædicti nationis?

**D VÆ** conditiones necessariae sunt, ut aliquid sit prædestinationis effectus. 1. ut sit effectus Dei; cum enim prædestinatio sit actus Diuinæ mentis, quo creatura rationalis dirigitur in vitam æternam; quidquid est effectus prædestinationis, Dei effectus sit, oportet. Quod sit, ut peccatum, quia Dei effectus esse nequit, prædestinationis effectus esse non possit. 2. ut aliquo modo actu conducat ad beatitudinem super. nec sufficit, si tantum possit conducere, quia cum effectus prædestinationis sit effectus illius peculiaris voluntatis, quæ Deus supra reprobos diligit electos, scilicet ratione efficacis voluntatis, quæ illis efficacia media præparat ad beatitudinem; ut aliquid sit effectus talis voluntatis, ut distincte à voluntate erga reprobos, debet actu conferre ad beatitud. supernat. nam etiam reprobis in hac vitâ Deus confert supernat. dona, quæ illos perducere possent ad beat.

Ex his fit, ut communia illa media in vniuersalibus causis supernaturalibus, Incarnationis, Redemptionis, Institutionis Sacramentorum, & Prædicationis Diuini verbi præparata, non sint dicenda effectus prædestinationis, nisi ut actu applicata prædestinato, fiant propria illius peculiaris voluntatis, quæ Deus supra reprobos diligit electos. Ceterum illa in actu, 1. considerata, sunt tantum effectus prouidentia supernat. quæ Deus ad omnes se extendit. Non est autem necessarium, ut aliquid sit effectus prædestin. ut actu conferat ad beat. supernat. posituè merendo illam, ut incrementum illius, sed sufficit, ut quocumque modo ad illam disponat, proximè vel remotè, posituè vel negatiuè, remouendo tantum impedimenta & peccata, quæ impediunt, ne prædestinatus cum auxiliis sibi præparatis beatitudinem sibi promereatur, vel adaugeat. In his includitur tertia, quod scilicet effectus prædestinationis debeat contineri

131.  
Conditio.

tineri intra ordinem gratiæ, & supernat. providentiæ, sc. hoc ipso, quoddam debet ad supernat. beatit. conferre: non est autem necesse, ut sit ordinis supernat. quoad substantiam, sed sufficit, ut tantum quoad modum. Distinguenda duplex est series effectuum, ad supernat. beatit. conducendum: una est donorum naturalium, eo fine, & intentione collatorum, ut prædestinatum iuvenit ad destinatum finem facilius consequendum. altera donorum quoad substantiam supernaturalium, cuiusmodi sunt omnia illa quæ in intrinseca essentia spectant ad ordinem gratiæ: quorum aliqua se habent ut finis, aliqua ut media, ut in qualibet prædestinationis serie, consecutio beatitudinis est finis cæterorum præcedentium donorum, quæ ut media ordinantur ad beatit. ut ad finem consequendum. Rursus intermedia ipsa aliqua sunt, quæ immediate influunt in beatitudinis consecutionem, ut sunt omnia dona, & merita, nunquam peccato interrupta, sed semper continuata usque in finem vitæ cum ipso perseverantiæ dono. alia, quæ tantum mediata conducunt, alia, quæ nullo pacto videntur ad eam conferre, ut sunt omnes actus studiosi, tam naturales, quam supernat. in statu peccati à prædestinato elicti: omnes vocationes inefficaces, quibus subinde solent prædestinati à Deo in hac vita præveniri, & excitari: ipsa peccati permissio. Ad singulos effectus.

*An dona naturalia sint effectus prædestin.*

**D**ONA naturalia sunt tripartita; alia spectant ad intrinsecam constitutionem naturæ, vel substantialem, ut rei substantia & creatio; vel accidentalem, ut potentiæ & proprietates; alia ad operationes ipsius substantiæ. Quæ adhuc sunt duplicis generis; alia merè naturales; alia liberæ, & honestæ. Postrema sunt, quæ tantum spectant ad bona externa, ut bona educatio, opes, nobilitas, amici, & his similia.

**P**RIMA sent. affirmat, omnia bona naturalia esse effectus prædestin. *Baunez. 1. p. p. qu. 23. art. 2. Grana. tract. 6. disp. 2. Suarez. lib. 3. de prædest. c. 7. indicat Durand. in 1. dist. 41. qu. 3. un. 7. dum docet, quidquid promouet, vel disponit ad beatitudinem consequendam, siue fiat ex impressione cæli, siue ex occasione præscit à siue quocunque alio modo, totum includi in effectu prædestin. Prob. 1. ex S. Tho. 1. p. q. 23. a. 8. argu. sed contra. ubi docet, Iacob impetratum fuisse precibus Isaac, qui alioqui prædestinatus non fuisset: ergo substantia Iacob prædestinata fuit precibus Isaac. 2. substantia prædestinati prærequiritur ad beatitudinem ut subiectum, in quo illa recipienda est, & à quo, ut à Diuino instrumento, efficienda est. 3. opera honesta moralia ad gloriam conducunt impediendo peccata, quæ sunt obstacula Diuinæ gratiæ, quod minus illa vberius in cordibus nostris diffundatur. bona educatio, opes, amici, nec non tribulationes, & pœnæ temporales valde conducunt, ut quis non peccet, bene operetur, & iustificetur, ac proinde ut gloriam consequatur. Confirm. sicut hæc omnia peti, ita & impetrari solent à Deo: uti ad gloriam multum conducere conlueuerunt. 4. vniuersaliter de omnibus donis, tam naturalibus, quam supernat. ex illo ad Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, is, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.* Patres interpretantur de prædestinatis, nam hi proprie dicuntur secundum propositum, hoc est, se-*

Tom. I. De Deo.

cundum intentionem Dei efficaciter vocati. Illa sunt effectus Prædestin. quæ Deus facit determinatus ab ipsa prædestin. sc. omnia, & sola ea, quæ ex actibus prædestinantis proveniunt; cum prædestinatio consistat in actu libero Dei: at omnia bona naturalia confert Deus prædestinato determinatus à prædestinatione: hæc in. est imperium Diuinum, quatenus intimat executionem omnium mediorum, quibus ad certum gradum gloriæ à Deo singulis prædestinatis præfixum aliqua ratione peruenitur; & omnia bona naturalia sunt media huiusmodi. ergo. Confirm. Deus non solum præfixit singulis angelis & hominibus determinatum gradum gloriæ essentialis, sed etiam accidentalis: ergo etiam quæ conducunt ad consequendum certum gradum gloriæ accidentalis, sunt effectus prædestin. atque omnia bona naturalia saltem eò conducunt; cum de eiusmodi bonis beati gaudeant, & peculiare gratias Deo agant: igitur sunt effectus prædestin.

**S**ECONDÆ negat, vllum donum naturale esse effectum prædestin. *Ocham. in 1. dist. 41. ad rationes 1. op. n. Gabriel. ibid. art. 3. dub. 1. ubi docent, solam beatit. supernat. esse effectum prædestin. 1. quia prædestinatio est tantum de fine, non de medijs: at sola beatitudo supernatur. est finis prædestin. 2. quia nihil, quod est commune cum reprobis, potest esse effectus prædestin. at bona naturalia sunt communia cum reprobis: igitur. Confirm. id solum est effectus prædestin. quod confert ad beatitudinem supernatur. consequendam, vel augendam; at nulum bonum naturale confert ad eam, cum nulum sit proportionatum medium ad talem finem causandum.*

**T**ertia docet, ea tantum bona naturalia esse effectus prædestin. quæ nobis ex meritis Christi conceduntur: ea autem non sunt, quæ vel ad intrinsecam constitutionem hominis, vel ad intrinsecas opes, & honores spectant; sed quæ vel ad honestos actus virtutum, vel ad externa signa, quæ Deus nobis præparat, ut internum spiritum sanctæ cogitationis nobis inspiret, pertinent. *Vasq. 1. p. disp. 93. cap. 4. Arrub. disp. 81. &c.* Quia id tantum est effectus prædestin. quod ut distinctum beneficium à creatione prædestinato confertur: at non omnia dona naturalia prædestinato conferuntur, ut distincta beneficia à creatione ergo. Maior prob. ut sæpe *August.* docet, prædestinatio pertinet ad ordinem gratiæ, ut distinctum ab ordine naturæ. Igitur ea tantum bona naturalia erunt effectus prædestin. quæ ut distincta beneficia à creatione nobis conferuntur: nam ea tantum possunt esse beneficia per Christum collata: quia ex *August. Epist. 92. & 105. Christus non pro nullis, ut homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, ut iustificarentur.*

**D**ICO 1. non omnia bona naturalia sunt effectus prædestin. sed tantum quæ per modum medijs aut dispositionis actu conferunt ad consecutionem gloriæ, vel ad incrementum illius. Prima pars consistit ex fund. tertiæ: sicut prædestinatio supponit naturalem providentiam circa prædestinatos: ita effectus prædestin. supponere debent effectus naturalis providentiæ circa eosd. hæc autem sunt quæcunque pertinent ad naturalem constitutionem ipsorum: nam omnia hæc supponi debent ut subiectum & subiectum prædestinationis, quæ sicut aduenit providentiæ naturali, ita & effectus huius effectibus illius. 2. pars prob. licet bona naturalia per se spectata, secundum naturalem exigentiam causarum pos-

natura-

136. Donatur.

supernat.

143. Conf.

144. Negant de dono natut.

Fund. 1.

Confir.

137.

Dinifio

138. Affirm.

Probant argu. 3.

139.

140.

Confir.

141.

145. 3. sent.

Fund.

146.

Non omnia bona natur. sunt effectus prædest.

147.

Sed qua conferant ad illam ut dispo-

naturalium, non sint consentanea media ad consecutionem, vel augmentum beatit. supernat. nihilominus vt ordinata à Deo, & collata vltra naturalem exigentiam causarum naturalium, fiunt apta media ad consecutionem, & incrementum illius, vel per modum dispositionis remouentis impedimenta gratiæ, vel per modum facilitantis naturam ad actus meritorios exercendos, & dona supernat. recipienda; vel per modum meriti de congruo, cuiusmodi sunt actus morales honesti, cum auxilio extraordinario intra eundem ordinem naturæ à prædestinato elicit.

148. Ad 1. argum. primæ Resp. eo tantum probari, interdum substantias ipsas rationales à Deo creari precibus Sanctorum, quas alioqui Deus non creasset; non probari, tales substantias esse effectus prædestin. respectu ipsarum, quæ creantur: nam vt sint effectus prædestin. respectu substantiarum, non sufficit, vt sint creatæ vltra exigentiam causarum naturalium, sed debent etiam ordinari vt media respectu ipsarum ad consequendam, vel augendam sibi beatitudinem, cum tamen ipsæ non sint sibi media ad beatitudinem consequendam, vel augendam, sed tantum subiectum & substratum; quod ad prædestin. effectum non fat est; quia prædestinatio esse debet de ijs, quæ adduntur naturæ. Ad 2. nego, ad effectum prædestin. sufficere, esse tantum subiectum beatitudinis, & instrumentum obedientiæ Dei ad illam producendam, nisi etiam conferat ad illius consecutionem, vel incrementum, vt supra. 3. & 4. argum. cum confirm. solum probat 2. partem assert. iuxta quam explicandus est Paulus. Ad 5. minor limitanda ad ea tantum bona naturalia, quæ per modum mediæ conferunt ad consecutionem, vel incrementum beatitudinis supernat. Ad confirm.

Duplex gloria accid. gloria accidentalis in beatis vna per se consequitur beatitudinem essentialem, vt est gloria corporis, & r. liquæ dotes ab ea fluentes; altera tantum per accidens cum illâ coniungitur, cuiusmodi est omne gaudium, quod beatus de quacunque re creata, vel beneficio à Deo accepto concipere potest: prior tantum est effectus prædestin. non posterior. Ad 1. fundam. secundæ, nego maior. Ad 2. nego minor. nam licet in reprobis sint etiam bona naturalia, & sæpè maiora, & præstantiora, quam in prædestinatis; non sunt tamen in illis media actu conducentia ad gloriam, vel gloriæ incrementum, quod ad effectum prædestin. requiritur. Ad confir. neg. minor: ad prob. bonum naturale vnum quoad modum, & quoad substantiam simul, vt omnia bona, tam quoad substantiam, quam quoad modum naturæ debita: & hæc nullo pacto sunt proportionata media ad gloriæ consecutionem: alterum naturale quoad substantiam, supernaturale quoad modum, quia saltem ratione modi, quo fit, est supra debitum naturæ, & à Deo ordinatum ad gloriæ consecutionem. Et hæc bona possunt esse media, saltem per modum dispositionis ad gloriæ consecutionem.

An omnia dona supernaturalia sint effectus prædestinationis?

153. Negam. **P** R I M A sent. negat, beatitudinem esse effectum. prædestin. Duran. in 1. dist. 41. q. 2. nu. 10. Contra verò Otham ibid. ad rationes pro 1. opin. Gabriel art. 3. dub. 1. negant, media esse effectus prædestin. sed solum beatit. Fundam. illius: Prædestinatio non est de fine, sed de medijs. Fun-

dam. horum: Prædestinatio est tantum de fine, non autem de medijs. Confir. id solum est effectus prædestin. quod est proprium prædestinatorum: at sola beatitudo est propria prædestinatorum, reliqua enim sunt communia cum reprobis. Confir.

D I C O 2. omnia bona supernat. sunt effectus prædestin. Est communior, seq. Magist. & c. in 1. dist. 40. c. vlt. & colligitur ex tit. ad Rom. 8. Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam ad minimum auctoritas hæc intelligenda est de bonis supernatur. quæ sua natura ordinantur ab beatit. supernat. Quod verò Apostolus inter effectus comprehendat etiam beatitudinem, constat ex seq. Quos prædestinavit, hos etiam vocavit; & quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit, illos & glorificavit. Vbi mediæ omnia, & finem numerat inter effectus prædestin. Nec obstat quod alij loco, glorificavit, legant magnificavit: quia redit idem sensus; magnificat Deus sanctos suos, illos glorificando. Et potius standum est editioni correctæ à Clemente, quæ habet Glorificavit. Prob. 2 de omnibus effectibus supernatur. Quidquid proficiscitur ab actu Dei prædestinante hominem ad vltimum finem consequendum, est effectus prædestin. at omnia bona supernatur. collata prædestinato proficiscuntur ab actu Dei, prædestinante ipsum ad vltimum finem consequendum: ergo omnia bona supernat. in prædestinato sunt effectus prædestin. Maior constat ex definitione prædestin. quæ ex S. Doct. 1. p. qu. 23. art. 1. est ratio transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ in mente Divina existens. Minor prob. ab illo actu immediate proficiscitur opus externum, à quo immediate dirigitur, & intenditur: sed omnia bona supernat. collata prædestinato immediate diriguntur, & intenduntur ab huiusmodi actu prædestinante hominem in vltimum finem: omnia enim, quæ Deus confert prædestinato eo dirigit, vt tandem per ea vltimum finem consequatur: & finis vltimus, ad quem mediante Divinâ prædestinatione creatura rationalis dirigitur, est ipse Deus in seipso visibilis, & amabilis, ad quem finem consequendum non solum dirigitur gratia, & reliqua auxilia supernat. sed etiam ipsa visio, & amor beatificus, vt proximæ, & formales rationes, quibus immediate talis finis in se ipso attingitur. Prob. 3. de singulis effectibus supernat. Vocatio, teste Trid. sess. 6. c. 5. est, vnde nostra iustificatio, sumit exordium, quæ connexa cum reliquis donis supernat. influit in ipsam gloriæ consecutionem, vt principium illius remotum. Vocationem sequitur liber consensus in vocationem, quo saltem de congruo meremur iustificationem, quâ formaliter restituimur in amicitiam Dei, & reponimur in adoptionem filiorum ipsius, per quam ius acquirimus ad gloriam & beatit. supernat. Iustificationem consequuntur actus supernat. liberè à iusto elicti in statu gratiæ; quia omnes, vt suppono, sunt meritorij augmenti gratiæ, & gloriæ. Ipsum denique perseverantiæ donum est principalis effectus prædestin. quo prædestinatus immediate consequitur suam beatit. formalem. Ipsa verò beatitudo formalis, quæ completitur vtrumque actum intellectus, & voluntatis, est forma, quâ proximè & immediate prædestinatus coniungitur cum Deo vltimo fine, & obiecto beatifico. Igitur incipiendo à vocatione vsque ad beatit. formalem inclusivè, omnia sunt effectus prædestin. quia omnia diriguntur à Deo, vt media ad obiectum 152. Affirmans. verius.  
153. Pr. 2. ratio.  
154. Pr. 2. ex Trident. de vocatione &c.  
vsque ad beatit. form. inclus.

Et beatificum, quod est ultimus finis creaturæ rationalis, in se ipso attingendum.

154. Donorum supernat. genus 1. secundum

Controversia nonnulla superest de triplici genere donorum supernat. an sint effectus prædestin. 1. est eorum, quæ statim oblata respuuntur à prædestinato, ut sunt omnes vocationes inefficaces, quibus prædestinatus resistit. 2. sunt dona omnia, & merita peccato interrupta, an hæc sint effectus prædestin. ut primò collata, an tantum ut per poenitentiam reparata? 3. est eorum actuum supernat. qui à prædestinato eliciuntur in statu peccati.

servium

155. Negans

Quoad 1. & 2. genus purant Valen. 1. p. q. 23. pu. 3. & Vasq. disp. 93. cap. 3. nec vocationes inefficaces, nec dona & merita peccato interrupta esse effectus prædestin. nisi ut poenitentia reparata. Prob. 1. illa sunt communia cum reprobis: nihil commune cum reprobis potest esse effectus prædestin. nam sicut hæc non est providentia communis reprobis, sed propria prædestinatorum; ita nec effectus illius debent esse communes cum reprobis, sed proprii prædestinatorum. Confirm. posito, quod Deus nullum ad gloriam eligit, nisi post præuisa merita, nullam habet ante talem electionem peculiarem voluntatem erga prædestinatos, nisi solam voluntatem præparandi illis media efficacia, quæ simul est virtualis voluntas eos ad gloriam eligendi: at ista interrumpitur permissione peccati; ergo nisi novâ voluntate pristina merita, & dona ad gloriam reordinentur, non manebunt peculiari aliquâ voluntate ad gloriam ordinata; cum prior sit permissione peccati interrupta.

157. Confir.

158. Pr. 2.

Prob. 2. ea tantum sunt effectus prædestin. quæ actu conferunt ad beatitudinem supernat. consequendam, vel augendam; sed neque vocationes inefficaces, neque dona, & merita peccato interrupta actu conferunt ad eam, nisi per poenitentiam reparata: ergo. 3. si vocationes inefficaces, & merita peccato interrupta essent effectus prædestin. antequam ista per poenitentiam reviviscerent, sequeretur in protoparentibus fuisse aliquos effectus prædestin. independenter à meritis Christi. nam omnia dona & merita, quæ præcesserant eorum peccatum, non potuerant à Deo decerni dependenter à Christi meritis, si non fuit electus ante præuisum eorum peccatum. 4. Quoad 3. genus bonorum, nempe quoad actus supernat. à prædestinato in statu peccati elicitos, hi nullo pacto sunt meritorij vitæ æternæ, vel augmenti illius, cum non sint elicti à subiecto grato.

159. Pr. 3.

160. Tr. 4.

his non obstantibus.

161. Effectus prædestin. sunt

Dico 3. vocationes inefficaces, & dona ac merita peccato interrupta, etiam ut primò collata, actusque supernat. in statu peccati à prædestinato elicti, sunt effectus prædestin. ex illo: Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt Sancti. cum hoc principium ab Apostolo assignatum sit univertale; nec sit, cur illud ad quædam bona limitetur, & ad reliqua non extendatur, si commodè possit. Prob. prima pars assert. Ille est effectus prædestin. qui datur à Deo voluntate saltem virtuali consequendi beatitudinem, actuque ad illius consecutionem confert: Sed vocationes inefficaces dantur à Deo voluntate saltem virtuali, consequendi beatitudinem, actuque ad illius consecutionem in prædestinatis conferunt: ergo. Maior constat: duo tantum necessaria sunt ad effectum prædestin. & quod sit effectus Dei, atque adeò ut procedat ex voluntate ipsius; & quod actu ad beatitudinem conferat. Minor prob. licet vocationes inefficaces non habeant in prædestinato effectum, quando actu offeruntur, habent tamen postea, quando prædestinatus resistit, &

162. Vocationes inefficaces

de omnibus susceptis beneficijs gratias agit, nec non de suâ ingratitude, quod Deo non respondeat, confunditur.

Probo 2. partem; Dona & merita peccato interrupta, non solum ut poenitentia reparata, sed etiam ut primò collata dantur prædestinato à Deo voluntate saltem virtuali perducendi illum in vitam æternam; quidquid supernaturale Deus confert creaturæ rationali, confert voluntate saltem virtuali perducendi illam in vitam æternam; quia confert iuxta exigentiam rei conferendæ, quæ sicut intrinsicè ordinatur ad vitam æternam, ita cum eo ordine & fine à Deo confertur. At hæc voluntas interrumpitur peccati permissione: nam id Deus permittit in prædestinato, ut ex eo per poenitentiam ferventior, & humilior resurgat, ergo prior voluntas, quâ eadem dona, & merita ad gloriam ordinaverat, continuatur mediâ voluntate permittendi peccatum eo fine; quod si potest Deus peccatum permittere ob maiorem profectum, & utilitatem ipsius prædestinati, non est cur priorem suam voluntatem interrumpat: sed nec merita per peccatum interrupta amittunt intrinsicè jus ad gloriam, quod ab initio habuerunt, quando fuerunt à prædestinato elicta; imò tantum extrinsecò impedimento poenitentia sublato, statim ipsa ex pristino valore, non tantum ex præsentis, quem poenitentia acquirunt, actu conferunt in vitam æternam. unde in ordine ad pristinum valorem præsens poenitentia tantum se habet ut pura conditio. Probo partem 3. assert. omnes actus supernat. elicti à prædestinato in statu peccati, non modo sunt meritorij de congruo aliorum auxiliorum, quibus prædestinatus proximè disponitur ad poenitentiam, verum etiam illi in se sent. relinquunt habitum supernat. in prædestinato, quo ille facilius eosdem meritorie in statu gratiæ eliciat: sunt etiam materia gratiarum actionis, & confusionis, quoties illorum recordabitur prædestinatus.

163. Dona merita peccato interrupta

164.

165. Actus supernat. in statu peccati.

166. Ad 1.

Ad conf. 167. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. argu. opposita, nego maior. nam vocationes inefficaces, & merita interrupta sunt propria prædestinati, quæ actu conferunt in vitam æternam, aliquando, & in aliquo genere causæ, saltem dispositivæ, vel obiectivæ. Ad conf. nego minor. ut supra, & infra. Ad 2. nego minor. Ad 3. nego sequel. ad prob. nego assumpt. nam potuit Christus prædestinari dependenter à peccato Adæ præuiso tantum scientiâ conditionatâ, & simul omnia dona supernat. ei decerni dependenter à meritis Christi.

An permissio peccati in prædestinato sit effectus Prædestinationis.

PRIMA sent. negat. Vasquez. 1. p. disp. 93. c. 2. Arrub. disp. 81. c. 2. Prob. 1. Nihil potest esse effectus prædestin. quod sit donum gratiæ Dei per Christum: at permissio peccati, non est donum gratiæ Dei per Christum; nam permissio peccati est tantum negatio auxilij congrui, quo peccatum ipsum vitaretur: at negatio gratiæ non est gratia. ergo. 2. ut permissio peccati sit effectus prædestin. non solum debet se ipsa ad gloriam conducere, sed etiam ex voluntate Dei ad eam præfiniri; sc. per præfinitivam ipsius voluntatem: nequit autem Deus ex se permissionem peccati præfinire, ut medium conducens ad gloriam consecutionem, nisi prius præfinit per poenitentiam;

168. Negans

Pr. 1.

169. Pr. 2.

ad gloriam conducere, nisi mediâ pœnitentiâ retractatiuâ peccati, cum ex se permissio peccati potius abducatur, quàm conducatur ad gloriæ consecutionem. Nec potest ex se pœnitentiâ præfinire; quia præfiniret peccatum; nequit n. præfinire medium, qui simul præfiniat ea, quæ medium essentialiter supponit, sc. peccatum, cuius pœnitentia est destructiua: ergo nequit Deus præfinire peccati permissionem.

170.  
Pr. 3.171.  
2. Sens. affir.

3. Si Deus ex se præfiniret pœnitentiâ; non posset non sequi peccatum: nam suppositâ in Deo voluntate efficaci dandi remedium, supponens essentialiter peccatum vitare; cumque hæc sit necessitas antecedens, tolleretur omnino libertatem à creaturâ. Secunda affirmat, permissionem peccati in prædestinatis esse effectum prædestin. atque ad eod. posse Deum ex se velle permissionem peccati, non tamen propter pœnitentiâ; ob 2. argum. præced. sent. sed propter humiliationem, aut alium finem, cum peccato non necessariò connexum. *Molin. 1. p. q. 23. art. 2. disp. 3. Suarez lib. 3. de prædest. c. 8.*

172.  
Concl. affir.

Dico 4. non repugnat, Deum velle permissionem peccati; nec non pœnitentiâ in remedium peccati, nondum præuisi scientiâ absolutâ, sed tantum conditionatâ: atque ad eod. in prædestinatis permissio peccati connumeranda est inter effectus prædestin. nam si potest ea simul cum peccati remedio à Deo intendi ante absolutam scientiam ipsius, talis permissio in prædestinatis multum conferet ad cautelam & feruorem; & melius saluatur principium Apostoli: *Prædestinatis omnia cooperatus in bonum.* Quod explicat. *August. lib. de correptione. cap. 9. Usque ad eod. talibus Deum diligentibus prorsus omnia cooperantur in bonum, ut etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores.*

173.  
Permissio remediumque simul intendi possunt ante præuisum absolutum.

Difficultas est, an possit permissio peccati simul cum ipsius remedio intendi ante præuisum peccatum scientiâ absolutâ? posse ostendo: ut Deus velle possit permissionem peccati, & remedium ipsius, absque eo quod velit peccatum à pœnitentiâ præsuppositum, sufficit, si peccatum sit tantum præuisum scientiâ conditionatâ: nam ut non dicatur velle, sed tantum permitte peccatum, sufficit, si illud quocunque modo præuisum futurum vi libertatis creatæ, non impediatur, sed sinat esse futurum vi libertatis eiusdem, & contra illud anticipatum remedium decernat. Nam tunc dicitur Deus permittere, & non velle peccatum, quando illud non est futurum vi alicuius proprii decreti, vel actionis à se præfinitæ: ut constat ex verbo, *permittere*, quod formaliter importat non impedire peccatum in alio præuisum, & ad illud impediendum nulla obligatione teneri, sicut Deus nulla obligatione tenetur ad impediendum peccati in nobis. At positâ conditionatâ tantum peccati scientiâ ex vi libertatis creatæ; neque ex permissione peccati, cum sit tantum negatio auxiliij congrui, (interim non negato sufficiente, cum omnibus ad vitandum peccatum antecedenter requisitis) neque ex pœnitentiâ decretâ in remedium peccati præuisi sub conditione futuri, sequitur peccatum, sed potius destructio peccati. Quod autem illud non sit præuisum scientiâ absolutâ, nil refert, quia non minus illud supponitur futurum vi libertatis creatæ, etsi præuisum scientiâ conditionatâ tantum.

inde sequitur destructio peccati.

174.  
anticipatio remedii

NEQUE ex eo, quod Deus illius remedium anticipet, antequam prævideat illud futurum absolutè, plus influit in illud, quàm influeret, si eius remedium non anticiparet: ex eo n. solum sequi-

tur necessitas permittendi peccatum, iam præuisum futurum vi libertatis creatæ: hoc autem non facit, ut Deus tali decreto magis influat in peccatum, quàm influeret, si idem decretum de permittendo peccato faceret ex alio fine, quàm ex fine præparandi illi remedium: nam ex quocunque fine Deus mouetur ad constituendum hominem in ijs circumstantijs, in quibus scientiâ conditionatâ illum præuidit peccatum, eadem necessitate sequeretur peccatum, ac sequitur, posito decreto de permittendo peccato propter remedium ipsius peccati. In neutro n. casu peccatum sequeretur formaliter ex vi decreti Diuini, sed ex vi tantum libertatis creatæ: at hoc sufficit, ut non dicatur peccatum à Deo intendi, sed tantum permitti; ergo. Confirm. posito quod homo in talibus circumstantijs constitutus, præuisi sit propria voluntate peccaturus, potest Deus ante præuisionem absolutam peccati, antecedente sua voluntate velle hominem constituere in talibus circumstantijs: at non minore necessitate sequitur peccatum, posito hoc decreto, quàm alio de pœnitentiâ in remedium peccati: sed potest Deus, absque eo quod velit peccatum, velle hominem constituere in talibus circumstantijs, in quibus scientiâ conditionatâ præuisus est peccaturus: ergo poterit & remedium ipsum peccati præfinire, absque eo quod præfiniat peccatum. Hanc sent. docet *Granadus 1. p. 11. 6. disp. 5. fine.* EX DICHTIS sequitur, non solum permissio peccati esse effectum prædestin. in eodem, in quo permittitur, sed etiam permissio nem in vno, sæpè esse effectum prædestin. in alio, quando nimirum prædestinatus ex peccato alterius euadit cautior & feruentior. Sic ex peccato Iudæ, & infidelitate Thomæ Apostoli euaserunt cautiores, & feruentiores in fide. Pari modo interdum bona opera vnius sunt effectus prædestin. alterius, quando ex illis prædestinatus efficitur in operando diligentior, ut cum Deus ad preces vnius conuertit alium, sicut ad preces Stephani conuertit Paulum.

175.  
Conf.176.  
Permissio peccati in vno effectus prædestin. in alio

AD 1. argu. primæ, disting. minor: permissio peccati non est donum gratiæ Dei per Christum, per se spectata, concedo; ex ordinatione Dei, nego: nam potest talis negatio ex voluntate Dei ordinari ad maiorem cautelam & feruorem prædestinati, & hoc modo esse donum gratiæ Dei per Christum. AD 2. nego Deum non posse præfinire permissionem peccati, absque eo quod simul cum illa præfiniat peccatum; aut non posse præfinire pœnitentiâ in remedium peccati, ante absolutam præuisionem ipsius peccati: sufficit enim si tantum sit præuisum sub conditione. Cæterum nota, Deum prius ratione permisisse peccatum, præuisum scientiâ conditionatâ, & deinde præfiniuisse pœnitentiâ in remedium illius. Ratio: prius Deus statuit hominem constituere in ijs circumstantijs, in quibus illum præuidit peccatum, & deinde præuidit peccatum scientiâ conditionatâ, tum demum præfiniuit remedium peccati. nam primum est fundamentum secundi; secundum vero tertij. AD 3. concessa sequela, de necessitate consequente, neganda est de antecedente: nam adhuc in prædestinato maneret libertas antecedens, qua posset vitare peccatum, nec talis necessitas est antecedens, quia licet antecedit liberam determinationem creaturæ absolutè futuram, non tamen antecedit conditionatè futuram; at hoc sufficit, ut peccatum non sequatur absoluta necessitate; ut constat de actibus virtutum, quos Deus præfinire potest absque præiudicio libertatis creatæ, ante absolutam

177.  
Ad 1. pro ma178.  
Ad 2.

Nota

179.  
Ad 3.

lutam

lutam præuisionem ipsorum; sola præuisione conditionata, quamuis Vasquez, coherenter neget utrumque: 2. Sent. quatenus negat. posse Deum ante absolutam præuisionem peccati decernere poenitentiam in remedium peccati, refutata est.

August. lib. de corrept. & gratia cap. 12. Nunc vero, inquit, sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum, ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam, ut per hoc donum, non nisi perseverantes sint.

# DISPUTATIO XV.

## De Diuina Reprobatione.

### SECTIO. I.

An in Deo sit voluntas saluandi omnes;

180.1  
Ad 2. sent.

1.  
An omnes  
ad gloriam  
ordinassent

2.  
Ratio 1. dub.

3.  
Ratio 2.

4.  
Ratio 3. 4.

5.  
Ratio 4.

**R**eprobatio est à cœlesti regno exclusio; nemo autem excluditur ab eo, ad quod nullo modo est ordinatus; nec creatura sua natura est ad cœlestem regnum ordinata, sed ex mera & gratuita voluntate Dei igitur ad cognoscendum, an aliqui sint à cœlesti gloria exclusi, videndum prius erit, an omnes sint ad eam ordinati per consentanea & proportionata media; alioqui non tam dici possent reprobatum, quàm non ordinatum. Prima ratio dub. sumitur ex ijs, ad quos numquam peruenit notitiâ Redemptoris, & legis euangelicæ sine qua nullus de facto saluari potest. Nam in potestate ipsorum non fuit, huiusmodi notitiam sibi comparare, quia nullam cognitionem, ne confusam quidem de huiusmodi lege habuerunt; sine aliqua autem saltem confusa cognitione legis nemo potest perfectam notitiam eiusdem legis sibi comparare; cum nequeat in incognitum voluntas ferri; ergo illi non fuerunt ad gloriam ordinati, quia nemo potest ad gloriam ordinari, nisi per media sibi actu collata. Cum enim ordinatio ad gloriam fit actus liber Dei, & nullus actus liber Dei possit esse talis, nisi per aliquam mutationem ad extra, impossibile est, ut aliquis per liberum actum Dei ad gloriam ordinetur, sine aliqua mutatione in ipso facta; hæc autem alia esse non potest, quàm actualis collatio mediolorum ad gloriam perducendum; igitur qui talia media non habuerunt, non potuerunt esse ad gloriam ordinati. 2. ratio sumitur ex illis paruulis, qui moriuntur in utero materno, quibus nullum potest remedium salutis applicari. Item quibus vel defectu materiæ, vel defectu, aut negligentia potest illis mortis proximis regenerationis lauacrum applicari. Hi enim omni videntur destituti remedio ad cœlestem gloriam consequendam; atque adeo non videntur ad illam ordinati. 3. Ex ijs, qui in scripturâ dicuntur à Deo obcecari, indurati, & in reprobum sensum traditi. nam hi pro eo saltem tempore, quo à Deo obcecantur, indurantur, & in reprobum sensum traduntur, videntur sufficienti remedio salutis destituti. Confirm. nemo potest salutem consequi, nisi à Deo interius excitetur: at sæpe contingit, ut inter ultimam excitationem, & mortem peccatoris aliquod intercedat tempus: igitur toto illo tempore intermedio peccator erit destitutus sufficienti auxilio ad salutem. 4. ducitur ex omnibus reprobis. omnes hi carent dona finalis perseverantiæ, sine quo nemo potest salutem consequi: igitur nullus reprobus potest saluari; nec videtur ad cœlestem gloriam ordinatus, cum nullus possit absque necessario medio ad gloriam ordinari. Minor asseritur ab

Prima Sent. absolutè negat, in Deo esse voluntatem saluandi omnes: Gregor. Arimin. in 1. dist. 46. q. vn. Marfil. q. 45. art. 1. Prob. 1. ex August. in Encbir. cap. 103. vbi illum 1. ad Timosh. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, explicat ut nullum in Deo ponat voluntatem saluandi erga omnes, sed tantum erga eos, qui de facto salutem consequuntur: vel secundum distributionem accommodam, non quòd nullus homo sit, quem Deus saluum fieri non velit, sed quia nullus saluus fit, quem Deus non velit saluum fieri: vel secundum distributionem pro generibus singulorum, non pro singulis generum; quia nimirum de singulis statibus Deus vult aliquos saluos fieri, non tamen vult omnes de singulis statibus: unde concludit: Et quocumque alio modo intelligi potest, dum tamen credere non cogimur, aliquid omnipotentem Deum voluisse fieri, factumque non esse, qui sine vllis ambiguitatibus, si in cœlo & in terra, sicut & veritas cantat, omnia quacumque voluit fecit: profecto facere noluit, quocumque non fecit. Ac si diceret, quidquid non fit, illud non vult Deus, quia quocumque vult Deus, illud necessariò fit.

6.  
Negant.

Prob. 2. ratione eruta ex August. quia impossibile est, Deum aliquid velle, & illud non fieri. Igitur impossibile est Deum velle omnes creaturas saluas esse, & illas non saluari; at non omnes saluantur; igitur non omnes vult Deus saluos fieri. Confirm. quidquid Deus ex se ipso vult, voluntate beneplaciti vult seu quia illi placet, quod vult: implicat autem voluntatem beneplaciti in Deo non adimpleri; nam voluntas ista, quam Deus haberet de salute omnium, non esset tantum de salute possibili, sed etiam de salute futura, quia esset voluntas libera, quæ esse non potest, nisi de re futura; at omnis voluntas de re futura necessariò in Deo adimpletur: est. n. per modum prosecutionis, efficaciter mouentis potentiam ad exequendum obiectum volitum. Implicat igitur Deum aliquid ex se ipso liberè velle voluntate beneplaciti, & illud non fieri.

7.  
Ratio eruta  
ex Aug.

Nec sufficit, quod Deus sufficienti media omnibus præparauerit, ut dicatur omnium salutem velle. Nam ex hoc tantum sequitur, Deum habuisse voluntatem circa media, non circa finem; sicut cum præcepit Abrahamo, ut filium suum Isaac immolaret, non habuit Deus voluntatem de immolatione Isaac, sed tantum de obedientia Abrahami, qua se promptum obtulit, ad illum immolandum. Ita, cum Deus præparat omnibus media ad salutem, non habet voluntatem salutis, quam non omnibus confert, sed tantum mediolorum, quæ actu confert. Vnde huiusmodi voluntatem salutis appellant isti auctores, voluntatem signi, non beneplaciti: quia nimirum per externa signa & præcepta videtur Deus habere voluntatem salutis, retamen ipsa non habet, nisi tantum præceptorum.

8.  
Confirmant.  
exemplo.

Secunda affirmat, Deum habere voluntatem beneplaciti circa salutem omnium, sed per modum simplicis duntaxat complacentiæ, & secundum esse possibile, quatenus omnes creaturæ rationales sunt capaces æternæ salutis, & ordinationis ad gloriam; non per modum prosecutionis, & secundum esse existentis. Alen. p. p. qu. 35. me 2. 3. sent. de Fundam. idem, quod præced. sent. Tertia affirmat, Deum habere voluntatem beneplaciti circa

9.  
2. sent. de  
simpl. complas.

10.  
3. sent. de  
prosecutione.

salutem omnium, non tantum per modum simplicis complacentiæ, & quoad esse possibile, sed etiam per modum prosecutionis, quoad esse existentiae. Est communis Scholast. in 1. dist. 46. & recen. in 1. p. qu. 19. art. 6. & qu. 23. nec contrarium docent Bonauen. Scotus, Maior locis cit. vt legenti constabit. Pro declaratione, distinguendus est duplex hominum status, alter naturæ integræ per donum superadditum iustitiæ originalis; alter naturæ lapsæ, & infectæ peccato protoparentis. In utroque statu controuersia examinanda est.

Dico 1. In utroque statu voluit Deus omnes homines saluos fieri. Prob. 1. ex 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. Quæ propositio cum sit vniuersalis, & vtrique statui aptari possit, non est ad præsentem duntaxat statum limitanda. Nec obstant sequentia verba, Et ad agnitionem veritatis venire: quæ illam videntur ad hunc statum limitare, tum quia. si illa est vera de statu naturæ lapsæ, à fortiori vera erit de statu naturæ integræ, Tum quia subsequentia verba verificari etiam possunt de statu naturæ integræ: nam probabile est, etiam in eo statu homines ad perfectam agnitionem Dei venturos fuisse per traditionem maiorum, & parentum instructionem: nam hic est modus magis consentaneus & accommodatus naturæ hominum, vt unus per alium instruat. Neque etiam obstat contraria expositio August. tum quia Augustino opponimus Damasc. lib. 1. fidei Orthodox. cap. 29. & Chrysost. Homil. 2. in epist. ad Ephesi. vterque enim illam explicat de voluntate antecedente erga omnes. Tum quia Augustinus explicari posset de voluntate absoluta & efficaci; quæ simpliciter voluntas nominari consuevit.

Prob. 2. De facto Deus omnes creaturas rationales ad beatitudinem supernat. ordinauit; non potuisset omnes eo ordinare, nisi voluntatem habuisset perducendi omnes ad eandem beatit. quia nulla creatura rationalis ex se ipsa est ad finem supernat. ordinata, alioqui illa conditi non posset in statu puræ naturæ; ergo debuit ad illam per voluntatem Dei ordinari, cum a nullo alio, quam a Deo possit ad talem finem ordinari. Eiusdem quippe est ad finem ordinare, & finem ipsum conferre: solius autem Dei est cælestem gloriam conferre: igitur solius Dei est, ad eandem creaturam ordinare.

Maiorem sic ostendo: si de facto Deus non omnes creaturas rationales ad finem supernat. eleuasset, aliquos reliquisset in statu puræ naturæ, cum inter hos duos status non sit assignabilis medius: at plus quam falsum est, de facto Deum aliquas rationales creaturas ex ijs, quas de facto condere decreuit, reliquisset in statu puræ naturæ. Sequitur enim 1. non omnes ex Adam progenitos, siue progignendos originale peccatum contracturos quia hoc nemo contrahit, nisi cui debita fuisset originalis iustitia per Adam, vt per caput, transfundenda. Est enim peccatum orig. priuatio iustitiæ debite in esse: at nemini potuisset esse debita originalis iustitia, nisi ad supernat. finem euectus fuisset. Vnde vera non esset hæc Catholica propositio: Omnes ex Adam progeniti peccatum orig. contrahunt; 2 non omnes essent à Christo redempti: quia Christus non redemit, nisi qui redemptionis capaces erant; si qui vero non essent ad cælestem gloriam ordinati, Christi redemptionis capaces non essent, quia Christus non redemit nos, nisi à priuatione gratiæ & gloriæ, quam per peccatum protoparentis amiseramus. 3. non omnes essent capaces effectuum sacramentorum, & fructus passionis Christi, nam ij tantum sunt capaces mediatorum, qui sunt

capaces finis, ad quem mediis ordinantur: cum igitur omnia ista mediis ordinata sint ad consequendum finem supernaturalis beatitudinis, nequeunt horum capaces esse, qui ad eam ordinati non sunt.

4. Non omnes, qui de facto damnantur, damnarentur ad priuationem supernaturalis gloriæ, vt ad pœnam sibi debitam. Eo quòd nulla priuatio boni potest esse alicui debita, nisi sit etiam debitum bonum, cuius est priuatio; cum omnis priuatio supponat debitum habendi in eo, qui tali bono priuatur.

Prob. 2. eadem maior, omnes creaturæ rationales, quas Deus de facto condidit, aut sunt angeli, aut homines: vtrique de facto fuerunt ad supernat. beatitudinem a Deo eleuati: nam & angeli initio suæ creationis fuerunt omnes in gratia conditi; & homines in statu innocentiae fuerunt omnes ad iustitiam originalem, mediante Adamo ut capite, ordinati. Et iidem in statu naturæ lapsæ omnes sunt ad supernat. gloriam per Christi merita & passionem restituti. Igitur omnes sunt ad finem supernat. ordinati. Confirm. Deus omnibus sufficientia mediis ad cælestem gloriam consequendam præparauit: igitur habuit circa omnium salutem voluntatem beneplaciti. quia mediis vt mediis non eliguntur, nisi ex aliqua intentione finis; cum non sint expetibilia, nisi propter finem, non eliguntur, nisi propter amorem finis: ergo si Deus, quantum est ex se, præparat omnibus sufficientia mediis ad salutem consequendam, quantum est ex se voluntatem habet saluandi omnes. Quia non potest Deus velle res, nisi iuxta naturalem exigentiam ipsarum: cum igitur mediis, quæ Deus omnibus præparat, suâ naturâ ordinantur ad supernat. beatit. non potest ex se talia mediis velle, nisi simul cum illis velit aliquo modo finem, ad quem suâ natura ordinantur.

Obijciat: non habet Deus positiuam voluntatem respectu eorum, quæ nunquam sunt futura: sed status innocentiae nunquam futurus est respectu omnium hominum; Licet breui tempore fuerit respectu protoparentum: ergo non potest Deus habere positiuam voluntatem saluandi homines, qui tantum futuri fuissent in statu innocentiae, si status ille perseuerasset, numquam tamen futuri erunt. Maior prob. non potest Deus rem velle, nisi per physicam mutationem ipsius: ergo respectu rei, quæ nunquam est futura, nequit positiuam voluntatem habere. Resp. dist. maior. non potest Deus circa tales res, quæ nunquam sunt futurae habere positiuam voluntatem formalem, concedo; vt tualem, nego. Etenim sicut ad formalem voluntatem Dei requiritur formalis mutatio rei: ita ad virtualem voluntatem eiusdem sufficiet virtualis mutatio eiusdem rei. Est autem hæc virtualis mutatio rei, causa siue mediis ipsa, per se sufficienter ordinata, ad finem consequendum; sc. sicut finis ipse virtute includitur in medijs, & effectus in causis; ita voluntas Dei circa mediis per se ad finem ordinata, virtualiter includit voluntatem finis; cum voluntas Dei ad res ipsas tendat iuxta naturalem exigentiam ipsarum, vt qua ratione una res includitur in alia, eadem & voluntas vnus includatur in voluntate alterius.

Est autem hæc virtualis voluntas in Deo, non quæ actu sit, sed quæ esset, si conditio poneretur ex parte obiecti. Fundatur tamen hæc virtualis voluntas in aliqua voluntate actuali de re, vel ex natura sua, vel ex Diuina ordinatione connexionem habente cum illa conditione, quæ si poneretur in re, actu etiam poneretur voluntas in Deo. Est igitur

11.  
Pr. De viro-  
quo statim.

12.  
Ratione.

13.  
Nemo ad si-  
nem super-  
nat. ordina-  
tus.

Nemo in sta-  
tu pura na-  
tura.

14

16

17

18

omnibus suf-  
ficientia me-  
diis præpa-  
rata

19

Resp. circa  
non futura  
voluntas  
virtualis

20

quæ esset si  
conditio pon-  
deretur.

rur in Deo voluntas saluandi omnes dependenter ab Adam, virtualis, non formalis: quia si posita fuisset conditio, nempe perseverantia Adæ in statu Innocentiæ, posita fuisset & formalis voluntas in Deo saluandi omnes dependenter ab ipso ut à capite. Nihilominus hæc ipsa voluntas, quæ in Deo non est posita formaliter, est posita virtualiter, quatenus ex parte sua Deus sufficientem posuit causam, ex qua consequi potuisset talis effectus.

Dico 2. Hæc voluntas quam Deus habet, saluandi omnes, non est impropria & metaphorica, ut Arimin. autumat; (constat ex dictis) nec per modum simplicis duntaxat complacentiæ de possibili salute hominum, ut Aler. putat; nec per modum decreti omnino absoluti, nullam includentis conditionem; sed per modum actus prosecutionis, efficacis quidem ex parte Dei, sufficientia media conferentis; conditionati verò ex parte obiecti, nempe finis, cui media præparantur, consentire voluerit. Quod non sit tantum simplex complacentia de salute possibili hominum, patet: nam talis voluntas est necessaria in Deo; siquidem non potest Deo non placere salus creaturæ apprehensa ut possibilis. Unde talem voluntatem habet Deus non solum de creaturis conditis futuris, sed etiam de possibilibus: at voluntas, quam Deus habet de salute hominum, libera est, ut patet: quæ potuit in Deo non esse. Et colligitur ex verbis Pauli, adhortantis Timotheum ad gratias agendas Deo pro hac voluntate: si autem talis voluntas in Deo esset necessaria, quas ei gratias pro ea agere deberemus? siquidem gratiarum actio solum debetur voluntati liberæ; nam ea tantum censetur donum gratuitum; pro quotantum conuenit gratiarum actio retribui.

Quod verò illa non sit per modum decreti omnino absoluti, independentis à quacunque conditione, constat; quia talis voluntas semper adimpletur in Deo. Cum enim Deus sit potentissimus, hoc ipso, quod vult aliquid absolute, & independentem à quacunque conditione, quis eius poterit resistere voluntati, ut quod ipse efficaciter intendit, non infallibiliter exequatur?

Quod autem illa sit per modum actus prosecutionis, docet Chrysest. cit. Homil. ubi hanc Dei voluntatem de salute hominum, appellat flagrans Dei desiderium. Et constat ex medijs, quæ Deus omnibus præparat ad salutem consequendam. Porro illa voluntas dicitur per modum prosecutionis, & non tantum simplicis complacentiæ, quæ non sistit in solo affectu erga bonitatem obiecti, sed quantum est de se sufficientem ponit causam, ut sequatur obiectum volitum: sed Deus conferendo sufficientia media ad salutem, non sistit in solo affectu erga bonitatem salutis volitæ, sed quantum est de se ponit sufficientem causam, ut illa sequatur: non est ex defectu mediolorum, sed hominum talibus medijs uti nolentium. Ex his patet vlt. pars assert. hoc ipso, quod Deus vult salutem hominum dependenter à liberâ cooperatione eorum, non immutando liberum modum ag. nã ipsorum, vult illam conditionatè ex parte obiecti. Quæ voluntas nullam inuoluit in Deo imperfectionem; nam quod illa effectum non consequatur in omnibus, non est ex imbecillitate & impotentiâ diuinæ voluntatis, sed ex perfectione summæ libertatis, nolentis maiorem efficaciam abhibere, ut effectus actu consequatur ad ostendendas diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: ad Rom. 9.

Obijcies 1. potest Deus velle media efficacia ad salutem, non volendo efficaciter salutem; ergo po-

test velle media ad finem, non volendo simpliciter finem. Resp. 1. dist. antec. non volendo efficaciter salutem saltem virtualiter, nego; formaliter, concedo. Nam quæ ratione finis includitur in medijs; volendo media, simul cum illis necessario vult finem. 2. nego consequ. eo quod medium nullo pacto abstrahere potest ab ordine ad finem, atque adeò impossibile est, velle medium ut medium formaliter, & velle finem, ad quem medium per se ordinatur. At potest medium effici, in aliquo saltem signo rationis abstrahere ab aliquâ conditione, quam includere debet finis volendus; atque adeò potest pro eo signo rationis; pro quo medium volitum abstrahit à tali conditione, sub quâ decernendus est finis, nondum esse volitum finis sub eâ conditione, sub quâ nondum est præuisus. Sic, quia gratia efficax à Deo volita prædestinato, in aliquo signo rationis abstrahit à meritis absolute futuris ipsius prædestinati, & gloria non decernitur prædestinato, nisi ut corona; potest talis gratia efficax in tali signo esse à Deo volita, & nondum esse volita gloria ut corona, quæ supponit merita ipsius prædestinati præuisa, ut absolute futura Obij. 2. ex eo quod Deus dat omnibus liberum arbitrium capax peccati, non dicitur velle peccatum: ergo ex eo quod dat omnibus media sufficientia ad salutem, non dicitur velle salutem. Resp. neg. consequ. quia nec liberum arbitrium est per se ordinatum ad peccatum, nec datur eo fine & intentione, ut eo creatura utatur ad malum, sed potius ad bonum. Media verò; quæ Deus confert ad salutem consequendam, & per se sunt ordinata ad consecutionem salutis, alioquin non essent proportionata; & eo fine & intentione dantur, ut ex ijs salus consequatur.

Ex dictis inferitur, in Deo esse duplicem voluntatem circa salutem omnium, alteram uniuersalem, tam prædestinatis, quam reprobis communem; alteram specialem & propriam quæ terminatur ad salutem propriam singulorum. Ratio: 1. sicut media omnibus ad salutem præparata sunt disparata, alia vniversalia & communia omnibus in natura lapsa, Christi redemptio, Sacramentorum Institutio, Verbi Diuini prædicatio, exempla Sanctorum, & his similia: in natura integra Adam caput omnium, cum ijs adiumentis & auxilijs præditus, quibus facile potuisset, si voluisset, in eo statu perseverando originalem iustitiam in omnes posteros transfundere: in Repub. angelorum primus angelus à Deo constitutus, cui si reliqui obedientiam præstitissent, in accepta gratia, quam ab initio omnes acceperunt, magno cum ipsorum merito proficere potuissent, ac tandem completa via beari. Alia verò media sunt particularia & propria prædestinatorum, ac reproborum: ita duplex distinguenda est voluntas in Deo circa salutem omnium, vna terminata ad salutem omnium in communi, altera ad salutem propriam singulorum; quæ rursus subdiuiditur in voluntatem circa salutem prædestinatorum, & in voluntatem circa salutem reproborum. Porro hoc est discrimen inter media communia præparata omnibus & media particularia collata singulis: quod illa solum consistant in causis vniversalibus, quæ defectu applicantis non semper a& adhibentur, ad singulorum salutem operandam; quæ tamen si adhiberentur, ex se sufficientia essent, aut proximè, aut remotè ipsorum salutem operari: hæc verò consistunt in particularibus auxilijs, quæ actu conferuntur singulis, tum prædestinatis, tum reprobis ad propriam salutem consequendam; cum hoc discrimine,

21. Hac voluntas non est metaphor.

22. Nec simplex complac.

23. nec decretum absol.

24. Sed actus prosecut.

25. efficax ex parte Dei.

25. Conditionatus ex parte obiecti.

26. 1.

Resp. 1.

2. medium nemo velle potest, et finem nolle.

27.

Resp.

28.

voluntas vniversalis.

(specialis.)

subdiuiso.

29.

Media communia.

particularia



ne, quod prædestinatis conferuntur media efficacia infallibilem connexionem habentia cum fine; reprobis autem tantum sufficientia.

30.

Hinc fit, ut angeli non habuerint causas communes & vniuersales in ordine ad primam gratiam, quia illam omnes acceperunt immediate à Deo, nulla mediante causa communi præparata omnibus habuerunt tamen causas vniuersales in ordine ad gratiam conseruandam, & augendam. Hæ autem fuerunt, tum primus Angelus in ea reprob. a Deo constitutus caput & Doctor reliquorum in ijs rebus, quæ ad salutem omnium, & singulorum spectabant: tum exempla honorum angelorum, alios ad perseuerantiam & feruorem excitantium.

31.

Ad 1. sent. Augustin.

Ad 1. argum. primæ sent. & August. patet ex dictis. Ad 2. dist. antec. impossibile est, Deum aliquid velle voluntate absoluta, & illud non fieri, concedo: impossibile est, aliquid velle voluntate conditionata, & illud non fieri, nego. Quod autem possit Deus absque imperfectione talem voluntatem habere, constat ex dictis. Ex his etiam patet ad confirmationem, Ad exemplum de Abrahamo resp. disparitatem esse, quia præceptum de immolando Isaac ex natura sua non ordinabatur ad occisionem ipsius Isaac, sicut media collata hominibus suapte natura ordinantur ad finem supernaturalem. Ac proinde potuit Deus velle præceptum, absque eo quod vellet mortem Isaac: non potuit autem velle media suapte natura ordinata ad finem, non volendo simul ordinem mediorum ad finem, in talibus medijs essentialiter inclusum.

ad exempl.

32.

Ad 1. ratio. dubitandi.

Ad 1. rationem dub. resp. Deum omnibus præparasse sufficientia media ad salutem consequendam, vnicuique statui proportionata. Quare etiam si ad aliquos non perueniret notitia Redemptoris, & legis Euangelicæ, poterant tamen illi per extraordinaria auxilia, naturalia quidem quoad substantiam, supernaturalia vero quoad modum, quibus Deus supra ordinarium naturæ cursum subinde præuenit & excitat mentes infidelium, sese ad vberiora auxilia, usque ad ipsam iustificationem disponere, si voluissent. Ad 2. concedunt Arimi. loco cit. & Vasq. 1. p. disp. 96. c. 2 huiusmodi paruulis nullum paratum esse remedium; cum hoc tamen discernere, quod Vasquez disp. 83. c. 5. adhuc putet, Deum habuisse antecedentem voluntatem circa salutem illorum, eo quod semper Deo placeat salus hominis; etiam si destitutus sit omnibus auxilijs. Contra vero Gregorius censet, nullam Deum habuisse antecedentem voluntatem circa salutem illorum; coherentius philosophatus; nam ubi nullus est effectus ad extra, nulla potest esse libera voluntas in Deo: at nullus est in sent. Vasquez talis voluntatis effectus ad extra, nam si quis esset, esset remedium aliquod his paruulis præparatum: sed tale remedium in ipsis sent. nullum est: ergo. Quod autem non possit Deo non placere salus hominis, etiam omni auxilio destituti, non probat de complacentia libera prosecutionis, sed tantum de complacentia necessaria simplicis affectus, quæ Deus habet etiam circa homines possibiles.

34.

Nec paruulis negata media sufficientia.

Nihilominus dico, neque his paruulis denegata esse media sufficientia ad salutem, ac proinde voluntate beneplaciti antecedente voluisse Deum illorum salutem, quia licet Deus in particulari, & voluntate consequente noluerit illis remedia efficacia ad salutem præparare; voluntate tamen vniuersali & antecedente, illis media ad salutem necessaria non negauit, verum positiuè illis sufficientia media præparauit in causis vniuersalibus meritorum Christi, & Sacramentorum applicandorum per

liberas voluntate: hominum. Quod autem de facto illa interdum nulla possint humana industria applicari, non est ex primaria voluntate antecedente Dei, sed ex secundaria consequente, qua noluit ordinarium naturæ cursum, per quem præuidit talia media impedienda, immutare. Quia igitur talia media, in causis vniuersalibus Sacramentorum, & redemptionis Christi præparata, Deus intendit, his paruulis applicanda dependenter à libera voluntate hominum, & iuxta ordinarium naturæ cursum, verè dicitur Deus illorum salutem velle. Unde licet sæpè illa quoad applicationem impediatur, vel a libera voluntate hominum, vel ab ordinario cursu naturæ, id tamen fit absque præiudicio voluntatis antecedentis Dei, qua tantum conditionatè, & non absolutè illa voluit.

Confirm. si in illa omnino remedia, ne in causis quidem vniuersalibus redemptionis, & Sacramentorum fuissent illis præparata, nullo modo dici posset, Christum pro illis mortuum fuisse, contra Patres: sc. non potest Christus dici mortuus pro ijs quibus nullum est suæ mortis, ac passionis remedium oblatum: nam non dicitur mortuus, nisi pro ijs, quibus potest esse causa salutis: at quo pacto posset esse causa salutis, quibus nullum relictum esset remedium salutis? alioquid dici etiam posset mortuus pro malis angelis.

35. Confir.

Christi pro paruulis mortuus.

Ad 3. dicitur Deus peccatores obcecari, indurare, & in reprobum sensum tradere, non positiuè, sed permissiuè, quatenus negando illis auxilia efficacia, & non tollendo impedimenta, ex quibus ipsi propria libertate occasionem sumunt, ut obcecarentur, obdurentur, & in reprobum sensum tradantur, permittit eos obcecari, obdurari, & in reprobum sensum tradi; interim illis sufficientibus medijs ad salutem non negatis.

36. Ad 3. ratio. dubia.

Ad confirm. concedo, sæpè commemoratum casum contingere, ut inter ultimam excitationem, & mortem peccatoris aliquod intersit tempus, quo ille omni prorsus destituatur auxilio, sed tunc ipse sibi imputet, qui in eas angustias se coniecit, nolendo internis inspirationibus antecedentibus, quibus subinde fuit a Deo excitatus, obtemperare: quia nec Deus tenetur singulis momentis hominem excitare, ut ille verè dicatur in singulis momentis habere sufficientia media ad salutem; quia potuisset peccator acceptando inspirationem, qua fuit excitatus in vno instanti, medium sibi comparare in alio instanti; neque in singulis momentis semper offerret occasio, peccatorem excitandi. Unde non continuò & semper, sed interpolatim, & per occasiones homo à Deo interius excitatur.

37. Ad confir.

Ad 4. neg. minor, nam etsi nemo absque dono perseuerantiæ salutem consequatur, potest tamen illam consequi, quia nemini desunt auxilia, quibus si bene vtatur, dignus fiat alijs, & alijs subsequentibus auxilijs, usque: ad ipsum finem donum perseuerantiæ, Quod etsi nemo de condigno, de congruo tamen vnusquisque adultus potest per ordinaria auxilia, quibus subinde à Deo præuenitur, & adiuuatur sibi promereri; quod indicat Trident. sess. 6. cap. 13. & docet August. de bono perseu. cap. 6.

38. Ad 4. ratio.

Trident. Augustin. explicatur.

Ad author. igitur August. dico, illum loqui non de potestate antecedente, quam vnusquisque habet ad perseuerandum, sed de potestate consequente, quam soli prædestinati habent, nam alioqui ipse docet cit loco de bono perseu. neminem à Deo deserui, nisi ipse prius Deum deserat. Collige discrimen inter voluntatem antecedentem saluandi eos, quibus bene, & damnandi eos, qui male usurpant medijs sibi à Deo collatis: nam prior voluntas est cum

39.

cum affectu, ut sequatur salus: posterior non est cum affectu ut sequatur damnatio, quia non eo fine media confert, ut confert ut sequatur salus.

SECTIO II.

Quid sit Reprobatio eius an detur causa ex parte reprobis;

40. Quid sit? **R**eprobatio duplex est, altera executiva effectum ponens in ipso reprobo; altera intentionalis in mente reprobantis existens. Est autem hæc actus Diuinæ voluntatis, à regno excludentis, & ad pœnam peccatorem destinantis ob præuisa ipsius demerita. Differt autem à prædestinatione, quod reprobatio non dicit absolute in Deo voluntatem mediorum, sed tantum finis; cum enim hæc sint peccata ipsa reprobi, nequit Deus velle absolute media reprobationis, sicut absolute vult media electionis. Controv. an ex parte reprobi detur causa reprob.

41. **Prima sent.** aliquorum Thomist. affirmantium. Deum absoluto suo decreto, ante ullam præui, sam culpam quosdam exclusisse à regno. Prob. 2. ex illo ad Rom. 9. *Antequam boni, aut mali aliquid egissent &c. Iacob dilexi. Esau autem odio habui.* Igitur reprobatio Esau facta est ante ipsius præuiam culpam 2. *ibid.* dicitur Deus sustinuisse vasa iræ, apta in interitum, ad ostendendas diuitias gloriae suae, in vasa misericordiae. Id confirmatum exemplum de figulo, quod Paulus *ibid.* assert, potestatem habente de eadem masâ facere vasa in honorem, & in contumeliam: tum de Pharaone, quem dicitur Deus excelsisse ad ostendendam in eo virtutem suam. Ex quibus colligitur, primariam voluntatem Dei fuisse ad reprobandum, ut ostenderet virtutem; & diuitias gloriae suae. 3. Si reprobationis daretur causa ex parte adulatorum, in eorum potestate esset, reprobari, & non reprobari: ergo in eorum etiam potestate esset, prædestinari & non prædestinari. Conseq. prob. quia omnis non reprobatus necessariò est prædestinatus; sicut omnis prædestinatus necessariò est non reprobatus: at in nullius potestate est, prædestinari; ergo in nullius potestate erit, reprobari. Ab hac sent. non discrepat *Granad. l. p. tr. 6. ut seq. sect.* Secunda *Scoti in 1. dist. 41. §. potest aliter, & §. contra istud*, distinguuntis duplicem reprobationem, negatiuam, & positiuam, seu punitiuam; prioris docet nullam dari causam ex parte reprobi; eo quòd nulla dari potest causa primæ permissionis in peccatum; dari verò causam posterioris: quia ex *August. non prius Deus est ultor, quam homo sit peccator.* Unde hæc signa distinguit in mente Diuina. 1. in quo negatiuè se habuit circa gloriam reproborum. 2. in quo negatiuè se habuit circa gratiam congruam. 3. in quo positiuè permisit reprobum in peccatum labi. 4. in quo præuidit reprobum cum peccato finali. 5. in quo iultè illum à gloriâ exclusit, & ad pœnâ destinavit. Tertia docet, dari causam reprob. in reprobo, eamque esse peccatum originale in vnoquoque contractum. Fundam. *infra* Controversiæ decisio pendet ex ijs quæ de Prædestin. *suprà.* Unde.

44. **2. Sent.** 45. **Certum** 1. neminem fuisse à gloriâ efficaciter exclusum, siue hæc sit positiva ad pœnam destinatio, siue negatiua à regno exclusio, donec fuerint eius demerita præuisa. Prob. 1. si Deus ex se ante vlla præuisa demerita efficaciter hominem à gloriâ exclusisset, contra scripturam diceretur Deus ex se velle mortem peccatoris, in eiusque perdi-

tionem delectari; non secus ac dicitur velle gloriam prædestinati, in eiusque salute delectari. Nec scriptura intelligi potest de solâ destinatione ad pœnam, non autem de exclusione à regno. Nam mors animæ formaliter consistit in ipsâ priuatione vitæ supernat. hæc autem in beatitudine essentialiter consistit. Unde pueri cum solo originali decedentes, verè dicuntur damnari, & mortem spiritualem incurrere. Prob. 2. non solum quoad executionem sit positiva destinatio ad pœnam ex proprijs demeritis, sed etiam ex iisdem sit negatiua exclusio à regno, ut constat ex illo *Matth. 25. Discedite à me: en negatiua exclusio à regno. In ignem æternum: en positiva destinatio ad pœnam. Esurius enim, & non dedistis mihi manducare: en vtriusq; reprob. causa* Igitur etiam quoad intentionem facta est reprobatio ex præuisione demeritorum. nam si hoc probabile est de prædestin. ad gloriam, longè probabilius erit de prædestin. ad pœnâ, quæ culpâ supponit. Confir. si Deus ex se pœnam voluisset, siue positiuam sensus, siue negatiuam, damni, non posset velle media ad salutem necessaria affectu saluandi, sed tantum iustè puniendi; quia eadem voluntate amantur media, quæ amantur finis.

**Certum** 2. exclusionem à gratiâ efficaci, saltem in angelis, nullam supposuisse causam: quia licet sæpè Deus in pœnam præcedentis peccati neget auxilium efficacem, quo euitaretur subsequens peccatum, tamen ad negandam gratiam efficacem, quæ euitaretur primum peccatum, nullam saltem in angelis supponit causam, quia ante primum peccatum nullum aliud supponitur. Nec dici potest negari gratiam efficacem ob futurum peccatum, quod ex negatione talis gratiæ sequeretur: nam cum tale peccatum, saltem per accidens, utq; ex remouente prohibens sequatur ex negatione talis gratiæ, nequit propter illud talis gratia negari, aliàs eadem gratia supponeretur negata, quatenus ex eius negatione sequeretur peccatum; nõ supponeretur negata, quatenus illa negaretur ob subsequens peccatum. Unde eadem negatio gratiæ esset causa, & effectus quamuis per accidens, respectu subsequents peccati. Quæ de causâ nequit eadem gratia retribui propter bonum usum ipsius gratiæ futurum; quia eadem supponeretur, & non supponeretur donata. Dixi *saltem in angelis*: nam in hominibus etiam ad primam gratiam negandâ habuit Deus sufficientem causam, ipsam scilicet peccatum protoparentis, in quo teste *Fulgentio*, omnem sanctam & piam cogitationem amisimus.

His adnotatis controuersia superest, an reprobatio dicenda sit incipere à negatione gratiæ efficaci, sicut prædestinatio à præparatione congruæ vocationis: an potius ab ipsâ exclusione à gloriâ, & destinatione ad pœnam? Nam si cum nonnullis affirmemus, illam incipere à negatione congruæ vocationis: tunc dico, reprobationem saltem in angelis nullam ex parte reprobi supponere causam, sicut prædestinationem ex parte prædestinati: eo quòd negationis primæ vocationis congruæ, quæ cum reliquis annexa totam reprobationis seriem intexit, ex parte reprobi non datur causa: sicut nec ex parte prædestinati primæ vocationis congruæ, quæ cum reliquis connexa seriem prædestinationis integrat. Si verò cum alijs asseramus, reprobationem incipere ab ipsâ exclusione à gloriâ & destinatione ad pœnam: tunc pronuntiandum erit, reprobationis quidem dari causam ex parte reprobi, quæ sunt ipsa demerita finalia in adultis præuisa, & originale in paruulis contractum & non deletum; prædestinati. quia reprobatio incipit ab

46.

47. Exclusionis à gratia efficaci nulla causa.

saltem in angelis

48. Questio de nomine.

Reprobatio incipit ab effic. exclus. à gloriâ.

42. Prob. ratio.

Granad. 43. 2. Sent. Scot. 44.

Signa 5.

44. 2. Sent.

45. Nemo exclusus efficaciter ante præuisa demerita.

pit ab efficaci exclusione à gloriâ, & destinatione ad pœnam, quæ demerita supponit ex parte reprobis: prædestinatio verò non incipit ab efficaci electioe ad gloriam, quæ destinationi ad pœnam respondet, & causam supponit, nempe propria merita ex parte prædestinati, sed à primâ vocatione ad gratiam efficacem, cuius vocationis nulla supponitur ex parte prædestinati causa; idè nec prædestinationis.

49. *Prædestin. à vocatione congrua.*  
Cæterum maior ratio, cur prædestinatio incipiat à primâ vocatione congruâ, non autem reprobatio à negatione eiusdem ea est, quia gratia congrua datur à Deo intentione consequendæ beatitudinis: contrâ verò negatio illius non datur intentione incurrendi pœnam: atque adè illa connexa cum fine integrat eandem seriem prædestin. hæc verò, quia cum fine non connectitur, neque per se, eo quòd illa per se ad talem finem non ordinatur, nisi tantum per accidens: neque ex intentione Dei, quia Deus non excludit à gratiâ efficaci, vt excludat à gloriâ; sicut eligit ad gratiam efficacem, vt eligit ad gloriam, sed ob alios fines, idè non videtur per se ipsam reprobationis seriem ingredi. Atque hoc modo sumpta reprobatio, & prædestinatio non adæquatè sibi opponuntur.

50. *Ad primam.*  
AD argu. primæ, vel illud intelligitur de reprobatione à gratiâ efficaci vel de virtuali reprobatione à gloriâ, inclusa in formali reprobatione à gratiâ efficaci; vel etiam de ipsâ reprobatione formali à gloriâ post præuisa demerita. Et tunc verba illa, *antequam aliquid boni aut mali egissent*, explicanda sunt, non in ordine ad diuinam præscientiam, sed in ordine ad temporalem executionem. Reliqua verò intelligenda sunt, non de voluntate antecedente, sed consequente, & permissiuâ, quâ Deus negando gratiam efficacem, dicitur obdurare & obsecare.

51. *Ap rationē*  
AD rationem resp. si reprobatio incipit ab exclusione à gratiâ, neg. antec. est enim eadem ratio, quæ de prædestin. nam sicut in nostrâ potestate non est, congruâ vocatione præueniri, ita in nostrâ potestate non erit, à congruâ vocatione excludi: & consequenter, sicut in nostrâ potestate non est prædestinari; ita nec reprobati, vt reprobati dicit exclusionem à vocatione congruâ. Si verò reprobatio incipit ab exclusione à gloriâ tunc conced. antec. neg. conseq. sic enim reprobatio incipit à formali exclusione à regno, quæ decernitur dependenter à futuris nostris demeritis; prædestinatio verò à primâ vocatione congruâ, quæ independenter à nostris meritis decernitur. Et quia, ob assignatam rationem, reprobatio incipit à formali exclusione à gloria: prædestinatio verò ab ipsâ electione ad gratiam, simpliciter dico, in nostrâ potestate esse reprædestinari, & non prædestinari.

52. *In nobis nō est congrua vocat. præueniri, nec ab illa excludi.*  
AD prob. conseq. disting. maior. omnis non reprobatus à gratiâ efficaci est prædestinatus ad gratiam efficacem, concedo; eo quòd nequit Deus esse suspensus in suo actu: omnis non reprobatus à gloriâ formaliter, eo ipso est electus ad gloriam formaliter, nego; quia potest esse, vel reprobatus à gloriâ tantum virtualiter, vel electus ad gloriam tantum virtualiter, per formalem exclusionem, vel electionem ad gratiam efficacem. Vnde potest non reprobatus à gloriâ formaliter, reprobati à gloriâ formaliter, propter ipsius præuisa demerita sicut non prædestinatus ad gloriam formaliter, prædestinari potest ad gloriam formaliter, propter ipsius præuisa merita.

53. *Dices.*

DICES. Reprobatus à gloriâ efficaci necessario est reprobatus à gloriâ formaliter: sed in nostrâ potestate non est reprobati à gratiâ; ergo nec à gloriâ formaliter. Resp. neg. maior. nam reprobatio à gratiâ efficaci non infert ex se formalem reprobationem à gloriâ, sed tantum vi libertatis creaturæ; nam etiam negata gratiâ efficaci posset creatura vi gratiæ sufficientis saluari, atque adè ad gloriam eligi. Quod autem infalibile sit, hominem exclusum à gratiâ efficaci, excludendum etiam esse à gloriâ, non prouenit formaliter, & per se ex se vi negationis gratiæ efficaci, sed ex vi præscientiæ Diuinæ; libertatem à creaturis non tollit, sed supponit.

### SECTIO. III.

#### Quinam sint effectus Reprobationis?

54. *Duo ad effectus reprobationis reprobationis.*  
VT aliquid sit effectus reprobationis duo requirit, & quod sit effectus Dei reprobantis, ac destinantis peccatorem ad pœnam æternam; & quod aliquo modo influat in supplicium æternum. Cùm enim reprobatio sit actus Dei, quo reprobum destinat ad supplicium æternum, non secus ac prædestinatio est actus, quo prædestinatum destinat ad gloriam æternam; sicut ad effectum prædestin. requiritur, vt sit effectus Dei, & vt aliquo modo conferat ad consecutionem gloriæ; ita ad effectum reprob. necessarium est, vt sit effectus Dei, & vt aliquo modo conducat ad ipsam pœnæ inflictionem. Quo fit, vt peccata reprobatorum nequeant esse effectus reprobati. cùm nequeant peccata esse effectus Dei. De reliquis vero est eadem fere difficultas, quæ de effectibus prædestinationis, vnde eodem modo examinandi sunt.

55. *1. Sent.*  
PRIMA sent. affirmat non solum ipsam æternæ pœnæ destinationem, sed etiam omnia mala pœnæ in hac vitâ inflictâ, permissionem quoque peccati; nec non dona omnia tam naturalia, quàm superna, reprobato collata, esse effectus diuinæ reprobati. *Granad. 1. p. toto tract. 6.* quia hæc omnia in reprobis habent duas illas conditiones, ad effectum reprobati, requisitas; 1. sunt effectus actus Diuini reprobantis; nam ad hoc non est necessarium, vt primario sine sint à Deo intenta propter damnationem ipsorum reprobatorum, sed tum ad ostendendam iustitiam suam erga reprobos, tum ad ostendendam misericordiam erga electos: at posita scientiâ conditionatâ, qua præuidit angelos & homines finaliter peccaturos, adhuc potuit illos velle condere, eisque sua dona tam naturalia, quàm supernaturalia communicare, vt in illis ostendetet iustitiam, & misericordiam suam; hic enim finis honestus est, & Deo maximè conueniens. 2. omnia, quæ sunt in reprobato, aliquo modo in ipsius damnationem influunt; vt testatur *Chrysol. Hom. 15. ad Roma. cap. August. lib. Soliloq. cap. 28.* sicut prædestinatis omnia cooperantur in bonum; & sicut creatio est necessaria in prædestinatis, vt circa illos; exerceatur Diuina misericordia; ita necessaria est in reprobis, vt circa illos exerceatur Diuina iustitia. addet exigua naturæ pulchritudo, aliorumque bonorum affluentia sæpè reprobis est occasio ruinæ, & mortis æternæ. & specialiter damnati in inferno dolebunt, quod tot, ac tantis naturæ & gratiæ donis fuerint abusi.

56. *Pr. de omnibus malis.*  
Secunda docet, effectus reprobationis exclusio em

nem à gloria, & per nissionem peccatorum, vel personalium, vt in adultis; vel originalis vt in paruulis: est aliquorum *Thomist.* quos tanto nomine citat *Vasq. 1. p. disp. 95. c. 1.* Fundam. idem e' ordo reprobationis, & prædestin. sed effectus prædestin. sunt electio ad gloriam, & gratiam: ergo oppositi effectus reprob. etunt exclusio à gloria, & à gratia.

Tertiu duplex reprobatio, positua, negatiua, 1. est positua exclusio à gloria, & destinatio ad pœnam æternam. 2. est negatiua exclusio à gloria, & à gratia. Prioris effectus ipsa executio destinationis ad pœnam æternam; posterioris ipsa permissio peccati: *Scoti in 1. dist. 41. q. vn. §. pot est: Suarez lib. 5. de reprob. c. 7.* Fundam. prioris; destinatio ad pœnam nō est de se bona, nisi vt iusta; non est autem iusta, nisi præsupponat culpam; igitur aequam Deus excludat posituè aliquem à gloria, & destinet ad pœnam, præcedere debet finale peccatum ipsius. Igitur sola executio destinationis ad pœnam æternam, est effectus posituæ reprob. quia effectus debet supponere causam, à quâ proficiscitur: at sola destinatio ad pœnam, & positua exclusio à gloria, supponit in Deo actum posituè reprobantem; nam permissio peccati antecedit, non subsequitur eum actū; cum ex præuisione finalis peccati, & à fortiori ex præuisione permissionis peccati, Deus posituè excludat à gloria, & destinet ad pœnam.

Fundam. poster. sicut Deus ex se negatiuè excludit à gloria ante vlla præuisione demerita; ita quidquid ex vi talis actus negatiuè reprobantis sequitur, est effectus ipsius, eo modo quo dici potest effectus negationis.

Dico, nullum dari effectum reprobationis, præter ipsam executionem æternæ pœnæ. Fundam. vt aliquid sit effectus reprob. debet procedere à voluntate excludendi ipsum reprobum à gloria: sed in Deo nulla est voluntas excludendi aliquem à gloria, nisi post ipsius finalia peccata præuisione, vt supra; igitur nullus datur effectus reprob. præter executionem æternæ pœnæ: nam sola hæc supponit in Deo voluntatem excludendi reprobū à gloria, reliqua antecedunt; vnde non possunt esse effectus reprob. quia hic dedit supponere voluntatem reprobandi, vt causam, ex quâ immediate proficiscitur. Maior prob. vt aliquid sit effectus prædestin. debet procedere ex voluntate intendente gloriam: ergo vt aliquid sit effectus reprob. debet procedere ex voluntate intendente exclusionem à gloria, cum par sit vtriusque ratio.

Deducitur 1. nullum bonum naturale vel supernat. esse in reprob. effectum reprob. ex intentione excludendi illum à gloria, vel destinandi ad pœnam. 2. Nulla permissio peccati est effectus reprob. quia omnis permissio peccati antecedit peccatum: sed Deus nullam habet voluntatem excludendi aliquem à gloria vel destinandi ad pœnam ante præuisionem ipsius finalis peccati: igitur nullus peccati, ne finalis quidem, permissio potest esse reprob. effectus; procedere enim debet ex intentione aliquâ excludendi à gloria vel destinandi ad pœnam: & nulla in Deo assignari potest intentio huius modi ante præuisionem finale peccati: scilicet omnis permissio peccati antecedit finale peccatum, post quod, & non ante, assignatur in Deo intentio excludendi à gloria, & destinandi ad pœnam. 3. Neque permissio peccati orig. cum quo ex hac vitâ decedunt paruuli, est effectus eorum reprobationis quia neque illos Deus à gloria excludit, nisi post præuisionem ipsorum originale finale, vnde falsum exillimo, quod *Vasquez* docet, permissionem peccati originalis in paruulis, quibus nullâ hu-

manâ industriâ applicari potest remedium salutis, esse effectum eorum reprobationis, eo quod existimet, hos paruulos fuisse à gloria exclusos ante præuisionem originale in ipsis contractum, per solam præuisionem eiusdem orig. in capite. Alioquin non potuisset Deus eis gloriam velle, quod etsi ipse coherenter concedat, ego falsum puto; aliâ voluntas saluandi in Deo non se extenderet ad omnes. 4. sicut non est in libera potestate hominis prædestinari, vel non prædestinari, si prædestinari includat electionem ad primam gratiam, secus si tantum dicat electionem ad gloriam; ita nec est in potestate eiusdem reprobari, vel non reprobari, si reprobari accipiat pro exclusionem à primâ gratia congrua; secus si sumatur pro exclusionem à gloria, & destinationem ad pœnam æternam. Primum constat, scilicet non esse in nostra libertate, ea gratia præueniri, quæ præuisione est in nobis habitura effectum; ita neque ea gratia, quæ præuisione est non habitura effectum. Dices; in nostra potestate est efficere, vt Deus eam gratiam, quam præuisione habituram effectum in nobis, præuisione non habituram effectum in uobis; & è contrâ. Igitur in nostra potestate est prædestinari ac reprobari. Resp. neg. conseq. nam prædestinati, & reprobari significant actum Dei, nobis congruam gratiam præparantis, vel ab ea excludentis non ipsam liberam cooperationem nostram.

Secundum prob. prædestinatio, & reprobatio prout dicunt electionem, vel exclusionem à gloria, supponunt in nobis liberam potestatem consequendi, vel amittendi gloriam per nostra libera merita, aut demerita. Cæterum, quia vltimo modo sentiendi, & loquendi Scholast. prædestinari sumitur, non solum pro electione ad gloriam, sed etiam ad gratiam: reprobari verò pro exclusionem tantum à gloria, & destinationem ad pœnam æternam, absolute dico, in potestate hominis non esse prædestinari vel non prædestinari; esse tamen in potestate hominis reprobari vel non reprobari, vt supra.

Ad fundam. primæ, nego antec. dona enim naturalia ac supernat. permissio peccati in reprobis non sunt à Deo intentione excludendi à gloria, & destinandi ad pœnam æternam, quæ est conditio requisita ad effectum reprob. vti intentio hæc ipsa conferendi prædestinatio ad eligendum illum ad gloriam, est conditio requisita ad effectum prædestin. Allata autem testimonia ex *Chrysof. & Aug. st.* non sunt ad rem: nam possunt omnia dona collata reprobis cooperari illis ad malum, etiam si non sint effectus reprob. quatenus sunt illis occasio peccandi, peccata verò sunt proxima ratio mouendi Deum ad eos reprobandos, & à gloria excludendos. Ex his patet ad reliquas prob. Ad fundam. secundæ, neg. maior. Non enim idem est ordo prædestin. & reprob. cum Deus ad gratiam prædestinet intentione beandi; à gratia verò effectus non reprobet intentione damnandi. Ad fundam. tertie, quoad posituam exclusionem gloria conuenit cum nostra sententia, quoad negatiuam reprobata est.

Vltimò adnota, totam hanc doctrinam de prædestinat. & reprob. applicari posse angelis. nam etiam boni angeli electi sunt ad gloriam, dependenter ab ipsorum meritis præuisione: sicut & mali destinati sunt ad pœnam, dependenter ab ipsorum præuisione demeritis. Præterea electi sunt ad gratiam, independenter ab eorum meritis. Verum hoc habent angeli, quod non habent homines, quod illi omnes admissi sunt ad primam gratiam congruam, licet non omnes electi

Fundam.

59.  
3. Sent.

positua ve-  
prob. negatiua.

60.

61.  
Executio  
pœnæ uni-  
cus effectus  
reprob.

62.  
nullum bo-  
num

63.  
nulla permis-  
sio pecc.

64.  
nec permis-  
sio origina.

65.  
An in potestate  
hominis præ-  
dest.

66.  
Dices

Resp.

67.  
an reproba-  
ti.

Nota

68.  
Ad fund. 1.

69.  
Ad fund. 2.

70.  
ad fund. 3.

71.  
Nota

Angel.

sit ad congruam finalem, nisi soli prædestinati. Homines verò, ne ad primam quidem gratiam congruam admissi sunt omnes, cum multi ex hac vita decedant, etiam adultâ ætate cum originali.

Hactenus demonstratum est, Deum nullam erga reprobos voluntatem habuisse destinandi ad pœnam ante eorum præuicta peccata; idque ex concilio Valen. his verbis: *Fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem. in electione tamen saluandorum. misericordiam Dei precedere meritum bonum, in damnatione autem periturorum, meritum malum precedere iustum Dei iudicium.* Intelligit autem hic concilium per prædestinationem; totam seriem beneficiorum, ante quam nullum præcedit ex parte prædestinati meritum, sed sola ac mera Dei liberalitas.

**DICIS:** si prædestinatio hic sumitur pro tota serie beneficiorum, quæ prædestinationem complent, uti sunt prima gratia congrua cum reliquis subsequenter auxilijs, & vltima electio ad gloriam; etiam damnatio sumi debet pro tota serie eorum, quæ damnationem integant, ac proinde includere debet primæ gratiæ congruæ negationem, & vltimam æternæ pœnæ inflictionem: & tunc sicut antè totam seriem prædestinat. nullum præcedit ex parte prædestinati meritum, ita nec ante totam damnationis seriem vllum ex parte reprobi demeritum; & consequenter nullum erit inter prædestinationem & damnationem discrimen, contra concilium assignans ex parte prædestinationis, Dei misericordiam; ex parte reprobi, demeritum. Resp. hoc pendere ex ijs, quæ supra num. 48. & 49. eò quòd vñtato nomine reprobationis seu damnationis intelligi solet voluntas excludendi à regno, & destinandi ad pœnam, quæ reprobi demerita supponit: contra verò, vñtato nomine prædestinat. intelligi solet, etiam electio ad primam gratiam congruam, quæ nullum prædestinati meritum supponit: cuius diuersitatis ratio ibi assignata est. Atque hoc sensu rectè verificatur assignatum concilij discrimen, quòd ante prædestinationem nullum præcedat prædestinati meritum, sed pura Dei misericordia, gratis nobis primum auxilium conferentis: contra verò, ante damnationem ex communi vsu sumptam pro voluntate excludendi à gloria & destinandi ad pœnam, reprobi demerita præcedant:

Superest quæstio, An saltem de possibili potuerit Deus ante vlla præuicta reprobatorum demerita, eos posituè ad pœnam destinare, eo prorsus modo, quo secundum aduers. Deus ante vlla præuicta prædestinatorum merita, efficaciter eos ad gloriam elegit. Negant absolutè aliqui: affirmant tantum sub probabilitate alij. Ego nullam video huius rei implicantiã: non ex parte reprobatorum: nam supposita scientia media, qua Deus certò nouit demerita eorum sub conditione futura, nulla est repugnantia, quin cum insufficientibus auxilijs liberè sint in peccata prolapsuri. Sola ergò repugnantia esse posset ex parte Dei, seu infinitæ bonitatis, ut ante præuicta demerita hominem ad pœnam destinet: 1. quia volendo ex se efficaciter pœnam, simul vellet peccatum, quod pœna supponit: 2. tali voluntate in Deo posita, non posset sufficientia auxilia conferre reprobis ex affectu salutis, sed damnationis nam media dantur ex affectu finis, qui esset damnatio. 3. derogat summæ veracitati & sinceritati Dei, ostendere, se habere voluntatem saluandi reprobum, dando illi sufficientia auxilia ad salutem consequendam; & effica-

citer nolle illum saluare, per antecedentem voluntatem efficaciter illum à gloria excludendi, & ad pœnas destinandi. *Confir.* Destinare hominem ad æternas pœnas ante præuictum peccatum, sapit crudelitatem & atrocitatem.

At negandum est, id diuinæ repugnare bonitati, cum neque in eâ hypothese peccatum sequeretur voluntatis diuinæ; sed humanæ; nam adhuc eâ hypothese data, voluntas humana haberet sufficientem potestatem vitandi singula peccata, per sufficientia auxilia sibi præparata. Quare ad 1. prob. neg. maior. nam ex eâ tantum sequeretur, Deum permissurum peccatum, ut præced. disp. volendo ex se pœnitentiam antecedenter ad peccatum absolutè futurum, non sequi, Deum voliturum, sed tantum permissurum peccatum: quando enim peccatum non sequitur vi decreti diuini, sed voluntatis humanæ, non dicitur Deus sed homo velle peccatum, solumque Deus dicitur illud permittere, quia cum possit efficaci auxilio impedire, non impedit: neque id propterea ei vitio imputatur, cum ad id non teneatur.

Ad 2. concedo, tali casu Deum non daturum auxilia sufficientia, reprobo ex affectu formali & efficaci, sed tantum virtuali & inefficaci salutis: sicut nec de facto dat reprobis auxilia sufficientia ex voluntate formali & efficaci sed tantum virtuali & inefficaci, necessario inclusa in ipsa collatione mediocorum per se ad salutem ordinatorum. Nec repugnat, Deum habere has duas voluntates ex se, alteram formalem & efficacem damnationis, alteram virtualem & inefficacem salutis: sicut mercator habet voluntatem formalem & efficacem proijciendi merces, ex affectu seruandi vitam; & inefficacem eas non proijciendi, ex affectu erga illas. Cæterum etsi eo casu Deus sufficientia auxilia non daret reprobo ex formali & efficaci voluntate salutis, haud tamen daret ex affectu damnationis ut finis proximi & immediati, sed ex affectu suæ iustitiæ vindictiue manifestandæ, quam eo casu habere: pro immediato fine, ad cuius executionem assumeret ut proximum medium, destinationem ad pœnam ex peccatis scientiã conditionatâ præuictis: quia cum sit supremus Dominus, potest quodcumque mediũ, quod per se malum non est, assumere ad sua attributa manifestanda: destinatio autem ad pœnam, etsi peccatum supponat, peccatum tamen non est.

Ad 3. concedo eo euentu Deum per collationem auxiliorum sufficientium ostensurum se habere voluntatem inefficacem virtualem salutis, & simul efficacem formalem damnationis: nego, hoc derogare eius veracitati, vel sinceritati: cui id tantum derogat, quod foris significatur, intus non intenditur; quando vnũ dicitur, & aliud intenditur. Deus quod foris ostendit, intus etiam intendit; ostendit enim & per collationem auxiliorum sufficientium virtualem voluntatè inefficacem salutis, & per inflictionem pœnæ, formalem voluntatem efficacem damnationis: vtrumque autem intus intendit. Ad confir. nego maior. Deus enim ratione supremi dominij, quod in res omnes à se conditas habet, potest absq; vllâ crudelitatis, aut atrocitatis nota, ijs vti ad suam gloriam manifestandã ac promouendam, cum longe præstantius sit diuinæ gloriæ manifestatio promotioque, quam possit esse malum quodecumque supplicium creaturæ illatum. Quo fit, ut non modò possit Deus ad propriam iustitiæ vindictiue ostensionem, hominem ad infernum per modum supplicij ante ipsius peccati absolutã præuisionem destinare, verum etiam ad supremi sui dominij manifestationem eundem ad infernum, per modum cruciatus absq; peccato æternũ addicere. Nec est eadem ratio de ho-

72.  
Expressa au-  
thoritas con-  
cilij in Gal.  
lin an 855.  
sub Leont  
IV.

73.  
Dicit.

Resp.

74.  
Quæstio de  
possibilitate  
vñt.

Probab. 1.

2.

3.

75.  
Conclusio

Ad 1. prob.

76.  
Ad 2.

Duplex vo-  
luntas in  
mal in Deo

77.  
Ad 3.

78.  
Ad confir.

Deus nul-  
lam habet  
in creatura  
limitationem  
domini.

Confir.

de homine, qui limitatum in rebus dominium habet, ut non nisi ex causâ possit illis uti. Confir. In ordine ad dominium Dei eodem modo se habet creatura irrationalis, ac rationalis, cum non minus una, quam alia perfectè subijciatur ipsius potestati: sed absque vllâ crudelitatis notâ potest creaturam irrationalem, eam æternum conseruando, æternum cruciare; ergo & rationalem.

## DISPUTATIO XVII.

*An in Deo sit potentia distincta ab essentia &c.*

1.

**D**VPLEX est potentia, teste *Philos. 5. Metaph. cap. 12.* actiua & passiva; illa definitur, principium transmittendi alterum, in quantum alterum; hæc transmigrandi ab altero in quantum altero. Hanc à Deo abesse, euidenter ostendit perfectio actûs puri, quæ omnem potentialitatem, cum quâ necessariò codiuncta est potentia passiva, à Deo remouet: illa, cum sit perfectio simpliciter simplex, nullam includens imperfectionem, omninò Deo concedenda est. Cæterum potentia actiua in Deo considerari potest, vna ad intra, altera ad extra; & ad intra, vna respectu actuum notionalium, altera respectu actuum essentialium. Prior, cum distinguatur realiter à termino producto, habet veram & propriam rationem potentia. Posterior, cum non distinguatur ex naturâ rei ab actu, respectu cuius dicitur potentia (non enim intellectus & voluntas in Deo ex naturâ rei distinguuntur ab intellectu & volitione) non videtur illi propria ratio potentia competere; nam hæc ex definitione, requirit realem distinctionem à termino producendo.

Actiua

ad intra

2. respectu actuum essentia non est proprie potentia.

Quare dico, respectu actuum essentialium non esse in Deo potentiam proprie dictam; quia hæc postulat talem distinctionem à termino producendo. An autem respectu huiusmodi actuum sit saltem perfectio potentia actiua, esto non sit cum reali distinctione termini? Ratio dub. ut in Deo sit aliqua perfectio formaliter, non est necesse, ut illa sit ex naturâ rei distincta ab alijs: Igitur etiam si intellectus, & voluntas in Deo non distinguantur ab intellectu, & volitione, adhuc non repugnat, in Deo esse ipsam perfectionem potentia intellectiua, & volitiua. Confir. distinctio supra posituam perfectionem rei non addit, nisi solam limitationem in se, & diuisionem ab alio, quæ supra posituam entitatem rei non addit, nisi puram negationem.

3. est perfectio intellectus, appetendi.

Pro explicatione; duplex perfectio est in potentia cognitiua, & volitiua, altera percipiendi & appetendi obiectum, altera producendi actum. priorem habent intellectus & voluntas Diuina, etiam si non distinguantur ab intellectu, & volitione. nam quam magis potentia est idem cum actu, tantò magis est perceptiua, & appetitiua obiecti; hanc enim perfectionem participat potentia in ratione causæ formalis, vel quasi formalis, quæ quò magis est idem cum subiecto, eò magis participatur à subiecto. Posteriorem habere non potest; nam hæc consistit in virtute productiua actûs, cuius si productio implicat, implicabit & virtus productiua actus. Cum igitur implicet productio actus intellectiui & volitiui Diuina, implicabit & virtus actus Diuini, defectu cuius virtutis productiua non potest dici;

non produ-  
cendi actum

in Deo esse potentia actiua intelligendi, aut volendi; nam hæc essentialiter importat virtutem producendi actum, ex definitione. Hinc tamen non sequitur, aliquam perfectionem deesse Deo; quia, cum hæc includat imperfectionem; nempe distinctionem potentia ab actu, non est perfectio simpliciter simplex, & consequenter nec Deo concedenda.

Controuersia est de potentia actiua ad extra, quam primò certum est, inesse Deo; nam hæc perfectionem dicit sine imperfectione. Cum enim Deus sit quo melius, excellentiusque excogitari non possit, tribuendum est illi esse omnium perfectissimum: tale est esse illimitatum in omni genere perfectionis cum virtute producendi, quidquid contradictionem non implicat: quia posse se ipsum communicare est aliqua perfectio, quam non habet, qui se ipsum communicare non potest. 2. certum est, quidquid recentiores aliqui opinentur, hanc potentiam nullum includere ordinem realem ad creaturas, licet concipi non possit sine creaturis, non propter respectum realem ad illas, sed propter essentialem connotationem earum, fundatam in essentiali dependentia ipsarum à Deo, ut à primò ente. 3. certum est, posse euidenti discursu demonstrari, hanc potentiam esse in Deo: licet enim controuersum sit, an naturali ratione constet, in Deo esse omnipotentiam respectu cuiuscunque contradictionem non inuoluentis, tamen nemo dubitat, potentiam actiua ut sic, ex effectibus creatis in Deo euidenter concludi; scilicet esse vnum principium primum productiuum rerum omnium, seu vni primum ens cum aliqua potentia actiua producendi omnia. 4. certum est, huiusmodi potentiam non distingui ex naturâ rei ab essentia Diuina, reliquisque attributis; hæc sit perfectio absoluta communis omnibus diuinis personis; nam ea tantum in Deo ex naturâ rei distinguuntur, quæ relatiuè opponuntur. Sola igitur controuersia superest, an ea virtualiter cum aliquo fundamento in re distinguatur ab essentia, cæterisque attributis Diuinis.

Potentia  
Actiua ad extra  
in Deo.

non  
nihilum dicit  
est ordinari  
ad creat.

6.  
demonstrari  
potest.

7.  
non disting.  
ab essentia  
naturales  
an virtuales.

8.  
1. Sent. dist.

**P**RIMA sententia negat, potentiam in Deo distingui ab essentia, & reliquis attributis. quia potentia Dei est eminentialis causa omnium possibilem: hanc autem perfectionem habet Deus ratione solius essentia; scilicet ut sit virtus illimitata in omni genere perfectionis; qualis debet esse potentia Dei respectu omnium possibilem.

**S**ECUNDA affirmat, potentiam productiuam ad extra non solum distingui ab essentia, sed à reliquis etiam attributis intellectus, & voluntatis: Durand. in 1. distin. 38. quest. 1. Aureo. dist. 42. art. 2. prepos. 2. Rubio. quest. 1. art. 1. Suarez. lib. 3. de attribut. cap. 6. num. 2. Zumel 1. part. quest. 25. art. 1. disp. vni. concl. 3. Probant 1. quòd illa distinguatur ab essentia, nam essentia secundum explicitam rationem suam importat solam rationem essendi, ut constitutiua Deitatis in ordine ad se potentia actiua importat principium productiuum creaturarum ad extra. Quòd ab intellectu & voluntate, probant 2. illud habet formalem rationem potentia actiua ad extra in Deo à quo immediatè manant effectus creati; illa enim est immediatum principium effectus: sed effectus creati non manant immediatè ab intellectu & voluntate, sed a virtute productiua, ratione distincta ab intellectu & voluntate: nam ab illa ratione manat immediatè effectus, quæ continet virtualiter effectum,

9.  
2. affir.

Aureolus.  
Rubio.  
Durand.  
Suarez.  
Zumel.

distin. ab  
essentia.

10.  
ab intell. &  
volunt.

cum debeat effectus in causa contineri: at intellectus & voluntas non continent virtualiter effectus creatos. nam ea ratio continet virtualiter effectum, quæ habet aliquam similitudinem in essendo cum ipso effectu; cum omnis productio fieri debeat per aliquam assimilationem producti ad producentem, & hoc idem, quia omnis productio est aliqua participatio esse ipsius producentis, quod producentis mediâ actione communicat productio. Sed quod habet similitudinem in essendo cum effectibus producibilibus non est intellectus, & voluntas, sed ipsa essentia Dei, ut illimitata in omni genere perfectionis possibilis, quæ quatenus supra rationem essendi addit vim productiuam, induit formalem rationem potentia. quia intellectus; & voluntas secundum explicitam rationem non important perfectionem illimitatam in totâ latitudine essendi. Quod autem hæc sit necessaria ad constituendam formalem rationem potentia actiua in Deo, prob. potentia actiua in Deo debet continere perfectiones omnium possibilium, quæ cum sint infinitæ in totâ latitudine entis, debent eandem infinitatem explicitam supponere in causa. Probant. 3. illa virtus, quæ secundum propriam rationem, & modum operandi indifferenter se habet ad producibilia, & non producilia, non potest habere formalem rationem principij productiui; sed rationem formalem diuersam ab eâ quæ tantum se habet ad producibilia; cum illas ratio vniuersalior: sed intellectus, & voluntas secundum propriam rationem & modum operandi æquè per suos actus feruntur ad Deum, qui producibilis non est, ac ad creaturas, quæ producibiles sunt. Confirm. feruntur ad obiecta intentionaliter, non attingendo illa realiter, sed tantum obiectiue, & grammaticaliter. Potentia verò fertur ad suum obiectum realiter, attingendo illud effectiue. Vnde obiecta extrinsecè tantum denominantur cognita & volita, actibus intelligendi & volendi, subiectiue manentibus in intellectu & voluntate, effectus verò realiter accipiunt esse à potentia productiua, mediâ actione transeunte, in ipsis recepta. 4. illud habet formalem rationem potentia in Deo, quo tantum manente, & reliquis omnibus sublatis, adhuc maneret vis productiua creaturarum: sed sublatis per impossibile intellectu, & voluntate à Deo, adhuc maneret vis productiua creaturarum; seu continentia eminentialis creaturarum, in quâ immediatè & proximè fundatur omnipotentia Dei. Confirm. vis productiua immediatè sequitur ad esse, vnde reperitur etiam in entibus non cognitiuis: intellectus autem & voluntas non sequuntur, nisi ad tale vel tale esse determinatum: at esse ratione præcedit tale esse: ergo etiam vis productiua, quæ immediatè sequitur ad esse, in Deo ratione præcedit intellectum & voluntatem. 5. eundem ordinem rationis seruare debent inter se ea, quæ solâ ratione differunt, quem ordinem realem seruant inter se ea, quæ realiter differunt inter se. At intellectus, voluntas & potentia in creaturis, in quibus hæc realiter differunt, tale ordinem habent inter se, ut intellectus tantum sit directiuus; voluntas determinatiua; potentia solùm executiua operis externi: igitur similis ordo ponendus est inter hæc tria in Deo ut intellectus sit tantum directiuus, voluntas tantum inclinatiua, seu determinatiua; potentia verò solùm executiua operationis ad extra. Maior prob. omnis distinctio secundum quid, qualis est distinctio rationis, reduci debet ad distinctionem simpliciter, qualis est distinctio realis. Tertia docet, potentiam executiuam in Deo

nullâ ratione distingui ab intellectu & voluntate. Ferrariem. 2. cont. gent. cap. 10. sine Molin. 1. p. q. 25. art. 1. disp. 2. Valent. q. 19. puract. 6. & q. 24. puract. 1. Vasquez disp. 102. cap. 3. in quam inclinant S. Doctor 1. p. q. 25. art. 1. ad 4. Caietan. ibid. & Scotus in 1. dist. 37.

Dico 1. potentia actiua in Deo non distinguitur ab essentia Dei, ut ratio formalis ab eâ perfectè conuoluta, etiam se undum rationem explicitam, sed ut includens illam, & addens illi vim productiuam. Explico. Dupliciter vna perfectio Diuina includere potest aliam, vno modo ut ratio specifica genericam & communem; alio modo ut rationem integrantem, & quasi complementem eandem rationem specificam. Exemplum primi: Sapientia Diuina, non quâ sapientia est formaliter, sed quâ Diuina, includit implicitè bonitatem; quia quâ Diuina dicit illimitationem in omni genere perfectionis; quâ verò sapientia dicit illimitationem in genere duntaxat sapientia. Exemplum secundum: intellectualitas Diuina non solùm quâ Diuina, sed etiam quâ intellectualitas est, quidditatiuè dicit perfectionem Spiritus. Potentia igitur actiua in Deo non modò quâ Diuina, sed etiam quâ potentia est, includit formaliter essentiam; & consequenter secundum propriam rationem formalem explicitam non perfectè conuoluitur ab essentia. Sed illam includit, ut rationem integrantem ipsam explicitam formalitatem potentia. Hanc colligo ex S. Th. q. 1. de potent. art. 1. ad 9. vbi docet, essentiam ipsam Dei, addita tantum per intellectum relatione principij, habere rationem potentia. Nec contrarium docet ad 14. vbi affirmat, potentiam in Deo ratione distingui ab essentia. Intellegitur enim de distinctione per modum includentis & inclusi: etenim licet potentia includat formaliter essentiam, non tamen essentia includit formaliter & explicitè potentiam.

Affertio sic explicata probat. Potentia productiua in Deo in sua ratione formali explicita dicit actum purum, illimitatum in omni genere perfectionis; ergo in sua ratione formali explicita includit essentiam, quia sola essentia includit in sua ratione formali explicita actum purum illimitatum in omni genere perfectionis, cum omnis alia perfectio Diuina ex sua ratione formali explicita limitetur ad vnum duntaxat genus perfectionis, ex grat. sapientia, aut bonitatis: sola essentia ex ratione formali explicita includit omnem omnino perfectionem. Anteced. probat. potentia Diuina & ex modo producendi per actionem creatiuam independentem à subiecto, & ex infinitis creabilibus perfectioribus, quæ in se præhabere debet ut causa eminentissima omnium, formaliter & explicitè importat actum purum, illimitatum in tota latitudine essendi; alioqui non posset esse causa eminentissima omnium: nam sicut hæc non limitantur ad certum genus perfectionis creabilis, ultra quam non sint alia creabilia, ita nec causa limitari potest ad certum genus perfectionis increata, ultra quam non possit alia perfectiora in infinitum creare. Confirmat. potentia Diuina explicitè importat vim producendi, quidquid contradictionem non inuoluit; quia se extendit ad omne id, quod participare potest rationem entis; vnde solùm à suo adæquato obiecto excludit non ens: quod est illud, quod contradictionem inuoluit ad esse: ergo explicitè importat totam latitudinem entis possibilis: nam totum id explicitè importat potentia, quod formaliter præsupponitur à termino producibili, nam totum id est necessarium ad con-

11.  
Probant.

12.  
Confirmant.

13.  
Prob. 4.

14.  
Confirm.

15.  
Pr. 5.

16.  
3. Sans.

17.  
Nec secundum  
aliam rationem  
explicitam  
dicitur ab essentia.

quâ potentia  
includit  
essentiam  
puram.

18.  
Dicit actum

Ex modo  
creandi &  
terminis per  
perfectioribus

16.  
Confir.

ad constituendam perfectam potentiam in ordine ad suum obiectum; at terminus producibilis est, quidquid participare potest rationem entis: ergo.

20. Nec dist. ab intent. & volum.

Duplex fund. 1.

est potentia libera artificiali.

21. fund.

Executio complet volunt. liberam Dei.

**D I C O 2.** potentia actiua in Deo ex sua formali ratione explicita non distinguitur ab intellectu & voluntate, nisi vt ratio includens ab inclusa. 1. quia nequit ea perfectio excludi ab explicita ratione potentiae actiuae Dei, quae sub ratione proximae potentiae productiuae ad extra illam constituit; quia quidquid complet virtutem in ratione proximè operandi, clauditur in essentiali conceptu illius, at intellectus, & voluntas constituunt potentiam Dei sub ratione proximae potentiae productiuae ad extra; haec enim non est quaecunque potentia, sed libera, & artefactiua rerum; agentis liberi, vt liberi formaliter; nam haec tantum potentia ad extra productiua dicit perfectionem simpliciter simplicem: sed talis potentia in sua ratione formali explicita includit intellectum, & voluntatem; nam quae artefactiua est, includit intellectum, cuius directione tendit ad opus exemplandum; quae libera, includit voluntatem, cuius libertate proximè determinatur ad opus exequendum: ergo ab utroque proximè completur in ratione potentiae ad extra productiuae; atque aded vtrumque in sua ratione formali completa explicitè includit. Confirm. in Deo quodlibet attributum assignari debet cum omni perfectione, quae ab ipso intrinsecè exigitur: sed intellectus & voluntas sunt perfectiones quae ab omnipotentia Dei intrinsecè exiguntur; quia sine ijs non est proximè operatiua ad extra: ergo. 2. nequit voluntas Diuina liberè aliquid velle, nisi per connotationem effectus liberè à se dependentis: vt supra: ergo potentia Dei operatiua ad extra includit voluntatem. nam si non includeret, deberet; antequam produceret effectum, liberè determinari ab actu Diuinae voluntatis, ratione antecedente effectum producendum, cum nequeat potentia executiua Dei suum opus ad extra producere, nisi liberè: ergo nisi ponatur intrinsecè libera, se ipsa ab intrinsecò determinans ad opus exequendum, determinari debebit ab extrinsecò actu voluntatis, ratione praecedente operis executionem: quia cum talis executio non sit libera ab ipsa potentia executiua, à qua immediatè promanat; siquidem haec ponitur virtualiter distincta ab ipsa voluntate, debet saltem fieri libera ab extrinsecò actu voluntatis, sicut fiunt in nobis liberè operationes potentiae executiuae ab extrinsecò actu voluntatis imperantis, & determinantis potentias ipsas executiuas ad opus exequendum. Implicat autem, potentiam executiuam Dei liberè determinari ad opus exequendum ab extrinsecò actu libero Diuinae voluntatis, ratione praecedente ipsam externi operis executionem: quia implicat, Deum habere actum liberum absque connotatione alicuius effectus liberè à se dependentis; qua connotatione fit formaliter liber: intelligeretur autem aliquis actus liber in Deo ante externi operis executionem, si potentia executiua deberet applicari ad opus exequendum per actum liberum diuinae voluntatis, ratione praecedentem operis executionem. nam prius ratione, quam potentia executiua suum opus exequatur, intelligi debet liberè determinata & applicata ad tale opus exequendum: Igitur ante operis executionem

Tom. 1. De Deo.

praestelligi debet actus liber Diuinae voluntatis, applicantis & determinatis potentiam executiuam ad tale opus exequendum.

Hoc autem incommodum in nostra sententia falicè cuitatur, quia non debet actus liber in Deo praecedere operis executionem: nam cum potentia executiua in nostra sententia non distinguatur ab ipsa libera voluntate Dei, non est necesse, vt voluntas liberè determinetur ad opus exequendum per actum alterius potentiae, sed determinatur per ipsam operis executionem, liberè à se producendam: non secus ac determinatur voluntas creata ad liberam elicitio-nem suae volitionis, non per aliquem alium actum liberum praecedentem, sed per ipsam liberi actus productionem, liberè à se exequendam.

21. executiua est libera voluntas.

Deducitur contra Molinam, potentiam executiuam in Deo non compleri proximè per actum liberum Diuinae voluntatis, sed per potentiam in actu i. indifferentem. Tum quia potentia productiua, etiam vt proximè completa ad operandum, non liberè, sed necessario inest Deo: actus autem liber voluntatis non necessario, sed liberè inest Deo; quippe qui potuit non esse. Igitur non actus, sed potentia proximè complet principium productiuum ad extra. Tum quia actus Diuinae voluntatis fit liber formaliter per connotationem effectus potentiae executricis: igitur non potest, formaliter constituere potentiam executricem. Alioquin, vt formaliter constituens potentiam, deberet praecedere effectum potentiae; quatenus verò fit liber per connotationem effectus eiusdem potentiae, quam constitueret, deberet supponere eandem potentiam iam constitutam: igitur non posset per connotationem effectus talis potentiae constitui liber; alias supponeretur, & non supponeretur liber ante connotationem effectus. Secus autem est de intellectu, qui potentiam executiuam complet, non vt potentia, sed vt actus directiuus operis. Tum quia esse proximè directiuum operis, qualis poni debet potentia executiua in Deo, vt sit proximè completa, non est potentia, sed actus; quia per actum proximè dirigitur potentia ad opus exequendum. Tum quia scientia simplicis intelligentiae, quae tantum est causa rerum in Deo, non liberè, sed necessario inest Deo.

23. Contra Molinam.

Intell. vbi. pler. potentiam vt actus directiuus est

**Obijcies 1.** Esse directiuum: applicatiuum, & executiuum operis in rebus creatis spectant ad diuersas causas: nam esse directiuum spectat ad causam idealem; esse determinatiuum ad causam liberam; esse executiuum ad causam naturalem. Ergo etiam in Deo tales rationes spectabunt ad diuersas causas. nam de Diuina philosophandum est per proportionem ad creatura.

24.

Confirmat. sub alia ratione comparatur effectus creatus ad ideam Diuinam, ac potentiam executiuam: igitur nequeunt idea, & potentia executiua in Deo coincidere in eandem rationem formalem causandi. Anteced. probat. ad ideam effectus comparatur, vt artefactus ad artem, sive vt exemplatus ad exemplar mediâ directione intellectus: ad potentiam verò executiuam comparatur, vt terminus ad principium essendi mediâ actione potentiae. 2. eandem ratione dici posset, voluntatem in Deo non esse

25. Sanf.

26. Obij.



esse attributum ratione distinctum ab intellectu: nam etiam voluntas essentialiter supponit intellectum, sine cuius directione implicat, voluntatem in suum obiectum ferri. 3. Deus ab æterno dicitur voluisse mundum, cum tamen ab æterno mundum non produxerit: ergo productio effectus non est immediatè à voluntate Divina, cum n. hæc nequeat liberè velle, nisi aliquid ad extra producendo, & nihil ab æterno produxerit, nihil dici posset ab æterno voluisse, sed tantum in tempore, quando mundum ipsum produxit. 4. Imperfectio est in creaturis, ut in eadem causà assignari debeat ratio proxima, & remota. Sed si in Deo potentia activa includeret formaliter intellectum, & voluntatem, in eadem potentia distingueretur virtualiter ratio proxima, & remota, nam voluntas ut proxima ratio determinaret essentiam ad virtutè proximè productivam. Resp. ad 1. neg. antec. Ad prob. dico, omnes illas tres rationes spectare ad eandem causam agentis intellectualis proximè & perfectè completam: quòd autem illæ in rebus creatis distinguantur, est propter imperfectionem agentis creati quòd nequit eas omnes continere in eadem ratione formali perfectè unitas, ob sui limitationem. Sicut ob eandem limitationem nequit continere rationes causæ proximæ & remotæ in eadem formalitate unitas, sed in pluribus diversis. Confirm. Aristoteles causam exemplarem non distinguit ab efficiente intellectuali, sed ad eam ut proximum complementum reduxit; in Deo autem non est alia potentia activa ad extra nisi intellectualis, quæ ad sui complementum essentialiter postulat tres illas rationes.

Ad Confir. disting. antec. comparatur diverso modo, spectante ad diversum genus causæ, nego: comparatur diverso modo, spectante ad idem genus causæ intellectualis agentis integrè & perfectè constitutæ, concedo. Ad 2. nego sequel. nam ratio, cur omnes tres illæ rationes spectent ad eandem formalitatem causæ ad extra productivæ, non est, quia vna essentialiter supponit aliam, sed quia omnes per se integrant eandem formalitatem causæ agentis intellectualis. Esto igitur voluntas essentialiter supponat intellectum, quia tamen modus agendi vnius non pertinet per se ad modum agendi alterius; ut ratio formaliter integrans, sed tantum ut ratio essentialiter præsupponita, non dicuntur coincidere in eadem, sed in diversas rationes formales explicitas. Ad 3. nego consequ. ad prob. dico, Deum liberè ab æterno voluisse mundum, per ordinem ad productionem mundi, ab ipsa voluntate in tempore exequendam. Vnde ex ipsa æternitate non prius intelligitur Deus voluisse mundum, quàm fuerit determinatus per productionem mundi futuram, ab ipsa voluntate liberè exequendam. Ad 4. resp. tunc rationem proximam & remotam involvere imperfectionem, quando ille distinguuntur, ut duæ formalitates homogeneæ integrantes idem proximum genus causæ: sicut quando distinguuntur ut duæ formalitates heterogeneæ vnius & eiusdem causæ. Cæterum intellectus & voluntas divina comparantur ad essentiam quasi duæ formalitates heterogeneæ eiusdem potentie proximè productivæ; ille in ratione directivi; hæc in ratione liberi operativi.

Solvitur alia questio per quam rationem ex his tribus, quas potentia divina productiva ad extra includit, immediatius & proximius attingat effectus? Dicendum, essentiam non attingere immediatius effectum, quàm attingat voluntas; nec contrà; sed utramque simul immediatè attingere, quia si

immediatius illum attingeret essentia, illum non attingeret ut potentia libera, quia essentia non est proximè formaliter libera, nisi ut includens voluntatem. Si autem illum immediatius attingeret voluntas, aut illum attingeret voluntas, aut illum attingeret ut obiectum, aut ut effectum: si ut obiectum, iam conciperetur actus liber in Deo ante connotationem effectus liberè à se dependentis; si ut effectum, igitur non tantum attingeret illum, ut voluntas, sed etiam ut potentia atque adeò ut includens essentiam. Maior diffi. de causalitate intellectus; an immediatius attingat effectum, quàm voluntas? Ratio dub. causalitas intellectus præcedit causalitatem voluntatis in ordine ad eundem effectum, dirigendo tantum per modum artis & obiecti propositionem, per quam voluntas ipsa inclinatur ad effectum volendum & exequendum. Confirm. intellectus non se extendit immediatè ad opus exequendum, sed immediatè tantum dirigit voluntatem, qua directà ipsa per se, vel per potentias executrices opus exequitur. Ita Docti recent. quæ sent. probabilis est: opposita tamen probabilior, sc. etiam immediatè & proximè intellectum divinum suà increatâ arte, quæ est practica notitia rerum factibilium, attingere effectus creatos, non quidem in ratione entis, sicut attingitur à voluntate, sed in ratione operis artificiali. Est enim hæc maior perfectio scientiæ divinæ, ut possit ipsa immediatè, nullo alio mediante, ad opus delineatum se extendere. Nec refert quòd actus scientiæ sit immanens: quia non repugnat eius immanentiæ, ut immediatè se extendat ad opus externum effigandum. Fundam. primæ sent. solum probat priorè nostram asserit. nempe potentiam Dei non perfectè distingui ab essentia eiusdem, sed tantum ut includens ab inclusio; quia nimirum potentia includit essentiam, & addit illi rationem principij, ut rectè S. Th. cit. qu. de Poten. Ad 1. argu. secundæ, resp. eodem modo. Ad 2. nego minor. Ad prob. nego. effectus creatos non contineri virtualiter in intellectu & voluntate divinâ, in illo ut in arte; in hæc ut in causâ liberè productivâ, quæ ut sic explicitè includit essentiam illimitatam in omni genere perfectionis. Ad 3. dist. maior. Virtus, quæ secundum proprium modum operandi indifferenter se habet ad necessaria & libera, non potest ut sic esse principium productivam ad extra, concedo; cum principium productivum ad extra non possit esse nisi circa libera. Nego tamen ut sic intellectum & voluntatem integrare formaliter potentiam activam in Deo, sed solum ut versantur circa libera: sub quâ tantum ratione proximè complent potentiam activam Dei, ut sic autem intellectus & voluntas non habent rationem formalem ad libera & necessaria indifferenter, sed limitatam tantum ad libera. Ad confirm. nego. maior de intellectu & voluntate divinâ in ordine ad obiecta libera. Nec obstat eorū immanentiæ, quin ferri possint ad obiecta realiter attingenda, intellectus sub ratione artis, voluntas sub ratione potentie liberè productivæ: à quibus obiecta non solum habent extrinsecum esse cognitum & volitum, sed etiam intrinsecum esse artificiatum, & existentia.

Ad 4. nego minor. ad prob. nego. tali casu potentiam Dei mensuram ut proximè completam ad operandum ad extra: quia hæc non solum importat eminentialem continentiam creaturarum, sed etiam activam indifferenter ad hoc vel illud producendum, defectu cuius indifferentiæ non esset in eo casu in Deo potentia productiva ad extra. Hanc autem formaliter habet potentia Dei per intellectum

27.  
Ob 3.28.  
Ob 4.29.  
Resp.  
Ad 1.30.  
Ad conf.31.  
Ad 2.32.  
Ad 3.33.  
Ad 4.34.  
Alinquestio.

Solvitur.

Fund.

35.  
Maior diffi.  
culas.

36.

Intell. pri.  
ximè attingit effectum.37.  
Ad 1. sent.

38.

Ad 1. 2.

39.

Ad 3.

40.

Ad conf.

41.

Ad 4.

Actum & voluntatem. Ad confir. conced. maior de vi productiua necessaria; neganda de vi productiua libera, qualis est potentia Dei actiua ad extra.

Ad 5. AD 5. conced. maior, quando distinctio rationis non præiudicat perfectioni diuinæ; neganda quando diuinæ perfectioni præiudicat, ut præiudicat, actiua perfecta distinctio rationis intellectus & voluntaria à potentia Dei; quæ quamdiu non concipitur vltimò completa per intellectum & voluntatem, non concipitur proxime operatiua ad extra.

An, & quâ ratione Potentia Dei sit infinita?

43. **D**VPLEX infinitudo in potentia Dei, vna ex parte subiecti, altera ex parte termini. Prior sumitur ab ipsâ essentia diuinâ; posterior per ordinem ad terminum, quem potest producere. Prior dicitur intensiua, posterior extensiua, vtramque infinitatem reperiri in omnipotentia Dei, omnes conueniunt. Sola diffic. est, quo pacto ex infinitate essentia, & termini colligatu; & an naturaliter demonstrari possit? Priori infinitatem ex essentia

44. **Ex infim. est- inueniuntur.** infinitatem sic deduco. Vnumquodque est actiuum secundum quod est actus; Deus est ens, actu infinitum; vt supra: igitur est infinite potens. Maior est axiomata, quia quod agit, debet præhabere affectum, quem agit; cum enim agere sit communicare esse effectui, qui agitur; nemoque communicare possit esse, quod in seipso non præhabeat; necessitat. qui agit, supponi debet in actu, aut formali, aut virtuali respectu illius esse, quod debet agendo communicare, siue ergo potentia Dei includat formaliter essentiam, siue esse quasi proprietatem illius, euidenter sequitur, esse infinitam, nam si essentiam includat formaliter, includit pariter cum illa infinitatem ipsius; si verò sit tantum proprietatis, cum omnis proprietatis proportionati debeat essentia, cuius est proprietatis; potentia Dei vt proprietatis essentia infinita, necessario erit infinita.

45. **Et ex modo operandi.** Eadem infinitudo potentia diuinæ colligitur ex modo operandi independentem tum ab omni alio agente, tum ab omni subiecto, nam prior independentia necessario supponit illimitationem in essendo, cum nequeat limitari is, qui à nullo pendet, cum omnis limitatio sit ab aliquo per suam causalitatem effectum limitante. Posterior supponit in producente perfectionem actus puri; cum nequeat creare, nisi qui actionem immanentem habet identificatam cum propria substantia, quod est proprium actus puri, vt supra.

46. **Extensiua ex infim. terminu.** Posteriori verò infinitatem ex infinitate termini producibilis sic infero. Terminus producibilis ab omnipotentia Dei, est quidquid in se ipso contradictionem non inuoluit; seu qui participare potest aliquam rationem entis; cum in Deo sit vniuersa ratio entis. Nam ille est terminus adæquatus alicuius potentia, qui adæquatè respondet actualitati talis potentia; cum vnumquodque sit actiuum secundum quod est ens actu; ergo cum Deus sit actu omne ens, nullum à se excludens, nisi tantum non ens, adæquatus terminus ab ipso producibilis erit quidquid participare potest rationem entis: vnde solum ab ipsius termino excluditur non ens, quod est quidquid in se ipso contradictionem inuoluit. Sed talis terminus necessario supponit in Deo potentiam infinitam: cum non limitetur ad certum genus, vel gradum entis, sed complectatur totam latitudinem entis etc.; alioqui deuenire-

tur tandem ad aliquam terminum finitum, ultra quem perfectior produci non posset, non ratione formalis repugnantia termini producibilis, sed defectu actiuitatis virtutis productiua.

Obicies 1. Posterior probatio committit circulum; probat infinitatem potentia ex infinitate termini; & rursus infinitatem termini ex infinitate potentia. Confir. res dicuntur producibiles à potentia Dei: igitur probare infinitatem potentia ex infinitate termini producibilis, est probare infinitatem potentia ex infinitate potentia.

2. Multa Deus nequit facere, non propter formalem repugnantiam termini, sed defectu virtutis productiua: cuiusmodi sunt habitus inclinantes ad falsum, vel ad peccatum, iudicia erronea, & actus peccaminosi: hæc enim non idem à Deo fieri non possunt, quia in se ipsis repugnantiam inuoluunt, alioqui neque fieri possent à creatura, vel à Deo vt causa prima; sed quia in Deo non est potentia proxima ad ea efficienda. Resp. ad 1. neg. assum. ad prob. concedo, in posteriore demonstratione probari infinitatem potentia ex infinitate termini, & rursus infinitatem termini ex infinitate potentia, sed aliunde eius infinitate demonstrata, nempe ex infinitate essentia, & entis à se. Vnde tantum sequitur; quod posterior probatio supponat priorem; aliunde demonstratam. Hoc autem non est vitiosum circulum committere, quia hic tantum committitur, quando idem probatur per idem, aliunde non demonstratum: Ad confir. dist. antec. dicuntur res producibiles à potentia actiua Dei respectu, concedo; absolute, nego. Etenim possibilitas seu producibilitas in rebus, vna est respectiua sumpta ab extrinseca potentia Dei, à qua res extrinsece denominantur posibles, seu producibiles; quatenus ab illa possunt accipere esse; altera absoluta & intrinseca rebus, à qua res intrinsece denominantur posibles seu producibiles, non positiue, cum hæc non sit aliqua positiua aut realis potentia in rebus existens, sed negatiue & per intrinsecam non repugnantiam, quæ appellari solet potentia logica, & consistit in intrinseca connexionem & coherentiam extremorum.

Igitur infinitudo potentia Dei, non probatur ex possibilitate respectiua sumpta ex potentia actiua Dei, sed ex infinitate absoluta sumpta ex intrinseca non repugnantia, & coherentia extremorum; ratione cuius quantum est ex parte rerum non repugnant esse, si aliunde non desit sufficiens virtus productiua, potens illas traducere à non esse ad esse. Sicut supponitur in aliis intrinseca repugnantia extremorum, vt nulla potentia possint ad esse traduci, cum ex se non sint realis existentia capaces. Vis igitur productiua Dei, cum fundetur in entitate complectente vniuersam rationem essendi, non potest à suo adæquato obiecto excludere, nisi id, quod nullam participare potest entis rationem. Ad 2. concedo, esse aliqua, quæ Deus facere non potest, vt causa particularis; non defectu virtutis actiua in Deo, quando quidem ea producere potest simul cum creaturis, vt causa vniuersalis: sed ratione moralis malitia, aut falsitatis, quam includunt. Deus enim, cum sit summus bonus, & verax, non potest velle ea, quæ summae suæ bonitati, & veritati repugnant: cum enim non agat ad extra, nisi liberè; liberè autem velle non possit, nisi quæ sunt propriae bonitati & veritati conformia; repugnat, vt tanquam causa particularis producat, quæ vel ad falsitatem, vel ad malitiam immediatè inclinant: esto ad ea producenda non desit potentia simpliciter.

47. Obic. 1.

Conf.

48. Obic. 2.

Resp. Ad 1.

Circulus non vitiosus.

50. Ad conf.

Possibilitas.

Intrinseca absoluta.

Non Respectiua tantum.

52.  
An infinitas  
vtriusque de-  
monstrari  
possit.

53.  
Affirmas  
verus.

De posteriori, an hæc potentia; vt intensiue, & extensiue infinita, naturali ratione demonstrari possit. Negat Scotus in 1. dist. 42. & quæd lib. 7. Otham. Gabriel. Marfil. & alij ead. dist. Affirmant Aureol. in 1. dist. 42. p. 2. a. 1. proposi. 3. Argen. art. 2. Zamel 1. p. q. 2. art. 2. q. vii. concl. 2. Molina art. 3. Suarez. in Metaph. disp. 30. sect. 17. & alij, probabilis Fundam. naturali luminis nobis euidens est, Deum esse infinitæ essentia; ex disp. 3. vt esse primam causam & ens à se, sc. cum non habeat à quo in suo esse limitari possit: ergo & infinitæ virtutis potentia, quæ fundatur in essentia infinita, nequit esse finita; sequitur actualitatem essentia; vnum quodque agit secundum quod est ens acti: ergo.

54.  
Coroll. 1.

Inferitur 1. Discrimen inter obiectum potentia; & scientia; diuinæ, quatenus hæc speculatiua est: sc. obiectum scientia; speculatiua; non fit, sed supponitur ab ipsa scientia: obiectum potentia; non supponitur, sed fit ab ipsa potentia secundum reale esse posituum; licet supponatur secundum esse logicum & negatiuum. Ratio scientia; speculatiua, est pura contemplatio sui obiecti: potentia est practica & factiua sui obiecti. 2. Quo pacto non modo ens, verum etiam ipsum non ens fit obiectum Diuinæ omnipotentia;. Duplex quippe non ens, aliud essentialia & necessarium aliud accidentale & contingens. 1. est, quod in se ipso contradictionem inuoluit; seu nulla potentia fieri potest, vt desinat esse: non ens; sicut ex opposito dicitur Deus ens essentialia & necessarium, quia nulla potentia fieri potest, vt desinat esse. 2. est, quod ex se nullam quidem habet existentiam aut rationem entis, non tamen habet ad illam repugnantiam, seu potest desinare non esse & incipere esse. Vt è contrario dicitur res creata existens, ens accidentale & contingens, quia potest cessare ab esse. Sequitur, non ens essentialia nullo modo esse obiectum diuinæ omnipotentia;. Nam illud excluditur ab obiecto alicuius potentia;, circa quod nullo modo potest talis potentia versari: at diuina potentia nullo modo versari potest circa non ens essentialia, sc. per suum proprium modum operandi potentia; actiua;, qui est traducere suum obiectum à non esse ad esse; vel contra ab esse redigere ad non esse; Cum non ens essentialia sit incapax omnis realis existentia;, igitur nullo modo clauditur intra ipsius obiectum.

57.  
Vt nec Deus.

Ideò nec Deus cadit sub obiectum diuinæ potentia;, quia non est attingibilis per proprium modum operandi potentia; actiua;, cum non sit capax productionis, vel destructionis, qui sunt proprii modi operandi potentia; actiua;. Continentur autem Deus intra obiectum intellectus & voluntatis, quia est capax intelligibilitatis & amabilitatis, sicut ipsum non ens essentialia, indirectè saltem est capax intelligibilitatis, & simplicis displicentia;.

58.  
Non esse ac-  
cid. est obiectum.

Quoad ens verò accidentale & contingens, oppositum inferitur, sc. illud contineri intra spheram obiecti diuinæ omnipotentia;, non solum per modum termini à quo, quatenus efficacia diuinæ omnipotentia; traducibile est à suo non esse ad esse realis existentia; sed etiam per modum termini ad quem, quatenus virtute eius potest esse terminus

suspensionis actionis conseruatiua; aut primario, vt in annihilatione; aut secundo, vt in generatione vnus & corruptione alterius.

An ipsum non esse creaturarum, quatenus à Deo quodammodo conseruatur in tali non esse, dici possit terminus Diuinæ potentia;? Ratio dub. quia talis permanentia creaturarum in non esse, est voluntaria Deo, qui positiue vult tales creaturas non esse. Sed in nostra sent. potentia; executiua in Deo non distinguitur à voluntate eiusdem: igitur talis permanentia creaturarum in non esse, vt positiue voluntaria Deo, est quodammodo actio potentia; Dei, conseruantis creaturas in suo non esse.

Resp. huiusmodi non esse creaturarum solum esse obiectum remotum, non proximum diuinæ potentia;, quatenus fieri potest actualis terminus diuinæ potentia;, aut media actione positiua traditiua creaturari de non esse ad esse, aut suspensiuæ actionis conseruatiua;, redigente creaturas de esse ad non esse. Ad rationem dub. neg. conseq. non n. quicumque actus diuinæ voluntatis est actualis executio potentia; diuinæ, quauis omnis executio huius sit ab ipsa voluntate diuina; eo quod voluntas ad plures operandi modos se extendit vt voluntas, quam vt potentia; exequens; nam vt voluntas se extendit ad diligendam suam essentialia, & creaturas secundum esse possibile, ad quæ non se extendit, vt potentia; exequens. Quare dico voluntatem Diuinam extendere se ad non esse creaturarum, vt puram voluntatem, nolendo illas ad esse traducere; non vt potentiam. aliquid circa illas operando.

3. An potentia; Dei se extendere possit ad præterita, efficiendo vt præterita non sint? si præterita accipiantur in sensu composito, & reduplicatiue ex suppositione quod fuerint; implicat, Deum efficere, vt præterita non sint, nam qua supponuntur fuisse, connotant esse præteritum; qua; desinere esse præterita, connotarent non esse præteritum; atque adeò simul essent, & non essent præterita. Confir. implicat ex suppositione quod res est præsens, vt non sit præsens; eo quod simul esset, & non esset præsens: ergo pariter implicabit ex suppositione, quod res fuerit præterita, vt non sit præterita, quia simul esset, & non esset præterita. Si verò præterita accipiantur in sensu diuiso & specificatiue, non facta suppositione, quod fuerint, possunt non fuisse: quia id, quod fuit, potuit non fuisse, si Deus illud non produxisset: sicut id, quod est præsens, in sensu diuiso & specificatiue potest non esse præsens, quia vt sic non componitur esse cum non esse pro eadem duratione simul.

4. Celebris partitio potentia; Diuinæ, in Ordinariam seu Ordinatam & absolutam: Prior est potentia, vt subsistat actuali decreto Dei, quod de facto statuit iuxta hanc legem mundum gubernare: Posterior consideratur secundum suum absolutum, nulli certæ ordinationi, aut decreto alligata. Vnde multa dicitur Deus non posse de potentia ordinata, quæ de absoluta non implicat fieri: seu multa non posse de iustitia, quæ posset de potentia: quia secundum Anselm. id tantum est iustum, quod est diuinæ voluntati conforme.

# DE DEO VT TRINO.



**H**ACTENVS de Deo vt vno secundum perfectiones absolutas, quæ illum complent in esse naturæ; vterius superest de Deo vt Trino secundum perfectiones relatiuas, quæ illum integrant in esse hypostatico & personali. Quoniam verò personæ Diuinæ relationibus constituuntur; relationes per processionem multiplicantur, ordo Doctrinæ poscit, vt prius de processionibus, deinde de relationibus, postremò de personis disputemus. Rursus quæ ad personas pertinent, alia sunt communia omnibus personis, alia propria vniuscuiusque; prius de iis, quæ sunt communia omnibus: tum de singulis personis speciatim. Cæterum vti hoc mysterium inter Christianæ religionis arcana est omnium abditissimum; ita in nullo peruestigado, Augustino 1. de *Trinit. cap. 3. recte periculosius erratur, sicut nec fructuosius elaboratur.* Ne igitur in eo perscrutando erremus, constanter tenenda est anchora fidei: vt autem in eo fructuosius elaboremus, diligenter attendendus est scopus veritatis, qui vt idem. 2. de *Trin. initio* docet, est, vt Deus in hac vitâ melius cognoscatur, cognitusque feruentius à nobis diligatur. Multa contra Gentiles, & Hæreticos de reuelatione & cognoscibilitate huius mysterij, de pluralitate & diuinitate personarum hinc omitto, quia in animo est, ea tantum discutere, quæ controuersa sunt inter Catholicos, & ad has tantum controuersias definiendas necessariò præcognoscenda sunt.

## DISPUTATIO XVIII.

### De diuinis Processionibus.

#### SECTIO I.

##### *An sit aliqua realis processio in diuinis?*

**R**ATIO dub. sumitur tum ex termino, qui procedit; quem implicat identificari cum principio producente: cum nihil possit intra Deum procedere, quòd Deus non sit: at principium producens est etiam Deus; quia nihil potest intra Deum producere, quin Deus sit: igitur Deus procedens identificatur cum Deo producente: vterius sequitur, aut idem procedere à seipso, aut Deum procedentem distinguere à Deo producente: vtrumque autem implicat; ergo. Tum ex parte subiecti; quia processio realis immanens, qualis est diuina, requirit potentiam passiuam, in qua recipiatur: implicat autem potentia passiuam in Deo actu puro: ergo.

**D**I C O. Est in Deo vera & realis processio, quæ verè & propriè aliquid intra Deum producit, est de fide ex illo *Ioan. 8. Ego, inquit Christus, ex Deo processi. & 15. Spiritus sanctus, qui à Patre procedit,* quæ loca Patres intelligunt contra Sabelli, de vera & reali processione. Fundam. in Deo est verè & propriè Pater, verè & propriè Filius, vt sæpè Script. testatur. Sed de ratione Patris est generare; de ratione Filij generari: est igitur in Deo realis processio, qua & Pater generat, & Filius generatur.

2. In Deo sunt tres personæ distinctæ realiter, Pater, Filius, & Spiritus S. *Matt. ult.* nulla autem in Deo esse potest distinctio realis, nisi in reali origine & processione fundata: quia omnis distinctio, quæ non fundatur in origine procedentis & producentis, prouenit ex limitatione naturæ, quæ Deo

enti illiudicato & infinito repugnat. 3. Ponere in Deo realem processionem, nullam inuoluit implicentiam, & summam arguit naturæ fecunditatem, quæ Deo neganda non est; nam *qui alios parere facit, ipse sterilis erit: Esaiæ 66.* Confir. si in nobis intelligendo & amando aliquid producere, perfectio est, cur non in Dei summè productione? Quòd autem per hanc processionem aliquid intra Deum producat, constat; quia implicat, dari processionem sine re procedente; & vniuersaliter productionem sine termino producto, cum productio sit ipse terminus in produci.

**D**I C O 2. Hæc processio non est in Deo per modum emanationis transeuntis, sed immanens; non per modum effectus à causa, sed per modum termini cõsubstantialis principio producenti, in eadem natura subsistentis: contra Aria. Prob. Terminus huius processionis est Deus; *Ioan. 3. de seipso Christus dixit, Ego ex Deo processi; Ioan. 1. dicitur Vni-genitus Filius Dei; & Spiritus sanctus, qui Ioan. 15. dicitur à Patre procedere, Act. 5. dicitur Deus: Cur, inquit Petrus Anania, tentauit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Leg. Cyrill lib. 13. de thesau. cap. 2.* At non potest esse verus Deus, nisi processio sit immanens & cõsubstantialis principio produceti. Nam verus Deus est, qui veram Dei naturam habet: veram non habet, qui eandem numero Dei producentis non participat: cum hæc nequeat multiplicari: sed nisi processio hæc sit immanens & cõsubstantialis principio producenti, terminus ex ea procedens non participat eandem numero naturam principij producentis, quia hæc nequit participari à termino producto nisi mediâ productione: ergo. Vnde Theologi ad explicandam hanc cõsistentiam aliam terminij producti cum principio producente, vt solent particula, *de;* quia *ex August. lib. de Naturâ Boni cap. 26.* cõsubstantialitatem eam expressius importat, quàm particula, *ex* creaturæ procedunt *ex Deo, non de Deo;*

4. Ponere 3.

5. Processio est immanens. Concl. Catholica.

Est cõsubstantialis.

Processio de, non ex.

1. Ratio dub. ex termino.

Ex subiecto.

2. Concl. affirm.

3. Pr. 1. ratione.

de Deo: Filius & Spiritus S. veriùs & magis proprie de Deo, quàm ex Deo.

7. *Obiicies 1.* Terminus productus procedit distinctus realiter à producente; ergo procedit per modum effectus à causâ. Resp. neg. conseq. nam vt

*Non per modum effectus.*

aliquid procedat per modum effectus à causâ, non sat est, procedere distinctum realiter à producente, sed præterea requiritur, vt non procedat eadem necessitate, quâ existit ipsum producentis. At terminus productus in diuinis procedit eadem prorsus necessitate, quâ existit ipsum producentis. Ratio: procedere vt effectum à causâ ex vi nominis importat dependantiam producti à causâ producente; quæ dependentia nulla esse potest, vbi productum procedit cum eadem numero naturâ, & necessitate essendi cum ipso producente. *Obiicies 2.* Implicat

8. *Obiic.*

realiter produci terminum, non producto omni eo, cum quo terminus formaliter identificatur. Ergo implicat in diuinis produci personam, non productâ naturâ, cum quâ persona formaliter identificatur. *Confir.* Implicat produci gradum corporis, cum eo non producto gradu substantiæ; sed magis identificatur natura diuina cum propria personalitate, quàm gradus substantiæ cum gradu corporis.

*Conf.*

*Resp.*

Resp. neg. antec. quando id, cum quo terminus identificatur, ob sui infinitatem est immultiplicabile: talis est natura diuina; ideo & improducibilis: personalitas verò licet sit infinita in suo genere, quia tamen non est infinita in genere personalitatis simpliciter, multiplicabilis est, atque adeò producibilis. *Dicoes:* tantùm sequitur, naturam diuinam, nõ multiplicari simul cum processione, non cum eâ identificari. Resp. hoc etiam sequi ob infinitatem in omni genere, ob quam habet, vt nulli perfectioni opponatur, atq; adeò cum quâuis identificatur. Nam tota ratio distinctionis est aut oppositio, aut limitatio; quarum natura diuina nullam habet, ac proinde identificatur cum quâuis perfectione diuinâ. *Ad confir.* nego conseq. nam adæquata ratio, cur cum gradu corporis necessario comproducat gradus substantiæ, non est tantùm identificatio, sed etiam limitatio.

9. *Dices.*

*Resp.*

*Ad confir.* A *D I.* rationem dub. sumptam ex termino, concedo maiorem, de identificatione adæquatâ, & in ratione producentis formaliter, nego de inadæquatâ, & in ratione communicantis. Natura enim diuina non est principium productionis, sed tantùm communicationis, vt *infra* sola autem persona per relationem est principium productionis formaliter. Terminus autem procedens non identificatur producenti adæquatè, & in ratione producentis formaliter, sed inadæquatè, & in ratione communicantis; quia non identificatur cum personâ producente secundum perfectionem relatiuam, qua persona est formaliter productiua, eique formaliter opponitur; sed secundum absolutam, qua non est formaliter productiua, sed communicatiua, eique formaliter non opponitur: nam formalis oppositio inter terminum productum & principium producentis attenditur solùm penes rationem producendi, non communicandi. Cum non implicet, idem communicari alteri, & nihilominus manere in ipso communicante, nam communicare, est ita dare esse alteri, vt illud retineatur ab ipso dante. Contra verò producere, est à se ipso distinctum aliquid dare; cum enim productum non contineatur in producente formaliter, sed tantùm virtute, non potest fieri extra producens, nisi vt distinctum ab ipso producente. Hinc fit, vt productum in diuinis ratione naturæ, quam per communicationem accipit, procedat consubstantiale producenti, & vnus prorsus

10. *Ad rat.*  
1. *dub.*

*Nota principium productionis & communicatio.*

Deus cum illo; ratione verò hypostasis, quam per productionem accipit, procedat vt distincta persona à producente. *Ad poster.* rationem dub. nego maior. nam processio diuina non distinguitur à parte rei à termino procedente; hic autem cum non sit actus accidentaliter, sed terminus substantialiter, in eadem Deitate subsistens, nullam requirit potentiam passiuam, in qua recipiatur.

## SECTIO II.

*An duplex sit tantum processio passiuæ in diuinis?*

**R**A T I O dub. vel in Deo est processio per actus immanentes intellectiois & volitionis, vel per alias actiones immediate consequentes naturam. Si primum, vna tantùm erit processio, sicut vna est actio immanens, quæ simul est intellectio & volitio in Deo. *Confir.* processio increata est infinita; nequit igitur esse multiplex, tum quia processio infinita est adæquata virtuti infinitæ; non possunt autem eiusdem virtutis esse plures actus adæquati; tum quia productio infinita continet quidquid perfectionis esset in qualibet productione distincta, alioqui non esset infinita in genere productionis: tum quia natura diuina quilibet productione adæquatè se communicat; non igitur potest pluribus productionibus se communicare; alioqui nulla productio foret adæquata & infinita. 2. Processio specificatur à termino formaliter; sed hic est vnus, ipsa sc. natura, cum qua processiones diuinæ identificantur. Si secundum: non erit maior ratio, cur sint duæ, & non plures processiones, cum natura diuina ex se non habeat, vnde potius ad has, quàm ad illas determinetur: cum ex se sit infinita ad nullam certam actionem determinata.

**D I C O.** Duæ tantùm sunt processiones passiuæ in Deo, altera per intellectum, qua gignitur Verbum, altera per voluntatem, qua spiratur Amor, ambæ distinctæ realiter; ambæ quasi specie diuersæ. Assertio est de fide; sc. duas tantùm esse personas procedentes realiter distinctas in Deo, Verbum, & Spiritum S. igitur & duas esse in Deo tantùm processiones passiuas distinctas realiter, Verbi sc. & Amoris, quia processio se habet ad terminum procedentem, vt fieri ad factum esse. Ratio: processiones diuinæ sunt per operationes immanentes: in Deo autem agente intellectuali perfectissimo non possunt, nisi duæ tantùm operationes immanentes reperiri sc. intellectio & volitio distinctæ virtualiter. Quod autem istæ processiones quasi specie differant in Deo, docet *S. Tho. qu. 10. de poten. art. 2. ad 2.* quia diuersitas processionum sumitur ex diuersitate terminorum procedentium: sed termini diuinatum processionum, etsi ratione naturæ, cum quâ identificantur, sint vnus, non modò specie, sed etiam indiuiduo; ratione tamen hypostasium, quibus distinguuntur, sunt quasi specie diuersæ, non termini diuinarum processionum sunt Verbum, & Spiritus S. qui sunt hypostases diuersæ quasi speciei ac rationis. Notanter dixi, quasi specie, quia in Deo non datur propria compositio ex genere & differentiâ, nec metaphysica præcisio generis & differentiæ, cum tales præcisiones repugnent enti illimitato in omni genere perfectionis.

**Infero 1.** Trinitatem diuinarum personarum, in eadem natura subsistentium; In Deo sunt duæ processiones passiuæ realiter distinctæ; igitur sunt duæ

11. *Ad rat. 2.*

12. *Ratio dubij.*

13. *Confir. 1.*

14. *Confir. 2.*

15. *Concl. affir.*

16. *De fide.*

17. *Differunt quasi specie.*

17. *Pr. Trinit.*

Et persona à qua una procedunt.

duæ personæ procedentes realiter etiam inter se distinctæ: quia duæ processionés reales identificant sibi duos terminos distinctos realiter: at hæ necessariò supponunt aliam personam realiter ab ipsis distinctam: nam hæ duæ processionés necessariò sunt ab alio productæ, non à naturâ, cum quâ identificantur, quia implicat productum identificari cum producente, alioqui idem produci posset à se ipso: non à se ipsis mutuò; quia implicat causam produci à suo effectu primâ productione; ut enim illa posset producere, deberet existere, quia nulla virtus non existens est apta ad producendum; ut autem posset primâ productione produci, deberet non existere; quia quod præexistit non potest esse terminus primæ productionis, cum prima productio sit ad primam existentiam rei: implicat ergo, quòd prima productio supponat existentiam ipsius rei producendæ; atque adeò, quòd diuinæ processionés sese mutuò primò producant: ergo necessariò supponunt aliam personam, à quâ primò producantur, quæ cum sit verus Deus, non minus quàm personæ productæ; & verus Deus esse non possit, nisi in eadem Deitate subsistat, necessariò consequitur, ut ipsa simul cum duabus personis productis ternarium numerum diuinarum personarum in eadem naturâ subsistentium integret.

18. Hac impro-ducta.

Infero 2. persona, quæ supponitur à duabus personis procedentibus, necessariò est improducta, nam non esset producta à naturâ, à quâ non distinguitur; implicat enim productum à producente non distingui: non à Verbo & Spiritu S. quia nequit productum suum producens primâ productione producere: non ab aliâ personâ distinctâ: tum quia in Deo non potest esse alia productio, quàm per intellectum & voluntatem, quæ adæquantur per Verbum & Spiritum S. Tum quia non esset maior ratio, cur illâ ab aliâ producta non esset: & rursus illa ab aliâ, & sic in infinitum. Sistendum igitur est in vnâ, quæ sit principium Verbi & Spiritus S. ut ipsa ab aliâ producta non sit. Ita Christus Ioan. 5. Pater, inquit, *habet vitam in semetipso*: hoc est, ut August. explicat 15. de Trinit. c. 16. ab alio non participatam & origine communicatam. Vnde solus Pater, ut ibid. August. *non est de alio, ideo solus ingenuus*, quæ est propria notio Patris, ut suo loco.

19. Hac Pater cum proprie spirandi.

Infero 3. persona improducta, quæ in Trinitate est prima, & reliquarum productiua, alia esse non potest, quàm Patris cum proprietate spiratiua: scilicet. Omnis natura substantialis necessariò sibi determinat aliquam hypostasim, quæ sit proportionatum complementum omnium suarum operationum; Sed hypostasis primò completiua omnium operationum diuinæ naturæ ad intra alia esse non potest, quàm personalitas Patris cum proprietate spiratiua: quia natura diuina est operatiua ad intra per actus intellectus & voluntatis: ergo hypostasis, quæ illam primò complet in ordine ad omnes suas operationes, est personalitas Patris cum proprietate spirandi, nam hæc quæ personalitas Patris est, complet principium intellectuum, quia cum hoc sit generatiuum, non potuit ad producendum compleri, nisi paternitate, ut formâ hypostaticâ, quæ in Deo est proprium complementum virtutis generatiuæ: quæ vero proprietate spiratiua est, complet principium volitiuum. Nam cum hoc sit productiuum Amoris, compleri non potuit, nisi proprietate spiratiua, quæ est proprium complementum voluntatis. Quia verò generare est solius primæ personæ producentis per intellectum; spirare verò est etiam secundæ producentis per voluntatem,

Pater non potuit constitui proprius spirandi.

non potuit prima persona in ratione personæ constitui personalitate spiratiua cum proprietate generandi, sed potius personalitate generatiua cum proprietate spirandi: tum quia prius debuit constitui ut generatiua, quàm ut spiratiua; nam est generatiua per intellectum, spiratiua per voluntatem, quæ intellectus operationem supponit: complementum autem virtutis generatiuæ in diuinis non est spiratio, sed paternitas: Non potuit autem constitui ut generatiua; quin etiam constitueretur ut persona realiter distincta à termino generando: ergo si prius debuit constitui per Paternitatem, ut per virtutem fecundam ad generandum, per eandem constitui debuit hypostaticè distincta à termino generando. Tum quia virtus spiratiua debuit esse communis secundæ personæ: non esset, si personaliter constitueret primam, quia de ratione personalitatis est incommunicabilitas. Ob eandem rationem non potuit prima persona hypostaticè constitui vtraque relatione paternitatis scilicet & spirationis, sed sola paternitate cum proprietate tantum spirandi; quia proprietate, quæ non constituit formaliter personam, potest alteri communicari; secus quæ personam formaliter constituit.

20. Plures personæ impossibiles.

Infero 4. Non posse in Deo esse plures personas, quàm tres assignatas, quia omnis multiplicatio personarum in Deo necessariò fundari debet in origine producentis & producti. Nequit autem in Deo esse alia origo, quàm per intellectum, & voluntatem. Maior prob. omnis personarum multiplicatio, quæ non fundatur in origine producentis & producti, aut est per substantias absolutas, aut relatiuas alterius generis: vtraque importat imperfectionem repugnantem diuinis personis. Nam prior importat limitationem in ipsis personalitatibus absolutis, quæ cum ex naturâ sua non petant distingui, sicut petunt distingui relatiuæ propter oppositionem, quàm essentialiter includunt, si distinguuntur, necessariò distinguuntur propter limitationem. cum nequeat aliud caput distinctionis fingi: at omnis distinctio in limitatione fundata repugnat Deo enti infinito, & illimitato: ergo. Posterior verò supponit distinctionem, & limitationem in extremis, in quibus fundatur, nam omnis relatio, quæ non fundatur in origine producentis & producti, aut est similitudinis, & dissimilitudinis, aut inæqualitatis, aut inæqualitatis, aut inæqualitatis, aut inæqualitatis, aut inæqualitatis, aut inæqualitatis; mensurantiæ vel mensurati: omnes istæ supponunt distinctionem, atque adeò limitationem extremorum, quæ dicuntur similia vel dissimilia, æqualia vel inæqualia; mensurantiæ vel mensurati: ergo.

21. Plura Verba aut Amores impossibiles.

Neque multiplicari possunt plura Verba, aut Amores notionales in Deo: non specie, quia omnis diuersitas specifica Verbi, vel Amoris est sumenda aut ex termino, aut ex modo tendendi diuerso; non ex modo tendendi diuerso, quia hic semper est vnus & idem, utpote infinitus, & inuariabilis: non ex termino, quia hic aut diuersificatur ex modo tendendi, aut ex obiecto; at hæc in Deo semper sunt inuariabiliter eadem, utpote ex se necessariò determinata ad vnum. Non numero; nam solâ multiplicatio numerica fundatur in limitatione & finitudine termini procedentis: sed tam Verbum, quàm Amor in Deo procedit illimitatus, non solum in genere perfectionis absolutæ, sed etiam relatiuæ: ergo licet implicat, procedere in distincta numero natura, ita in distincta numero substantia, quia non est minus infinitus in genere personalitatis, quàm naturæ. Confir. si plura essent Verba, vnus non contineret indiuidualem perfectionem alterius; ac proinde vnusquodque procederet

cederet limitatum in perfectione indiuiduali; ergo non procederet secundum omnem perfectionem possibilem Verbi. Infero 5. Inter personas procedentes necessario vna, nempe Filius est alterius personæ, nempe Spiritus S. productiua. Ratio; cum in diuinis personæ non distinguantur, nisi per originem producentis & producti, si Filius non esset principium Spiritus S. ab eo distingui non posset. Cæterum Spiritus S. cum sit terminus amoris, & in Deo non sint aliæ processionés, quàm intellectus & voluntatis, nequit esse alterius personæ productiua, sed in ipso felicissime sistit & completur vltima processio diuina.

23. Ad rationem dub. concedo, processionés diuinas esse per actus intellectus & voluntatis. Nego tamen inde sequi, vnam tantum esse processionem.

Passiua processio generatiua. Nam est intellectio & volitio essentialis sit vna in Deo, adhuc tamen processio passiua potest esse multiplex; quia hæc non multiplicatur per actus essentialés, sed per terminos notionales. Cur autem in Deo non sit vna tantum processio passiua adæquans fecunditatem vtriusque actus intellectus & voluntatis, aliunde probari non potest, quàm ex fide, quâ constat, in Deo esse duas personas productas, & consequenter duas processionés passiuas.

24. Ad 1. confir. dist. antec. est infinita intensiue concedo; extensiue, nego. Vnde neg. consequ. intellecta de multiplicatione extensiua. Ad 1. prob. dist. minor nequunt eiusdem virtutis esse plures actus adæquati extensiue, concedo; adæquati intensiue, nego. Nam potest eadem virtus vniuersa extendi ad plures effectus quorum vnusquisque sit adæquatus intensiue, nullus adæquatus extensiue. Ad 2. prob. patet ex primâ. Ad 3. concedo, naturam diuinam quâlibet processione communicare se adæquatè & infinitè intensiue, non extensiue; cum sit vltèrius communicabilis aliâ processione extensiue: sicut per quâlibet personalitatem eadem naturâ terminatur adæquatè & infinitè intensiue, non extensiue. Ad 2. confir. m. neg. minor. licet enim processio diuina in ratione communicationis, specificetur à termino formali, qui est natura diuina; in ratione tamen productionis specificatur à termino totali, qui est persona producta.

### SECTIO III.

*An præter Processiones passiuas, ponendæ sint actiua, tum à passiuis, tum inter se distinctæ?*

26. Dub. Ratio 1. PRIOR dub. ratio sumitur à rebus creatis, in quibus actio & passio re ipsâ non distinguuntur realiter, sed ambæ identificantur realiter cum termino producto; ergo etiâ in Diuinis, productio actiua non distinguitur à passiuâ, sed vtraque identificatur cum personâ producta: dicitur autem actiua per habitudinem ad producentem; passiuâ verò per habitudinem ad productum. Confirm. non solum productio passiuâ, sed etiâ actiua est realis, emanans à personâ producere; est enim ipsius veluti causalitas, & immediatus terminus, quo formaliter communicat esse termino vltimato. Implicat autem cum producere identificari non solum terminum vltimum, quod, sed etiâ immediatum, quod; nam etiâ is producitur ab agente; ergo etiâ is distingui debet à producere. Posterior dub. ratio est; origo actiua in Deo intrinsecè constituitur

relatione personæ producentis; at relatio personæ producentis in Deo est duplex distincta realiter, altera in Patre respectu Filij, quæ generatio dicitur; altera in Patre & Filio respectu Spiritus sancti, quæ spiratio actiua nuncupatur.

28. DICO 1. Præter duas processionés passiuas in personis productis, ponendæ sunt duæ actiuae in personis producentibus, realiter à passiuis distinctæ, iisque respondentés; vt generatio actiua in Patre, quæ respondet passiuæ generationi Verbi, quæ natiuitas dicitur; & spiratio actiua in Spiratore, quæ respondet spirationi passiuæ Spiritus S. quæ appropriato nomine Processio nuncupatur. S. Doct. 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. & Scholast. cum Mag. in 1. dist. 26. Fundam. origo actiua in Deo est per modum actus scil. intellectus & voluntatis; perfectè immanentis; de ratione cuius est, vt sit perfectè idem cum principio producere; ergo origo actiua in Deo est idem cum principio producere, realiter distincta à termino producto, &c. Minor patet, tum ex nomine ipso, nam immanens dicitur, quod manet in principio, à quo est: tum ex discrimine, nam transiens transit in terminum productum, cum quo realiter identificatur; immanens manet in principio producere. Explico, ipsa essentialis intellectio Patris quatenus determinata relatione Paternitatis, est actiua productio personæ gignentis, & actualis communicatio naturæ intelligentis; sicut eadem essentialis intellectio, quatenus determinata relatione Filij, est actualis processio Verbi, & passiuâ communicatio eiusdem naturæ intelligentis: similiter eadem essentialis volitio, quatenus determinata proprietate spirationis, existente in Patre & Filio, est actiua productio Spiratoris, & actualis communicatio naturæ volentis. Contrâ verò, eadem essentialis volitio determinata relatione Spiritus S. est actualis processio Amoris notionalis, & passiuâ communicatio eiusdem naturæ volentis. At non minus intellectio & volitio actualis; determinata relatione producentis est intrinseca principio producere, quàm eadem determinata relatione producti, est intrinseca termino producto; ergo non minus ponenda est actiua origo producentis, intrinseca principio producere, quàm passiuâ origo producti, intrinseca termino producto.

30. Conf. Confirmo actiua productio est transcendentalis ordo producentis ad productum, sicut passiuâ est transcendentalis ordo producti ad producentem; respicit enim productum suum producentem formaliter per productionem, sicut producentem suum productum per processionem. Nequit autem realis ordo identificari cum termino, ad quem est: quia repugnat esse respectum realem sui ad se ipsum, ergo repugnat respectum transcendentalem identificari cum termino, ad quem est.

31. DICO 2. Origines actiuae non distinguuntur realiter in se. Est communis Scholasti. exceptis Henrico in sum. p. 2. art. 60. q. 1. & Argen. in 1. dist. 13. q. 1. art. 1. cum suo Egid. Fundam. origines actiuae in Deo distingui non possunt, nisi per proprietates principiorum producentium, non per actus essentialés, qui communes personis trib. sed proprietates principiorum producentium in Deo non distinguuntur realiter; nam proprietas, quâ Pater generat est Paternitas; proprietas, quâ Pater & Filius proxime spirant, est relatio Spiratoris; sed hæc non distinguitur à Paternitate & Filiatione; est enim eadem in Patre & Filio, vt infra; ergo nec spiratio actiua distinguitur realiter à generatione actiua.

DICES: Generatio actiua dicit solam Paternitatem;

Beff.

rem, Spiratio actiua paternitate & filiationem; ergo spiratio actiua, saltem ratione filiationis, quam includit, distinguitur à generatione actiua. Resp. negando, Spirationem actiuam proximè & formaliter dicere paternitatem & filiationem, sed relationem spirationis communem Patri & Filio, in quibus virtus ipsa spiratiua subsistit, vt in supposito distinctis, quæ supposita origo spiratiua remotè tantum connotat; origo autem actiua vnitatem, aut diuersitatem sumit à virtute proximè originante, non à supposito remotè complente, vt *infra*.

33.  
Nec est natura  
sua rei di-  
sting.

**D I C O 3.** Etiam si actiuæ origines non distinguantur ex natura rei inter se, adhuc simpliciter dicendæ sunt duæ origines, non duæ res. Fundam. cum origines sunt transcendentales respectus ad terminos originatos, numerantur ad numerationem terminorum originatorum: sed termini originati sunt duo, Filius & Spiritus S. ergo & eorum origines dicendæ sunt simpliciter duæ, etiam si in se, & ratione principij sit vna; sicut relatio Spiratoris, quamuis re ipsa non sit distincta à Paternitate & Filiatione, quia tamen respicit terminum distinctum, nempe Spiritum S. numeratur vt distincta relatio à paternitate & filiatione. Ratio: relatiua, cum totum eorum esse sit ad alteram, nempe ad terminum, multitudinem sumit à termino, quem respiciunt, non à fundamento, in quo sunt. Cum autem res non multiplicetur ad multiplicationem termini extrinseci, sed subiecti intrinseci: non possunt actiuæ origines dici duæ res, etiam si dici possint duæ origines, vel respectus simpliciter, quia fundamentum est vnum.

Dic tamen  
orig. 2. non  
sunt 2.

14.

Ad priorem dub. rationem nego consequ. tum quia in creaturis non datur actio perfectè immanens. Nam vel illa est formaliter transiens, & tota recipitur in termino, à quâ extrinsecè tantum denominatur agens agere; vel formaliter immanens, ea tantum subiectiuè recipitur in principio producente. In Deo autem est perfectissima actio immanens, quæ perfectissimo modo recipitur in principio producente per omnimodam identitatem: & consubstantialitatem in ipso: non esset autem illa perfectissimo modo immanens, si tantum recepta in personâ productâ, extrinsecè tantum denominaret personam producentem; quia adhuc posset illam perfectiori modo denominare, nempe per intrinsecam identificationem cum illâ: tum quia in creaturis actio & passio distinguuntur tam à termino producto, quam à principio producente: vnde possunt esse transcendentales respectus, quibus tam producentis respiciat productum, quam productum producentem, quia cum neutro identificantur formaliter; at verò processio in diuinis non distinguitur à termino producto; vnde licet sit realis respectus, quo productum respiciat formaliter producentis, non tamen potest esse realis respectus, quo producentis respiciat formaliter productum.

Actio Deo est  
immanens  
perfectus.

35.  
Actu influens in  
terminum.

Ad confir. nego, originem actiuam esse per modum realis emanationis à principio producente, sed per modum actionis immanentis, actu influentis in terminum productum. Hoc autem non est, esse tantum per modum principij, sed actualis etiam originis. quatenus hæc eadem existens in personâ producente & productâ, est actiua & passiva communicatio naturæ. Vnde nego, originem actiuam identificari non posse cum principio producente, cum non sit causalitas ab ipsâ causâ realiter distincta; licet implicet, illam adæquatè identificari cum origine passiuâ, quæ identificatur termino originato. Ad 2. rationem dub. distinguo de

36.  
Ad 2. rat.  
Ans.

Tom. I. De Deo.

relatione producentis; nam alia est quæ formaliter constituit personam, alia quæ solum complet proximum principium producendi; origo autem actiua non constituitur formaliter per relationem, quæ formaliter constituit personam, sed quæ formaliter complet proximum principium producendi; hæc autem non est duplex distincta realiter in Patre & Filio, proinde nec origines actiuæ, existentes in Patre & Filio, erunt realiter distinctæ inter se.

SECTIO IV.

An Processiones Diuine sint operationes intellectus & voluntatis?

**P R I M A** sent. negat. Duran. in 1. dist. 8. q. 2. & dist. 27. qu. 3. nu. 10. opinantis; processiones diuinas non esse per se & formaliter operationes intellectus & voluntatis, sed tantum naturæ: quatenus hæc ratione præcedit intellectum, & voluntatem, aded vt si per impossibile Deus non esset intelligens & volens, adhuc esset productiuus ad intra. Fundam. fecunditas virtutis productiuæ in Deo non oritur immediatè ex eius intelligere & velle, sed ex perfectione & infinitate naturæ: quia eadem proportionem competit fecunditas Deo & creaturis; sed nulli creaturæ competit fecunditas, quatenus intelligens & volens est formaliter, sed per aliquid prius. Si enim calor esset intelligens, aut volens, eodem modo produceret calorem, ac producit nunc; ergo quod Deus, sit intelligens aut volens, materialiter se habet ad productionem personæ.

37.  
Negat.

Confir. 1. vel actus intellectus & voluntatis sunt principia productionum, vel productiones ipsæ: Non primum; nam id, cuius conditio est opposita fecunditati, non potest esse principium, quo aliquid producat; cum omnis productio oriatur ex fecunditate: sed conditio actus intelligendi & volendi est opposita fecunditati; nam sunt actus ex natura suâ infecundi, & *Metaph.* quia immanentes in suo tantum principio, cum tamen omnis productio aliquo modo transeat à principio ad terminum productum; purè intentionales, qui solum veriantur circa obiecta representatiuè, non productiuè; vltima perfectio, & operatio naturæ intellectualis: igitur repugnat, ex iis vltiorem perfectionem consequi, quæ sit intelligenti & volenti intrinseca, aliàs non esset vltima. Non secundum, tum quia productiones personarum sunt actus notionales, intelligere autem & velle sunt essentielles, tum quia, si actus intelligendi & volendi essent productiones personarum, cuiuslibet personæ competeret producere Filium & Spiritum S. quia cuiusque competit productio, competit & producere: sed cuiuslibet personæ competit intelligere & velle; ergo cuiuslibet competeret producere Filium & Spiritum S. quod est hæreticum, tum quia productiones personarum differunt realiter: intelligere autem & velle non differunt realiter. 2. Patres docent, Filium à Patre naturaliter gigni; non igitur per intellectum.

38.  
Confirmat 1.  
Actus non  
sunt principia.

Nec produ-  
ctiones ipsæ.

**S E C U N D A** affirmat. S. Thom. 1. p. qu. 27. art. 3. & communis Scholast. qui Durandi opinionem notant, vt temerariam, & erroneam, eo quod in re grauisimâ à communi sensu Patrum, & modo loquendi Scripturæ recedat. Est igitur hæc sent. vera, & fidei principis conformior. Fundam. est Scriptura; in quâ Filius dicitur Verbum, Sermo, Sapientia, Imago; qui sūt proprii termini intellectus, Verbum dictione exprimitur;

39.  
S. Thom. &  
Scholast.  
contra Durand.

Fund. 1.

Z



exprimitur; dictio est propria intellectus operatio, quæ Verbum in se ipso producit. Sermo ore profertur & explicatur: os pro intellectu in Scripturâ usurpatur. Sapientia, & Imago est proprius partus & proles intellectus. Spiritus S. appellatur Charitas, Amor, Donum, ut colligit August. 1. 5. de Trinit. à cap. 6. ubi, quamuis affirmet; Charitatem etiam de Patre & Filio dicit; ad denotandam tamen propriam Spiritus S. productionem quæ per actum voluntatis originatur, peculiariter, ait, appropriari Spiritui S.

40.  
Notat S.  
Thomas.

Est autem ex S. Tho. 1. p. qu. 37. art. 1. notandum discrimen inter nomina, quibus Spiritum S. eiusque processionem: & Verbum eiusque productionem significamus. Nem ad exprimenda ea, quæ sunt propria Filij, habemus propria nomina, Dicitio scilicet & Verbum, quæ notionalem actum, & terminum intellectus important: ad exprimenda verò ea, quæ sunt propria Spiritus S. caremus propriis vocibus, & ideò utimur communibus Charitatis & Dilectionis. Ex his colligitur, processio Spiritus S. esse per actum voluntatis; nam Charitas, Amor, donum, sunt propriæ voluntatis operationes; & termini. Est enim donum, teste Philof. & S. Tho. 1. p. qu. 38. art. 2. Datio irreddibilis, quæ non datur intentione retributionis, sed gratiæ amoris. Vnde primum quod amato datur, est amor ipse, quo illi bonum volumus. Hinc fit, ut amor habeat rationem primi doni. Cùm igitur Spiritus S. procedat ut amor, procedit ut primum donum. Ait Durand. hæc omnia de diuinis personis dici per quandam adaptationem ad ea, quæ inueniuntur in imagine creata: scil. ex eo, quòd in imagine creatâ, quæ procedit per actus naturæ intellectualis, prior est emanatio per intellectum, quàm per voluntatem, fit ut in diuinis Filius, qui procedit primâ emanatione, per quandam appropriationem dicatur procedere per modum intellectus: Spiritus S. quia procedit emanatione. 2. dicatur procedere per modum voluntatis; cùm reuerâ uterque procedat ex fecunditate naturæ, concomitanter tantum se habentibus intellectu, & voluntate. Hæc expositio temeraria est: quia contra Patres; & in te graui absque necessitate improprie Scripturâ interpretatur; vnde occasionem præbet eodem modo interpretandi ea, quæ de diuinis processionibus dicuntur.

41.  
Temer. Du.  
randi expo.  
sit.

Fundam. 2. est discrimen, quod inter processionem Verbi, & Spiritus S. intercedit. Nam fide certum est, processionem Verbi esse generationem; eiusque terminum esse verè & proprie Filium; Spiritus S. productionem nec esse verè & proprie Filium. Hoc autem discrimen Durandus assignare non poterit, si utraque processio eodem modo ex naturâ immediatè proficiscitur. Respondet Durand. ideò personam 2. esse Filium, eiusque productionem generationem, non tertiam; quia illa procedit per modum naturæ, hæc per modum voluntatis: sc. Filius procedit vnus ab vno, & non à pluribus eiusdem ordinis, & gradus, quorum quilibet esset per se sufficiens ad eorum perfectè producendum; quod est procedere per modum naturæ in rebus creatis, ad quarum proportionem diuina sūt explicanda. Sed contrâ: 1. non assignatur formale discrimen inter generationem vnus, & spirationem alterius, nam hæc non sumitur ex vnitate, & multitudine principij materialis, sed vel ex diuerso modo tendendi ad terminum, vel ex diuersâ virtute formali productiuâ; quæ in ipsius sent. sunt eadem idemque modus tendendi ad terminum in utraq; productione per immediatam emanationem à natura. 2. Si utraque processio imme-

43.  
Resp.  
Durand.

44.  
Discrimen  
generationis  
à processione  
non assignat.

diatè manat à natura, non poterit inter illas ratio prioris, & posterioris assignari; quia nulla maior conditio ex parte termini, aut naturæ ab vna, quàm ab alia exigetur, nec erit potior ratio, cur vna persona ab vno, altera à duobus principijs producat.

3. Ad generationem per se requiritur, ut ad eam concurrat aliquod principium viuens; est enim productio viuens à viuente à principio coniuncto in similitudinem naturæ. Nec sufficit, ut hoc principium vitæ tantum materialiter, & per accidens ad generationem concurrat. Nam si homo ad producendum hominem non concurreret, ut viuens formaliter, non diceretur Pater hominis producti. Constat de Adamo concurrente ad productionem Euz, cuius genitor non fuit, etsi ad eam producendam materiam subministravit; quia illam non attingit potentiâ proximâ vitali, sicut attingit productionem Abelis, seu medio semine à se deciso, Deus autem, cum aliam vitam non habeat, quàm intellectualem, si per eam ad productionem Filij non concurrat formaliter, non concurrat ut viuens formaliter, & per consequens non erit genitor, nec productum genitum; quia non procedit ab illo, ut à principio viuente formaliter, medio proximo principio vitæ. Igitur non tantum concomitanter, sed formaliter, & per se concurrat Deus per suum intelligere, ut per proximum principium vitæ ad generationem Filij.

A priori.

Adam non  
est genitor  
Euz.

Ad fundam. Durand. concedo, vim producendi ad intra radicari in fecunditate naturæ, quæ ob sui infinitatem postulat, ut sit in tribus suppositis; proximè tamen fundari in ipso intelligere & velle diuino, quod ob sui fecunditatem, non solum est actio grammaticalis obiecti; sed etiam principium & communicatio termini. Ad prob. nego, eadem proportione conuenire Deo, & creaturis fecunditatem producendi ad intra; cùm hæc si propria Dei, quæ Deus est, neque in sent. Durand. creaturæ spirituali conuenit producere aliam substantiam sibi similem, etiam per actionem naturæ.

46.  
Ad Durand.

Ad prob.

2. Esto eadem proportione conueniat Deo, & creaturis, hand tamen arithmetica, sed tantum geometrica: quæ in hoc consistit, quòd sicut creaturæ conuenit productio sui similis, radicaliter quidem à natura, formaliter ab aliqua proprietate accidentali: ita Deo producere personam sibi similem radicaliter conuenit ratione naturæ, formaliter & proximè ratione intellectus & volitionis. Quòd autem creaturæ non comperat proximè producere sibi simile per intellectum & voluntatem, est ob imperfectionem talium potentiarum, quæ ut creatæ limitantur ad solam actionem grammaticalem obiecti: increatæ verò ob sui perfectionem & fecunditatem non solum tendunt ad obiectum actione grammaticali, sed etiam ad terminum actione communicatiua reali. Quare nego si per impossibile Deus non esset intelligens aut volens, adhuc esset fecundus & productiuus personarum, sc. defectu proximi principij vitalis.

47.  
Processio est  
geometrica.

AD 1. confir. nego conditionem actus intelligendi & volendi in diuinis esse oppositam fecunditati, quidquid sit in creaturis. Vnde falsum est, eos, ut præscindentes à creatis, & increatis esse essentialiter infecundos, sed solum, ut contractos ad rationem creati, quæ quæ etiam ut sic non sunt omnino steriles, nã & sunt productiuus habituum, & specierum sui. Aristot. autem loquitur de actibus immanantibus creatis, quæ ut tales nec sunt productiuus sui obiecti, neq; sunt productiuus extra principium, in quo sunt. Vnde patet ad 1. & 2. prob. Ad 3. dico, intellectum & volitionem esse ultimam perfe-

48.  
Ad 1. Conf.

Aristot.

perfectiōem, non simpliciter, sed in ratione perfectiōis intentionalis circa obiectum, non realis communicationis circa terminum, cui ulterius potest se realiter communicare. Ad reliquas instantias potest *infra*. Ad 2. confir. resp. Patres pro actione naturali non intelligere actionem naturæ, vt distinctam ab actione intelligibili, sed actionem necessariam, vt distinctam ab actione contingente, & non assimilatiuâ naturæ, & principio producenti.

SECTIO V.

Quales sint operationes intellectus & voluntatis, quibus diuina Personæ producunt?

**R**ATIO dubitatur ex 2 argu Durandi, nam si diuinæ personæ producunt per intelligere & velle, cum hoc sit commune omnibus personis, omnes personæ producerent. Declarandum igitur est, quale sit illud intelligere in Patre, quod Verbum gignit, quodque non sit in filio, & Spiritu S. qui Verbum non gignunt, quamuis idem obiectum intelligant; quid velle sit illud velle in Patre & Filio, quo Spiritum S. spirant, quod non sit in Spiritu S. qui quamuis idem obiectum diligit, non tamen eandem personam spirat.

PRIMA sent. est Henrici in sum. art. 59. qu. 9. & 10. præcipue ad 2. distinguens nostro modo concipiendi cum fundamento in re, duos actus in re, duos actus essentialia in intellectu Patris, 1. qui dicitur simplex notitia obiecti, 2. qui dicitur Verbum, & notitia declaratiua eius. Per 1. actum intellectus Patris constituitur fecundus, & productiuus actus 2. qui quatenus est perfecta notitia obiecti, est idem cum primo, de quo formatur, solâ relatione producti à principio producente distinctus. Idem docet de voluntate, in quâ pariter distinguit simplicem affectum, quo voluntas diuina vi existens in Patre & Filio redditur fecunda & productiua feruentioris actus amoris, qui est idem cum primo, solâ relatione spirati à spirante distinctus. Fundam. 1. in nobis distinguitur hic duplex actus, alter, quo intellectus passive mouetur ab obiecto, recipiendo in se simplicem notitiam illius, alter, quem ipse in se actiue producit, vt perfectam notitiam declaratiuam prioris. Item in voluntate simplex distinguitur affectus, quo illa se mouet ad obiectum, & feruens amor, quem informat prior actu, in seipsa producit. Ergo proportionaliter idem in Deo: nam ex Richar. in creatâ naturâ legimus, quæ de natura increata sentire debemus.

2. Verbum ex August. 15. de Trinit. c. 7. nascitur ex memoriâ fecundâ intellectus, continente simplicem notitiam obiecti, ratione cuius simplicis notitiæ sit proximè productiua notitiæ perfectæ declaratiuæ eiusdem obiecti: at hoc propriè dicitur Verbum ergo. Sed contra: sine necessitate iste auctor multiplicat in Deo actus intelligendi, & volendi, nam licet tales actus in Deo distinctionem admittant ex parte obiectorum, nullam tamen diuersitatem ex parte modi tendendi ad eadem obiecta: quia modus tendendi in Deo semper est inuariabiliter idem, cum sit infinitus; & ab intrinseco necessarius; nec de imperfectiore tendere potest ad perfectiorem modum tendendi circa idem obiectum. 2. hinc sequeretur, tam Patrem producendo Verbum, quàm vtrumque spirando Amorem, perfici in notitiâ, & amore essentiali: hoc au-

Tom. I. De Deo.

tem est contra Augu. 15. de Trinit. cap. 14. & 17. nam ante productionem Verbi Pater intelligeretur cum solâ simplici notitia suæ essentia, absque notitia declaratiua eiusdem; & vterq; ante productionem Spiritus S. cum solo simplici amore, absque feruenti dilectione essentiali: nam hæc in sent. Henrici sunt termini, non principia actuum notionalium. Leg. Scot. in 1. dist. 2. qu. 7. §. ad quæst.

AD 1. fund. resp. quidquid sit de antec, neg. conseq. nam non quidquid reperitur in nostris actibus, attribuendum est Deo, quando illud imperfectionem involuit: cuiusmodi sunt simplex notitia & amor obiecti, cum negatione vterioris perfectiōis debitæ. Ad 2. neg. minor. nam principium generatiuum in Patre non est memoria potentialis & imperfecta, qualem ponit Henricus; sed actualis & perfecta, quæ perfectam includit notitiam obiecti.

SECUNDA est Scot. loco cit. §. obicit. contra & §. seq. distinguens duplicem actum in intellectu siue memoria Patris; alter est ipsum intelligere Patris, quod illi commune est cum reliquis personis, diciturque intelligere essentialia, quod respicit obiectum vt cognitum: alter est dicere Patris, quod est proprium ipsius, & respicit terminum formaliter vt productum, diciturque intelligere notionale. Porro neuter actus est ab altero, quia nec dicere est ab intelligere, nec intelligere à dicere, sed vterque immediatè ab intellectu Patris vt ab vno communi principio in actu 1. constituto per essentiam sibi præsentem in ratione obiecti; licet intelligere præsupponatur ad dicere, sicut perfectio supposito operantis ad productionem suppositi producendi. Nam prius operans perficit se ipsum, quàm producat aliud à se: cum intelligere perficiat Patrem in ordine ad se, dicere vero in ordine ad alium, intelligere supponitur ad dicere, non in ratione principij producentis, sed conditionis, & ordinis operantis ad terminum producibilem. Eodem modo philosophatur quod lib. 1. §. hic intellig. de voluntate respectu dilectionis essentialis, qua omnes diuinæ personæ se diligunt, & notionalis, qua tertia tantum spiratur. Sequitur Mayo in 2. distinct. 32. quæst. 6.

Sed contra: ex hac Scoti opinione sequitur, nec Filium esse Verbum Patris, nec Spiritum sanctum esse Amorem vtriusque vi processionis formaliter, sed solum concomitanter ratione naturæ, quæ illis mediis processionibus communicandi, nam actus dicendi in sent. Scoti neque includit notitiam in se, neque procedit ab illa, vt à principio producente formaliter, sed merè concomitanter, & vt à pura conditione materialiter tantum præsupposita in supposito producente. Nam si per impossibile intellectus Patris non supponeretur actu intelligens, adhuc produceret Filium, quia talis productio non penderet ab intellectione Patris, nisi vt à pura conditione, quæ sublata, non auferrentur quæ ad productionem Filij formaliter requiruntur. Quod sic probo contra Scotum: nam ipse in 2. dist. 1. quæst. 1. art. 3. docet, quotiescumque duo effectus ita ordinè pendent ab eadem causa, vt neuter tamen pendeat ab altero, si per impossibile tollatur ordo causæ ad vnum, nō tolli ordinem causæ ad alium, quia essentialior est ordo causæ ad vtrumque, quàm vnius effectus ad alterum: vnde non debet propter minus impossibile concedi maius impossibile; aut propter minus necessarium negari magis necessarium. Igitur Filius vi suæ processionis formaliter non procedit in hac sententia Scoti, vt Verbum Patris & notitia genita, nam d tantum habet terminus

Z 2

vi suæ

49. Ad 2. conf. Exponitur Patres.

50. Durandus.

51. 1. Sent. Henrici.

52. Fund. 2.

53. Fundam. 2.

54. Contra.

Modus tendendi inuariabiliter.

Ad fund. 1. Henrici.

Ad 2.

56.

2. Sent.

57. Contra.

Ad homin. nem.

vi suæ processionis formaliter, quod accipit mediâ processionem formaliter; cum enim terminus capiat esse mediâ processionem, ut viâ per se ordinatâ ad communicandum esse termino, id tantum habet vi suæ processionis formaliter, quod accipit mediâ suâ processionem formaliter. At *dictio*, quâ in sent. *Schoti* procedit Filius, non includit actualem notitiam Patris, cum ponatur actus; ratione saltem ab illâ distinctus: ergo Filius vi suæ processionis formaliter non procedit, ut Verbum & notitia genita; nam hoc sine actuali intellectione concipi nequit, cum sit ipsa actualis conceptio, actione intelligentis expressa.

58. TERTIA affirmat, processionem diuinam esse ipsam intellectiōem & volitionem essentialē: *Aureoli* in 1. dist. 23. art. 3. *Calet.* 1. p. q. 27. art. 1. §. ad 2. dub. & quest. 37. art. 1. *Vasquez* disp. 112. *Torres* 1. p. qu. 27. art. 5. disp. vni in 3. p. disp. *Suarez* de Trinit. lib. 1. ca. 7. Fundam. in Deo non est duplex intelligere & velle, alterum essentialē, alterum notionale; sed vnum & idem; quod, ut est commune omnibus personis, dicitur essentialē, ut verò est in personâ origine priorē, dicitur notionale.

59. Nota contra Durand. Pater explic. nota, omnes, excepto *Durand.* conuenire; processionem diuinam esse per actus intellectus & voluntatis notionales; qui dicuntur *dicere*, & *spirare*. Controversia est 1. an *dicere* & *spirare* in uoluant formaliter intelligere & velle essentialē, an tantum concomitanter? 2. an id supra quod intelligere & velle essentialē addunt *dicere*, & *spirare*, sit aliquid pertinens per se ad intelligere & velle, ut modus per se contractius generis? Ex quo pendet, an intelligere & velle notionale sit vnum & idem an duplex conceptibile per modum superioris, & inferioris; seu communis, & personalis; ad eum modum, quo concipitur ratio substantiæ communis & particularis.

60. DICO 1. dicere & spirare, qui sunt actus proprii personarum producentium, & productarum, includunt formaliter, & non tantum concomitanter, intelligere & velle essentialē: *Calet.* loco cit. qu. 27. qui ex *S. Tho.* docet, *dicere* esse intelligere exprimendo, vel exprimere intelligendo, ita ut utrumque horum sit de ratione eius. Contra *Molin.* 1. part. qu. 27. art. 5. di. Qui vult, intelligere & velle includi tantum præsuppositiuè & in obliquo, non autem formaliter & in recto in ipso *dicere* & *spirare*. Assertio constat argum. 2. factò contra *Scot.* alia Filius vi suæ processionis formalis non procederet ut Verbum; nec Spiritus sanctus ut Amor.

61. Prob. 2. diuinæ processionem non modò sunt actiue, ac passiue productiones personarum, sed etiam actiue, ac passiue communicationes naturæ, actuumque essentialium: nam processio debet adæquare terminum procedentem, quia, debet illum adæquatè attingere; sed persona procedens non solum dicit personalitatem, quæ producit, sed etiam naturam, quæ communicatur: scilicet processio debet continere in fieri, quidquid continet terminus in factò esse; cum enim quidquid habet terminus, habeat vi suæ processionis, nihil potest esse in termino productò, quod non præfuerit in eius productò: sed terminus productus non solum continet hypostasim productam, sed etiam intelligere, & velle communicatum; ergo & eius processio non solum continet hypostasim in fieri, sed etiam intelligere, & velle communicari.

62. DICO 2. id quod supra intelligere & velle essentialē addit *dicere*, & *spirare*, non pertinet ad intelligere & velle formaliter, ut differentia contractiua generis, sed ut modus alterius rationis. *Arens.*

1. p. qu. 42. me. 2. *Aureol.* *Molina*, *Vasquez*, *Suarez* sit. Prob. 2. ab absurdo; quia si id, quod supra intelligere & velle essentialē addit *dicere* & *spirare*, per se pertineret ad intelligere & velle, ut differentia intra idem genus, aliquid intelligere esset in Patre & Filio. quod non esset in Spiritu sancto scilicet intelligere notionale, quod supra commune & essentialē addit actiuum *dicere* Patris, & passiuum *dicere* Filij, quod non communicatur Spiritui sancto, quia notionale vnius personæ non communicatur alteri, at cum omne intelligere essentialiter, respiciat aliquid obiectum; est enim intelligere rem aliquam cognoscere; aliquid obiectum intelligerent Pater & Filius, quod non intelligeret Spiritus S. Prob. 2. Id quod intelligere & velle essentialē addit intelligere & velle notionale, est sola relatio producentis in principio, & relatio producti in termino; distinguit n. formaliter personam producentem à producta; at neutra pertinet ad intelligere & velle formaliter, quia relatio producentis & producti est de genere actionis physice, quæ respicit terminum ut productum; intelligere autè & velle est de genere operationis intentionalis, quæ respicit obiectum ut cognitum, & amatum; unde prior actio transit à principio in terminum distinctum, quia perficit agens in ordine ad aliud; posterior verò manet in principio cognoscende & amante, quia perficit operans in ordine ad se. Confirm. hypostasis Filij & Spiritus sancti non superaddit naturæ communi, nisi solam relationem filiationis, & spirationis in factò esse: ergo nec *D. Actio* & *spiratio*, quæ sunt eadem relationes in produci, superaddunt intellectiōi & volitioni communi, nisi solam relationem filiationis & spirationis in produci.

DIC ES. Verè Filius Dei est Sapientia genita de Sapientia generante: ergo quod addit Filius supra intelligere essentialē, est aliquid pertinens formaliter ad intelligere, alioqui non posset ab illo denominari sapientia formaliter. Resp. dici Filium Sapientiam genitam non ab aliquâ sapientia producta, neque ab ipsâ hypostasi genitâ præcisè, quia illa non est præcisè sapientia, quamuis sapientiam essentialiter includat; sed à sapientia improductâ sibi communicatâ, mediâ generatione personæ. Unde sapientia extrinsecè tantum & denominatiuè dicitur genita ab ipsâ generatione hypostasis, cui vi processionis formaliter communicatur Sapientia.

Ex his constat, quo pacto *dicere* se habeat ad intelligere; habet enim se ut interius ad superius, non quidem eiusdem, sed diuersæ rationis. Nam *dicere* in suo obiectiuo conceptu includit intelligere, non contra: includit autem illud, non ut ratio specifica genericam, sed ut relatio producētis principium proximum communicatiuum: idem enim intelligere essentialē, ut coniunctum cum paternitate est generatiuum Verbi, idem velle essentialē, ut coniunctum cum relatione spiratoris est productiuum Amoris notionalis.

Unde ad argu. *Durandi* concedo, idem intelligere & velle essentialē esse in omnibus personis, non tamen in omnibus personis esse productiuum, quia non in quâlibet personâ reperitur cum proprietate productiuâ coniunctum. Quod idem *dicere* debet *Durandus* de naturâ, quæ non cum quâlibet personâ constituit principium productiuum, esto in quâlibet personâ reperitur.

Obiicit. Pater seipsum dicit; auctore *Augustin.* 15. de Trinit. cap. 14. tamen non seipsum generat. Ergo *dicere* non est idem quod generare. Resp. Pater seipsum dicit obiectum cognitum & representatum

Fundam.

Nota contra Durand.

Assertio.

Constat.

Pr. à priori.

Processio est communi.

Dicere & spirare sunt modi.

60. Pr. à priori.

Sola relatio additur essentiali.

Confirm.

64. Dicit.

Resp.

65. Dicere est inferius ad intel.

66. Ad Durand.

67.

Dicere duplex respectus.

68. Diligere uem.

Rectè.

69.

70.

Nota q. modus requiritur.

um per Verbum, non ut terminum productum. Verbum uero non solum Pater dicit ut obiectum cognitum, sed etiam ut terminum productum. Dicere enim importat respectum ad Verbum productum, & ad obiectum representatum; quæ refertur ad Verbum productum, est nationale & proprium Patris; quæ refertur ad obiectum representatum, est essentialis & commune omnibus personis. Vnde Pater dicit seipsum & creaturas, quæ seipsum & creaturas intelligit intellectu terminata relatione Verbi à se producti: reliquæ uero personæ dicunt, non Verbum producendo, sed obiectum Verbo expressum cognoscendo. Eodem modo intelligenda est illa propositio, Pater & Filius diligunt se Spiritu S. uerbum (diligere) notionaliter acceptum, præter respectum ad terminum productum, importat etiam ordinem ad obiectum dilectum. Quando autem in actione, præter respectum ad terminum, importatur ordo ad aliquid aliud, potest fieri denominatio à termino producto in casu effectiuo. Vnde rectè dicimus, Pater & Filius diligunt se Spiritu S. quia sensus est, Pater & Filius sunt obiectum Amoris essentialis, qui includitur in amore notionali. Contra uero non rectè dicimus, Pater & Filius spirant se Spiritu S. quia Verbum spirare, præter ordinem ad terminum, ad nihil aliud respectum importat. Sicut nec rectè dicitur Pater gignit se Verbo; bene tamen intelligit, aut dicit se Verbo: quia uerbum gignere non importat, nisi solum respectum ad terminum: Intelligere autem & dicere, præter respectum ad terminum significant etiam ordinem ad obiectum. Hoc intellige, quando denominatio fit in genere causæ efficientis, uel quasi efficientis, non quando fit in genere causæ formalis, uel quasi formalis. Vnde non rectè dicitur: Pater est sapiens sapientiâ genitâ quia talis denominatio fit à formâ, uel quasi formâ formaliter; non essentialiter existente in subiecto denominato. Vnde hanc propos. quam aliquando concessit August. lib. 83. qu. 23. postea retractauit lib. 1. retract. cap. 25. Dubitari autem posset, an concedenda sit hæc, Pater sapit sapientiâ genitâ. Negant aliqui. Affirmant alij, quibus ego assentior: quia uerbum sapere idem sonat quod intelligere. Vnde non fit denominatio in genere causæ formalis à termino producto, sed efficientis, uel quasi efficientis, sumpto sapere notionaliter.

SECTIO VI.

Sub quâ ratione actus intelligendi & uolendi requirantur ad Processiones diuinas?

Hanc diffic. urget Durandus in 1. confirm. sect. 4. quia cum nequeant comparari ad illas neque ut principia; neque ut productiones, nullo modo uidentur per se ad illas requiri.

Nota quinque modis posse actus essentialis intelligendi & uolendi ad diuinas processiones requiri: merè concomitanter & quasi per accidens, ut Duran. putauit; scilicet si tales actus in Deo non essent, adhuc in Deo futuræ fuissent processiones Verbi, & Spiritus S. Non multum differt Scotus, qui, ut sect. preced. arbitratur actus intelligendi & uolendi non requiri ad processiones Verbi & Spiritus S. formaliter, sed tantum præsuppositiuè, quatenus naturæ ordine principium productuum prius exigit perficere seipsum operatione immanente, quam producere aliud actione transeunte.

Tom. I. De Deo.

Vnde prius est operans, quam producens: est enim operans per actionem immanentem; producens per transeuntem. Quia igitur æternus Parens prius naturæ ordine exigit perficere se ipsum immanenter per actum intelligendi essentialis, quam producere Filium per actum transeuntem notionalis; similiter, quia Pater & Filius prius exigit perficere se ipsos immanenter actu diligendi essentiali, quam producere Spiritum S. actu transeunte notionali; ideo actus intelligendi & uolendi essentialis præsupponuntur tantum, non includuntur in actibus producendi notionalibus. Huic accedit Molina 1. p. qu. 27. artic. 5. disp. 2. ubi ducet, actus naturales in obliquo tantum, & præsuppositiuè connotare actus essentialis. 2. requiri possunt, ut proxima tantum principia, quibus personæ diuinæ producant, non ut actuales productiones, uel actiue principiorum producentium, uel passiuæ terminorum procedentium. 3. ut actuales tantum origines & productiones tam actiue personarum producentium, quam passiuæ personarum procedentium. 4. ut proxima principia producendi, & simuletiam ut actuales productiones.

5. Ut actuales communicationes naturæ, intellectus & uolitionis Diuinæ. Excluse 1. modo contra Duran. & Scot. quoad reliquos 4.

PRIMA sent. docet, actus essentialis intelligendi & uolendi requiri solum, ut proxima principia producendi, non ut actuales productiones diuinarum personarum. Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 9. & lib. 8. cap. 1. quæ quoad 1. partem asseritur ab Henrico in sum. artic. 54. qu. 10. ad 2. & quod lib. 6. qu. 1. Fundam. prioris: proximum principium, quo diuinæ personæ producant, non est perfectio aliqua relatiua, saltem sola, ut Henricus censet, sed necessariò debet esse perfectio aliqua absoluta; relatio n. non est actiua, & principium productuum est quo producens sibi assimilât productum: at Parens non assimilât sibi Filium, sicut nec parens & Filius Spiritum S. in perfectione relatiua, cum potius in eâ procedant, ut personæ dissimiles & diuersæ à producentibus; sed in perfectionibus absolutis, se intelligendi & diligendi: nam proximum principium producendi, est quo producens proximè sibi assimilât Filium per actum intelligendi; Pater & Filius Spiritum sanctum per actum diligendi. Nam Filius procedit, ut Verbum Patris, Spiritus S. ut Amor utriusque: Verbum autem & Amor sunt proximi & formales termini intellectus & uolitionis.

Fundam. poster. in Deo productio actiua adæquatè distinguitur à passiuâ; non posset autem adæquatè distingui, ratione actus essentialis, si formaliter includeretur in utraq. productione. Maior prob. productio actiua adæquatè identificatur cum principio producendi, ut passiuæ cum termino producto; nam per eas formaliter & adæquatè distinguitur in diuinis persona producens à productâ, cum nil aliud sit productio passiuæ in diuinis, quam persona in produci: sicut actiua nil aliud est, quam persona in producere.

SECUNDA negat, actus essentialis intelligendi & uolendi requiri, ut proxima principia producendi, sed solum ut actiones, formaliter inclusas in actibus notionalibus, tã actiuis principiorum producentium, quam passiuis terminorum. Torrez q. 27. art. 5. disp. uni. in 2. p. disp. V. a. q. disp. 112. c. 3. in fine. Fund. principia proxima producendi Verbum Spirit. S. nõ sunt intelligere & uelle, sed intellectus & uoluntas: illi, nõ potius tribuenda est productio, quod habet ratione potetiz, quam actus ergo intelligere & uelle

71. Modus 2. &c.

72.

73.

74.

75.

Fund. prioris asser.

76. Fund. poster. prioris.

77. 2. Sent.

Fund.

& velle non sunt proxima principia producendi, sed actuales tantum productiones, cum proximum principium debeat esse vnicum; intelligere vero & velle non requirantur; vt principia proxima producendi; ergo, vt actuales productiones.

TERTIA affirmat, intellectionem & volitionem essentielles exercere vtrumque munus respectu diuinarum processionum, & proximi principij producendi, & actualis productionis personarum: *Ruiz de Trinit. disp. 2 sect. vlt. & disp. 59. sect. 5.* quia non repugnat, vt eadem perfectio in Diuinis secundum diuersas formalitates, quasi partiales & inadæquatas, sustineat diuersa munita: vt eadem paternitas constituit Patrem in ratione primæ personæ incommunicabilis; reddit illum fecundum ad generandum; tribuit illi actualem generationem; simul actu refert illum ad Filium.

Verum omnes hæc sent. efficacissimè refutantur: implicat in diuinis principium producendi quo, siue adæquatum, siue inadæquatum esse aliquid absolutum, at prima & 3. id expressè affirmat: 2. implicitè supponit, actus naturales intrinsecè includentes essentielles originari ab intellectu & voluntate, quæ sunt perfectiones absolutæ: sic demonstro: Principium producendi quo est ipsum formale principium, à quo realiter emanat actio productiua termini; implicat autem, actionem realiter emanare à principio, & ab eo realiter non distingui. Igitur implicat, principium producendi quo, in diuinis, esse aliquid absolutum. Major est ipsa descriptio principij quo; quod realiter ac per se influit in terminum, non est principium quod, sed tantum quo, nam quod, solum est principium denominationis, quæ denominatur influere à principio quo, vnde actio realiter tantum manat à principio quo. Actio verò realis nil aliud est, quàm realis egressio termini à principio, in quo tantum potentiâ & virtute continetur. Implicat autem, concipere realem egressum termini à principio a quo proximè manat, & ab illo realiter non distingui: nam quatenus est realis egressus termini à virtute productiua, debet realiter esse extra illam: quatenus verò realiter non distingueretur ab illâ, non posset esse extra illam; cum nihil possit esse realiter extra id, à quo realiter non distinguitur; atque ad eò idem esset, & non esset realiter extra principium, à quo realiter emanaret. Cum igitur in diuinis terminus productus à nullâ perfectione absolutâ distingatur, sed eas omnes formaliter includat, sibi quæ identificet, implicat, vt verè & realiter producatur ab aliquâ perfectione absoluta, vt à principio proximè influente.

Confir. 1. id eò nequeunt intellectio & volitio essentielles dici reales actiones respectu intellectus & voluntatis diuinæ, quia ab illis non distinguuntur realiter: ergo nec possunt esse, aut dici reales processionibus Filij & Spiritus S. si realiter non distinguuntur à principiis, à quibus proximè emanant. Nec sufficit, vt realiter tantum distinguantur à principio quod, tum quia ab illo debent realiter distingui, à quo realiter emanant, seu egrediuntur; nam realis distinctio producti à producente immediatè fundatur in reali egressu termini à principio producente; cum non possit id, quod realiter egreditur per verum influxum ab alio, esse idem realiter cum illo, eâ virtute & formalitate, quæ realiter ab illo egreditur. Cum igitur personæ diuinæ verè & realiter emanent à solo principio qua, non quod, nisi tantum denominatiuè, & ratione ipsius principij quo, ab illo debent potissimum distingui. Tum quia in tantum principium quod, distinguitur à termino producto, in quantum illud realiter pro-

ducit, cum non possit producens & productum simul identificari: sed principium quod, non producit realiter terminum ratione sui, sed ratione principij quo; ergo si debet terminus productus realiter distingui à principio quod, à fortiori distingui debet à principio quo, ratione cuius principium quod, realiter distinguitur à termino producto.

2. Si principium proximè productiuum quo, esset sola perfectio absoluta, vt plerique ex cit. auctorit. docent, sequeretur, relationes diuinas non distingui proximè & formaliter ratione originis, sed ex se ipsis, in dependenter ab origine (quod est contra Concilia & Patres) nam si sola perfectio absoluta esset ratio producendi, perfectio relatiua non producit intrinsecè & formaliter, sed tantum extrinsecè & denominatiuè; nec poterit proximè & formaliter ab oppositâ correlatione distingui per originem, sed per se ipsam independentem ab origine. Vnde sequeretur, quòd si per impossibile Paternitas non includeret à parte rei naturam; & reliquas perfectiones absolutas, adhuc tealiter distingueretur à filiatione: & è conuerso, si natura non includeret à parte rei paternitatem, adhuc posset producere filiationem indistinctam à se, non secus, ac modò producit, quia per mutuam inclusionem, vel exclusionem non variarentur intrinsecè & formaliter istæ perfectiones in Deo. Ergo si de facto paternitas per solam inclusionem naturæ, quæ tantum est proximum principium producendi filiationem, realiter distinguitur à filiatione; & è contrâ; si natura per solam inclusionem paternitatis, quæ nullo modo ipsa producit, est proximum principium producendi filiationem indistinctam à se, etiam in casu, quo istæ perfectiones non se mutuo includerent, & paternitas distingueretur à filiatione, & natura esset proximum principium producendi filiationem indistinctam à se.

QUARTA docet, actus intelligendi & volendi solum requiri ad diuinas processionibus, vt immediatas & proximas communicationes naturæ, ita alii qui apud Durand. in 1. dist. 7. q. 2. nu. 18. & sequitur eorum sent. qui nobiscum sentiunt, vt infra, principium productiuum quo in diuinis non esse perfectionem absolutam, sed respectiuam. Hæc sent. ad præsentis mysterij altitudinem explicandam aptior est. Fundam. alioqui non saluaretur realis distinctio inter proximum principium productiuum, & terminum ipsum productum. 2. quodlibet principium productiuum essentialiter habet duo, & vt terminum aliquo modo sibi assimilat, & vt ab illo realiter distinguitur. 1. fundatur super illud axioma: *Omne agens agit vt assimilât sibi ipsum*: 2. supra illud principium lumine naturæ notum: *Idem non potest se ipsum producere, sed necessariò inter ipsum & productum intercedere debet realis distinctio*. Sed infinitum producens, qualis est Deus respectu productionis ad intra, postulat cum reali distinctione producti infinitam assimilationem termini producti: non potest autem cum reali distinctione producti infinitam habere assimilationem termini producti, nisi pro principio communicatiuo habeat naturam cum omnibus perfectionibus absolutis: pro productiuo verò solam proprietatè relatiuam; igitur actus intelligendi & volendi, qui spectant ad perfectiones absolutas naturæ, non possunt esse proximum principium producendi, sed tantum proximæ communicationes naturæ. Prob. subsumpta: nisi Deus pro principio comunicatiuo habeat naturam cum omnibus perfectionibus absolutis, solamque proprietatè relatiuam pro principio productiuo quo, non poterit termino producto communicare

78. 3. Sect. Fundam.

79. Principium producendi quo nequit esse absolutum.

Principium quo est denominatio.

80. Confr. 1.

Pauli agrosus acclamatio, distinctio id eò est.

81. Confrim.

82. Saquila dura.

83. Sent. ampl. tendit.

84. Fund. posit. Pr. à priori.

85. Infinita assimilatio solum naturæ.

municare eandem numero naturam cum omnibus perfectionibus absolutis; cum implicet principium produciens identificari realiter cum producto; eâ potissimum formalitate, quâ proximè & immediatè influit in productum; cum implicet realis egressus sui à se ipso. Non implicat autem, ut principium communicativum sit idem cum communicato; quia de ratione communicantis non est, ut maneat distinctum à communicato, cum possit eadem numero perfectio communicari alteri, & simul manere in ipso communicante: ut eadem numero anima rationalis communicatur novæ parti materæ per nutritionem acquisitæ, & simul manet cum alijs partibus præcedentis materæ. Ratio: communicatio fit in genere causæ formalis, vel quâsi formalis; in quo genere causæ idem est communicans & communicatum: productio verò fit in genere causæ efficientis seu originantis, in quo semper originans & originatum distinguuntur realiter. at id tantum debet habere pro principio productivo quo, per quod realiter distinguitur à termino producto: per solam autem proprietatem relativam distinguitur in Deo principium produciens à termino producto; ergo;

Confirm. in divinis debet summâ communicatione saluari minima distinctio, quæ esse potest: hæc autem saluari non potest, nisi principium productivum quo sit sola proprietas relativa. Maior prob. communicatio in suo conceptu quidditativo importat unitatem, distinctio diversitatem. Maior autem perfectio est unitas, quàm diversitas, quia unitas magis recedit à limitatione & accedit ad illimitationem: diversitas magis accedit ad limitationem & recedit ab illimitatione: unde quod creaturæ sunt perfectiores, eò minorem habent diversitatem, & maiorem unitatem in suis perfectionibus. Ergo unitas in Deo ente summè perfecto poni debet maxima, distinctio minima, quæ esse potest: non potest autem maior unitas excogitari, quàm communicatio eiusdem numero naturæ cum omnibus suis perfectionibus absolutis, per omnimodam consubstantialitatem personæ producentis & productæ, nec minor distinctio, quàm per relativam oppositionem producentis & producti, cum per minorem saluari nequeat quidditas processionis realis.

Sed obijcit Durandus. In divinis communicatio naturæ non distinguitur à productione personæ: ergo neque principium communicativum distinguitur à principio productivo. quia unius actionis unum debet esse principium. Attec. declaratur; productio personæ, & communicatio naturæ non sunt duæ, sed una actio, cum in Deo non sint, nisi duæ processionés, generatio quâ gignitur Verbum, & spiratio quâ spiratur Amor. Distinguo antec. communicatio non distinguitur à productione realiter, ut actio realiter distincta, vel ab ipsâ productione activâ personæ producentis, vel à passivâ processione personæ procedentis, concedo: non distinguitur ratione saltem inadæquata; nego. Eadè quippe activa productio est realis influxus personæ producentis in personam productam, ab eâque realiter distinctus, & simul activa communicatio naturæ personæ productæ à producente, solâ ratione à producente & productâ distincta.

Quare fundamentaliter nec activa communicatio naturæ distinguitur ab activâ productione personæ producentis, nec passivâ communicatio eiusdem naturæ à passivâ processione personæ procedentis, cum tam activam productionem, quàm passivam processionem essentialiter comitetur ut-

taque communicatio, & activa personæ producentis, & passiva personæ procedentis: ratione tamen inadæquatâ tam activâ communicatio naturæ distinguitur ab activâ productione personæ producentis, quàm passiva communicatio naturæ à passivâ processione personæ productæ. nam communicatio pro formali termino habet naturam, productio hypostaticam. Præterea productio est actio realis, non item communicatio, ut à productione distincta. Communicatio subsequitur, non antecedit productionem; prius enim ratione producitur terminus, quàm ei communicetur natura; nam communicatio supponit id, cui faciendâ sit communicatio. Eodem modo concedo, principium productivum esse idem realiter cum communicato suo, distingui tamen ratione saltem inadæquatâ ab illo. Principium enim productivum quo est ipsa proprietas relativa; productivum quod est persona constituta ex proprietate relativâ, ut ex ratione proximâ producendi, & naturâ ut ex principio communicativo. Quod communicativum proximum in Patre est actualis intellectio, in Spiratore actualis volitio; remotum in utroque est natura divina, ut essentialiter inclusa in utraque ratione proximè communicativa.

Obj. 2. Patres affirmantes, principium productivum quo esse naturam Divinam. Resp. Patres intelligi de principio quo denominationis, non productionis formalis. nam sicut in sent. advers. proprietas relativa dicitur principium productivum, non formaliter, sed denominativè, quatenus integrat principium productivum quod: ita in nostrâ sent. natura dicitur principium productivum denominativè ab ipsâ proprietate relativâ, cum qua integrat unum principium productivum quod.

Obj. 3. quia non videtur Filius procedere ut Verbum, nec Spiritus ut Amor, cum in nostrâ sent. nec Filius procedat ut terminus intellectiois, nec Spiritus ut terminus volitionis; quia nec ille producitur per intellectioem, nec iste per volitionem; sed uterque per proprietatem relativam, quæ nec est intellectio, nec volitio formaliter. Resp. ut Filius procedat ut Verbum Patris & terminus intellectiois Paternæ, Spiritus ut Amor & terminus volitionis Patris & Filij, non esse necessarium, ut procedant ab intellectioe & volitione, ut à principio proximè producente, sed sat esse, si procedat per talem proprietatem, quæ essentialiter includant intellectioem & volitionem, ut proximum principium communicandi. Nam ut ille procedat ut Verbum, hic ut Amor, nil aliud requiritur, quàm ut ex vi suæ formalis originis ille accipiat intellectioem, hic volitionem: at hoc ipso, quod Filius procedit per Paternitatem proximè & immediatè afficientem intellectioem, Spiritus per Spirationem proximè & immediatè afficientem volitionem, ut proximum principium communicandi, ille vi suæ processionis accipit intellectioem, hic verò volitionem: nam integrum principium productivum essentialiter constituitur ex principio communicativo, & proximè productivo: ergo & ipsa productio integrè accepta, ut via ad terminum productum essentialiter includit & rationem communicationis, & rationem proximæ productionis: atque adeò terminus productus vi suæ originis formalis non solum accipit hypostaticam, sed etiam intellectioem & volitionem, sique mediantibus totam naturam. Quod autem tam paternitas immediatè afficiat intellectioem, ut proximam rationem communicandi, quàm spiratio volitionem prob. paternitas est prima proprietas personalis nature

Principium communicativum idem cum communicato;

84. Confir.

Unitas maxima, distinctio minima.

85. Obijcit.

Resp.

activa productio est activa communicatio

86. nec fund. distincta

Sed ratio in adag.

87. Parratio principij

88.

Ob. 2. Resp.

89.

Ob. 3.

Resp.

90.

paternitas immediatè afficit intellectioem.



99.

Verum controuersia est in assignando discrimine, cur productio Verbi, non autem Spiritus S. sit generatio, cum vterque accipiat eandem numero naturam producentis. Quam difficultate videt *Aug. lib. 3. contra Maxim. c. 14. Damascen. l. 1. fidei orthod. c. 2. & Jo. Arimin. cum Magist. in 1. dist. 13.* fatentur, huius Catholicæ veritatis discrimen à puro viatore in hac vitâ assignari non posse. Reliqui conantur rationem discriminis afferre.

100.  
Ratio 1.

PRIMA ratio *Scoti in 1. dist. 13. §. ad quest. Aureo art. 1. propos. 4.* affirmantium, generationem & spirationem distingui se ipsis formaliter: nec oportere vterius quærere, quibus distinguantur, nisi quia tota ratio formalis vnius, non est tota ratio formalis alterius. Sed contra: hanc rationem formalem quærimus, quâ vna constituatur, vt generatio; altera, vt spiratio. Eodem labuntur qui dicunt, distinguui penes terminos productos. Id ipsum enim quæritur, quid proprietatis sit in vno, quo formaliter distinguatur ab altero.

101.  
Contra.

102.  
Rat. 2.

SECUNDA *Durand. in 1. dist. 6. q. 2. num. 17. Aliac. in 1. q. 8. art. 3.* Ideo Verbum esse genitum, non Spiritum S. quia Verbum procedit ab vno, Spiritus à duobus; quod autem procedit ab vno, procedit per modum naturæ, quia modus naturæ est, vt vnus sit ab vno: Quod à pluribus procedit per modum voluntatis, quia procedit à pluribus concurrentibus moderando suam virtutem. Hæc ratio sumpta ex *August. 15. de Trinit. cap. 27.* vbi eo probat, Filium procedere vt natum, Spiritum vt spiratum, quia *Filius, inquit, natus est duorum, nisi patris & matris. Absit autem, vt inter Deum Patrem, & Deum Filium aliquid tale suspicemur.* Sed contra: procedere à pluribus necessarium, & per modum vnius principij ad vnum determinari, non est procedere per modum voluntatis, suam virtutem moderantis, sed per modum naturæ ad vnum determinatæ. 2. sicut procedere à pluribus non tollit, quin Spiritus S. procedat vt viuens à viuente coniuncto, in similitudinem naturæ; ita non tollit, quia procedat vt natus, tum quia etiam si procedat à Patre & Filio, non tamen procedit ab illis, vt à pluribus, sed vt ab vno eodemque proximo principio spiratiuo. Atque ex his soluta est ratio *August.* etiam si Spiritus S. procederet à Patre & Filio vt genitus, non oporteret ab illis procedere, vt à Patre & matre; quia non procederet diuerso modo ab vno, ac ab alio, quod necessarium esset, vt ab illis procederet vt à Patre & matre.

103.  
Contra.

104.  
Ratio 3.

TERTIA *Henrici, in sum. 4. 6. q. 8. Bonauens. in 1. dist. 13. q. 2. Richar. q. 3. Herue q. 1. Rubio. §. 1. art. 1. Agid. 2. p. dist. art. 1. Mayo. dist. 10. q. 1. id. d.* Verbum dici genitum, non autem Spiritum S. quia Verbum procedit per modum naturæ, Spiritus per modum voluntatis. At solum id quod procedit per modum naturæ in rebus creatis est genitum.

105.  
Contra.

Sed contra; vel procedere per modum naturæ, est procedere non præsuppositâ aliâ operatione substantiali in eodem operante, vt multi explicant: at hoc extrinsecum est, & accidentarium generationi; vel procedere per modum naturæ, est procedere necessarium & per determinationem ad vnum: at Spiritus S. procedit necessarium, & per determinationem ad vnum, quia non procedit liberè, & per virtutem indifferentem ad vtrumlibet, sed ex naturali inclinatione & propensione, quam Deus habet ad diligendum se ipsum. Vnde voluntas diuina producit Spiritum S. vt natura quædam est; quia producit illum vt ab intrinseco determinata ad vnum. Quod docuit *S. Tho. 1. p. qu. 41. art. 2. ad 3.* Nec refert, quod idem *q. 10. de potent. art. 2. ad 4. ac-*

get Spiritum S. procedere per modum naturæ. Quia hoc tantum ibi negat, ne videatur concedere eum procedere tantum à natura, & non à voluntate, vt à proximo & formali principio. Vel per modum naturæ significat procedere ex fecunditate naturæ, vt explicat *Bouen.* at non minus Spiritus S. quam Verbum procedit ex fecunditate naturæ; ille mediâ volitione; hoc mediâ intellectione, vt proximo & formali principio communicationis.

Quarta *Capreoli in 1. dist. 9. art. 1. ad 2. cont. 1. concl. Caiet. & Ban. 1. p. q. 27. art. 4. Fer. 4. cont. gent. c. 11. & c. 19.* ideo productionem Verbi esse generationem, quia est per intellectum; non Spiritus S. quia est per voluntatem; quod autem procedit per intellectum vi suæ originis formalis procedit simile producenti, non quod procedit per voluntatem. Probat hoc *Caiet.* ex diuerso modo operandi intellectus & voluntatis; nam ille fit in actu per expressam similitudinem obiecti; hæc per inclinationem ad obiectum. Vt hoc magis explicet, notat *q. 35. art. 2.* posse genus per differentiam ad certam speciem contrahi, 1. per differentiam formalem, quæ sit intra eandem perfectionem cum genere: 2. per differentiam extrinsecam & quasi materialem, quæ sit extra perfectionem generis. 1. modo contrahitur color per album & nigrum; 2. modo contrahitur color per naturale, & artificiale.

106.  
Ratio 4.

Prob.

107.  
Expl. Caiet.

Ex his infert intellect onem quæ sumpta genericè vim habet assimilandi terminum principio intelligenti, vt intelligenti formaliter, contractam ad diuinam, vt ad differentiam intrinsecam, assimilare terminum productum principio intelligenti in eadem numero naturæ; atque aded, vt talis intellectio est, habere, vt gignat terminum similem in natura principio producenti quod est intelligens formaliter: amorem verò neque ex vi sua generica, neque specifica per se habere, vt assimilet terminum principio producenti: eo quod amor impulsio est, & amoris differentia per se tantum sunt impulsio- nis diuersificatiuæ. Quo fit vt neque ille ad perfectissimum amorem contractus, vt ad differentiam per se, sit formaliter & ex vi propriæ differentia productiuus similis, & eiusdem naturæ cum principio amante, sed infinitæ impulsio- nis Dei amanti in se ipsum. Quia verò hic amor reperitur in natura increata, ratione subiecti, quæ est differentia extrinseca, habet, vt producat terminum identificatum cum natura amanti, atque aded similem: at ad naturam generationis produci debet similis ratione differentia propriæ, alioqui non procederet similis vi suæ processionis formaliter: hinc fit vt etiam si Spiritus S. ratione differentia extrinsecæ procedat similis & consubstantialis principio producenti, non dicatur genitus, & Filius, sicut Verbum; quod ex vi intellectio- nis vt sic, & talis specificæ producitur simile & eiusdem naturæ cum producente. Amplius sic explicat *Ferrari.* intellectio ex eo, quod est expressa similitudo rei intellectæ, habet ex se aliquo modo assimilare terminum principio producenti, quod est intellectus informatus specie intelligibili: ergo perfectissima & infinita intellectio, qualis est Diuina, procedens ex infinito intellectu, & infinito intelligibili, habet infinitè assimilare terminum principio intelligenti: ergo per identitatem eiusdem naturæ cum illo; nam quânto intellectio est perfectior, tantò verbum per ipsam productum est intimius & magis vnium: Processio verò Amoris Diuini neque ex vi processionis amoris vt sic, neque ex vi processionis perfectissimi amoris habet, vt procedens habeat idem esse naturale cum producente:

108.  
inferri

109.  
Explicit.



non enim quò processio amoris est perfectior, eò per talem processionem productum est intimius producenti; sed hoc solum habet ex eo, quòd est res quòdam exiens in Deitate, in quà nihil potest esse diuersum. formales autem & intrinsecas differentias intellectiōnis & amoris non esse sumendas ex subiecto, sed ex obiecto, prob. cum tales actus primariò sint à naturà ordinati ad obiecta, inde habent, & non ex subiecto suas formales differentias, at ex vi proprii modi tendendi horum actuum ad sua obiecta sola intellectiō est per modum expressæ similitudinis rei intellectæ, quæ est proximum & formale principium intelligendi; Volitio verò tantum est ad instar cuiusdam vitalis impulsus in rem amatam: ergo etiamsi ambæ ratione subiecti, cum quo sunt coniunctæ, attingant terminum similem in naturà cum producente, non tamen ambæ sunt generatiuæ: Ruit de Trinit. disp. 6. se. 1. idèd ait, productionem Verbi esse generationem, quia explicito & formalissimo conceptu ordinatur ad personam, quæ ex suà ultimâ ratione personæ est perfectissima imago producentis; quæ si crescit infinitè, euadit substantialis intra eundem gradum imaginis. Putat Verbum per se asserre similitudinem in naturà ex eo, quòd sit perfectissima similitudo producentis.

Contra hanc Caiet. sent. 1. ex ea sequeretur, Spiritum S. vi suæ processionis formalis non esse æquè Deum ac Verbum, ac proinde vi suæ constitutionis personalis, quæ sumitur ex propriâ origine, non constitui æquè Deum formaliter, ac reliquas personas nam vi suæ processionis formalis procedit solum vt amor, qui in sent. Caiet. non est formaliter Deus, sed impulsus & affectio Dei, identicè tantum & subiectiuè Deus. Vnde vi suæ processionis formalis non esset vniuocè persona Diuina cum Patre & Filio; nam vi suæ processionis formalis non accipit eandem naturam Patris & Filij, sed proprietatem tantum naturæ. nec salua retur æqualitas, quam Diuinæ personæ seruari debent in propriâ constitutione personali, quæ sumitur ex propriâ origine, vi cuius vna ponitur procedere perfectior aliâ. Præterea falsum est, amorem non esse Deo essentialem: sed solam proprietatem, ab ipsius quasi naturâ fluentem. Contrarium enim docet S. Thom. 1. p. q. 30. art. 2. ad 2. vbi amorem ait esse coessentialem Deo. 2. hæc opinio non concludit, quòd intendit. Intendit enim similitudinem in naturà quam habere debet genitum cum generate, & concludit solam similitudinem intentionalem & in representando, quam per se tantum postulat verbum intellectuale cum obiecto intelligibili. nam de ratione Verbi, vt a bstrahit à creato & increato, solum est procedere simile obiecto intentionaliter, seu representare obiectum intelligibiliter: hoc autem dicit similitudinem naturalem, & in essendo cum obiecto, sed tantum intentionalem & in representando quæ necessaria est, vt per eam perfectè cognoscatur obiectum; scilicet omni aliâ circumscripâ, & hac tantum posita, ponitur verbum perfectè representatiuum obiecti. ergo Verbum, vt contractum ad increatum, per se non importat, nisi similitudinem intentionalem infinitam. Hoc demonstro 1. Verbum non minus procedit vt Verbum personarum & possibilem, quam Diuinæ essentialis; cum non minus procedat vt perfectissima notitia eorum: sed respectu personarum & possibilem, non importat, nisi solam similitudinem intentionalem: quia non procedit simile in essendo paternitati, aut spirationi passiuæ, vel creaturis; ( Verbum enim esset Pater, Spiritus S.

& creatura naturaliter) sed solum simile in representando, vt notia omnium, quæ sunt in mente paterna. Ergo neque respectu essentialis Verbum, vt contractum ad increatum per se importa similitudinem in natura, sed tantum in esse intelligibili. 2. Verbum ex vi contractionis ad talem differentiam Verbi, eam tantum similitudinem per se possit, quæ per se tantum facit ad perfectissimam notitiam talis obiecti: sed hæc est sola similitudo intentionalis cum obiecto intelligibili: ergo. Maior patet; nam differentia per se est illa, quæ per se tantum requiritur ad talem speciem, ex tali genere & differentia constituendam; sed ad constituendam perfectissimam speciem Verbi increati sufficit infinita similitudo intentionalis cum ipso obiecto intelligibili: sufficit enim ad comprehendenda omnia, quæ sunt in memoria secunda Patris; & tota perfectio Verbi est exprimere in act. 2. quidquid in actu 1. dicit species intelligibilis; cuius est adæquatus terminus: at ad exprimenda omnia hæc non requiritur similitudo in natura, sed sufficit intentionalis, qua tantum posita, & omnia alia sublata, ponitur Verbum adæquate expressiuum totius esse intelligibilis obiecti intellectus paterni: patet hoc respectu Diuinarum personarum, & creaturarum ad quas perfectè exprimendas sufficit sola intentionalis similitudo. Igitur quòd Verbum Diuinum procedat simile in natura cum principio intelligente, non habet formaliter ex vi propriæ differentiæ, sed tantum ex subiecto, in quo reperitur, non secus ac amor increatus.

Confir. sicut Verbi est assimilare terminum obiecto intelligibili: ita Amoris est vnire amantem obiecto amato: sed ex infinito amore non calculatur per se, nisi infinita vnio intentionalis amantis cum amato; ergo ex infinitâ notitiâ non calculatur per se, nisi infinita similitudo intentionalis Verbi cum obiecto. Aut certè si ex infinitâ notitiâ per se calculatur similitudo in naturà, etiam ex infinito amore calculabitur infinita vnitas realis: & consequenter etiam amor vi suæ processionis, vt increatus est, procederet similis in naturà cum principio volente, ac proinde vt genitus & filius.

Quinta Suarez. 11. de Trinit. cap 5 & 6. Fasoli. 1. p. q. 4. art. 2. dub. 1. soli Verbo vi suæ: processionis communicatur intellectio. quæ est propria differentia & formale constitutum naturæ Diuinæ: Spiritui S. vi suæ processionis sola communicatur volitio, quæ non constituit, sed supponit naturam constitutam, eamque consequitur vt proprietatis ipsius, at generatio est formalis communicatio naturæ, eoque tendit, vt per eam genitum accipiat essentialem constitutionem genitoris. scilicet natura Diuina cum sit essentialiter viuens vitâ perfectissimâ seu intellectuuali actuali, ipsa actualis intellectio erit formalis ratio constitutiua naturæ Diuinæ; Volitio & amor, cum sit quidam naturæ appetitus consequens intellectiōnem, atque ad eandem naturam perfectè constitutam in gradu vitæ intellectualis perfectissimæ, non potest habere rationem formalis constitutiui, sed proprietatis consequentis; eò quòd formalis ratio constitutiua naturæ est illa, quâ primò concipitur constitui in se, & essentialiter distingui ab omni alio. Quia igitur soli Verbo ex modo quo procedit, comunicatur intellectio, solum Verbum erit genitum & Filius. Et quamuis etiam Spiritui S. comunicetur intellectio, quia tamen ea non comunicatur vi suæ processionis formaliter, sed solum identicè & concomitanter, vt intrinsecè inclusa in volitione, quæ ei tantum comunicatur formaliter vi originis, non dicitur filius & gē.

110.  
Differentiam  
intell. & amoris sumi  
ex obiecto

111.  
Non multum ab hac  
ratione dicere  
erepat

112.  
Contra  
Caietanum.  
1.  
Spir. S. vi  
processionis  
non esset Deus.

113.  
Contra 2.  
Conclu. Si  
similitudo in  
sensio. tantum.

114.  
Demonstr.  
à poss.

115.  
à priori.

116.  
Confir.

117.  
Ratio 5.

118.  
Probat.

& genitus, nec eius processio generatio; quia hæc est productio per se primò ordinata ad communicandam naturam. Confir. ratio volitio actualis in Deo præsupponit rationem intellectiui: volitio enim est ad cognitum vt sic: igitur nequit eius essentia per vtramque rationem æquè primò constitui. alioqui, intellectio & volitio esset vnus simplicissimus conceptus vnus & eiusdem differentie, essentialiter constituentis naturam: ac proinde cum volitio suâ naturâ præsupponat intellectionem, idem præsupponeret seipsum; idemque simul foret prius & posterius se ipso; quod implicat.

Sed contra 1. hæc ratio falsam supponit doctrinâ de constitutio naturæ Diuinæ, quod ex Patrib. & S. Tho. supra, nō est sola intellectio, sed ipsam esse totâ latitudine essendi. 2. ex hæc sent. sequitur, quod contra præced. Spirit. S. vi suæ processionis nō esse æquè Deum, ac Filium; imò vi suæ processionis nō esse formaliter Deum, sed tantum proprietatē Dei; proinde vi suæ formalis cōstitutionis personalis nō esse vniocè personam diuinam cum reliquis; nec procedere vt æqualem cum aliâ personâ procedente; nec processionem Spirit. S. dici posse processionem Dei, quia non tendit formaliter ad communicandam Deitatem, sed tantum proprietatem Dei: processio autem denominatur talis formaliter ab eo, quod formaliter communicat. 3. sic argu. Spirit. S. vi suæ processionis formalis producit vt hypostasis Diuina: nam quidquid est terminus per se productionis, per se procedit vi productionis, hypostasis Spirit. S. est per se terminus spirationis passiuæ, cū sit ipsa spiratio passiuæ in factio esse: ergo per se vi suæ processionis producit vt subsistens in naturâ diuinâ seu accipit naturam diuinam. Omnia n. hypostasis immediatius ordinatur ad naturam, quàm ad proprietates naturæ. Sed per aduers. volitio est proprietas naturæ: ergo hypostasis Spiritus S. vi suæ processionis formalis, nō procedit, vt immediatè subsistens in volitione, sed in naturâ diuinâ, nam terminus vi suæ processionis procedit & ordine, quem per se & formaliter includit: hypostasis per se immediatè ordinatur ad naturam, & non ad proprietates naturæ sc. hypostasis est complementum substantiale naturæ, cum quâ facit vnum substantiale in ratione suppositi perfectè operatiui; ergo prius, & immediatius respicit naturam, quam proprietatem cum quâ constituit vnū quasi per accidens. Confir. ea ratione hypostasis respicit naturam, qua natura respicit hypostasis; nâ correlatiua sunt simul natura: sed natura prius & immediatius respicit hypostasis, quâ proprietates; tum in rebus creatis; ergo etiam in Diuinis, ideò in aduersarij docent, volitionem esse proprietatem naturæ diuinæ; quia ea etiam est proprietas naturæ creatæ; ergo etiam docere debent, per prius naturâ diuinam respicere suam hypostasis, quàm suas proprietates; quia etiâ natura creata prius respicit hypostasis, quàm proprietates. Tum quia natura Diuina constituit magis vnum cum hypostasi, quàm cum proprietate: sed id prius & immediatius respicitur à natura, quod constituit magis vnum cum illa; ergo.

Argu. 4. vt constat ex Ioan. Theol. latino in Conci. Floren. sess. 18. & 19. & omnib. Scholast. cū Mag. in 1. dist. 7. ad productionem Spirit. S. non solum per se concurrat voluntas, sed etiam natura, vt principium communicatiuū, nam principalis forma, qua tam Pater, quàm Pater & Filius est principium comunicatiuū ad intra, est natura Diuina, quæ tã intellectio ad gignendum Filium, quàm cum volitione ad spirandum Spiritum S. immediatè cōcurrit. Ergo vi processionis non minùs communicatur natura Spiritui

S. quàm Filio, nam id vi processionis comunicatur termino, quod est per se principium comunicationis terminus; igitur si natura Diuina est per se principium comunicationis sui respectu Spiritus S. per se vi originis illa comunicatur Spiritui S.

Ad funda. aduers. patet ex disp. de constitutio Dei. Ad confir. nego conseq. Ad prob. resp. intellectio & volitio est quidem vnus simplex conceptus, sed virtualiter diuisibilis: & ratione huius virtualis diuisibilitatis non repugnat, quin idem ratione præsupponat se ipsum; sitque se ipso prius & posterius secundum diuersas perfectiones, quas virtualiter includit, nam etiam per aduers. volitio supponit intellectionem: & rursus intellectio, vt cōprehensua est omnium attributorum, quo pacto est formale constitutum Dei, ratione supponit volitionem; quia vt sit cōprehensua volitionis, debet illam præsupponere in ratione obiecti. Igitur non implicat, vt eadem perfectio ob virtutem sui diuisibilitatē sit concepitibilis prior, & posterior secundum diuersas rationes. Sexta est aliquorum apud Ruiz. disp. 8. sect. 4. ideo Verbum esse genitum, non Spiritum S. quia Verbo vi suæ processionis immediatius comunicatur natura, quàm intellectio: cōtrâ verò Spiritui S. vi suæ processionis immediatius comunicatur amor, quo mediante deinde comunicatur natura. Sed contra: vtrique eodem modo comunicatur natura, Verbo mediante intellectio; Spiritui S. mediante amore. Etenim id comunicatur immediatius, quod est immediatior via respectu termini. Sed immediatior via respectu Verbi, & Spiritus S. est intellectio & volitio; nam Pater intelligendo gignit Verbum; & vterque amando spirant Spiritum S.

Septima est Burt. Torrez 1. p. q. 27. art. 2. Vasquez disp. 113. c. 7. & disp. 145. c. 5. allerētium, ideò solum Verbum, & non Spiritum S. esse genitū, quia solum Verbum vi suæ processionis procedit non modò simile in natura cum principio producente, vt procedit Spiritus S. sed etiâ procedit vt imago ad representandum expressa. De ratione autem filij, vt filius est, nō solum est produci simile in natura, sed etiam vt imaginem ad representandum suum principium amoris tã um est, procedere vt impulsū voluntatis in rem amatam. Confir. 1. si Spiritus S. procederet, vt imago ad representandum expressa, alicui intelligenti deberet representare: at nulli intelligenti repræsētat, non Patri aut Filio, quia neuter seipsum intelligit Spiritu S. nec vt forma, nec vt termino intellectionis; nec sibi ipsi, nisi quatenus sua intellectione essentiali intelligit se, & reliquas personas in seipso; nec alicui intellectui creato; quia qui videt tres personas, nō videt vnâ representatam in alia, sed omnes æquè primò: Verbum autem omnia intelligibilia representat Patri, non vt forma, quia Pater non intelligit naturâ sapientiâ vt forma, sed vt terminus paternæ intellectionis, ita in humanis nullus filius est, qui patrem non representet, quod adeò verum est, vt etiam id reperiatur in æquiuoca generatione muli: Et licet etiam Pater filium representet, non est tamen illius imago, quia imago est similitudo originem habēs ab eo, quem representat. Et eò magis, aut minùs aliquis dicitur filius, non quò magis, aut minùs est homo, sed quò magis, aut minùs patrem representat. Ergo perfectio filiationis non crescit ex perfectione substantiæ, sed ex perfectione similitudinis representantis & exprimentis suum principium. 2. ignis productus procedit similis in natura igni producenti; quia tamen non procedit vt imago ad illum representandum expressa, non dicitur filius; ergo licet Spiritus S. vi suæ originis procedat similis in natura principio producenti,

119. Confirmat

120. Contra 1.

121. Contra 2.

122. Contra 3.

Ratio

123. Confirm.

124. Contra 4.

125. Ad fund. aduers.

126. Ratio 6.

127. Ratio 7.

128. Confir. 1.

129. Prob. minor.

130. Confir. 2.

producenti, quia tamen vi eiusdem non procedit vt imago ad illud representandum expressa, non dicitur filius. Sed contra, cum aduersarij dicunt, de ratione filij esse, vt procedat per modum imaginis ad representandum expressa; vel intelligunt de imagine, & representatione intentionali, vel de imagine, & representatione naturali. Primum in ipso sent. dici non potest, tum quia hæc non reperitur in filio creato: at ipsi docent, hanc imaginis rationem communem esse cum genito creato. Tum quia hæc ratio imaginis non requirit unitatem in natura cum obiecto, ad quod representandum exprimitur, vt patet in verbo creato, quod est vera imago rei intellectæ, diuersæ tamen naturæ ab illa: at ratio filij essentialiter postulat unitatem saltem specificam naturæ cum principio producente. Si dicatur secundum; sequitur, quod etiam Spiritus S. vi suæ originis procedat vt filius, nam per aduers. procedere vt filium, est vi suæ originis procedere vt imaginem ad representandum naturaliter expressam; quod non est aliud, quàm productum vi suæ productionis accipere eandem naturam producētis, ratione cuius productum aptum est representare suum producentem: quia nec de ratione imaginis naturalis est, actu representare, sed tantum posse representare, nam si nullus esset intellectus creatus, adhuc equus productus esset filius & imago equi producētis; nec requiritur, vt imago sit ob peculiarem finem ab agente expressa: nam sufficit ipse finis & intentio naturæ, quæ in ipso opere producto elucet. quotiescunq; vi suæ productionis effectus procedit similis in naturam cum principio producente, quæ cõcedit Vasquez, at productum fit aptum representare suum producentem formaliter per similitudinem naturæ, quæ mediâ productione accipit à producente: seu per quod fit simile illi; sc. ratione naturæ cõmunis: Igitur si Spirit. S. vi suæ processionis formalis accipit eandem naturam producentis, vi suæ processionis est formaliter aptus ad representandum naturaliter suum producentem. Respondet Vasq. disp. 113. ca. 8. in humanis ex eo solem dici aliquem filium, quia habet eandem naturam producentis; nam in eâ solum est fundamentum relationis imaginis, in quo sufficenter saluatur ratio filij: at in Diuinis similitudo hæc sola non est sufficiens fundamentum relationis imaginis; quia hæc in Deo non resultat ex solâ identitate naturæ, sed ex illâ, & ex proprietate personali, quæ nata est representare; hæc autem est sola proprietas Verbi, per intellectum producta. Sed contra: ratio quæ constituit filium vt sic, non est ratio imaginis intentionalis, sed naturalis, quæ cõstitit in solâ participatione naturæ cum producente. Sed tam Verbum, quàm Spiritus S. vi suæ originis participat eandem naturam cum producente: ergo vterque est filius. Confir. ideò filius in humanis habet fundamentum relationis imaginis, quia participat eandem naturam producentis: quia ad rationem imaginis naturalis duo tantum requiruntur; vnitas naturæ, siue specificæ, siue numericæ, & realis distinctio producti à producente: primum vt ratio formalis representandi, sc. vnitas & cõuenientia in eadem naturam: 2. vt pura cõditio: nam ratio distinctionis est ratio diuersitatis, quæ nõ potest esse per se formalis ratio representandi, sed cõditio tantum, quæ posita, tota ratio representandi saluatur in solâ vnitate naturæ. Nec refert, quod Verbum vi suæ originis personalis procedat vt imago intentionalis ad representandum intelligibiliter expressa, quo pacto non procedit Spiritus S. quia hæc ratio imaginis impertinenter se habet ad imaginem naturalem, in quâ tantum aduersarij collocant rationem filij vt sic. Ex his patet ad

bat de representatione intentionali & actuali, non de naturali & aptitudinali, quæ sola per aduers. est de ratione filij vt sic. Patet ad prob. minoris: nam maior illa similitudo, quæ Filius habet erga Patrem, & non habet erga alios, oritur ex perfectiore participatione eiusdem naturæ gignentis; quo perfectiore modo participat etiam Spiritus S. dum vi suæ originis accipit eandem naturam producentis.

Ad 2. resp. non ideò ignem productum dicitur filium ignis producētis, quia nõ procedit vt imago potius ignis producētis, quàm alterius ignis non producētis; nam de ratione imaginis non est, vt sit similior suo principio, quàm aliis, vt cõstat de filio creato, qui sæpè est similior alteri, quàm Patri: sed ideò non dicitur filium ignis producētis, quia ratio filij non reperitur, nisi in solâ imagine perfecti viuētis.

OCTAVA Richar. Victori. l. 6. de Trin. à c. 18. Alen. 1. p. q. 42. me. 2. & 3. ar. 2. & q. 43. me. 2. Maior in 1. dist. 13. q. 1. Franc. Zuniga disp. 2. dub. 2. à me. 9. Quicquid probant, Spiritum S. non esse filium, quia non accipit naturam fecundam cum virtute illam comunicandi alteri: at hoc est de ratione Filij vt sic: 1. quia de ratione filij est procedere in similitudinem eiusdem naturæ cum producente: natura autem non dicitur quidditatem viuētis, sed principium fecundum producendi de suâ substantiâ aliud suppositum viuens. 2. De ratione filij est procedere vniocè conueniens cum principio producente, non solum in modo essendi, sed etiam in proprio modo operandi, qui est posse de propria substantiâ per principium coniunctum aliud viuens sibi simile producere.

3. Quod est de ratione filij creati, & increati, seu inferiorum omnium distributiue, est de ratione filij vt sic: sed de ratione filij creati, & increati est esse simile in natura: creatus n. essentialiter est animal genitum, cum extra naturam sentientem ratio filij creati non reperitur: sed de ratione animalis geniti est esse simile producenti in formâ substantiali ab eo acceptæ: ergo & principio intrinseco, & radicali comunicandi naturam: quia de quidditate formæ sensitivæ est esse principium radicale comunicandi naturam. De increato autem filio ex Ansel. in Monol. c. 16. quiddid de Deo prædicatur, quidditatiue prædicatur; prædicatur autem de Filio Dei virtus spiritalis; igitur hæc est de quidditate Filij Dei. Et ex probabili opin. si Spiritus S. non procederet à Filio, per locum intrinsecum sequeretur, non esse eundem numero filium, qui nunc est: ergo de ratione Filij Diuini est, vt ab eo procedat Spiritus S. ac proinde vt sit similis Patri in virtute spirandi; atque adeò in natura ipsa comunicanda. Denique similitudo cum Patre in virtute comunicandi naturam, est idem cum Filio Dei, absque actuali distinctione ex naturam rei; ergo est illi quidditatiua, quia nihil magis est essentialis, & quidditatiuum rei, quàm res ipsa tota sibi absque vllâ distinctione actuali ex naturam rei. 4. Quod est de ratione filij creati, & non dicitur imperfectionem, nec aliunde repugnat Filio increato, est de ratione filij vt sic, sed esse similem Patri in natura fecundâ ab eo accepta, est de ratione filij creati, & non dicitur imperfectionem, nec repugnat filio increato; ergo. Maior declaratur; quod non dicitur imperfectionem, & est essentialis alicui perfectioni creatæ, est etiam essentialis simili perfectioni increatæ, habenti idem nomen & rationem: vt quod est de ratione scientiæ creatæ, & non dicitur imperfectionem, est etiam essentialis scientiæ increatæ. Confir. esse similem Patri in natura fecundâ, & virtute comunicandi essentialiam ab eo acceptam, essentialiter conuenit filio creato, & non vt distincto ab increato;

130.  
Contra.

131.

De ratione  
imaginis est  
posse repræ-  
sentare.132.  
Respondet.133.  
Contra.

A priori.

134.

Ad fundam. fundam. Probatio maioris cum suâ confir. solū pro-

135.  
Ad 1. con-136.  
Ratio 3.

Prob. 1.

Minorem  
probant. dr.

gum. 1.

137.

138.

139.

140.

Confir.

in creato, alioqui nõ cõpeteret filio increato; ergo filio vt sic, cõmuni vtrique. 5. Quãdo nomẽ impo-  
 sitũ ad significandã perfectiõẽ creatã exrenditur ad  
 similitẽ increatã talis extensio fundari debet in aliqua  
 maiore conueniẽtia essentiali; ergo id, quod nomine  
 filij, vt extenso ex creato ad increatũ, importatur, est  
 essentialẽ vtrique, scil. virtus cõmunicandi naturam:  
 nam in hoc filius creatus conuenit cum increato, &  
 non cũ Spiritu S. sc. nihil est, in quo magis cõueniat  
 nisi ea virtus: cũ in reliquis equẽ cõueniat cũ vtroq;

141.  
 Probant vlt.

142.  
 Contra hanc  
 rationẽ est 1.

Ratio filij  
 in quo?

143.  
 Contra 2.

144.  
 Contra 3.

145.  
 Contra 4.

146.  
 Confir. 1.

Contra 1. posse generare extrinsecum est filio:  
 cõstat in mulo, qui filius est, & tamẽ generare non  
 potest, nec dicas, mulum generare posse remotẽ: nam  
 etli nec posset remotẽ, adhuc diceretur filius: quia  
 cum homines extederunt hoc nomen, *filius*, ad signi-  
 ficandã geniturã muli, nõ potuerunt significare  
 potentiã remotã generandi, quã ipsis dubia erat, sed  
 aliquã rationem certã, in qua mulus conuenit cũ re-  
 liquis filiis creatis. Ratio: formalis & adæquata ra-  
 tio filij saluatur per hoc tantũ, quod productum  
 repræsentet producentem per eandẽ naturã à produ-  
 cente acceptã, cui extrinsecũ & posterius est, posse  
 aliud sibi simile generare. Confir. sicut pater cõstitui-  
 tur in esse patris solã relatione genitoris ad genitũ:  
 ita filius in esse filij solã relatione geniti ad genito-  
 rem. 2. Etsi Filius Dei non esset productiuus Spi-  
 ritũs, si tamen procederet per intellectũ, vt nunc  
 procedit, adhuc esset filius. Cõtrã verò etsi Spiritus,  
 esset productiuus Verbi, si tamen procederet per vo-  
 luntatẽ, vt nũc procedit, non esset filius, sed Spiritus  
 nam filius increatus ex Aug. de Trin. 6. 2. eo est filius quo  
 Verbum, & eo Verbum, quo Filius: sed si filius nõ produ-  
 ceret Spiritum, modò procederet per intellectũ, vti  
 nunc procedit, esset Verbum: est in. Verbum forma-  
 liter per productionẽ intellectũs: vnde si Pater prius  
 origine per voluntatem produceret Spiritum, quam  
 per intellectũ simul cum Spiritu produceret Verbũ,  
 nec Spiritus esset filius, esto foret Verbi productiuus:  
 nec Verbum delineret esse Filius, cum nõ delineret  
 esse Verbum, esto Spiritus productiuum non esset.

3. Similitudo in proprio modo operãdi Patris, vt  
 Patris formaliter, non est de quidditate formali Filij  
 Dei: nam proprius modus operãdi Patris, vt Patris  
 formaliter, est generare per intellectũ, quem modum  
 operãdi nõ communicat filio: ergo nec similitudo  
 in operãdi modo eiusdẽ vt Spiratoris: nã sicut filius  
 dicit solã relationem ad patrem, vt patrem forma-  
 liter: ita si similitudo in proprio modo comunicãdi  
 naturã esset de ratione filij, vt filius est, deberet etiã  
 ea, quẽ est propria Patris vt Patris formaliter, esse de  
 ratione filij: at hæc necessaria non est; igitur nec illa,  
 quã non est propria Patris, vt Patris formaliter, quẽ  
 filius debet repræsentare: illũ sc. à quo proximẽ for-  
 maliter producitur, virtute generatiua, nõ spiratiua.

4. Adhuc esset Pater per vim generãdi, etsi non  
 spiraret, ergo esset Filius, etsi nõ produceret Spiritũ.  
 nam implicat, esse Patrem absque Filio: sed sublatã  
 virtute spiratiuã à Patre, adhuc maneret Pater, atque  
 adẽo cum filio, & non cum virtute producendi Spi-  
 ritum: quia sublatã virtute spiratiuã à Patre, tollere-  
 tur etiã à Filio, cum sit vna indiuisibilis in vtroque.  
 Igitur Filius Dei non est formaliter filius per virtu-  
 tem producendi Spiritũ. Confir. 1. Paternitas con-  
 stituit formaliter personam Patris, quã realiter di-  
 stinguit a persona filij: spiratio verò actiua nec con-  
 stituit personam Patris, nec illam à Filio distinguit:  
 ergo sublatã virtute spirãdi à Patre, & consequen-  
 ter à Filio, non tolleretur per locum intrinsecũ, per-  
 sona Patris, ac proinde nec filij, quia constitutũ for-  
 maliter pender à solo constitutiuo formali & à pro-  
 prio termino per se; & hic est sola filiatio, Paternita-  
 ti formaliter opposita; cum spiratio actiua sit cõmu-

nis vtrique. 2. Tam Patres in Conc. Flot. dũm con-  
 tra G. æcos contendunt, Spiritum etiã à Filio pro-  
 cedere, quã Scholastici, cũ disputãt, num Spiri-  
 tus distingueretur à Filio, si ab illo nõ produceretur,  
 supponunt, manere Patrem, ac proinde Filium, esto  
 Spiritus à Filio non produceretur, licet variatã per-  
 sonã solã proprietate spirãdi, quã est extra personã  
 Patris ac Filij vt sic. 5. Si esset aliquid viuẽs crea-  
 tum, quod vnicã generatione adæquatẽ comunicã-  
 ret totã suã virtutem generatiuã, hic esset verus  
 & proprius Pater; ergo per ordinem ad propriũ fi-  
 lium: at talis filius non esset comunicatiuus naturã.

6. Ex eo formaliter viuẽs creatum est filius, quo  
 procedit simile generanti in essentia: ergo ex eo for-  
 maliter viuẽs increatum est filius, quo procedit si-  
 mile producenti in essentia: ergo non in natura scẽ-  
 cunda. Negant consequ. nam essentia viuẽtis creati,  
 quouis alio præciso, seipsã est radicale principiũ cõ-  
 iunctũ producendi aliud viuẽs: quã Deitas præ-  
 cisẽ sumpta nõ est, nisi determinata aliquã relatione:  
 Quare viuẽs increatũ necesse est, vt procedat simile  
 in essentia determinata relatione. Sed contra; sicut  
 per aduers. viuẽs creatum procedẽs simile in essen-  
 tia principio producenti, licet sit proximẽ impotens  
 ad comunicandã naturã alteri defectu principij  
 proximi, vt mulus; adhuc dicitur verus filius: ita Spi-  
 ritus procedẽs similis in essentia principio spirãti, licet  
 impotens ad comunicandã naturã alteri personã,  
 defectu termini producibilis, diceretur verus filius.

Ad 1. arg. nego min. ad prob. dico, conceptum na-  
 turã viuẽtis saluari per principiũ scẽcundum vita-  
 liũ oper. intra se. Ad 2. etiã proprius modus ope-  
 randi viuẽtis est esse principium vitalium oper. vitæ  
 sentientis, aut intelligentis, in quo satis est, vt filius  
 procedat similis genitori. Ad 3. de ratione anima-  
 lis geniti est esse simile generanti in forma accepta  
 quoad essentialia: principium radicale comunicandi  
 naturã non est essentialẽ animalis; sed principiũ ra-  
 dicale vitaliũ oper. intra se, vt in phænice. De Filio  
 increato prædicatur virtus spiratiua, quã Filius est,  
 nego; quã Spirator est, concedo. Et eo casu licet non  
 esset idem numero Filius, qui nunc, adhuc tamen es-  
 set Filius: sola enim numerica variatio non tollit ra-  
 tionem filij, quã saluari potest in alio numero filio.

Item vis spiratiua est quidditatiua Filio Dei, non  
 quã Filius est, sed quã persona Diuina est prior ori-  
 gine per voluntatem; alioqui eadem non posset esse  
 quidditatiua Patri; quia quod est proprium vnus  
 personæ, vt talis, non potest esse proprium alterius,  
 vt distinctæ ab aliis personis. Ad 4. arg. nego minor.

Ratio igitur hæc est: Ideò processio Verbi, noui  
 Spiritus S. est generatio, quia de ratione generatio-  
 nis perfecti viuẽtis est, vt per eã terminus productus  
 procedat adæquatẽ similis principio producenti, & t  
 sola persona Verbi vi sua originis procedat adæquatẽ  
 similis principio producenti. Maior est Arist. 2. de ani-  
 text. 34. & 49. & 7. Metaph. 6. 8. vbi docet generationẽ  
 viuẽtis esse opus naturalissimũ, quo producẽs intendit  
 facere aliud, quãle ipsa salte specie. Est S. Tho. 1. p. q. 27.  
 art. 2. vbi ad generationẽ viuẽtis requirit adæquatã  
 similitudinem termini procedentis cũ principio pro-  
 ducente; ideoq; docet, vermes, qui generantur in ani-  
 malibus non esse genitos & filios; quia licet procedãt  
 similes in ratione genericã, nõ tamen in spec. ficã cũ  
 eodem principio producẽte. Gabriel in 1. dist. 13. art.  
 1. Generatio, inquit, strictẽ sumpta est productio, qua viuẽs  
 ratione sua productionẽ præcisẽ producitur vt totaliter simi-  
 le. & eiusdem rationis cum producto, quãsum ad omnia, ex-  
 cepta sola productione. Eamd. indicat S. Tho. 1. p. qu. 27. a.

4. Ratio: generatio est productio à natura ordinatã  
 ad propagationẽ generãtis. Vnde quod perfectiũs ge-  
 nerans se comunicat genito, eò perfectiũs se propa-

147. Confir. 2.  
 148. Contra 5.  
 149. Contra 6.  
 150. Neg. 2. colla-  
 151. Confir.  
 152. Ad 1. prob.  
 153.  
 154.  
 155.  
 156.  
 157. Ad 3.  
 158. Ratio prob.  
 Minor: hoc  
 cardo.  
 A prior

gat in genito. quia intentio generatis est, quoad omnia, quātū fieri potest, seipſam cōseruare, ac viuere in genito: ergo quod perfectiūs generās se cōmunicat genito. eō perfectiūshāc naturæ propensionem adæquat. Pro mi. prob. supp. 1. adæquatū principiu Verbi & Amoris in diuinis non esse tantū naturam, sed Verbi esse intellectum proximē constitutū per obiectum intelligibile, vt per proximū & formale specificatiuum; Amoris vesō esse volūtatē Patris & Filij proximē constitutā per obiectū volibile, vt per formale specificatiuū. Sunt enim hęc principia vitalia, quæ ad operandū proximē constituūt per obiecta, vt per formas vltimō specificantes & cōplentes principia operatiua. Vnde pro diuersitate obiectōrū diuersarum fiunt operationū productiua. Ratio; illa essentialiter ordinatur ad obiecta in se ipsis exprimenda, vel diligenda: quod non possunt, nisi illa in seipsis præhabeant. Quō fit, vt natura cū his potentiis concurrat, vt principium quasi genericum, obiectū vt forma specifica distinctiua operationis vnus ab alterius.

2. Hęc obiecta, quæ veluti formæ specificæ constituunt intellectum & volūtatē diuinā, non esse extrinsecos terminos distinctos ab intellectu & voluntate Dei, vt sūt in nouis, in quibus obiecta distinguuntur à potentiis; sed esse intrinsecas perfectiones à parte rei identificatas cū intellectu & voluntate diuina; & hoc per se, quia per se in Deo intellectus & intelligibile, appetitus & appetibile sunt idē, teste *Philos. 12. metap.* Vnde eadem Deitas est quasi subiectum intellectus & voluntatis diuinæ, cum vnoquoq; concurrentes vt cōmune principium cōmunicatiuum ad productionem Verbi & Spiritus, & simul obiectum vltimō cōstituens: tum intellectum, vt species intelligibilis sui, personarum, & possibilium; tum voluntatem vt obiectum appetibile sui, personarū, & possibilium.

3. In his potentiis vltimō per obiecta ad operandum constitutis duplex consideranda perfectio, vtique essentialis, & per se ad operandum requisita: altera quasi generica naturæ cum vtroq; principio intellectiui sc. & volitiui immediatē & naturaliter concurrentis; altera quasi specifica & differentialis ipsius obiecti, cum vtroq; etiā principio intentionaliter cōcurrentis. Nam sicut vnumquodq; principium per se cōstat ex natura vt ex ratione generica, & ex obiecto vt specifica & propria: ita duplicē in se continet perfectionem, naturalem naturæ, & intentionalem obiectōrū. nam sicut naturæ est, se communicare naturaliter, ita obiecti se communicare intentionaliter; quia obiectum vt obiectum formaliter nō postulat esse in termino productō secundū esse naturale, sed tantū intentionale. Prob. minor: Verbum diuinum non solum procedit simile naturaliter principio remoto, & quasi generico naturæ; sed etiam intentionaliter principio proximo & quasi specifico obiecti intelligibilis; quia non solum procedit consubstantialiter principio producenti, sed etiam expressiuum, & declaratiuū obiecti intelligibilis, à quo vt à forma specifica & vltima essentialiter constitutiua ipsius principij producentis exprimitur (Est enim verbum ex vi suæ formalis originis similitudo obiecti intelligibilis ad ipsū intentionaliter representandum expressa) Spiritus vero licet vi suæ originis procedat naturaliter similis principio remoto & quasi generico naturæ, quia vi suæ formalis originis non minus quā Verbum procedit consubstantialiter principio spiranti; quia procedit vt Amor increatus; non tamen similis intentionaliter obiecto intelligibili, à quo vt ab vltima, & specifica forma essentialiter constitutiua principij spirantis procedit, quia non vt intellectualis imago ad suum principium intentionaliter representandum expressa, sed vt vitalis impulsus ad obiectum diligendum pro-

ductus. Ratio: intellectus fit proximē fecundus ad operandum per speciem intelligibilem obiecti, quæ essentialiter ordinatur ad gignendum verbum, vt intentionalem imaginem obiecti; mediā quā intellectus fit ipsum intelligibile in actō iuxta illud *Philos. Anima intelligendo fit omnia.* Voluntas vero fit proximē operatiua per expressam notitiā obiecti intelligibilis, quæ cum sit ipsa formalis similitudo obiecti, non ordinatur ad aliam formalem similitudinem exprimendam, sed ad inclinandum duntaxat appetitum ad obiectū diligendum iam cognitum, & expellum, at generatio est, quā productum procedit adæquatē simile producenti, in ratione etiam specificā (ideō enim productio vermī non est generatio) Adæquata autem similitudo in his principijs vitalibus non est sumenda penes naturā tantū, quia hęc est solum principiu cōmune, æqualiter concurrentes cum vtraque potentia; sed etiam penes obiecta, quæ sunt vltimæ formæ specificæ constituentes, & distinguētes huiusmodi principia quæ vitalia sūt formaliter. Ergo sola productio Verbi, non Spiritus est generatio, quia solum Verbum procedit adæquatē simile principio producenti, in ratione generica naturæ & specificā obiecti; similitudine naturali essentialiter requisita ad generationem viuētis vt sic, & similitudine intelligibili propria generationis viuētis intellectualis. *Confir. 1.* Filius debet procedere vt imago expressiua omnium, quæ essentialiter constituunt principium, à quo ipsa procedit: Verbum solum procedit vt imago expressiua omnium, quæ essentialiter constituunt principiu, à quo procedit; nam tam in principio intellectiui, quā volitiui duo sunt per se primō constituentia; natura & obiectum: Verbum solum vi suæ originis procedit & vt imago naturalis ad representandam naturam, & vt imago intentionalis ad exprimendum obiectū intelligibile: Spiritus vi suæ originis solum procedit vt imago naturalis ad representandā naturam principij spirantis, non obiectum diligibile, quod est formale constitutiuum principij spirantis. Etenim in amore non cognoscitur obiectum amatum, sicut in Verbo obiectum intelligibile, quia amor non est intellectualis expressio obiecti, sicut est verbum vi suā, etiam si obiecti naturam in se ipso formaliter non contineat.

*Confir. 2.* Generatio continere debet perfectam similitudinem gignentis: at sola productio Verbi cōtinet perfectā similitudinem Patris gignentis, sc. naturalem, & intentionalem; nam hęc per se spectat ad vltimum & specificū cōplementum generationis intellectualis vt sic, imō inter omnes generationes perfectissimā esse intellectualē; nomenq; ipsius generationis per prius dici de generatione intellectuali, quā materiali docet *Aureol. in 1. dist. 9. p. 1. a. 2. c. 1.* cū in Deo non solum sit generatio intellectualis quoad similitudinē intentionalē, quæ sola non sufficeret, vt constat in creatis; sed etiam quoad naturalē, quæ simul cū intentionali cōstituit perfectam generationem viuētis intellectualis. Hanc rationem attingit *S. Tho. 1. p. q. 27. art. 2. & 4. con. gen. c. 11. in Deo conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem naturā existēs cum ipso sicut Deo dicente: Quibus similitudinem expressit, intentionalem & naturalem ad intellectualem filiū essentialiter requisitam, indicat *Scotus quodl. 8. fine;* filium ex vi suæ processionis esse notitiā actualem declaratiuam omnis obiecti intelligibilis, quod in memoriā Patris continetur, repetit in *1. dist. 10. §. contra idem, & dist. 2. q. 7. innuit Aureol. in 1. dist. 27. p. 2. art. 3. §. restat.* quod in Diuinis filius sit intellectualis, de ratione ipsius esse, vt procedat vt notitia declaratiua Patris manifestās ea, quæ quasi latebāt in memoriā fecunda ipsius; ac per hoc distingui à Spiritu S. qui etiam procedat per omnia similis Patri & Filio in naturalibus.*

159.  
Supp. 1.160.  
Supp. 2.161.  
Supp. 3.162.  
Sola persona  
verbi vi  
originis pro-  
cedit adæ-  
quatē simili  
producenti.163.  
Discriminatio  
ratio à  
priori.164.  
Confir. 1.165.  
Confir. 2.166.  
11a. Scola.

167.  
Scriptura.

168.  
August.

Anselmus.

Nazianz.

Athanas.

Cyrl. Alex.

Basilus.

169.  
Obije. 1.

Resp.

170.  
Obije. 2.

Resp.

sentandū suum principiū, sed vt amorosus impulsus non dicitur filius. Eadem constat ex S. Scripturā, quæ Filium appellat imaginem, ad Coloss. 1. 2. ad Cor. 4. eiusque processionem vocat sinceram emanationem claritatis omnipotentis Dei, Sap. 7. Eandem docent Aug. 7. de Trinit. c. 2. *Eo Filius, quo Verbum, & eo Verbum, quo Filius.* At verbum intellectualē reduplicat imaginem. Ansel. in c. 53. *Sicut verbum mox vt consideretur, se prolem esse eius, à quo procedit euidē: istemē probat, promptā referendo parentis imaginem: sic amor aperit se prole negat, quia dum à Patre & Filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti eius, ex quo est, similitudinē.* Vbi manifestē loquitur de similitudine intentionalis; nam hāc vt propriā vi suæ originis habet Verbum, quam statim exhibet Patri cōtemplanti. Nazianz. *Orat. 4. de Theol. Breuis, inquit, & compendiosa, facilisq; paternæ naturæ declaratio est Filius.* Declarat autē Filius æterni Patris naturā, intelligibiliter illā representando; Spirit. S. per identitatē naturæ naturaliter declarat Patris Filijq; naturā. Athanas. *ser. de Deo para, docet Filium esse characterē, & speciē substantiæ Patris, Per quam ipse Pater exprimitur, & representatur. Vt enim annulo signatoris species aliqua effiguratur, quam nos imagine expressā & sigillum appellamus, si nihil deficit ab exemplari suo: ita quoq; Filius &c.* Cyrill. *lib. 3. Thesaur. c. 1. Quemadmodum si qui depictā Regis imaginē videret & miratus pulchritudinē imaginis, ipsum regē videre desideraret, iure vtq; imago ad eum diceret: qui me videt, Regem videt: Ego & Rex vnū sumus, quantum ad exactā similitudinē ego in Rege, & Rex in me est, sic & Filius &c.* Basil. *epist. 43. ad Greg. Nyssen.* docet, Patris hypostasin in ipsa Filij hypostasi cognosci. quod est proprium intellectualis imaginis. *Obije. 1. de ratione Filij Dei non est, vt procedat similis cum Patre in principio cōmunicandi naturā: ergo nec vt procedat similis in obiecto intelligibili, quia non minū de ratione Patris Diuini est cōmunicare suam naturam, quam esse similē obiecto intelligibili: ergo si de ratione Filij non est, vt procedat similis in vno, nec de ratione eius erit, vt procedat similis in altero.* Resp. neg. conseq. nam de ratione Filij increati, non est, vt procedat similis in notionalibus, sed tantum in essentialibus cum principio producente. Cōmunicare autem naturā proximē cōuenit Patri notionaliter, proximē ratione relationis; nō essentialiter: esse verō simile obiecto intelligibili cōuenit Patri, nō notionaliter, sed ratione intellectiois essentialis. Maior prob. alioqui de ratione Filij increati esset procedere similē Patri in Paternitate. Nec refert, quod Pater habeat alium modū comunicandi naturam per spirationē Filio cōmunicabilem; quia hunc nō habet vt Pater, sed vt Spirator; cum tamē vt Patri formaliter respondere debeat Filius. Ratio: notionalia sunt propria, & indiuidualia personæ, quæ ex vi processionis nō cōmunicantur naturaliter, essentialia sunt cōmunia; similitudo autē inter genitū & genitorē non spectatur penes indiuidualia & propria, sed penes essentialia & cōmunia. *Obije. 2.* Intelligibile non cōstituit essentialiter intellectiū Dei, ergo Verbum Diuinum procedens simile intelligibili, non procedit simile producētī quoad essentialia. Antec. prob. intelligibile, nō solum est essentiā Diuinā, sed etiā creaturæ possibile; sed hæc non constituunt essentialiter intellectū Dei: implicat enim creatū essentialiter constituere increatū. Resp. neg. antec. Ad prob. dist. maior. creaturæ possibile sunt intelligibile Diuini intellectūs, quoad esse naturale earū; nego: Quoad esse intentionale; concedo. Sed vt sic non constituunt essentialiter intellectiū Dei, nego minor. Quia vt sic, creaturæ sunt ipsa creatrix essentia, vt species & intelligibilis similitudo earū. Vnde sicut Deus est essentialiter species creaturarū, ita in ra-

tionē intellectiui constituitur per aliquid sibi essentialē. Ergo Verbum procedens simile Deo in obiecto intelligibili creaturarū, procedit simile quoad aliquid essentialē principio producenti. *Obije. 3.* Obiectū intelligibile non est formaliter viuens, ergo nō potest esse proximū principiū specificū generationis, quia generatio debet esse à principio proximo viuēte. Antec. prob. obiectū vt obiectū extrinsecum est intelligenti: principiū autē viuens debet esse intrinsecū viuenti. Concedo antec. de intelligibili extrinsecō, nego de intrinsecō, qualis est essentia angeli intelligentis. Deo autē intelligenti nullū obiectum, neque creatū, neque increatū extrinsecū est. Nā ipsæ creaturæ possibile intrinsecæ sunt Deo intelligenti in ratione obiecti intelligibilis per earū intelligibile similitudinē est. n. Deus teste S. Tho. intelligibilis similitudo rerū omniū. *Obije. 4.* Etiam Spirit. S. vi suæ processionis procedit similis producenti, vtrāque similitudine naturali, & intēionali, quia vi suæ processionis accipit naturā Diuinā, cū quā est vtrāque similitudo essentialiter coniuncta. Resp. neg. antec. quia vt rectē notat Caiet. 1. p. q. 35. a. 1. vt terminus vi suæ originis procedat similis producenti, nō sufficit, vt quomodocunque origo terminetur ad simile, sed necesse est, vt terminetur ad simile formaliter & per se. Processio autē Spiritūs S. non est ad simile intentionaliter formaliter & per se, sed cōcomitanter ob concomitantia cum amore, ad quem per se tantum ea origo terminatur. *Obije. 5.* Similitudo est principiū amoris: ergo si Spirit. S. procedit vt Amor, procedit vt similis per se. Resp. similitudo est principiū amoris, in quantum mouet appetitū vt bonū: bonū autem & finis non est principium producendi simile, sed tantum inclinandi ad simile. At in verbo similitudo est principiū producendi simile, quia est principū producendi verbum, quod est ipsa expressa similitudo obiecti. Leg. S. Th. 1. p. q. 27. a. 4. ad 2. Instabis; Spirit. S. procedit vt terminus perfectissimi amoris amicitia: De ratione cuius est vel facere, vel saltem supponere simile in natura. ergo vi suæ processionis formaliter procedit vt similis in naturā cum principio producente. Resp. 1. de ratione amoris esse facere, vel supponere similitudinē inter ipsos amantes. Amantes autē in Diuinis sunt Pater & Filius, ex quorū mutuo amore procedit Spirit. S. vt terminus talis amoris. Vnde ex allato arg. solum sequitur, similitudinē tantum debere esse inter Patrē & Filium sese mutuo diligentes. 2. dico, Spiritui sancto cōmunicari similitudinē ei proportionatā, quæ est sola similitudo in naturā. *Obije. 6.* Volūtas vi suā habet vnire se obiecto amato. ergo infinita voluntas infinito modo se vniet amato: sed infinita vnio calculat perfectā identitatē amātis cum amato. ergo Spirit. vi suæ originis procedit plus quam similis obiecto amabili, cum procedat vt idem cum illo. Resp. ex hoc tantum calculari infinitā vnionem affectiua, non naturalē cum obiecto amabili, quæ ad generationē non sufficit; cū n. neque sit per similitudinē naturæ, neque per expressionē obiecti, sed tantum per infinita inclinationē ad illud. Instabis. Spirit. S. procedit vt vitalis inclinatio ad obiectū: Sed hæc est quædam obiectiua similitudo: ergo vi suæ originis procedit vt similis obiecto. Resp. neg. minor. nā obiectiua similitudo sufficiens ad representandū intelligibiliter obiectū, & essentialiter requisita ad generationē intellectualem est illa, in quā exprimitur intēionaliter obiectum, qualis nō est amor, in quo nullo modo exprimitur obiectum, cum nō sit ratio cognoscendi, sed tantum inclinandi ad obiectū, sc. vt de ratione geniti, vt sic est, representare genitorē; ita de ratione geniti intellectualis est representare intēionaliter genitorē: at sola similitudo representat

171.  
Obije. 3.

172.  
Obije. 4.

Resp.

173.  
Obije. 5.

Resp.

174.  
Instab.

Resp.

Obije. 6.

Resp.

Quod talis similitudo requiratur ad generationem intellectualem constat.

rat intelligibiliter genitorem, quæ est ratio cognoscendi genitorem, & in qua genitor intentionaliter exprimitur. Talis autem similitudo nõ est amor, qui nec est ratio cognoscendi obiectum amabile, nec in ipso exprimitur natura obiecti amabilis. *Obiicies 7.*

Omne agens producit sibi simile in forma, per quæ agit: ergo voluntas Diuina producit sibi simile. *Negat. Ferrar 4. con. gen. c. 19. §. huius euid. de similitudine secundum cõuenientiam; secundum proportionem concedit antec. At hæc non sat est ad generationem, quæ requirit conuenientiam specificã formæ; quæ in principis vitalibus sumenda est ex obiecto. Obiicies 8.*

Productio Spiritus S. habet quidquid est formale in generatione humana; quia non aliunde Patres Diuinam generationem colligunt, quàm ex humana; & humana est tantum via ad cõmunicandam naturam producto: hoc totum habet productio Spiritus S. ergo. *Nego antec. quamuis id concedat. Aliat. nam quod est formale in generatione humana, est adæquata similitudo producti cum producente, quam adæquationem non habet Spiritus S. productio. Quia licet conueniat cum generatione humana in communicatione naturæ, non tamen conuenit in adæquata similitudine principij producentis. Ratio productiui hominis adæquatè constituitur per principium sensitium rationale, cuius adæquata similitudo reperitur in producto, ne hominis: productiui verò Spiritus S. adæquatè constituitur per principium volitiuum, quod præter naturam Diuinam includit pro vltimo constitutiuo obiectum volibile, à quo vt à principio specifico procedit illa; qui quia vi suæ originis non procedit similis obiecto volibili, quod est vltimum & specificum constitutiuum principij spirantis; non procedit adæquatè similis principio producenti. Sicut vermis procedens à verme est filius vermis producentis; procedens ab homine non est filius hominis producentis, etiamsi procedat in eadem natura specifica vermis, in qua procedebat ab alio verme; idque ex eo tantum, quia in prima productione procedit adæquatè similis principio producenti, non in secundã. Obiicies 9.*

Spiritus S. vi suæ processionis comunicatur totum principium productiui; ergo vi suæ processionis procedit adæquatè similis principio producenti. Antec. prob. id principium est volitiuum, constitutum ex voluntate & obiecto volibili: sed hoc totum comunicatur: ergo. *Resp. dist. antec. comunicatur totum principium, subiectiuè, nego; terminatiuè, concedo. Etenim duo includit principium volitiuum, vnum subiectiuè, & est voluntas Diuina, alterum terminatiuè, & est obiectum volibile. Verum hæc terminatiua cõmunicatio obiecti nõ sat est ad generationem, vi cuius debet cõmunicari producto subiectiuè, quidquid est in principio producente, quia in ipso genito debet exprimi totum principium productiui: cum finis generationis sit, vt totum generans conferretur in genito: ergo debet illi intrinsecè & subiectiuè, & non tantum extrinsecè & terminatiuè totum principium cõmunicari. Quam veritatem non obscure significauit S. Basiliius orat. 16. in illud 10a. 1. In principio erat Verbum: Cur Verbum? quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem. Et Cyril. lib 7. Thesauri c. 7. Si Verbum, Dei appellatum est secundum Eunomium, non quia secundum naturam ex Patre sit, & genitoris essentiam in seipso demonstrat, &c. Damasc. orat. 1. de imagin. Imago Dei inuisibilis est ipse filius, qui in seipso Patrem gerit. D I C E S. Sufficit, vt eo modo obiectum cõmunicetur termino, quo continetur in principio; at in principio volitiuo obiectum continetur tantum terminatiuè; ergo sufficit, si hoc etiam modo cõmunicetur termino producto,*

vt dicatur genitus. *Nego maior, nam principium productiui producto comunicari debet, vt ratio essentialis generationis postulat. Cum enim natura generationis sumpta sit ex generatione creatã, ex quã extensum est nomen ad increatã; & in creatã semper principium generatiuum comunicatur genito totum subiectiuè; illud principium dicendum est generatiuum in Diuinis, quod cõmunicat se totum producto subiectiuè, non quod terminatiuè; sc. quod seruat eandem formam comunicãdi se termino producto, quam seruat principium generatiuum creatum, ex quo translata est ratio generationis ad Diuina. Obiicies 10.*

In definitione generationis sola mentio fit similitudinis naturæ; ergo hæc tantum requiritur: sed hæc reperitur in processione Spiritus S. ergo in eã reperitur, quod est formale in generatione. *Resp. mentionem fieri implicite etiam de similitudine intentionali, quãdo illa est essentialis principio producenti, vt increato, quod essentialiter constituitur ex naturã & obiecto intelligibili; quia eius similitudinis fit mentio, quæ est adæquata principio producenti; sc. quæ adæquat totam similitudinem essentialem principij producentis; cuiusmodi non est similitudo, secundum quam procedit Spiritus S. qui vi suæ originis solum procedit similis naturæ, nõ obiecto volito, quia non procedit vt similitudo obiecti amati, sed inclinatio tantum ad illud. Confir. ita se habet natura intellectualis ad obiectum intelligibile in principio generatiuo intelligente, sicut natura generica ad gradum specificum in principio generatiuo materiali: sed sola similitudo in gradu generico non sufficit ad generationem viuẽtis purè intellectualis; sufficit ad generationem viuẽtis purè intellectualis. Obiicies 11.*

Ea tantum similitudo est de ratione generationis, cuius terminus est capax, & principium comunicare potest. Sed amor increatus non est capax similitudinis intentionalis; nec eam comunicare potest principium spiratiuum. *Resp. nego maior. alioqui vermis, qui nõ est capax nisi similitudinis generica, nec maiorem potest ab homine recipere, esset filius hominis producentis. Similitudo igitur ad generationem requisita spectãda nõ est ex capacitate termini, vel principij, sed ex propria essentiã, quæ postulat, vt sit adæquata principio producẽti quoad essentialia. Ex eo igitur, quod nec amor increatus vi suæ originis sit capax similitudinis intentionalis obiecti amabilis, nec principium volitiuum eam cõmunicare, non sequitur Spiritum S. esse Filium, sed potius non posse esse filium; eo quod vi suæ originis nequit procedere adæquatè similis principio producenti quoad essentialia.*

*Obiicies 12.* Productio muli est vera generatio: sed per illam terminus non procedit similis producenti: ergo de ratione generationis non est, vt per eam genitum procedat perfectè simile gignenti. *Resp. productionem muli deficere à perfectã generatione viuẽtis, vt cit. loco Metaph. indicat Arist. Verum quã parte mulus procedit aliquo modo similis non solum principio generico, quia hoc nõ sufficit, vt constat in verme, sed etiam specifico, dicitur aliquo modo genitus & filius. Mulus enim etsi non procedat in perfectam similitudinem naturæ specificæ cum equo & asinã, à quibus gignitur, cum non possit procedere in duplici naturã specificã; procedit tamen similis vtrique per differentiam, quæ multum participat de proprietatibus vtriusque parentis, vt constat ex extrinsecã figurã. At verò Spiritus sanctus nullo modo vi suæ originis procedit similis similitudine specificã, sumpta ex obiecto cum principio spirante: & hoc idè, quia obiectum diligibile, quod proximè constituit voluntatem ad operandum*

177.  
Obiic. 7.  
Resp.

178.  
Obiic. 8.

Resp.

179.  
Obiic. 9.

Resp.

Ratio.

180.  
Dices.

Resp.

181.  
Obiic. 10.

Resp.

Adæquanda  
101a simili.  
suis affectis.

182.  
Obiic. 11.

Resp.

183.  
Obiic. 12.

Resp.

randum, nullo pacto ordinatur ad producendum simile. At verò principium generatiuum equi & asinæ per se ordinatur ad gignendum simile in naturâ specificâ; per accidens autem ratione missionis diuersorum seminum deficit à perfectâ similitudine naturæ specificæ.

184. *Corollaria doctrina.*  
 185.  
 186.  
 Infero 1. Spiritum S. vi suæ originis procedere similem in naturâ cum principio producente, non tamen esse genitum; quia ad genitum intellectuale requiritur similitudo intelligibilis, quæ est propria naturæ intellectualis vt sic. 2. vi suæ originis procedere vt Deum formaliter, & non tantum identicè, quia procedit vt Amor increatus, qui non minus quàm intellectio cõstituit essentialiter Deum. 3. Si per impossibile in Diuinis non esset Verbum, adhuc processio Spiritus non esset generatio: quia neque tunc vi suæ originis procederet similis intentionaliter principio producenti, sed tantum naturaliter, vt procedit nunc.

187. *Ad rat. dub.*  
 Ad rationem dub. constat ex dictis. Nego enim definitionem generationis conuenire processioni Spiritus sancti, quia vi suæ originis non procedit in similitudinem adæquatam cum principio spirante (ita intellige, rō in similitudinem naturæ) seu non procedit in similitudinem obiecti diligibilis, quod est proximum principium constituens voluntatem Diuinam potentem ad spirandum. Conuenit autem processioni Verbi, quia hoc non solum procedit in similitudinem naturæ, sed etiam obiecti intelligibilis, quod est proximum principium constituens intellectum Diuinum ad producendum.

188. *Argumentum 1. à Recent. in-feratium.*  
 189. *Ab sit impi- gnanti libi- do ab eo, que veritati pri- ma stridat.*  
 189. *Ab sit impi- gnanti libi- do ab eo, que veritati pri- ma stridat.*  
 Argumēta Recent. cōtra rationem. obiciunt 1. (quæ extra formam præter modestiam, contra notam veritatē, refutatione non sunt digna. Sed se ipsa destrunt.) Mulus est filius equi & asinæ, & tamen nō procedit illis adæquatè similis: ergo falsa est suppositio, quod de ratione generationis viuētis, sit adæquata similitudo termini producti cum producente. si idē mulus esset filius, quia in multis procedit similis suis principijs: etiam Spiritus S. in multis procedit similis Patri, & quidem longè perfectiori similitudine, quàm mulus equo & asinæ, quia procedit similis in eadem numero naturâ, & hinc redarguitur quod *supra*; idēd vermes non esse filios hominis, quia non sunt ei adæquatè similes; sufficeret, enim vt in multis sint ei similes, esto non sint eiusdem speciei cum ipso. 2. Nihil est dicere, intellectum proximè potentem ad operandum consistui per obiectum, vt per formam vltimò specificantem: nam licet intellectus ad operandum compleatur per suam virtutem, & obiectum, aut eius speciem, vt per duò principia inadæquata, non tamen vnum magis specificat. quàm alterum; neque obiectum debet esse in intellectu vt forma. 3. Falsum est, obiectum Diuini intellectus esse tantum Dei essentialiam, & non etiam creaturas, quas dearticulate cognoscit, secundum proprium earum esse. Ex quo sequitur, creaturas complere æternum Patrem proximè potentem ad producendum Verbum, illisque esse adæquatè simile, imò ab illis etiam procedere Filium, quod est erroneum. Præterea ipsum Verbum, & Spiritum S. vt obiectum complere Patrem in ratione potentis ad gignendum Filium, adeoque vtrumque esse principium Filij, quod est hæreticum; & Verbum esse vtrique simile quod est falsū. 4. Ex impropria & allegorica similitudine, quæ dicitur intellectus fieri obiectum ipsum, quod intelligit, non est inferenda rigorosa & physica similitudo in naturâ, quæ ad physicam filiationem requiritur. 5. Verbum non accipit à patre virtutem gignendi: ergo non procedit illi adæquatè simile. Nec

satisfit, dicendo. Filium non debere procedere similem in notionalibus, sed in essentialibus: tum quia eodem modo Spiritus S. procedit similis patri in essentialibus, non minus quàm Verbum: ergo erit eodem modo Filius. Tum quia præter physicam & naturalem, requirit etiam intentionalem similitudinem in Filio Dei, qui dicit non debere Filium procedere similem in notionalibus, sed in essentialibus; alias potuisset dici procedere similem virtuti generandi intentionaliter quod cum non dicimus, non aliam videmur requirere similitudinem in Filio Dei, quàm physicâ & naturalem. 6. Spiritui S. comunicatur totum quod dicit principium productiuū: ergo Spiritus est Filius. Antec. patet; nã principium productiuū Spiritus est essetia seu volitio, quæ tota ei comunicatur. Nec fat est, dicere, comunicari subiectiuè naturam, & terminatiuè obiectum; non intrinsicè & subiectiuè obiectum: quia si per obiectum intelligitur natura diuina, hæc intrinsicè subiectiuè & terminatiuè comunicatur; ipsam enim terminat relatio Spiritus S. & cognoscit: Sin autem intelligantur creaturæ, neque Filio comunicantur subiectiuè; terminatiuè tamen comunicantur etiam Spiritui S. cui etiam comunicatur eadem cognitio: Si verò intelligatur filiatio ipsa, verum est, illam non comunicari Spiritui S. sed cum Verbum per nos non solum procedat ex cognitione filiationis, sed etiam ex cognitione Spiritus S. non plus comunicatur vni, quàm alteri de obiecto, ex quo procedit; nam vni comunicatur Filiatio, alteri Spiratio; vtraque autem est partiale obiectum: igitur ex hoc capite tantam similitudinem cum obiecto habebit vnus, quantam alter. 7. Falsum est, ad generationem requiri similitudinem intentionalem, sed tantum physicam in naturâ: cum igitur in notia sent. tam intellectio, quam volitio constituat naturam diuinam, æquè Spiritus S. ac Verbum vi suæ processionis procedit similis in naturâ; ac proinde Filius. Antec. prob. similitudo intentionalis est planè extra cõceptum Filiationis. 8. Ex hæc sent. sequitur, Spiritum S. esse naturalem imaginem patris; cum ratio imaginis sit characteristica nota solius Filij. sc. per nos Spiritus S. procedit similis patri in naturâ, non minus quàm Verbum, & quicumque filius creatus: ergo est naturalis imago ipsius, quidquid sit de imagine intentionalis: nam etiã independenter ab eâ filius creatus hoc ipso, quod procedit similis in natura cum parente dicitur procedere vt naturalis imago ipsius. Hæc argumenta etsi soluta videantur antequam prompta grauari tamen non debeo quin ad singula respondeam in forma: cetera tam clara quæ quod à Torres & Vasquez sent. mea discrepet, vt qui ad constitutum Filij ponunt, intentionalem similitudinem non requirunt, sed tantum naturalem, quam communem adstruunt cum filio creato in quo tantum est imago naturalis sui progenitoris: & sim falsus non minus verè, quàm sincerè non posse huius Catholice veritatis in hac vita reddi perspicuam rationem; at more Scholastico tētare pro meo tenui captu & ipse volui, an propriam aliquam in tam abditâ controuersia possem excogitare, nam è scriptoris dignitate, & Ecclesie vtilitate est nouas rationes in lucem afferre, quibus possint ingenia studiosorum exacui, ac in primis fidei mysteria facilius explicari; non commenta noua, quibus prima rationis lumina extinguantur, aut minus superfit, lucis primigeniæ, quæ atheorum & heterodoxorum ingenia conuincantur.

Primum argu. de mulo solutum est. num. 183. qui quatenus equi & asinæ filius est, nō solū procedit similis illis in naturâ genericâ, sed etiam specificâ,



differentiâ vtriusque à quâ & de quâ accipit quantum accipere potest, vt in vnâ tertiam coalescat speciem vtriusque parentis differentiæ participem; hoc externa eius figura indicat. Spiritus verò S. nihil de similitudine obiectiuâ, quæ est specifica differentia principij volitiui accipit, sed solam genericam naturæ, non secus ac vermis ab homine procedens: proinde nullo pacto filius, ne equiuocè quidem, vt ab *Arist.* mulus nuncupatur, dici potest. Cum autem dicitur Spiritus S. multò similior Patri, quàm mulus equo & asinæ, concedo de similitudine genericâ naturæ, nam procedit similis in eâdem numero naturâ cum Patre, in quâ non procedit mulus ab equo & asina: nego de similitudine specificâ; quia mulus procedit similis equo & asinæ etiam secundum similitudinem specificam vtriusque quantum participabilis est ab vnâ tertîâ specie, secundum quam vi suæ processionis non procedit Spiritus à principio spiratiuo, a quo nullam accipit differentialem similitudinem, tenentem se ex parte obiecti, vt saltem æquiuocè filius dici possit, sed tantum genericam naturæ, vt vermis ab homine.

Doctrina  
claritas.

Ad secundâ.

Ad 2. Offendit in omnes Philos. & Theol. qui negat, intellectum proximè potentem ad operandum constitui per obiectum, aut speciem eius, obiectumque esse ipsius specificatiuum. Etenim cum intellectus sit ex se indifferens & indeterminatus ad plures specie actus producendos, vt fiat proximè productiuus huius potius, quàm alterius, debet ab aliquo determinari, non ab alio quàm ab obiecto, vel eius specie, à quo proximè constituitur productiuus huius potius, quàm alterius: igitur obiectum, vel eius species erit specificatiuum ipsius: ergo falsum est, in ordine ad operationem non magis obiectum, quàm intellectum specificare: nam in omni Philosophia illud dicitur specificate, quod aliquid indifferens ad plura determinat ad vnum; vnde forma, non materia dicitur compositum specificare, esto vtraque compositum constituat; quia forma materiam ad plura composita indifferentem limitat & determinat ad hoc specie compositum. Neque cum dicimus obiectum esse formam intellectus, intelligimus de formâ informante, sed specificante in ordine ad terminum producendum.

Hoc ut  
primum prin-  
cipium  
tendum.

A 3. neg. antec. nam siue creaturas posibles Deus cognoscat in seipsis, siue in suâ specie expressâ (hoc enim ad præsentem diff. non facit) id quod constituit intellectum Patris proximè potentem & fecund. ad gignendum Verbum, non sunt creaturæ, sed species & intentionalis similitudo creaturarum: nam hæc est, quæ complet intrinsecè intellectum Patris ad Verbum, at speciem expressam sui & creaturarum producendam: creaturæ sunt tantum termini extrinsecè terminantes notitiam Patris. Cum igitur diuina essentia sit species & similitudo creaturarum, diuina essentia, non creaturæ complebunt intellectum Patris ad Verbum sibi per omnia simile gignendum.

Confir. quod reddit intellectum angelicum proximè potentem ad verbum lapidis in se producendum, non est obiectum secundum se, sed species obiecti, illum proximè fecundans ad verbum mentale gignendum: ita quod intellectum Patris reddit proximè potentem ad verbum sui & creaturarum gignendum, non sunt creaturæ secundum se, sed species creaturarum: hæc alia non est, quàm diuina essentia, quæ non minùs est species virtualis, quàm formalis creaturarum. Eadem quoque diuina essentia vt species & similitudo intentionalis Verbi & Spiritus sanctus ( neuter secundum se, cum so-

190.  
Dei essen-  
tiam esse  
speciem  
eminenter  
formaliter  
creatura-  
rum quis  
negat?

lùm terminent notitiam Patris) constituit intellectum Patris proximè fecundum ad gignendum Verbum intentionaliter simile, sibi Spiritui S. creaturis possibiliibus. Non enim, vt aliquid sit simile intentionaliter obiecto, debet habere, aut participare esse obiecti, cum possit per eminentius esse continere similitudinem intètionalem obiecti, vt constat tum de specie lapidis, quæ vt sit similitudo intentionalis lapidis, non est necesse, vt habeat esse lapidis; tum de diuinâ essentiâ, quæ vt sit similitudo intelligibilis creaturarum, necesse non est, vt creaturas formaliter contineat. Cæterum ex eo quod Verbum procedat simile intentionaliter sibi, Spiritui S. & creaturis, non bene inferitur, quod procedat ex seipso, Spiritu, creaturis, sed summum, quod procedat ex specie sui, Spiritus, creaturarum: sicut ex eo quod verbum lapidis in angelo procedat simile intentionaliter lapidi, non bene inferitur, quod procedat ex ipso lapide, sed solum quod procedat ex specie lapidis, quæ vnâ cum intellectu angelico est principium productiuum verbi lapidis. Dixi *Summum*: quia neque species Verbi, Spiritus S. creaturarum est principium productiuum Verbi, sed solum Pater ratione paternitatis; species tantum est principium communicatiuum, vt *infra*. Pater enim simul cum naturâ cõmunicat Filio speciem expressam eiusdem naturæ, personarum, creaturarum possibiliuum: vnde natura non solum communicatur Filio physice secundum esse naturale, vt etiam communicatur Spiritui S. vi suæ processionis; sed etiam intentionaliter, vnâ cum reliquis obiectis, quæ præsupponuntur in intellectu Patris intelligibiliter expressa, quo pacto vi processionis nõ communicatur Spiritui S. qui vi suæ processionis non accipit intellectionem, quæ sola est similitudo intentionalis omnium obiectorum, quæ repræsentat; sed volitionem, quæ non est similitudo intentionalis obiectorum nobilium, sed vitalis dumtaxat inclinatio ad illa, vt *suprà* explicatum est.

Species lapi-  
dis non est  
lapi-  
dis.

Clara ex-  
plicatio.

Ad 4. nego, ex impropria & allegoria similitudine, inferri propriam & rigorosam ad generationem viuientis requisitam: nam sicut intentionalis similitudo non est impropria & allegorica respectu verbi mentalis, ita nec respectu filij intellectualis, qui carere non debet similitudine propria verbi mentalis. Vnde quæ ratione Filius Dei essentialiter est Verbum, vt ex Patribus *suprà*, & *infra*, eadem ratione est essentialiter similis similitudine propria verbi. Esto igitur hæc similitudo non sit necessaria filii creati, est tamen essentialis Filio Dei procedenti per intellectum, qui hoc habet ex peculiari naturâ suâ, quod non habent Filij creati, qui per intellectum non procedunt.

Ad quat-  
tium.

Ad 5. rectè ibi responsum est, Filium non debere procedere similem Patri quoad notionalia, cuiusmodi est potentia generatiua, sed solum quoad essentialia. Vnde ad 1. prob. nego, Spiritum S. vi suæ processionis procedere adæquatè similem Patri quoad essentiam: quia licet procedat similis quoad naturam, non tamen procedit similis quoad obiectum, quod est specificum constitutiuum in principijs productiuis immanètib; cum tamen Filius non modò procedat adæquatè similis quoad naturam, sed etiam quoad obiectum intelligibile, vt *suprà*.

Ad quin-  
sum.

Ad 2. nego, sat fuisse respondere, Verbum procedere simile virtuti generatiuæ Patri intentionaliter. Nam argu. contendebat, quod procedat illi simile physice, sicut procedit simile à naturâ, in quâ arguens putat principaliter consistere virtutem generatiuam in Patre. Non igitur hæc doctrinam a seculo de similitudine intentionali, ad generationem æterni

Ad 2. prob.

æterni Filij essentialiter requisita, sed rationē red- do iuxta arguentis mentem, cur filius accipiendo naturam Patris, cum illa simul non accipiat vim generatiuam.

191.  
Ad sextum.

Ad 6. arguens penetrata non potuit, quid sit, obiectum communicati Spiritui S. extrinsecè, non intrinsecè; Filio etiam intrinsecè. Cum igitur in meâ sent. in quolibet verbo sit ipsum obiectum intentionaliter expressum, scilicet verbum aliud non sit, quàm obiectum secundum aliud esse. nempè secundum esse naturalis atque intentionalis suæ imaginis expressum, eo ipso, quod (Filius Dei vi suæ processionis procedit vt Verbum Patris, accipit in se obiectum intellectus paterni, in snâ naturali ac intentionali imagine delineatum, & non tantum terminat uè & extrinsecè, cum ipsum Verbum quod intrinsecè & subiectiuè est in intelligentis, sit obiectum intentionaliter expressum. At volitio, eum non sit expressio & intentionalis similitudo obiecti volibilis, sed sola inclinatio ad illud communicatur quidem intrinsecè & subiectiuè vi suæ processionis Spiritui S. volitio, non obiectum, nisi extrinsecè & terminatiuè: quia volitio, quæ ei communicatur intrinsecè & subiectiuè, non est obiectum intentionaliter expressum, sed sola vitalis tendentia & inclinatio ad illud; obiectum verò, ad quod volitio terminatur non nisi terminatiuè & extrinsecè communicatur. Quæ communicatio non est sufficiens ad genitum constituendum, quia genitum debet in seipso subiectiuè vi suæ processionis accipere adæquatam similitudinem proge nitoris. Nec sufficit, vt illam dicat tantum terminatiuè & extrinsecè: sicut non esset filius qui naturam Patris in se intrinsecè & subiectiuè non reciperet, sed illam tantum diceret terminatiuè & extrinsecè per inclinationem & respectum ad illam, alioqui omnis creatura, quæ transcendentelem respectum dicit ad Deum, dici posset filia Dei. Ratio: cum finis generationis sit, vt in genito propagetur & viuat genitor, debet ipsi genito intrinsecè subiectiuè communicari adæquata similitudo genitoris: quæ cum non communicetur Spiritui S. cui solum intrinsecè comunicatur Physica similitudo naturæ, non intentionalis similitudo obiecti, etiam si ei obiectum terminatiuè comunicetur, filius non est. Ad 7. nego, ad generationem filij per intellectum procedentis, non requiri similitudinem intentionalem, & ex cit. Patrib. constat. Quid enim clariùs potuit per illa Augustinus exprimere, *Eo Filius, quo Verbum?* nam certum est, similitudinem intentionalem esse differentiam essentialem Verbi; Verbum enim per intentionalem egressionem obiecti, quod representat, constituitur formaliter: igitur si ex sent. August. *eo Filius, quo Verbum*, differentia, quæ constituit essentialiter Verbum, constituit essentialiter Filium Dei: hanc enim differentiam Verbi reduplicat cit. modus loquendi, *eo Filius, quo Verbum*. Falsò igitur diceretur hæc similitudo intentionalis in generatione Filij Dei, nulli vnquam in mentem venisse. Quam ratio ipsa confirmat: nam Filius Dei, etiam quâ intellectualis, & per intellectum procedens est Filius; non enim ratio intellectualitatis in diuinis est extra naturam Filij, eiq; accidentale: nam sicut non est extra principium generatiuum ratio intellectualitatis in diuinis, sed constituit illud formaliter in ratione gignentis, ita nec erit extra naturam termini geniti, sed constituet formaliter illum in ratione geniti: eadem quippè ratio, quæ constituit essentialiter principium in ratione generantis, constituit terminum in ratione geniti. Vnde retorq. argu Filius Dei de-

Non esse filius, qui naturam patris dicitur terminatiuè tantum.

192.  
Ad septimum.

Ratio essentior.

Retorq. arg.

bet essentialiter includere, quidquid Verbum per se importat; at Verbum per se importat similitudinem intelligibilem obiecti; ergo eam essentialiter includit Filius Dei; alioqui contra citatos patres, non eo Filius, quo Verbum.

Ad 8. neg. maior: nam de ratione imaginis ex Aug. lib. 83. qu. 7. 74. est, vt sit perfecta similitudo ad suum prototypum representandū expressa: cum igitur Spiritus S. vi suæ processionis non procedat vt perfecta similitudo ad suum principium representandum expressa, non erit imago. Nec sufficit, quod procedat similis in naturâ, quia cum hæc in diuinis non constituat adæquatam rationem principij, sed genericam duntaxat, non poterit is dici imago sui Principij, cum illud vi suæ processionis non adæquatè representet: quâ de causâ vermis non dicitur imago hominis, esto procedat illi similis in naturâ genericâ animalis. Nec est eadem ratio de filio creato, quia hic vi suæ processionis procedit adæquatè similis principio gignenti, tam quoad rationem genericam, quàm specificam.

Ad octauum.

Obijcit Fasol tom. 3. de Trinit. q. 27. dub. 10. Primò, quia singularis est ratio, nullo idoneo nixa auctore. 2. falsatum quia in tentionalis similitudo est extra conceptum generationis viuientis vt sic, patet in generatione hominis, equi, aliorumque viuentium. Tum quia falsum est, genitum debere procedere similem quoad omnia principia, à quibus per se procedit; non enim homo procedit similis Deo, soli, potentia gignentis, semini, à quibus omnibus vt à principijs per se procedit, sed sufficit, vt procedat similis in naturâ cum progenitore. Tum quia defectus obiectiuæ similitudinis in hominè non tollit perfectam generationem; ergo nec defectus obiectiuæ similitudinis in Spiritu S. Tum quia terminus amoris non postulat similitudinem obiecti: ergo nec defectus illius tollet generationem in Spiritu S.

Contra eandem sent. N. obijcit. Probationes

Ad 1. Resp. ex antiquiorum Doctorum principijs ea facile deducitur, præsertim Augustino, qui omnium clarissimè illam expressit, cum docuit, per eandem differentiam procedere Filium in diuinis, quâ procedit Verbum: ergo cum Fasolus cum cæteris admittat intentionalem atque obiectiuam similitudinem esse differentiam essentialem Verbi; eandem cum Augustino admittere debet in Filio Dei, eo Filius, quo Verbum procedit. Minimè verò debet Theologus de singulari sent. notari, si nouam aliquam rationem ex certis solidisque principijs ad melius mysteria fidei explicanda deducat; licuisset ad veritates Christianæ religionis confirmandas solidum quid excogitare: siquidem nulla est ratio tam antiqua, quæ à nouitate non inceperit. Et sane excogitata fuit recens in hæc materia ratio, idèd Verbum esse Filium, quia vi suæ processionis accipit intellectum, que est natura diuina constitutum, à Michaeli Vasquez; quæ etiamnum non paucos habet impugnatores, eo quod vt supra ostendimus, quæ est æqualitatem diuinarum personarum non saluet, & nouasit, quia: amen facis Verbi generationem explicat, admittitur ab ipso Fasolo. Cur igitur alij patrum auctoritate, & ratione nixi non poterunt, cum laude & utilitate Theologicâ nouam in hæc arcanâ excogitare rationem, quæ simul cum discrimine inter generationem Verbi & Spirationem Spiritus S. diuinarum personarum conciliet æqualitatem?

193.  
Auctoritas rationis huius.

Mich. Vasquez professor.

Ad 2. neg. antec. Ad 1. prob. patet. Ad 2. Deus & sol cum generante concurrentes non sunt principia intrinsecè constituenta principium generatiuum, cui tantum debet genitus procedere adæ-

194.  
Ad probationes 4.

quatè similis. Nec debet assimilari femini, quod tantum cōcurrit vt instrumentū virtute causæ principalis; vel potentia generatiuæ, ob rationes à n. 142 assignatas. Ad 3. neg. conseq. nam in homine defectus obiectiuæ similitudinis, non tollit adæquatam similitudinem cum principio gignente, sicut tollit in Spiritu S. cuius principium est voluntas vnà cum obiecto volibili. Ad: 4. neg. conseq. & retorq. argu. nam ex eo quod terminus voluntatis non exigit procedere adæquatè similis suo principio, à quo per se producitur, non exigit procedere vt Filius; vt si daretur aliquod viuens, quod per se non postulet procedere adæquatè simile suo principio productiuo, hoc ipso non exigeret procedere vt filius.

## DISPUTATIO XIX.

### De relationibus Diuinis.

**E**XPLICATA natura, & numero Diuinarum processionum, ex quibus numerum, & proprietatem deduxi, explicanda est natura, & numerus Diuinarum relationum, quæ principia sunt, & termini processionum.

#### SECTIO I.

##### An, & quot sunt relationes reales in Deo.

**D**ICO 1. Sunt in Deo relationes reales. Assertio est definita in *Tolet. 11. Inrelatiuis, personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur, quæ cum relatiue tres persone dicantur, vna tantum naturalis substantia creditur: colligitur ex scripturâ, in quâ personæ diuinæ appellantur nomine Patris & Filij, quæ correlatiuè ad inuicem referuntur. Fundam. S. Tho. est. In Deo est realis processio vnus personæ ab alia ergo in eo est realis relatio. 1. quia omne productum fundat realem respectum ad suum producens: & è conuerso, quando ambo sunt eiusdem ordinis & naturæ, qualia sunt producens, & productum in Diuinis; ob hanc enim rationem concedimus respectum realem inter Patrem & Filium, & vniuersaliter inter causam & effectum in rebus creatis; non inter creatorem & creaturam, quia non sunt eiusdem ordinis & naturæ; 2. omne productum distinguitur à producente, at in Diuinis non potest dari distinctio, nisi per relationes; nec repugnat, quia hæc est per essentialem oppositionem, quam relatiua dicunt ad inuicem. Implicat autem distinctio per limitationem in Deo, quia hæc non est intrinseca & essentialis rebus ipsis distinguendis, sed accidentalis, & ab extrinseco limitante, quam Deus habere non potest. Confirm. relationes in Deo constituentur personas reales.*

**D**ICO 2. Hæ relationes in Deo reales sunt non solum secundum esse *In*, sed etiam secundum esse *Ad*. est contra *Caiet. 1. p. qu. 28. art. 1. & Capreo. in 1. dist. 33. ad 1. & 3. Aureoli* docentes, relationem realem secundum proprium esse *ad*, non esse quid reale, cum illud sit commune relationi rationis, nihil autem reale commune esse potest enti reali & rationis. Ex quo inferunt, relationes ex propria ratione & differentiâ ultimâ, quæ desumitur ab esse *ad*, nihil ponere in relatiuo. Sed *S. Tho. 1. p. loc. cit. do-*

cer, respectum ad aliud, quæ est propria differentia relationis vt sic, aliquando esse in naturâ rerum, aliquando solâ apprehensione rationis: loquitur autem de ipso esse *ad*: nam hoc est proprium relationis, vt relatio est. Igitur in sent. S. Thomæ esse *ad* relationis realis distinguitur ab esse *ad* rationis; siquidem illud est in naturâ rerum, hoc in solâ apprehensione rationis. Fundam. esse *ad* in relatione reali est propria differentia constitutiua ipsius, & distinctiua realiter ab omni aliâ re: igitur debet esse quid reale; cum nihil non reale constituere, & distinguere possit realiter. Sed relationes diuinæ sunt reales, realiter ab inuicem distinctæ: Igitur esse *ad* earum est reale. Confirm. relationes Diuinæ exercent realem respectum, & oppositionem ad inuicem per ipsum esse *ad*: quia illæ mutuū actum referendi, respiciendique exercent, quatenus opposita opponuntur autem formaliter per esse *ad*; nam per eū *In* formaliter importat naturam, vt fundamentum, cum quo identificantur, & sunt idem: at implicat effectū realem exerceri à formâ non reali. Ex quo sequitur, relationes Diuinæ non modò esse reales, quia sunt aliquid reale, verum etiam quia sunt *ad* aliquid reale in se. Ad fund. oppositæ sent. neg. esse relationis realis, esse commune relationi rationis, cum sit propria differentia ipsius realis, distinguens illum à relatione rationis.

**D**ICO 3. Dantur in Deo tres relationes reales; Paternitas, Filisatio, Spiratio passiuæ realiter inter se distinctæ. Est de fide, quæ constat, dari tres personas realiter distinctas in Deo; nam vnaquæque constituitur relatione distinctâ ab aliis: scilicet Natura Diuina substantialis est, ergo necessariò postulat, vt terminetur aliquâ personali substantiâ; nam hæc necessaria est cuiuslibet naturæ substantiali completæ. Quia verò hæc personalitas est in naturâ fecundâ productiuâ sui similis ad intra, oportet esse relatiuam, non absolutam; quia omne absolutum ob infinitatem suæ perfectionis, commune est omnibus personis Diuinis. Rursus quia hæc personalitas est in naturâ perfecte intellectuali, productiuâ ad intra per actus intellectus, & voluntatis, alia esse non poterat, quàm Paternitas. Nam per eam constitui debet in ratione primæ personæ, producentis per actum intellectus terminum sibi adæquatè similem per modum intellectualis imaginis, atque adeò per modum geniti, ac Filij.

Eadem ratione constat, primam personalitatem non habere Deum mediâ origine & productione, sed à se quauis origine priorem. Nam licet eam Deus habeat, vt producat per illam Filium, non tamen illam habet mediâ productione Filij, sicut Filius suam substantiam habet mediâ passiuâ productione ipsius personalitatis. Quo fit, vt Paternitas in Deo nullam supponat rationem fundandi, vt in ipso sit, & quodammodo resultet, sicut Paternitas creata; sed competit naturæ Diuinæ immediate, & à se, vt talis natura est, absque vllâ passiuâ productione & origine. Ratio: Paternitas increata competit naturæ Diuinæ, vt proprietatis constituens cum illa primam personam producentem ad intra; creata verò competit naturæ creatæ, vt accidens supponens subiectum completum in ratione personæ producentis. Personalitas autem, cum sit vel conditio necessariò prærequisita ad producendum, vel ratio ipsa producendi, haberi non potest mediâ productione sui termini & effectus; alioqui præsupponeretur, & non præsupponeretur ad productionem sui termini. Constituta autem prima persona Patris per paternitatem improductam & à se; secunda relatio personalis, quæ per productionem competit

2.  
Fundam.

Inser creatorem & creaturam nullus respectus realis inuicem.

3.  
Contra Caiet. & Capreo.

Fund. Adm.

Sent. 46. est  
S. Thom.

4.  
Fund. assert.

Confirm.

5.  
Ad fund. aduers.

Disensu fund.

7.  
Persona t. origine prior est à se.

8.  
Productio generatio

competit Deo, est Filiatio. Nam prima productio, quam inchoat æternus Pater, est generatio, cuius terminum exprimit actu intelligendi. Qui quoniam in Diuinis rationem habet geniti, cum procedat adæquate similis principio producenti, eius proprietates personalis erit Filiatio: quæ pro ratione fundandi habet productionem personæ. Producta autem secundâ personâ actu ipso intelligendi, tertia relatio personalis competens Deo, est spiratio passiva, quâ constituitur tertia persona Spiritus S. Hæc enim, quia procedit per actum volendi, supponit secundam per actum intelligendi origine priorem; atque adeo non potest, nisi suppositâ productione Filij, Deo competere. Supponit autem pro ratione fundandi processionem, quâ illa à Patre, Filioque producitur. Quæ sicut diuiso modo à suo principio procedit, quàm personalitas Filij, ita se ipsa diuersa est ab illa

2. Ratio fundandi relationem est processio.

9.

Censura contraria opinionis.

**D I C O 4.** Præter has tres relationes personales concedenda est quarta, Spirationis actiue Patri Filioque communis. *S. Tho. 1. p. q. 28. art. 4. & q. 32. art. 1. & communis Theolog.* Cuius oppositam sent. *Molina 1. p. q. 27. art. 4. disp. 1.* appellat erroneam: quippe cum ex principis reuelatis nostra sent. euidenter deducatur. Docet enim fides, in Deo duplicem esse processionem, vnam quâ Filius à Patre, alteram, qua Spiritus S. ab utroque procedit; igitur quatuor oportet ponere relationes, binas pro quâuis processione: nam vnaquæque processio habet principium, à quo est, & terminum, ad quem est: ergo in quauis processione ponenda est relatio producentis ad productum, & producti ad producentem; quæ in 1. processione est Paternitas, & Filiatio; in 2. Spiratio actiua Patri Filioque communis; & passiva, quâ tertia Trinitatis persona constituitur. Igitur præter tres relationes personales danda est quarta Spirationis actiue, quia Pater & Filius referantur ad Spiritum S. **Confir.** non est maior ratio, cur ad 1. processionem duplex resultet mutua relatio Patris ad Filium, & Filij ad Patrem, & non ad 2. spirantis ad Spiritum, & Spirati ad Spiratorem, cum in utràque processione sint eadem cõditiones, ad mutuam relationem fundandam requisitæ; nempe fundamentum, quod est natura; ratio fundandi quæ est origo producentis; & extrema ipsa seu termini realiter distincti, & eiusdem ordinis in se, qui sunt personæ ipsæ producens & producta.

10.

Confir.

11.

Confir.

Resp.

12.

Ad confir.

13.

Obiic. 2.

**Obiic. 1.** repugnat, vnam relationem fundari in aliâ, sed Pater & Filius constituuntur per relationes. Ergo repugnat eos fundare etiam relationem. **Confir.** persona constituta per relationem non est vterius referibilis per aliam relationem realem: alioqui posset vna persona diuina referri ad aliam per relationem realis distinctionis. **Resp.** dispar est ratio de relatione prædicamentali, quæ est purus respectus, & de transcendentali subsistente, quæ simul constituit subiectum. Tales sunt relationes diuinæ, quæ non sunt puri respectus ad terminum, sed constituunt personas; suntque substantiales ad instar relationum transcendentalium, quæ prædicamentales fundant. **Ad confir. 1. nego,** personâ diuinam non referri relatione realis distinctionis ad alias personas diuinas; quia cum seipsa sit distincta realiter à quâlibet aliâ oppositâ relatione, seipsa referitur relatione realis distinctionis ad oppositam correlationem. **2. nego,** non posse personam diuinam referri ad alias personas relatione diuersæ rationis ab eâ; quâ constituitur in esse personali: quò pacto Pater & Filius referuntur ad Spiritum S. relatione Spirationis, quâ tamen non constituuntur in esse personali. **Obiic. 2.** Si in Deo essent qua-

tuor relationes, essent quatuor res; hoc autem dici non potest; alioqui admittenda esset in Deo quaternitas, quæ sub anathemate damnata est in Conciliis. Sequela prob. implicat, multiplicari inferius, non multiplicato superiore: Sed relatio est inferior ad rem; Ergo si in Deo multiplicantur relationes reales, multiplicantur res. **Resp. neg. sequel.** quia Spiratio actiua non ponitur vt distincta re, sed ratione tantum à Paternitate & Filiatione: ergo licet ponatur, vt diuersa non ponitur vt distincta res: quia res, cum sit quid absolutum & ad se, non multiplicatur, nisi ad multiplicationem subiectorum. Relatio vero, cum sit quid respectuum, & essentialiter ad aliud, multiplicatur ad solam multiplicationem terminorum. Quia igitur spiratio actiua non est distincta re à Paternitate & Filiatione, non potest numerari vt quarta res; sicut nec essentia, quæ sola ratione distinguitur à relationibus. Potest numerari vt quarta relatio, quia, vt hæc multiplicetur, sufficit vt tantum multiplicetur terminus.

Pr. seq.

Resp.

14.

Ad prob. seq.

**Ad prob. sequelæ nego,** multiplicato inferiori in re relatiua, multiplicari superius, quando multiplicatio fit tantum ex parte termini. Vnde variatur appellatio, quia in antecedente sumitur multiplicatio penes terminos; in consequente penes res ipsas: ad multiplicationem rei requiritur multiplicatio subiecti; ad multiplicationem relationis sufficit multiplicatio terminorum, in sententia non distinguente ex natura rei relationes à fundamento.

15.

Contra inter Ca. 1601 Scot. fund.

Controversia est, an præter has quatuor relationes fundatas in origine producentis & producti, admittendæ sint aliæ fundatæ in vnitare, & multitudine. **Affirmat Scotus quodl. 5. ar. 2. & in 1. dist. 31. qu. 1. Fundam.** ad eas fundandas concurrunt omnia requisita: scil. extrema realiter distincta, quæ sunt personæ, quæ tales relationes fundant; fundamentum reale, quod est essentia Diuina, in distinctis suppositis communicata; terminus realis, qui est persona opposita. Igitur nihil deest, quo minus illæ reales sint. Nec obstat, quod essentia, quæ fundamentum est harum relationum, sit eadem numero in omnibus extremis, nam eadem indistincta fundat in seipsa reales relationes originis, cur ergo non etiâ reales relationes similitudinis, æqualitatis &c. **Confir.** si personæ Diuinæ essent inæquales, fundarent realem relationem inæqualitatis; ergo vt æquales fundare debent realem relationem æqualitatis.

16.

Contra.

**D I C O 5.** Præter quatuor relationes fundatas in origine generantis, & geniti, spirantis & spiranti non sunt aliæ relationes in Deo. *S. Tho. 1. p. qu. 42. art. 1. ad 4. & communis Scholast. in 1. dist. 31. & 33.* Fundam. huiusmodi relationes aut fundantur in vnitare, aut in multitudine: at nullæ ex his in Deo esse possunt: non fundatæ in vnitare, nam hæc, vt *Caiet. cit.* præexigunt fundamenta distincta realiter; sunt n. eæ quæ per huiusmodi relationes similitudinis, æqualitatis, & identitatis referuntur; relationes non sunt, nisi rationes formales, quibus fundamenta mutuò referuntur: quantitas relatione æqualitatis refertur ad alteram: albedo relatione similitudinis refertur ad aliam albedinem, at fundamentum huiusmodi in Deo idem est in omnibus extremis, ipsa sc. natura ratione cuius personæ dicuntur similes, æquales, eadem inter se: velut si esset vna numero albedo in duplici subiecto, non posset realem relationem similitudinis fundare eiusdem ad se ipsam: non est eadem ratio de relationibus originis producentis & producti: quia illæ autem non fundantur immediate in essentia, sed in actibus notionalibus, qui distincti inter se sunt; aut si immediate

Non fundatur in unitate.